Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theologiae mysticae, mirabilium scilicet, & inscrutabilium operum Dei lucida demonstratio,in libros II. distributa,

https://hdl.handle.net/1874/430623



THEOLOGIAE MYSTICAE, MIRABILIum ſcilicet, & inſcrutabilium operum Dei lucida demonſtratio, in libros II. diſtributa, ante annos CLXXXIII. per D. Raymundum á Vineis Capuanum, Theologum, cõſcripta partim, partiḿ que è idiomate Italico in Latinum trãſfuſa: Chriſtianæ pietatis modũ methodum̀que cõplectens: hactenus quidẽ à piis probé que fidelibus cunctis ſummé deſiderata, ac iam tandem poſt multos labores exhibita.

MATTHAEI 11. ET LVCAE 10.

Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

COLONIAE

Cum Gratia & Priuilegio Cæſareæ Mateſtatis

Excudebat Iaſpar Gennepæus.

Anno M.D.LIII.

REVERENDO IN CHRIsto Patri, eximió que sacræ Theologiæ professori, D. Petro a Soto, Sacræ Cæsareæ Maiestatis Confessori, Ordinis S. Dominici professori, Patrono suo, & causarŷ spiritualiũ promotori beneuolentiss: F. Theodoricus Loher a Stratis, Carthusiæ Aulæ B. Mariæ prope Memmingen Prior, & per Alemaniã inferiorẽ eiusdẽ Ordinis Visitator immeritus, S.P.D.



Optima ratione a maioribus institutũ est, dignissime Pater, ut cuiuscunq; argumenti opera ederentur, ea percelebris alicuius uiri nomine dicata, exirent in publicum: tum quod ea sit literarũ dignitas, ut neminẽ non longe honestiorem faciãt: tum quod qui diuulgantur libri, ob maximã uitiligatorum insectationẽ, caninamq; facundiam Patrono defensoreq; plerũque indigeat. Quod cum & ipse animo meo diu uersarem, nullum in locum mihi uisus sum sanctissimæ Catherinæ Senensis opera, quibus euulgãdis iampridem non mediocriter incubui, tutius posse reponere, q̃ si tuo sinui cõmẽdarentur. De miris enim & fidem excedentibus scripta editurus, hoc præsertim intquissimo seculo, quo nulla simpliciter pia, sed phalerata tantum & curiosa placent, multũ sanctissimæ uirgini, ac mihi inuidiæ, uel solũ illius nomen cocitaturũ uidebatur. Quapropter non alio q̃ nominis tui clipeo eam retundendã existimaui. Et q̃uis nõ me lateat, q̃tæ sint in rebus fidei occupationes tuæ, quamq; pro Cæsareæ Maiestatis negocijs, utpote qui illius confessiones recipere soleas, eiq; sic a secretissimis concilijs, indefesso ac infracto animo excubes, at tamen ea est ingenij tui acrimonia dexteritasq;, ut nihil sit uere piũ, quod non uehementer ipse promotũ cupias, cuiq; promouendo haud uulgarẽ & possis, & solitus nauare operã. Quamobrem etiam ubi a grauioribus magisq; serijs rebus nonnunq; quippiam datur otij, ad amica consueuisti studia diuertere, & quicquid supersit temporis, lectioni sacræ & piarũ lucubrationũ pro animi tui religiosa pietate libenter impendis. Quæquidem uitæ tuæ clarissima & omni laude prosequenda instituta mihi bene compertа, mirum est quãtum me impulerint, ut tibi totus deditus sim, & a uirtutis tuæ cõtemplatione & admiratione oculos deflectere nunq; possim. Iure igitur meritoque tibi opera hæc sanctissimæ uirginis Catherinæ Senensis omnia, quæ quidem extare nouerim, a me tempore exilij in bello Schmalkaldico in Austria Cœnobij nostri instituti Maurbacen. reperta pulcherrimo charactere, in membranis descripta, nũcupare placuit, quod eorum omnium pro tua authoritate & multiplici prudentia ac eruditione nedum Patronus eximius, uerumetiam iudex optimus & cẽsor esse queas: maxime quando eiusdem es & professionis & pietatis, eaq; tibi suppetat rerum cognitio, qua nullo possis negocio perspicere, quæcũq; huius uirginis sint scripta, ea catholicam ubiq; spirare ueritatem: licet pro sui excellẽtia & maiestate paucis usu comperta & intellectu cognita sint: tua itidem ea sit authoritas, facile ut me excusare possis apud instituti uestri celeberrimos & doctissimos Patres, nihil me hac editione temere aut inconsulto agere uoluisse, sed meæ piorumq;

omnium saluti ac utilitate prouidere. Nanq; ut uerum fatear, nullius unquam catholici scriptoris lectione ita me ad uitæ meæ displicẽtiam ac detestationem permotum memini, atq; uirginis huius sacratissimæ. Nec dubito, quin alij plures idẽ reuera sint comperturi, qui tamen candido & pio animo totum hoc opus perlegerint, adeoq; præ nimia admiratione & ecstasi eiusmodi sint uoces edituri: O deus pijssime, qui abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus seculi, & reuelasti ea paruulis. paruulis inquã iudicio suo, non tuo. Latet enim in his scriptis sapiẽtia incomparabilis, quæ non præstatur, nisi uere paruulis, cuiusmodi cumprimis fuit uirgo hæc beatissima, cuius nomind inscribuntur. De cuius uirtutibus, & q̃ erga eã & cũ ea deus, opatus est liberet fusius hic agere, nisi id copiosissime in illius uita, quã hic una edimus, præstitũ foret: ad quã lectorem remittimus. In qua tñ si quædã uidebuntur incredibilia, ijs sane uidebuntur qui uel cæcitate nesciunt, uel mentis elatione contemnunt, id quod Propheta ait, Mirabilis deus in sanctis suis. Et q̃uis toto hoc opere stylus sit simplex, nihil id lectorem mouere debet, quando dictionis simplicitatem sententiarum pondera abunde compensant. Et certe pijs quibusque sat placebit, orõ q̃uis minus cõposita, minusq; fucata: q uero dictionis leporem ac lenocinia immoderatius aucupantur, potius ab horum lectione remouendi sunt. Non enim hic id agitur, ut eleganter, apte & ornate dicere sciamus, sed ut diuino inflãmemur amore, & sancte uiuere discamus. Sed Vtinã Christus optimus Maximus id in suorum fidelium cordibus efficiat, cupiant ut tales sẽ uiuendo præstare pro sua quisq; uirili, quales hic ut sint, instituuntur. Nemo despiciendum putet authorem quod fœmina fuerit: Eligit enim Deus plerunq; infirma, huius mundi, ut confundat fortia. Quid uero interest fœmina ne sit an uir, cuius opera quicquam editur, quando Dei spiritus illis tanquam instrumento utitur?. Sed his omissis, tibi Reuerende pater denuo quicquid hoc est operis dedico. quod ubi te benigne accepisse didicero, nunquam me suscepti ac insumpti laboris pœnitebit. Dominus Iesus te diu seruet incolumem Pater optime, & modis omnibus obseruande.

Datum Augustæ Vindelicorum postridiæ Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ. Anno restitutæ salutis M.D. XLVIII.

Lectori Christiano candidoque salutem.

INTER uitia, quibus Christiani nominis professores a suo instituto degenerãt, illud apprime damnandũ censeo, quod saluti erudimenta necessaria, ad quæ studiose perquirenda, si biq; diligenter applicanda, in conniuentibus oculis inuigilare deberent, alienas tanq̃ res & superuacuas negligunt: cunq; imprudenter Christi nomen sibi asciuerint, potius q̃quid Christum non sapit, appetunt, quam quod & nomini consentaneum sit, & firmissimam opem ad salutem conferat. Capitale procul dubio uicium, & mentis caligo mortifera. Sicuti enim salubria documenta, quibus animus illustratur, addiscerent, suumq; attendendo finem, qua iter ad illũ est, pergerent: ita his spretis, ueræ rationis expertes, falsa bonitatis specie decepi, delirantes eam uitam uiuunt, cuius transactæ errorem frustra deinde cognitum, sempiterno miseri supplicio luunt. Nemo quod non nouit, aut bonum amat, aut malũ deuitat. Quis enim tam peruersæ, & sibi contrariæ naturæ esset, qui si cœlestẽ illam Hierusalem, solummodo quantum diuina charitas imbecillitati nostræ per sua & sanctorum patefecit eloquia agnosceret: rursusq; quæ ab illa futuris exulibus mala parata sint experrecto & iuste pensiculandi animo metiretur, non ad eam laxis affectuum habenis curreret, & contraria ueluti mortem, qua & peiora, sunt reformidaret? Id cum alias, ex quo mihi lucis aliquid inclaruit, semper existimauerim, tunc præcipue liquido patuit, cum Catherinæ Senensis, rarum sanctitatis specimen, dialogos lectitandos assumpsi: Proh diuinam bonitatem, quæ in illis ad mores componendos documenta proposita? quæ ad affectus castigandos præcepta tradita? quæ ad habendos nos in rationis freni descripta consilia? Non alibi iucundius ad Dei amorem homo allicitur: non horridius a peccati culpa deterretur, non profundius secluso errore, ueritas intimatur, aut clarius uirtutis dignitas aperitur, & uitij turpitudo detegitur. Ibi norma integritatis conseruandæ, ibi probitatis augendæ disciplina colligitur, ibi occulta Dei aperiuntur consilia, ibi diuinæ gubernationis altitudo monstratur: ibi cæcis per curationem lux redditur: uidentibus noxia, defendendo seruatur, ui rationis ostensa satisfit, sapientibus sua cognitione digna redduntur. Deniq; in his dialogis tam copiose, salubriter ac sancte caliganti humanæ peregrinationi prouisum omnifarie est, ut saluti ipsius consuli (meo iudicio) consultius nequeat. Nec mirum. Nam ut sæpissime, & ex arbitrio ad deum spiritu rapiebatur, eos per ecstasim & concipere & dictare solebat, unde haud uerebor hoc affirmare, neminem peruersæ adeo & obstinatæ iniquitatis esse, qui si illos ruminabunda, & non deuoranti lectione tractarit, si non uerba tantum auribus, sed & sensus mente perceperit, si ab illo relucescente usquequaque ueritatis lumine oculos prorsus non auerterit, generosus transfuga non appareat.

Quem enim illud non maxime moueat,&ualde mirabundum reddat,teneræ ætatis uirgunculam (cum quæ in fœminino ſexu pares uiris eruditione extiterint,ſingulari miraculo ſint) tam profundas ſententias,tam alte ex ipſa diuinitate depromptas ſcriptas condidiſſe, ut uix plerunq; percipi a ſapientiſſimis queant? Vt illius glorioſa & inclyta ſanctitas,præceptis ſuis non concilieț autoritatem:nonne ipſa ſibi per ſe certiſſimo teſtimonio ſunt, quacunq; fluxerint fiſtula diuino procul dubio fonte promanaſſe,nec aliunde traxiſſe originem,quam quo lectorem ducere ſtudioſe contendunt? Non poteſt ſolis ſplendor, niſi a ſole proficiſci, nec lucis claritatem præter lucem afferre quid poteſt:cœlitus cœleſtia proueniunt,& quæ dei,ipſe ſolus nouit. Eia igiť omnes (liceat quæſo mihi Chriſtiane lector te & alios alloqui) omnes, inquam, & qui cœleſtia non credentes mălo ueſtro contemnitis, & qui fallacibus ſeculi huius illecti illecebris detinemini,quiq; ppriæ ſalutis amantes,mortali exutocorpore, immortalem conſequi beatitudinem cupitis, ea iterum atq; iterũ omnis generis homines omnes,uobis ex huius libri fonte plenis pectoribus haurite,ipſum ſitite,ipſo uoſipſos mergite. Qui captus eſt oculis, lucem recipiet:qui triſtis, conſolationem:qui feſſus,quietem:qui tardus alacritatem: q debilis,uires:qui rudis,eruditionem: Rurſus,cui lux perſpicua, mens tranquilla,indefeſſi nerui,prompta uelocitas, cõſtans fortitudo, doctrinæ lumẽ, ſi hoc ſe fluento omnifaria uirtute prædito immerſerit,non ſolum ſui ornamenti conſeruandi pſidia inueniet,ſed & augendi fomenta concipiet. Si cui maiora fide uideor promittere, & quæ minime conſtatura ſint, is in rem præſentem ueniens,id eſt,opus ipſum pertractans,quid illud ſit,& quid dixerim, conferat:tunc ſi non contra ſenſerit,uidelicet me longe minora,quam pro re debuerim ſpopondiſſe,ut hominem loquacem, uanum & nullius fidei me digito monſtret. Nec quenquam terreat, aut faſtidio amoueat infimus & uulgari propior,quam latinæ orationi ſtylus:libuit enim olim ſpirituali Catherinæ patri,quæ ipſa uernacula locutione ediderat, in tale genus dicendi tranſferre,cui rerum eloquentia, non uerborum petenda eſt: nec propter ſermonis infantiam,rationis elegantia contemni debet. Liber hic nõ ad aures mulcendas,nec ad linguam poliendam,ſed ad animam, & ſenſus inſtruendos paratus eſt: nec recte dicendi,ſed recte uiuendi præcepta continet. Satis ſuperq; facit,qui quod profitetur,id per ſe graphice & perfecta arte edocet. Cœleſtia pollicetur,præſtat abunde,ueritatem promittit, dilucide profert. At ſi ut ex durioris corticis fructibus corpori guſtulum conqueramus,& dentes concutimus,& palatum multoties amaritudine offendere ſuſtinemus: multo magis,ut ſalutaria ac ſua animæ cibaria comparemus,ut diuina illi miniſtremus edulia,animi ſimul & aurium molliciem debemus comprimere. Delicati nimis & luxuriantis eſſet,putaminum faſtidio talem nucleum perdere, & rem ſaluti adeo utilem,ut etiam neceſſaria ſit,quia ſecum dicendi leporem non afferat,ſpernere. Poetas ſæpiſſimæ,qui parum ſapiant, & minimo ſale conditi ſint,ſola rhythmi modulatione detenti,percurrimus,&non ſimile apud nos ualebit ſententiarum dignitas,rationis pondus,lux ſapientiæ,uitalis utilitas,

ut

ut hæc, quia uerborũ fucus ea non compserit, fastidiamus? Si sapimus, uel ob hoc grata nobis fuerit oratiõis simplicitas, quod nuda ratio oculis p̃sentatur: quod nulla persona, nullo lenocinio, nulla extrinsecus petita specie, æstiman tis iudicio subtrahitur. Generosum mercatorẽ dicimus, suisq; fidentẽ mercibus, q res non mangonizatas, utut sunt, uenditioni exponit: placetq; ille ingenuus institor, qui nulla uerborum calliditate fallat emptorem. Hæc cum ita habeant, nemo sit, hortor & obsecro, qui tanta se capi socordia ac stoliditate patiatur, ut ex hac uitæ arbore, quoniam decussa sint folia fructus non uelit decerpere: & huius plusquam nectarei procul dubio fontis, quia non per artificiosos alueos, sed naturales canales perfluat, potator esse recuset. Sed molesta quædam turba, quæ dente liuido huic pulcherrimo Catherinæ lilio honestamentum quærit detrahere, mihi stomachum mouet. Ait enim, Christi stigmatum ornamenta non assecutam, quasiq; immerito in numerum sanctorum redacta sit, obiicit pontificem, qui eam (uulgari utar uerbo) cano nizarit, suum fuisse conciuem. Caue tibi inuida turba, ne quos tu frustra ad feriendum dentes acuis, patiaris ipsa. Gregis sui custos Christus Iesus, cui suæ charæ sunt oues, lupos insequi solet, uelit nolitue, quisquis aduersandi incassum animo obsistit huic sanctissimæ uirgini redemptor noster cicatricum suarum stigmata impressit. Verum est, quod uel profunda adeo ipsius humilitas fuit, uel quod honestissimi splendoris in hoc sæculo contemptus: uteotum manifestationem deprecata sit, & tam illustribus stellis uelamentum precibus impetrarit, eodemq; momento pariter & patibuli illius, uindicis uitæ mortalium monimenta in corpore, & humillimi animi, altam in cœlo gloriam promeruerit. Et quid mirum, cum his longe maiora assecuta sit, illeque omnipotens deus, qui infirma mundi eligit, quibus fortissima quæque confundat, pro sua inenarrabili bonitate & diuinioribus illam honestamentis illustrarit? Perlegatur eius uita a beato Raymundo descripta fideliter, perlegatur epistola diui Stephani sacerdotis Carthusiensis, ut assumpto utar cognomine, in eiusdem sanctitatis testimonium edita, diui, inquam, Stephani, qui cum secundis huius seculi rebus delicijsq; uinctus detineretur, mirifice ab ea solutus, ac familiaris illi factus, dialogorum plæraque dicta calamo suscipiebat. Perlegantur, & quæ de eadem a Pio secundo Pontifice chartis condita sunt. Item alia non pauca, quæ omnia recensere longum esset. Constabit præter stigmata, plurima miranda ac singularia huic ardenti charitate lampadi attulisse fulgorem: ut Christum ipsam sibi in sponsam suscepisse, ut postliminio ad uitam reditus, cœlestium arcanorum reuelatio proprij cordis Christi manu facta mutatio, alieni insertio, diutina uita nullo præterquam spirituali cibo refecta & alia multa, quæ nunc referre non attinet: ut nulla nos admiratio mouere debeat, cui tot diuiniora attributa sint, eandem & stigmatum gloria fuisse donatam. Quantum uero ad sanctitatis nomen attinet, potius me illorum miseret, qui id iniquo patientes animo, impie oppugnant quam quod propulsatorem defensore mue desiderare rem censeam. Vita etenim, meo iudicio, grauius testimoniũ sanctitati affert, quã mortaliũ qs.

Quan-

AD LECTOREM.

Quanquam si ciuitatis uinculum fidem suspectam faceret, multo suspectiorem facere deberet eiusdem instituti professio eademq; religio. Arctiores nanq; necessitatis coniunctio est, correligiosos (ut ita dixerim) esse, quam cõciues: & tamen pontifices nonnulli eos in sanctorum numerum retulere: nõ de monachis, quorũ in hoc genere infinita exempla sunt, sed de alijs loquor, cum quibus unum eundemq; colendi dei ordinem sectati fuerant, nemineq; detrectante, nec immerito, recepti sunt. Nõ est tam longe repetenda suspicio, ut communis parens ciuitas fidem infirmet. Omnis enim facultas testandi tolleretur, si reijcienda conciuium testimonia forent. Id quod quoniam per se adeo patet, ut qui aduersantur, potius ridiculi fiant, quam aliqua ex parte sui insani compotes uoti, non in hac ero asseueratione prolixior, ne improborũ fatuitas me in id uitij trahat, ut superuacanea ueritatis assertione proborum salem offendam. Hos tandem mordaces, si quis apud ipsos præcibus locus est, oratos uehementer uolo, ne adeo sibi in hac falsa opinione concepta indulgeant, ut operæ simul cum autoris sanctitate respuãt. Tantisper a proprio obsequio temperent, dum angelicæ huius uirginis dialogos perlegendo cognoscant. Id cum effecerint, suo liberum relinquemus arbitrio, & de ipsa sentire quid libeat, & nobis etiam quid de eadem sentiamus, ex sua uoluntate præscribere.

PII SECVNDI PONTIFICIS MAXIMI, IN VITAM ET CANONIZATIONEM S. Catherinæ Senen. ordinis sancti Dominici de Pœnitentia,

EPISTOLA.



IVS EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei, uniuersis Christifidelibus salutem & Apostolicam benedictionem. Misericordias domini, quas indies largius experimur, non satis explicare potest lingua mortalis. Vincunt humana eloquia diuina beneficia. Nec homini datum est creatorem suum abunde collaudare, nec si omnes artus conuerterentur in linguas: Quomodo ex nihilo creati, de non esse producti sumus in esse: nec uel lapides, uel plantæ, uel animalia bruta, sed rationis participes, diuinorumq; capaces effecti sumus: ac non solũ angelis, sed ipsi quodammodo inuisibili & excelso Deo similes, gloria & honore coronati, super omnia opera eius imperio potiti. Verum si nosipsos rebus cæteris comparamus, nulla creatura magis ingrata reperta est, q; homo. Si Luciferi & sociorum eius superbiam præterimus, solus inter creata, rebellis Deo & ingratissimus, homo est. Reliqua omnia diuinam pietatem in suo esse collaudant, nec eius unquam præceptis aduersantur: naturæ legibus parent, & ea peragunt ad quæ producta sunt. Terra aratrum partitur, & suscipiens semina, tanquam sub usuris multiplicata reddit: & imperio Dei obediẽs, culta atq; inculta, humano generi cõsulit. Saxa in ædificiorũ usum recepta, presto adsunt, nec scissa uel excocta restant. Fructificãt arbores in agro uirẽtes: & postea q; aruerunt, aut ignem nutriunt, aut ædes teclaq; sustinent. Quanta herbarum siue in foliis, siue in radicibus, siue in floribus, siue in seminibus, siue in succis inest utilitas? Quanta in fluminibus commoditas? Quanta in lacubus ac maribus, quæ dum nauigia subeunt, inter remotissimas gentes cõmercia præstant? Quid animalia cætera, siue aquatica, siue terrestria? In omnibus laudatur deus, dum naturæ iussa capessunt. Elemẽta & sydera faciunt imperata. Sol peragit cursum suum: nec præscriptas Zodiaci metus excedit. Nec alieno lucens lumine, suo muneri luna deest. Nec errantes errant stellæ, certum semper & statutum iter agentes. Omnia in cœlo & in terra laudant Deũ, & in officio manẽtia benedicunt ei, nec legi resistunt imposita: Grauia deorsum cadunt: leuia sursum feruntur. Cuncta gratitudinem ostendunt Deo, parent atq; naturæ. Solus homo ingratus, inobediens ac rebellis inter creata repertus est: peruersi angeli ruinam imitatus. Ille in cœlo superbiens,

creatoriq; similis esse cupiens, in abyssum præcipitatus, meditati sceleris pœnas dedit. Homo de limo factus & in terra positus, suæ imbecillitatis immemor, & ipse quoque alta cupere cœpit, qui de ligno uescens prohibito, per boni & mali cognitionem, æqualitatẽ cum dijs optauit: Propter quod de paradiso deliciarum eiectus, in multas ærumnas datus est, & porta regni cœlorum clausa, mors introiuit in orbem terrarum, quæ nulli hominum parcerit. Quantum filij Adæ ante diluuium aberrauerint, & q̃ procul a diuina uoluntate recesserint, secuta ultio patefecit: quæ omnem carnem aquarum inundatione deleuerat, ea excepta, quæ cum pio Noe in arca saluata est. Cæterum neque in filijs eius nequitia ac perfidia defuit. Malignati & ipsi sunt, & in omne prolapsi nefas. Turris Babel in contumeliam domini cæpta est, & ibi labium uniuersæ terræ diuisum. Ab his bella introducta sunt: rapinæ, tumultus, incendia, cædes, adulteria, stupra, peruria, & idolorum cultus, & quidquid malorum libido aut superbia gignit. Paucissimi usque ad Abraam reperti sunt diuinæ legis amatores. Ille uero unicum certumq; pietatis exemplum, adeo uoluntati DEI sese submisit, ut proprium filium immolare non dubitaret. Propter quod in semine eius benedictæ sunt omnes gentes. Ex cuius liberis non solum prophetæ orti sunt, diuinæ legis prædicatores, sed ipse quoque saluator Christus secundum carnem nasci dignatus est, qui pro salute humani generis cum in forma Dei esset æqualis patri, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & homo factus, tædia carnis subijt, tormenta & cruciatus pertulit. Et extremam mortem, non secundum naturam, sed uiolentam, sed ignominiosam, sed acerbissimam, & uix homini tolerabilem, in ligno crucis sustinuit. In quo moriens, mortem nostram destruxit, & uitam reparauit. Despoliauit inferos, abduxit sanctos patres, & victor mortis, ac diaboli triumphator, cœlum iam longo tempore clausum aperiens, ascendit ad patrem, nobisq; uiam ostendit, per quam sequi eum posse mus, euangelica lege tradita, & baptismo cæterisq; sacramentis apertis, per quæ ipsi repararemur & saluaremur. Nec tamen tot tantisq; allecta beneficijs, nostra proteruitas ac malignitas conquieuit, nec gratum exhibuit animum, nec uitia deseruit homo. Sed quo maiori præuenti sumus munere gratiarum, eo magis ingrati reperimur, & ad illicita procliuiores. Nam quomodo sublimem diligimus aut honoramus Deum? Quomodo eius mandata seruamus? Quis sacrosancto Euangelio paret? Quæ reuerentia legum? Quis canonum metus? Quæ subiectio erga superiores? Quæ charitas erga inferiores? Quis æquitatis? quis iustitiæ cultus? quæ religio? qui mores hominum sunt? qui dicunt in cordibus suis, Non est Deus. Alij impia efferunt dogmata, & blasphemias in Deum cudunt. Alij uoluptatum serui, nil aliud cogitant, nisi quomodo libidines suas expleant. Alij opibus inhiant alienis, alij humanum sanguinem sitiunt. Rara innocentia est, eaq; parum tuta. Neq; propinquitatis iura prosunt, neque scriptæ, sanctæq; moribus leges. Viribus & fraudibus cuncta obediunt, ita ut

neq;

neque abs re princeps mundi huius appelletur diabolus, quando pars orbis maior, eius arbitrio ducitur. Nam quantum est quod pseudo prophetæ Mahumetis insania possidet? Orientis præcipuam portionem, & Aphricæ maxima regna, & in Hispania Granatēses: Et in Græcia multæ prouinciæ sub Mahumete Christum blasphemant. Nec parua est Iudæorum natio, per orbem terrarum late dispersa, sancti Euangelij & Christianæ legis inimica. Nec desunt in septentrione atque in oriente cultores idolorum. In angulū Europæ Christianitas redacta est. Nam quamuis per Asiam ac Libyam Christiani non pauci dispersi esse ferantur, non tamen illorū syncera est fides, q procul ab Apostolica sede inter infideles habitantes, & cum hæreticis communicantes, improba quædam sapiunt, & multis erroribus scatent. Nec Christiani qui sunt in Europa, tam re q̄ nomine Christiani existunt. Adumbrata quidem & ficta est multorum religio, sicut opera ipsa manifestant. Nam quotus est qui digna Christiano faciat opera? A fructibus eorum cognoscetis eos, inquit in Euangelio dominus: Si uiuimus, ut Christus iubet, Christiani sumus. Iohannes apostolus eius filios esse homines asserit, cuius opera faciunt. Si Dei mandata seruamus, Dei proculdubio filij sumus. Sin diaboli, ad eum pertinemus. dicente domino: Vos ex patre diabolo estis: Dura sententia, & tamen uera. Illius quisque filius est, & ad eum pertinet, cuius mandata sectatur. Quantum autem ingrati Christiani a diuinis præceptionibus procul abierint, & quantum diabolicis suggestionibus adhæserint, per seſe quis intelligit. Interroget quisque conscientiam suam, & retroactam ante oculos mentis uitam collocet: & quantum ab officio ueri Christiani recesserit, palam cognoscet. Quæ cum ita sint, maxima est summi Dei benignitas, & incredibilis misericordia, quæ nos tolerat, & uiuere sinit, expectans ut aliquando conuersi redeamus in uiam. Sed inuenti sunt in omni ætate nonnulli Deo placentes, uiri sancti, qui uiuentes in carne, desideria carnis uicerunt, & cœlestem in terra uitam egerunt. Quorum meritis & intercessione sustentata est mundi machina, & comminatus ignis retentus, & ira Dei ultioque suspensa. Nec dubitamus, quin hodie quoque aliqui sint accepti Deo, quorum preces cœlestem nobis regem placatum, benignumq̄ reddant. Inter alios autem qui Deo placuerunt, & diuinam nobis clementiam placauerunt, urbs Sene inter Etruscos nobilis, ætate uostra Bernardinū aluit, q nobili loco natus, in adolescētiæ flore mundo renunciauit: & ingressus beati Francisci religionem. cum fratres sui ordinis procul abijsse ab institutis & regula patris reperisset, eos acriter correxit. Et cum eos omnes in uiam reducere non posset, sequestratis pluribus, quibus regulam reseruare placuit, cum his cœnobia frequentauit, q̄ multa de nouo correxit, & sanctissimis institutis reformauit. Circuiuit Italiam prædicando, uitia fulminauit, uirtutes erexit. Mira eius abstinentia fuit, mira integritas, moderata grauitas, eloquij multa suauitas, multa doctrina. Et quoniam uerus erat paupertatis cultor, hostis pe-

cuniæ, & omnium deliciarum inimicus, semper in eius uultu ingens alacritas emicuit: & in mente summa quies: ut qui sola innocentia gaudebat, nullius sibi conscius criminis, scandalis quampluribus in Italia obuiauit, & multa miracula perpetrauit, propter quæ adhuc uiuens sanctus habebatur, & miro plebium colebatur honore, nusquam sine populi frequentia, & singulari reuerentia receptus. Qui cum apud Aquilam Marsorum urbem, huius uitæ cursum peregisset, a Nicolao quinto prædecessore nostro, ipso iubilei anno, cum Christianus orbis ad purgandos uitiorum sordes frequens urbem inuiseret, inter sanctos Christi confessores relatus est. Fuerat & in ætate superiori, parentum nostrorum memoria, in eadem urbe, & in sexu fœmineo uirgo Catherina non minoris meriti, nec minus accepta Deo. Cuius preces in cõspectu præcelsæ diuinitatis, humano generi admodũ salutaris & olim fuisse, & nũc esse, & in posterũ fore, nõ dubitamus. Nam sicut peccata malorum hominum ac blasphemia iram Dei super nos prouocant, ita & sanctorum opera rogaminaq; auertunt. Verum Catherina quamuis angelicam uitam in terris egerit, & ante annos octoginta decedens, ad cœlum migrauerit, multisq; signis & glorioſis miraculis claruerit, non tamen adhuc inter sanctas Christi uirgines a militante Ecclesia recepta erat. Neque enim Romani pontifices, qui ante nos fuerunt, id decreuerant. Voluerat Vrbanus sextus hunc ei honorem impartiri, & post eum Innocentius septimus, ac deinde Gregorius undecimus, qui huius uirginis & sanctæ conuersationis eius, præcipuam habuere notitiam. Sed uexati perturbatione schismatis, quod eorum tempore uiguit, & multis bellorum turbinibus ac molestijs agitati, diuino (ut diximus) consilio id omiserunt, ne sæuiente diuisionis procella, quod sanctum una obedientia decreuisset, prophanum altera censuisset. Dilata est res usque ad tempora nostra, nobisq; huius sacerrimæ uirginis canonizatio reseruata, tanquam conterraneæ nostræ atque conciuis: ut Senensis uirginis sanctitas, decreto Senensis hominis in Romana sede sedentis, prodiret in lucem. In qua re, non imus inficias, affectum nos aliquem sanctum & pium traxisse. Quis est enim qui suæ urbis præconia, suæ patriæ laudes, sui generis uirtutes, non libenter uulgari procuret, cum id possit rite & honeste facere? Excellentia facta, & illustres uirtute homines, & in omni genere & in omni parte orbis, nemo est qui non cupidum præconizandi affectum habere uideatur. Libentius tamen & maiori cum iocunditate, sua in patria & in sua gente. Et si nos quidem beatæ Catherinæ sublimes dotes, nobile ingenium, diuinam mentem, sacratissimam uoluntatem in omni natione q̃ lætissimi uidissemus, lætiores tamen in urbe Senensi, quæ nos genuit. Siquidem meritorum eius longe magis & magis peculiariter esse confidimus participes, q̃ si uirgo hæc aut in Aphrica, aut in Scythia, aut in India nata fuisset. Neque enim fieri potest, quin sanctorum propinquitas aliquid habeat prærogatiuæ. Nihil tamen ob hanc causam plus minusue dicere licet, q̃ uerum est. Nec propter cognationem, aut patriæ

triæ charitatem, inter sanctos quisquam sine meritis, sine solito examine, sine consuetis solennitatibus referendus est. Quapropter & si iocunde audiuimus beatam Catherinam Senensem esse, cuius canonizatio petebatur, non tamen in eius canonizatione quidquam omisimus ex his, quæ tantæ in solennitate requiruntur. Aderant multæ preces non modo Senensis populi, uerumetiam aliorum. Nam & chariſsimus in Christo filius, Fridericus Romanorum Imperator Augustus, simulq; dilectus filius nobilis uir Paschalis Venetiarum dux, nobis supplicauit, ne hanc uirginem suo interris honore priuatam ulterius esse sineremus, in quam multorum populorum deuotio esset incensa, & multa de ipsa miracula uulgarentur. Mantuam uero petentes, cum inter eundum apud Senenses aliquandiu superſedissemus, & ibi in consistorio publico ingentia eius merita & miraculosa signa nobis essent exposita, uehementesq; preces porrectæ, ut sanctorum CHRISTI honores illi decerneremus: haudquaquam statim annuimus, sed pro ueteri consuetudine tribus ex fratribus nostris sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalibus, uni Episcopo, alteri presbytero, reliquo diacono, uiuæ uocis oracuło commisimus, ut debitis habitis processibus de uita & moribus ipsius Catherinæ, deq; miraculis eius, siue in uita, siue post mortem patratis, & de reliquis ad canonizationem necessariis diligenter inquirerent: nobisq; in secreto consistorio, ut moris est, fidelẽ relationem facerent. Commissarij per annum & ultra, donec ex Mantua Romam rediissemus, rem discutientes, inuentis processibus antiquis, apud Venetos & alibi habitis, examinatisq; de nouo testibus, & summa cum diligentia cunctis ponderatis, cum seorsum inter Cardinales tantum, omnium quæ inuenerant, ueracem nobis relationem feciſsent, ac Deum per aduocatum ea quæ nobis exposuerant, in publico consistorio denuo recitari curaſsent, postremo conuocatis in aula nostra Romæ uniuersis, qui secum erant, in curia Ecclesiarum præsulibus, assistentibus nobis Cardinalibus, iterum Commissarij præfati per organum uenerabilis fratris nostri Gulielmi Episcopi Portuensis, natione Gallici, qui primus eorum erat, rursus cuncta quæ inuenerant, & rite probata uidebantur, coram explicauerunt. Ex quorum relatione, quæ amplissima & ornatissima fuit, hæc summatim accepimus, quæ uera, comperta, cognita & explorata sunt. Virgo Catherina ex ciuitate Senensi oriunda, mediocribus orta parentibus, prius Deo seſe dedicauit, quàm Deum posset per ætatem cognoscere. Sex annos nata, ut domino seruiret, æremum concupiuit: & urbe egreſsa, in cauerna, loco solitario, delituit, quamuis iubente spiritu, paulum demorata, domum redierit. Angelicam salutationem edocta, quoties paternæ domus scalam ascendit, toties per singulos gradus, flexo geniculo, beatissimam uirginem matrem domini salutauit. Et anno currente ætatis suæ septimo, uirginitatem suam consecrauit CHRISTO: quem sua in maiestate sedentem mirabili uisione contemplata est, & arcana cœlestis aulæ uidit, quæ non potest effari lingua mortalis. Mundi

nas delicias a se omnes abdicauit. Orationi totam se dedit, corpusculum suum uigilijs, ieiunijs ac uerberibus afflixit. Coæquales puellas, ut idem facerent, & docuit, & persuasit. Pubes effecta, scissis crinibus, mortale coniugium recusauit. Conuicia & maledicta hominum spreuit. Beati Dominici habitum, quem fœminæ gestant, de pœnitentia nuncupatæ, extorsit, protinusq; impetrauit. Ancillare officium in paterno domo exercuit, nihil magis cupiens, q; ulis apud homines & abiecta uideri. Pauperibus Christi (nam id pater ei indulserat) larga manu subuenit. Ægrotantibus summa diligentia ministrauit. Diabolicas tentationes & assiduas malignantium spirituum pugnas patientiæ clypeo & fidei galea superauit. Incarceratos & oppressos, quibus ualuit modis, consolata est. Nullum ab ea uerbum non religiosum, non sanctum excidit. Omnis sermo eius, de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei & proximi, de cœlesti patria. Nemo ad eam accessit, qui non doctior melior que abierit. Doctrina eius infusa, non acquisita, fuit. Prius magistra uisa est, quàm discipula: quippe quæ sacrarum literarum professoribus, ipsisq; magnarum Ecclesiarum Episcopis, difficilimas de diuinitate quæstiones proponentibus, prudentissime respondit, & adeo satisfecit, ut tanquam agnos mansuefactos remiserit, quos tanquam lupos ac leones feroces acceperat: Quorum nonnulli, diuinam in uirgine sapientiam admirati, distributis mox inter Christi pauperes, quas possidebant, substantijs, accepta domini cruce, uitam deinde euãgelicam egerunt. Summa huius uirginis abstinentia fuit, & admirabilis uitæ austeritas. Nam cum uini & carnium usum prorsus abiecisset, nec pulmentarijs ullis uteretur, ad extremũ eo deducta est, ut nec legumina ederet, nec pane uesceretur, nisi cœlesti, quem uerus Christianus in sacramento sumit altaris. Inuenta est aliquando a die Cinerum usque ad Ascensionem domini ieiunium perduxisse, sola Eucharistiæ communione contenta. Per annos circiter octo minimo herbarum succo, eoq; parum retento, & communione sacra sustentata est. Ad cibum quasi ad supplicium pergebat. Ad communionem altaris, quæ illi fere quotidiana fuit, quasi ad cœlestes nuptias inuitata esset, summa cum alacritate proficiscebatur. Cilicio sub ueste utebatur, quo carnem macerabat. Nullæ illi plumæ, nulla pulmentaria erant: Lectum sibi ex tabulis confecerat: atque in eo iacens, breuissimum somnum accipiebat. Raro enim ultra duas horas interdiu noctuq; dormiebat. Reliquum omne tempus, uigilando, orando, prædicando, opera misericordiæ agendo, contriuit. Spissis chordulis carnem suam macerauit: dolore capitis pene assiduo torquebatur. Æstuabat febribus: nec aliorum diuersorum morborum cruciatu carebat. Luctabatur quàm frequentissime cum dæmonibus: multisq; illorum molestijs uexabatur. Sed aiebat cum Apostolo: Cum infirmor, tunc fortior sum. Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitatis opera negligebat. Assistebat miseris indigna ferentibus. Arguebat peccatores, & blandissimis uerbis ad pœnitentiam re-

uocas

uocabat. Præcepta ſalutis omnibus læta dabat. Quid ſectandum, quid fugiendum eſſet, alacri uultu oſtendebat. Diſſidentes ſummo ſtudio componebat. Multa extinxit odia, & mortales ſedauit inimicitias. Propace Florentinorum, qui cum Eccleſia diſſidebant & interdicto ſuppoſiti Eccleſiaſtico, Appeninium & alpes tranſire, atq; uſq; in Auinionem ad Gregorium undecimum Pontificem maximum anteceſſorem noſtrum proficiſci non dubitauit. Cui uotum ſuum, de petenda urbe Roma, in occulto factum, & ſibi ſoli ac Deo notum, ſeſe diuinitus cognouiſſe monſtrauit. Fuit enim in ea ſpiritus prophetiæ, & multa prædixit antequam fierent, & occultiſſima reuelauit. Rapiebatur ſæpe à ſpiritu, & in aëre ſuſpenſa, diuinis contemplationibus paſcebatur, adeo extra ſe acta, ut expuncta perciſſi q;, nihil omnino ſentiret. Idque frequenter ei contingebat, cum diuiniſſima reficeretur Euchariſtia. Magnum & ſanctum erat in plebibus Catherinæ nomen: & undique ad eam ægroti, & malignis uexati ſpiritibus, deducebantur: & multi curabuntur. Languoribus & febribus in CHRISTI nomine imperabat, & dæmones cogebat ab obſeſſis abire corporibus: propter quas res, duobus Romanis Pontificibus Gregorio undecimo, cuius pauloante meminimus: & Vrbano ſexto acceptiſſima fuit, adeo ut legationibus eorum fungeretur, multisque & magnis ſpiritualibus gratijs ab eis donaretur. Eadem cum uitæ agonem iam peregiſſet, anno ætatis ſuæ tertio circiter ac trigeſimo, in urbe Roma diem ſuum clauſit. De cuius animæ in cœlum aſſumptione & glorioſa receptione, ſtupendæ ac mirabiles reuelationes factæ reperiuntur apud eas perſonas, quæ uirginem dilexerunt. Maxime uero apud eius confeſſorem Raymundum Capuanenſem ſacræ Theologiæ magiſtrum, qui poſtea generalis totius ordinis Prædicatorum pater, magiſter, & rector effectus eſt. Is nanque cum Ianuæ ageret, ea nocte qua uirgo migrauit, hora matutina intra dormitorium apud imaginem matris domini, eam contemplatus eſt miro ſplendore fulgentem, & uerba ad ſe conſolatoria dicentem. Corpus eius aliquandiu ſeruatum, denique in Eccleſia fratrum Prædicatorum, quæ de Minerua dicitur, Romæ conditum eſt, non ſine magna populi deuotione ac reuerentia: Cuius tactu plerique ægroti ſalutem conſecuti ſunt a Deo, & nonnullis ſaluti fuerit ea tetigiſſe, quæ ſacrata uirginis membra tetigere. Poſtea quoque uirgo ipſa iam cœlo recepta, uota ſupplicantium benigne audiuit, & ut a ſponſo & domino CHRISTO ſuo Saluatore exaudirentur, curauit. Multi enim ex diuerſis ægritudinibus curati ſunt, qui audita beatæ Catherinæ glorioſiſſima fama, eius patrocinium ſupplices petiuere. Propterea Venetijs, ubi nunq; uirgo ipſa fuerat, & multis in locis nomen eius cum ueneratione receptum eſt. & uota ei plurima fiunt. Hæc & alia q; plurima cum uenerabilis frater noſter Epiſcopus Portuenſis, in conuentu Cardinalium & præſulum expoſuiſſet, & liquido probata eſſe affirmaſſet, rogati ſingulatim tum oēs

Cardinales, cum Præsules qui plurimi affuerunt, sententiam dicere tum totis suffragijs, beata uirgo digna cœlo & astris declamanda uisa est. Nec quisquam fuit, qui non magnopere canonizationem eius faciendam probauerit. Quibus ad longum auditis, iussimus in basilica beati Petri Apostolorum principis suggestum magnum & ornatum apparari, super quo hodie adstante populo & clero, sermone de uita & miraculis huius uirginis per nos habito, Missarum sollemnibus celebratis, & consuetis cæremonys rite peractis, ad canonizationem huius uirginis, sub his uerbis duximus procedendum: Ad honorem omnipotentis & æterni Dei, patris & filij & spiritus sancti, ad exaltationem fidei catholicæ, & Christianæ religionis augmentum, Autoritate domini nostri Iesu Christi, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, ac nostra, Catherinam Senensem illustris & indelebilis memoriæ uirginem, cuius corpus in Ecclesia Prædicatorum quæ Minerua dicitur, Romæ iacet, & in cœlesti Hierusalem, inter beatarum uirginum choros, quando id eius uirtus, diuina suffragante gratia, meruit, iam pridem fuisse receptam, & æternæ gloriæ corona donatam, de fratrũ nostrorum consilio declaramus: eamq; tanquam sanctam publice priuatimq; colendam esse decernimus & diffinimus, atque in sanctarum cathalogo uirginum, quas Romana ueneratur Ecclesia, redigi & adscribi mandamus: Statuentes festum eius singulis annis prima mensis Maij dominica die ab uniuersali Ecclesia celebrandum esse, & omnes illi honores præstandos, qui cæteris sanctis uirginibus conuenire noscũtur. Et insuper sepulchrum eius in ipso festo uisitantibus, septem annos & totidem quadragenas, de iunctis eis pœnitentijs in forma Ecclesiæ cõsueta, misericorditer in ppetuũ relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginarum nostrarum declarationis, constitutionis, mandati, statuti & relaxationis ordinationem infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimoprimo, tertio Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

EIVSDEM

OFFICIVM DE S. CATHER. SENEN. V.

EIVSDEM DE EADEM OFFICIVM.

Ad uesperas, super Psal. Antiphona.

IMmortali laude Catherina uirgo Senensis est efferenda, quando quidem suæ sanctitatis præstantia uniuerso generi humano innotuit, alleluia. *Psal.* Laudate, *cũ cæteris.*

Capitulum.

HAnc amaui & exquisiui eam a principio, & quæsiui eã mihi sponsam assumere, & amator factus sum formæ illius, dicit dominus omnipotens. *Responsorium.* Vitam Catherinę innocentissimam miracula notissimam efficiunt. Quæ uiuens atque uita functa, liquido ostendit, alleluia. *Versus.* Curauit ægrotos, uitã mortuis restituit, & id genus multa fecit. Quæ uiuens &c. Gloria patri. &c. Alleluia.

Hymnus.

HAc tuæ uirgo monumenta laudis, quæ tuis læti Catherina sacris, hoc quidem pacto modulamur omnes, perfer Olympo. Si satis digne nequeãt referri, annuas nobis ueniam precamur, non sumus tanti ingenij fatemur, optima uirgo. Quis fuit dignas modulatus unquam uirginũ laudes? quis in orbe toto fœminæ inuictæ perituræ nunquam carmina pandet? Prædita exemplis Catherina claris, moribus præstãs, sapiens abunde, temperans, fortis quoque, iusta, prudens, æthera scandis. Quem latet uirtus facinusq; clarum, quo nequit dici sacrius per orbem, uulnerum formam miserata Christi, exprimis ipsa. Nam breuis mœstæ miseræq; uitæ, & malis cunctis penitus refertæ, fortiter spernens preciosa quęque, sydera adisti. Gratias summas habeamus omnes filio magni genitoris almo, spiritus sanctus ueneretur, & sit laus tamen una. Amen. *Versiculus.* Ora pro nobis beata Catherina, &c. Vt digni &c.

Ad Magnificat, Antiphona.

Virginis Catherinæ hæc dies est dicata sacris, ut nunquam tantæ sanctitatis præstantia, mortalium memoriæ excidere queat, & cunctis celeberrima perpetuo fiat, alleluia.

Oratio.

DEus qui beatæ Catherinæ uirginitatis & patientiæ speciali priuilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina uincere, & in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti, concede quæsumus, ut eius imitatione calcata mundi nequitia, & omnium hostium superatis insidijs, ad tuam secure gloriam transeamus. Per dominũ &c.

Ad Matutinas, Inuitatorium.

CHristum regem regum supplices adoremus, Qui immortali gloria uirginem Senensem dotauit Catherinam, alleluia.

Venite &c. *Hymnus.*

LAudibus uirgo nimis efferenda iure cẽseris, quoniã triũphos ipsa cœlorũ probitate mira nacta, refulges. Præmiũ sanctæ tamen ipsa

uitæ

uitæ & ſimul munus probitatis almæ accipis cœlo, cumulata cunctis deniq; rebus. Tu grauem ſacris meritis refertum, orbis exemplar, pietate plenum, Prædicatorum uenerata patrẽ, ordine fulges. Nulla iam rerum placuit uoluptas, nullus ornatus, nitor ecce nullus corporis, ſemper fugiens iniqua carmina uitæ. Sæpius corpus domitans acerbe q̃ pie flagris cruor hinc & inde fluxerat riuis, hominumq; demũ crimina flebas. Qui per ingentes uariosq; caſus orbe terrarũ cruciantur oẽs, quotquot uel curis agitantur ipſi undiq; diris. Suppetent nobis totidem canenda, ſi tuæ laudes repetãtur oẽs: Tu quidem longe pietate cunctis inclyta præſtas. Gratias. *ut ſup. Innoctur. Antipho.* Admirabilẽ Dei noſtri clementiã cõtemplari maxima Catherinæ conſtantia nos ſemp efficiet, alleluia. *Pſal.* Dñe dñs noſter. *Antiph.* Miſericordia ſumma erga egenos atq; ægrotos ſemp ſummopere effecta, ipſorũ ærũnas deflere hæc uirgo ſolebat, alleluia. *Pſal.* Cœli enar. *Antiph.* Chriſtianos quidem tãta charitate proſequebatur, ut eorum amore incenſa die noctuq; flagraret, alleluia. *Pſal.* Domini eſt terra. *Lectio prima.*

BEata Catherina de *Senis*, patrẽ Iacobũ, matrẽ uero Lapã nomine, in ciuitate *Senenſi*, uirtute fideq; probatos, habuit. Hæc cum ſeptimum ætatis annum ageret, uirginitatis uotum emiſit, maxime ducta beatæ Mariæ uirginis exemplo. Quam, cum uotum emitteret, rogabat attentius, ut ſibi dignaretur filium ſuum Ieſum in ſponſum adhibere. Cum autẽ peruenĩſſet ad ætatẽ duodecim annorũ, parentes qui eius neſciebant uotum, conſtituebant eam nuptui tradere. Quod ipſa audiens, capillos ſuos radicitus abſcidit, & eis uotũ ſuum poſtea reuelauit. Quo facto, uigilijs & orationibus, ieiunijs multiplicibus, bonis operibus die noctuq; uacabat: adeo ut fama eius inciperet circũquaque diffundi. Agens quintumdecimum annum ipſi tantiſper obdormienti, apparuit beatus Dominicus, Prædicatorũ ordinis dux & pater inclytus, eiq; ſuaſit, ut habitũm ſuæ religionis, hoc eſt, ordinis de pœnitentia eiuſdem beatiſſimi Dominici nuncupati, reciperet, uiueretque ſecundum eius ordinis inſtituta. Quod illa minime abnuit. Vnde quanto citius potuerit, habitũm ipſum aſſumpſit, & in eo uſque ad mortem cum maxima pœnitentia & admirabili auſteritate perduraũit. Hunc autem uiuendi modum ſeu ordinem per ſummũ pontificem conſtat eſſe approbatum. Vnde uſque in præſentiarum multæ perſonæ Deo deuotæ, ipſum Deo propicio profitentur. Tu autem.

Reſponſorium. Nihil huic uirgini ſatius, nilq; dignius in rerum natura uiſum eſt, q̃ Ieſu Chriſti præcepta, & uitam æternã omnibus perſuadere, alleluia. *Verſus.* Dedit enim ſemper operam reuocare perditos. Et uitam &c. *Lectio ſecunda.*

CIborũ frugalitate, imo abſtinentia, poſt habitus prædicti receptionem, tanta utebatur, ut uix comedere, ſpq; ieiunare uideret. Aliq̃

aũt

aũt ꝑ plures mẽſes nihil niſi ſacratiſſimũ Chriſti corpus, quo quotidie reficiebaẽ, oĩno guſtauit. Indumẽta lanea ad carnẽ iugiẽ portabat, diſciplinis duriſſimis ſe affligebat, uſq; ad magnã ſanguinis effuſionẽ. Infirmãtibus maxĩa cũ charitate & patiẽtia ſeruiebat, zona ferrea ſuꝑ nudo cingebaẽ, ad carnis petulãtiã edomandã. Aliqñ ꝓpriĳs & neceſſariĳs ueſtimẽtis ſe exuebat, & ea paupibus erogabat: unde propter hoc a Dño meruit in hac ĩuiſibili uita ueſte tegi, cũ ſemel ꝓpriã uni paupi chlamydẽ elargita fuiſſet. Cũ aũt obiurgareẽ a familiarib. q; ueſtẽ neceſſariã ſibi alteri tribuiſſet, rñdit: Veſtimẽta carere poſſum, non aũt miſericordia. Quãdã aũt ſororẽ ſuę ordinis infirmã & ĩpatiẽtiſſimã, eiuſq; famę atq; morũ p̃ſtãtiæ detrahentẽ, ita hũiliter in ipſa ĩfirmitate tolerauit, ut mirabile ſit ad credẽdũ. Quãta ãt erga aĩarũ ſalutẽ charitate mouebaẽ, ex multis eius opibus liqdo apparet. Nã cũ qdã nobilis Peruſinus, capitali ſnĩa a Seneñ. ſenatu plectẽdus eſſet, dolore mortis affectus, a Ieſu Chr̃o aĩm penitus auerteret, nulliusq; poſſet ſuaſu ad pœnĩam reuocari, huius uirginis exhortatiõe cõuerſus ad cor, more Chr̃ianorũ ſe Chr̃o cõmendãs, patiẽter mortẽ ſuſtinuit. Tu aũt. &c. *Reſp.* Sapĩa atq; doctrĩa hæc uirgo referta, codices nõnullos cõdidit ediditq;. Vt uerã uiuẽdi rationem oĩbus oſtenderet. *Verſ.* His illas humanas fragilesq; res ſpernere ſuadet. Vt ueram uincendi rationẽ oĩbus oñderet. *Lectio iij.*

HÆC beata uirgo, maxima ſapientia p̃dita fuit, literis lepidiſſimis, quæ nũc extant, teſtantibus. Inſuper & dicta ſanctorũ, afflante ſancto ſpũ, ita dilucidabat, ut etiam ipſos ſummos theologos ſuparet. Nã cũ ſemel duos pitiſſimos theologos uiros, alterũ ordinis minorũ, alterũ eremitarũ haberet cõtra ſe acriẽ diſputantes, adeo eos publice uicit, ut diuinã illi uirginẽ, nõ humanam crederẽt. Quamobrem poſtmodũ innocentiſſimam uitam deinceps aggreſſi ſunt, eoq; in ꝓpoſito ex hac luce migrarunt. Apud Gregoriũ xi. item apud Vrbanũ ſextum Pontifices maximos perorauit. Prophetiæ etiam ſpiritum inter cætera ſuæ uirginitatis inſignia conſecuta eſt: Nam multa prædixit futura. Signis autem atq; miraculis q̃plurimis a Deo fuit priuilegiata: Nam matrẽ propriam impœnitenter mortuam, ad uitam reuocauit. Spiritus malignos ex corporibus obſeſſis expulit, & multa alia ſigna per eam Dominus eſt operatus. Tandem cum Romæ eſſet a Dño euocata, dum ſciret ſibi diem mortis imminere, diſcipulos diſcipulasq; longa oratione, ſuum imitata ſponſum, conſolata eſt, atq; ad bene ſancteq; uiuendũ oẽs hortata eſt: deinde in illũ prorumpens uerſiculum, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, innocentiſſimam animam emiſit, anno ætatis ſuæ triceſimo tertio: ſalutis autem milleſimo tricenteſimo octogeſimo Ad cuius corpus accedentes, a diuerſis infirmitatibus curabantur. Sepulta eſt autem in eccleſia ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam, honorifice, & a Pio ſecundo Pontifice maximo, anno M.cccc.lxi. ſctãrum uirginũ cathalogo aſſcripta. Per oĩa benedictus Deus, Amẽ. Tu.

Reſpon-

Responsorium. Vitam Catherinæ innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt. Quæ uiuens atq; uita functa, liquido ostendit, Alleluia. *Vers.* Curauit ægrotos, uitam mortuis restituit, & id genus multa fecit. Quæ uiuens &c. Gloria patri &c. Alleluia. *Vers.* Ora pro nobis beata Catherina. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

In Laudibus Antiphona. Omnipotenti uirgo Catherina Dei filio solum obsequi atq; seruire constituit, Alleluia. *Antiph.* Exultabunda cœli munera contemplatur, quæ cunctis rebus maxime præposuit, Alleluia. *Antiph.* Diuinis nanq; oblectata rebus, die noctuq; orationibus atq; uigilijs operam dabat, Alleluia. *Ant.* Rerum omnium cõditori Catherina benedicebat, qui beatitudinis semitam mortalibus ostendit, Alleluia. *Antiph.* Laudauit Catherina semper dominũ, & ab eo in excelsis exaltata est, Alleluia. *Capit.* Hãc amaui *ut sup. Hym.*

IAm ferox miles tibi sæpe cessit, & duces iras posuere sæuas, qui necẽ diram populo minati sæpe Senensi.

Quotquot & sacris studijs frequenter uiribus summis operam dedisti literæ doctæ lepidæq; claris urbibus extant.

Niteris uerbis reuocare lapsos, niteris rectum suadere cũctis, sic ais: tantum probitas beatos efficit omnes.

Iure tu sæuę tremebunda mortis, fortiter tenes nihil extimescens, præmium nostræ uocitare uitæ sæpe solebas.

Vnde nunc tempus properaret ipsum, quo sacros artus cineresq; busto linqueres, cœlos aditura, flentes ipsa docebas.

Sic sacrum Christi uenerata corpus, hostiam libans lachrymis obortis, dixeras cunctis documenta uitæ uoce supræma.

Gratias *ut sup. Vers.* Adducentur regi &c. *Ad Benedictus ant.* Maxima est Catherinæ uirginis Senensis præstantia, quæ incolumitatem languentibus, & uitam mortuis restituere potuit, Alleluia.

Ad Tertias Capit. Hanc amaui *ut supra.* *Ad Sext. Capitulum.* Dominus omniũ dilexit illam: doctrix est enim disciplinæ, & electrix operum illius. *Ad Nonam Capit.* Breuis est in uolatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. *Ad Magnificat Antiph.* O uirgo maxima gloria præstans, cuius sacra stata orbis uniuersus hodierna die celebrat, quam angeli cum laudibus efferunt, ac cæteri supernì ciues admirantur: Age apud Deum quo mentes nostræ semper diuinis præceptis obtemperent, nosque uirtutibus alijsq; bonis augeat Alleluia.

SACRÆ MISSÆ OFFICIVM.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore Catherinæ uirginis, de cuius solennitate gaudent angeli, & collaudant filium Dei, Alleluia alleluia. *Vers.* Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Gloria patri. Gloria in excelsis Deo &c. *Oratio.* Deus qui beatæ Catherinæ uirginis

ginitatis & patientiæ ſpeciali priuilegio decoratæ, malignantium ſpi-rituum certamina uincere, & in amore tui nominis inconcuſſe perma-nere tribuiſti, concede quæſumus, ut eius imitatione calcata mundi ne-quitia, & omnium hoſtium ſuperatis inſidijs, ad tuam ſecure gloriam tranſeamus. Per do. &c. *Epiſtola. Ad Corinthios.*

FRatres: Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Vti-nam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ, ſed & ſupportate me. Æmulor enim uos Dei æmulatione. Deſpondi enim uos uni uiro uir-ginem caſtam exhibere Chriſto. Alleluia. Syderibus cunctis fulgen tior eſt Catherina, & decus æternum eſt hæc quoque uirginibus. Al-leluia. Surrexit Chriſtus, & occurrens mulieribus, ait: Auete, tunc ac-ceſſerunt & tenuerunt pedes eius. *Poſt Aſcenſionem ſecundum Alleluia:* Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuita-tem, dedit dona hominibus. *Sequentia.*

LVx aduenit ueneranda, laus in choris iubilanda luminoſis cordi-bus. Huius læta lux diei, feſtum refert ſponſæ Dei dedicandum laudibus. Hæc de *Senis* oriunda, Catherina uirgo munda iuſtis ex pa-rentibus. Mundum, carnem, hoſtem fregit, & triumphum uictrix egit ornata uirtutibus. Matrem Chriſti uenerandam, omni gradu ſalutan-dam luſtro primo didicit. Multis ſanctis comitatum, ſe benedicentem Chriſtum uirgo ſancta conſpicit. Virginalis uitę uotum Deo ſpondet cꝫ deuotum ætatis ſeptennio. Ob hoc uirgo tribulatur, ſed a Deo libe-ratur columbæ indicio. Regularis uitæ ſtatum amplexatur inſtitutum a ſancto Dominico. Hunc adepta uirgo ſancta, mox miranda claret ui ta, Deo placens unico. O cꝫ chara, cꝫ accepta Chriſto regi eſt effecta ob hoc uirgo gratius. Nã ab ipſo uiſitari, & de cunctis edoceri ſolebat frequẽtius. Hinc in ſponſam ſubarrari, & in fidẽ deſponſari meruit cũ gloria. Quis condigne poteſt fari, quave lingua explicari fletus & ſuſpi ria, Quæ fraterna pro ſalute, Ieſu ſponſo cum uirtute emittebat ſæpi-us. Vt peccanti creaturæ & redemptæ ſuo iure, fieret propitius. Chri-ſti corpus uenerandum ſic ducebat frequentandum magno deſyderio, Vt ſi ſibi licuiſſet, omni die id ſumpſiſſet pro ſui remedio. Dulce ſi-gnum charitatis, dum amator caſtitatis, cor mutat in uirgine. Quo ſic flagrat, ſic mouetur, ut dilectum contempletur in cœlorum ordine. A quo ſane nulla ſorte, nec in uita nec in morte ſeparari patitur. Sed in eum tota rapta, & a terra eleuata, Deo uero fruitur. Tandem Chri-ſtus dulcis ſponſus, pio cordi ſic coniunctus ſponſæ ſuæ nobilis, Cla-ram miris prodigijs. Ieſu bone, Ieſu dulcis, qui ad lumen cæcos ducis ſponſę tuę p̃cibus, Nos purgatos a peccatis, fac regnare cũ beatis oĩ-bus temporibus. Tuꝫ uirgo Deo digna, mitis, clemens & benigna, precibus nos refoue. Nec oblita pietatis, ad conſpectum deitatis popu lum hunc promoue. Alleluia. *Secundum Matthæum.*

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo, seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est oñibus seminibus. Cum autem creuerit, maius est oñibus oleribus, & fit arbor, ita ut uolucres cœli ueniant, & habitẽt in ramis eius. Iterũ simile est regnũ cœlorũ fermẽto, q̃d acceptũ mulier abscõdit in farinę satis tribus, donec fermẽtatum est totũ. Hæc oĩa locutus est Iesus in parabolis, ut impleretur q̃d dictum est per Prophetã dicentẽ: Aperiã in parabolis os meũ, eructabo abscondita a constitutione mundi. Credo *&c.* *Offer.* Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ, & in seculũ seculi. Alleluia. *Secreta.* Munera quæ dñe tibi in honore beatæ Catherinæ uirginis offerimus benigno suscipe uultu, & nos eius meritis ac̃ intercessione ad tuam facito propicius peruenire lętitiã. Per dominũ &c. *Cõio.* Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia. *Post Communionem.*

SVmptis dñe diuinæ gratię sacramentis, quæsumus, ut intercedente beata Catherina uirgine tibi acceptissima, hostiles superemus incursus, & ad æternæ redemptionis augmenta proficientes, tuis semper oculis placeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum &c.

QVANDO CELEBRATVR DE BEATA Catherina ex uoto uel deuotione Infra annum, Officium.

DIlexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lętitię præ cõsortibus tuis, *tp̃e Paschali,* alleluia. *uers.* Eructauit cor meũ uerbũ bonũ, dico ego opera mea regi. Gloria patri *&c.* *Oratio & Epist. ut sup. Respon.* Adiuuabit eã Deus uultu suo, Deus in medio eius nõ cõmouebit, *uersus.* Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei, sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus. Alleluia. Syderibus cũctis fulgẽtior est Catherina, & decus æternũ est hęc q̃q̃ uirginibus. *Infra Septuagesimam. Respon.* Adiuuabit eã. *ut sup. Tractus.* Qui seminãt in lachrymis, in gaudio metent. *uersus.* Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. *uersus.* Venientes aũt uenient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Euangelium & reliqua omnia sicut in die.

MEMORIA QVOTIDIANA DE EADEM.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ad sedes regni faciat transire superni,
Virgo fouens meritis nos Catherina suis, Alleluia. *uersicu.* Ora pro nobis beata Catherina, alleluia. Vt digni. efficiamur promis. *&c.* *Oratio.* Deus qui *ut supra.* *Ad Benedictus. Antiph.*

Det Catherina frui nos uero lumine Christi,
Et societ superis uirgo btã choris alle. *uer.* *Oratio ut supra.*

Hæc prædicta omnia Pius Papa secundus.

ALIA

ALIA COMMEMORATIO AD

uesp. & ad laudes de cadẽ, ut putatur a Raymundo.

OSpem mirã, quã dediſti, dum uixiſti, dũ trãſiſti, filijs q̃s dilexiſti, dũ teipſis p̃futurã, poſt mortẽ p̃miſiſti. Nos tuis iuuans p̃cibus, imple mĩ q̃d dixiſti. *uerſ.* Quæ tot ſignis claruiſti, & uirtutibus fulſiſti, nobis opẽ feras Chri. Nos tuis *&c. uerſi.* Ora p̃ no. *&c.* *Oratio.* Dñe Ieſu Chr̃e filĩ Dei uiui, q̃ B. Catherinã ſpõſam tuã triplici aureola dotare dignatus es, cõcede p̃pitius, ut cuius in terris memoriã agimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur in cœlis. Qui uiuis &c.

PII PAPAE II. SERAPHICAE SPONſæ domini noſtri Ieſu Chriſti S. Catherinæ Senenſis Epitaphiũ.

VIrginis hoc almæ Catherinæ corpus humatum
Marmore contegitur, fruitur, ſed luce ſuperna
Spiritus: hoc pandunt ſua tot miranda per orbem.
Cœlitus eloquio fuit hæc afflata profundo,
Doctrinæ antiſtes, rerum mirabilis auctrix,
Virgo ſacrata habitum, ſacri tulit ordinis arctum
Dominici, delegit eam, ſponſamq; uocauit
Chriſtus, ob hoc Seraphin nunc eſt ſtipata cateruis.
Multoties per eam ſumpta eſt communio, mire
Iſta ſinu largo miſeros confouit, egenis
Dulce leuamen erat, fuit & iuſtiſſima cunctis,
Capta Dei zelo, membris & ſæpe leuata
Mente ſimul uidit, quæ nulli prodere fas eſt.
Vt generi noſtro requies æterna daretur,
Fleuit in humanis: optataq; ſtigmata paſſa,
Vitales redijt iam mortua prorſus in auras.
Martyrij uarijs fuit & decorata coronis.
Denique dæmonys mortem cruciata ſubiuit.
Cantibus eſt igitur uenerari & laudibus amplis
Digna, ſuis meritis hæc fulgida ſtella per omnes.
Hanc urbs Senarum, completis mille trecentis
Atque quadraginta annis ſeptem, protulit æuo.
Ad ſuperos animam decies perfudit in octo.

IDEM.

Nata Senis uirgo Catherina, eſt ſtigmata paſſa,
Subq; Pio felix ſuperis aſſcripta ſecundo,
Et diuum uenerata polo, ſeruauit abunde
Hæc, ternus quæcunque iubet ſectarier ordo
Dominicum ſacrum coluit, quæ magna ſacerdos
Sacri Dominici, lætatur qua concio tota,
Cuius ſeruauit leges ac iura beata.

RAYMVNDI DE VINEIS CAPVANI SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS IN VITAM beatæ Catherinæ Senensis à se descriptam, Prologus.



VOX SPIRITVALIS EST aquilæ, vsq; ad cœli supremi fastigium euolantis, secretaq; diuini consilij militanti Ecclesiæ reuelantis, atque dicentis suarum reuelationum libri, videlicet Apocalypsiorum, cap. xx. Vidi angelum descẽdentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. ¶ Hæc autem verba qualitercunq; sint hactenus per sanctos doctores exposita, ad præsens tamen intentum (nisi nimium fallar) non inepte videntur mihi proposita, dum scilicet angelicæ virginis, cœlestis potius q̃ humanæ cõuersationis, gesta intendimus enarrare, quam constat profunditatem abyssalis sapientiæ multis viam salutis ignorantibus reseraſſe: & catenam qua satanas alligatur, verbo pariter & exemplo cũctis percipere volentibus demonstrasse, imo vt magis proprie loquar, cõmunicasse. ¶ Quod si per angelum descendentem de cœlo, illum intelligamus, magni consilij angelum dominum Iesum Christũ, qui testãte Apostolo, descendit de cœlo pariter & ascendit: nequaquam hic sensus à nostro deuiabit proposito. Ipsius enim sunt hęc hauddubium opera, cuius deliciæ cum hominum filijs & filiabus, per ipsum ab æterno electis, fuisse ab initio, dinoscuntur. Ipse est, qui attestãte aquila supradicta, clauem quomodolibet habet Dauid: quo aperiente, nemo claudere: & claudente, nemo valet aperire. Ipse rursus mortis & inferni clauem attestatur se habere, propter quod nõ est mirum, si catenam ad alligandã satanam secũ defert. Verum idem dominus angelorum, & nunc angelus nominatus, charitate perpetua genus adeo dilexit humanum, vt ineffabiliter miserans, traheret eius naturã ad sui vnitatem suppositi. Idcirco vt dictum est, nullis egens delicijs, tam excellenter cum filijs hominum delectatur, ꝙ ea quæ ab æterno disposuit facere, non nisi per instrumenta humana exequi conetur. Hinc ergo est, ꝙ per sanctos & electos à se homines, secretissima sua mysteria semper ab initio seculorum patefecit. Hinc est, ꝙ admirãda & super naturalia opera, per ministeria semper hominum sibi placidorum perfecit. Hinc, ꝙ legem viuendi hominibus terræ incolis de celso cardine traditurus, nõ nisi hominem in mediatorem elegit, quem & ducem electi populi delegauit. Hinc tandem, ꝙ humanę naturæ quasi captus cupedine amorosa, de gratiosissima homine virginali, eandem naturam perfecte assumpsit, & ipsam tanquam decorem suæ charitatis indutus, per eam & cum ea hominibus indiuisibiliter est vnitus. Quo supermirabiliter & super gratiose peracto, in tantum est genus humanum amplexatus, ꝙ fraternitate tam admirabiliter hominibus exhibita non contentus, in precium pro salute se hominum tradidit, in cibum animarum humanarum proprium corpus & sanguinem vsq; in finem seculi contulit, & fidelibus hominibus seipsum in præmium repromisit. Ex his oñibus potest fidelium vnusquisq; perpendere, quam summũ dignitatis gradum genus humanũ ascenderit, & in quàm alto quilibet Christicola sit apice constitutus. ¶ Transcendit quippe angelicũ culmen in præsentiarum dignitas hominis: & minorato (vt sic loqui liceat) Deo paulominus ab angelis, super angelorum cardines exaltatus est homo. Minuisti eum (dixit Ptopheta) paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & cõstituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Quod exponens Apostolus ad Hebræos de Christo: In eo, inquit, ꝙ ei subiecit omnia, nihil dimisit non ei subiectũ. Eliciat igitur ex præmissis sapiens intellector, q̃ confidenter queat fidelis anima saluatoris q; sui amatrix,

amatrix, ad ipsum accedere, quanta cũ fiducia ipsum sequi, quàm innumera, quàmq; dul cia dona sperare possit se percepturam ab eo, qui se totum pro ipsa impendit, sub cuius etiam potentia cuncta pendent. O excæcata segnities, o nimium obstinata duricies tem porum modernorum, o super niuem & glaciem frigiditas hodiernorum spirituum con gelata. Quàm feruenter currebant hactenus animæ desponsatæ Christo in fide post agnum, q̃ velociter sequebantur eum, quocunq; iuisset, etiam inclusiue vsq; ad crucem. Quanti & quantæ non modo vtriusq; sexus, sed ætatis & conditionis cuiuslibet, mun dum & quæ in mũdo sunt, velut stercora contẽnentes, corpusq; proprium oñi passibili discrimini & lætantissima mente exponentes, per spinas tribulationum & tribulos cor poralium tormentorum, illis in temporibus felicissimis post æternum sponsum volan tes potius quàm currentes, etiam per mortis barathrum secura mente trãsibant, inter minatam ad vitam? Quanti rursus & quantæ, quibuscunq; transitorijs conculcatis, lon go propriã carnem domãtes martyrio, cœliq; gaudia mentalibus oculis intuentes, nec non & sanctam Ecclesiam ædificantes doctrina pariter & exemplo, post agones diuti nos vita cœlibe consummata, migrabant feliciter ad cœlestem? Et vnde omnia hæc, nisi quia sæpe fatum magni consilij angelum de cœlo descendentem in corda sua rapuerũt, cuius cũ claui Dauidica abyssum suarum cogitationum clauserant terræ, aperuerant cœ lo? Sicq; grandem virtutum catenam ab ipso accipientes, aduersantem satanam vicerãt pariter & ligarant. Hæc illis euenere temporibus quasi communiter & q̃ multis, sed & his periculosis temporibus, in quibus secundum prophetiam Apostoli, sunt quasi oñes seipsos amãtes: idem angelus non desistit suo nobis magno consilio simul & auxilio sub uenire, producendo scilicet hinc inde per orbem fideliũ aliquas animas, licet paucas, quis bus tam copiose, tamq; largiflue grãdia dona sua conferendo multiplicat, cp expertis stu por, inexptis vero incredulitas in mentibus generatur. Et quod amplius est mirãdum, ac meo iudicio notandum, hanc abundantiam gratiarum in sexu fragiliori, videlicet fœ mineo, diebus istis videtur singularius operari? Forsitan vt confundat virorum super biam, & illorum potissime, qui reputatione propria inflati, scientes, cum nihil sciant, & sapientes, cum nihil tñ de dulcedine diuina sapiant, se dicere non verentur. Hi tam stul ti (secundum Apostolum) prolipudor hodie facti sunt, cp absq; scientia scire, sine sapien tia sapere frustra contendãt. Tales igitur, si non fallor, æterna sapientia per humilem san ctarum puellarum doctrinam, mirandaq; opera videtur decreuisse confundere, vt oñis caro coram ipso non glorietur, & discat insipiens homo, vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit lumen oculorum & pax. Quamobrem quandã admirabilem puellam sacramq; virginem ipsa sapientia incarnata produxit in Tusciæ regione, Senensiq; ciuitate Virgi nis, antiquo suo titulo nuncupata. Cuius dum actus & doctrinam attente considero, ge staq; vitæ ac felicissimum transitum admiror, stupere ac flere magis libet, quàm aliquid dicere. Quod eñ cor in tot & tam mirãdis donis altissimi non deficiat, dum cernit hanc virginem seu fragilem, imbecillem ætate, natiuitate plebeiam, absq; humano doctore si mul & ductore, tãtum apicem perfectarum ascendisse virtutum, tãtam acquisiuisse clari tatem & perfectionem doctrinæ, & hoc totum infra lares paternos? Quis nõ stupeat? quis non miretur? Quis cõtinere possit lachrymas gaudij simul & laudis? Verum quia indignissimo mihi, nullis præcedentibus meritis, vtinam non contradicentibus potius ipsis demeritis, superna pietate, quæ neminem vult perire, concessum est, vt fere circa fi nem cursus viæ eius, pluribus annis præfatæ sacræ virginis non tãtum haberem notiti am & conuersationem familiarem, sed etiam per ipsam essem in confessorem electus, ad participãdum & sciendum quæcunq; secreta sibi à domino concessa vel reuelata, ne tam precioſum talentũ largitate mihi altissimi commẽdatũ, more serui nequã (q̃d absit) absconditum teneam in sudario, ipsum ad publicam mensam, pro animarum lucro co piosius cõquirendo, intendo exponere, vt cum vsuris Deo placitis, reportem illud tem pore suo coram domino saluatore. ¶ Porro quia verbum Iohãnis assumptum superius, meo proposito coaptatur, si nõ nimium fallor, reassumo illud, & exclamãdo profero se culis tam præsentibus quàm futuris. ¶ Vidi ego Raymundus nomine vsitato, ab ipsa tamen virgine vocatus ab euentu Iohãnes, propter secreta reuelata mihi ab ea, vt æsti mo: Vidi, inquam, angelum descendẽtem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam in manu sua vidi, & præsens fui. Et quamuis multa & grãdia fuisset dominus operatus, antequam ipsius haberem notitiam: omnia tamen audiui, vel ab ipsa in secreta confessio-

ne,vel ab alijs vtriuſq; ſexus perſonis,digniſſimis omni fide, qui præſentes fuerunt pariter & viderunt. Vidi igitur & audiui,ita vt mihi & alijs qui fuere præſentes, cum Euangeliſta Iohãne liceat exclamare: Quod vidimus,q̃d audiuimus de verbo vitæ,habitanti in hac mirabili virgine, hoc vobis, & non aliud, nunciamus. Non enim poſſumus(vt cum Petro & Iohanne loquamur)quæ vidimus & audiuimus non loqui,aut non coram omnibus prædicare. Videamus ergo diligẽter o fideles Chriſticolæ, hoc verbum quod factum eſt, quod fecit dominus, & oſtendit nobis peccatoribus, quorum primus ego ſum, qui ſupra dixi, quod vidi. Sed quid, obſecro, vidi? Vidi profecto angelum deſcendentem de cœlo. Hæc em̃ fœmina,de qua ſermo,non fœmina,ſed potius angelus terreſtris,vel(ſi malueris)homo cœleſtis dicenda erat,quàm fœmina. Nũquid em̃ non eſt angelicum & cœleſte, omnibus illicitis ac licitis corporalibus delectationibus ex toto renunciare,in cœleſtibus ſemper mentaliter habitare,verba æternæ vitæ indefinenter ex ore proferre,abſque cibo,potu & ſomno,ſub pluribus grauibus morbis corporeis non modo viuere,ſed lætari,& quæ Dei ſunt ac ſalutis animarum,indefectibiliter operari continue? Quis hæc terreſtria dixerit aut humana? Taceo de ſignis alijs & miraculis alijs coram nobis per ipſam patratis à domino, de quibus nõ eſt modo dicendum per ſingula,ſed concedente domino,infra pro magna parte dicentur. Quid mirum igitur, ſi angelus per nos appellatur,quæ naturam angelicam puritate carnis & ſpiritus imitata, officium etiam angelicum,regis angelorum præcepto,indefinenter exequebatur. Quæ recte dicitur de cœlo deſcendere, quia in cœlo ſua ſancta exiſtens conuerſatione, per humilem ſui cognitionem & proximorum compaſſionem, frequẽter deſcendebat ad terram. Sed quia ſcriptum eſt de ſponſo, q̃ qui deſcẽdit, ipſe eſt etiam qui aſcendit: & ſponſa vera nititur ſe ſpõſi greſſibus totis viribus cõformare, deſcendebat & aſcendebat virgo admirabilis ſupradicta ſimul cum angelis in ſcala Iacob, vt videlicet cernendo faciem domini,ſummitati ſcalæ innixi,largam benedictionem acciperet aſcendẽdo,& eiuſdem benedictiõis participes deſcendẽdo faceret incolas terræ huius. Quod totum perfecit in ſcala Iacob,quia prout infra domino præſtãte patebit,quidquid quæſiuit à domino,& quidquid operata eſt,totum factum eſt mediãtibus glorioſa Dei genitrice Maria, & quæ de ipſa fuit aſſumpta, ſaluatoris humanitate, quæ duo per ſcalam Iacob propriſſime ſignabãtur. ¶ Cæterum angelus ſic deſcendẽs,vt diximus, clauem abyſſi habere nõ abſq; myſterio dicitur. Quia hæc virgo angelica, ſuper omnem æſtimationem humanam,profunditatem diuinæ ſapiẽtiæ,quãtum animæ viatrici fas eſt,inueſtigãs,nobis eam aperuit & oſtẽdit. Quis em̃ legens epiſtolas eius, quas quaſi per totum direxit mundum Chriſtianorum fidelium diuerſorum ſtatuum & graduum perſonis, admirãs nõ ſtupeat ſtylum altũ,profundas ſentẽtias,animarumq; ſaluti perutiles ſupra modum? Quamuis em̃ proprio ſermone vulgari loquatur in eis, quia nõ cognouit literaturam: quia tamẽ introiuit in potẽtias dñi cum claui profunditatis profundæ, ſtylus eius(ſi quis diligenter aduertit)potius videtur Pauli q̃ Catherinæ, melius alicuius Apoſtoli, quàm cuiuſcunq; puellæ. Has autem epiſtolas ita dictabat velociter,abſq; cogitatiõis interuallo etiã modico, ac ſi legeret in aliquo libro ante ſe poſito quidquid dicebat. Vidi ego ſæpe ipſam dictãtem duobus ſcriptoribus diuerſas epiſtolas diuerſis perſonis mittẽdas, & de diuerſis materijs,nec aliquem ex eis expectare dictamen per quãcunq; paruam morulam,nec audire ab ea niſi quod pertinebat ad ſe. Quod dum nimium admirarer,reſpõſum eſt mihi per plures qui eam nouerãt ante me,& frequentius viderãt eam dictãtem, q̃ aliquãdo tribus, aliquãdo quatuor ſcriptoribus ſimiliter dictauerat, vt dictum eſt,& cum eadem celeritate,necnõ & memoriæ firmitate, q̃d in corpore muliebri tam macerato vigilijs & inedia,potius dat mihi ſignum miraculi & infuſionis ſupercœleſtis,quàm cuiuſcũq; naturalis virtutis. Inſuper ſi quis inſpiciat librum,quem ſpiritu ſancto manifeſte dictãte, compoſuit in idiomate proprio, quis poſſit imaginari aut credere illum factum per fœminam? Qui quidem ſtylus eſt altiſſimus,ita vt vix inueniatur ſermo Latinus correſpondẽs altitudini ſtyli eius,prout in præſentiarum experior egoipſe, qui trãſferre in Latinum ipſum ſatago. Sentẽtiæ ſunt tam altæ pariter & profundæ,q̃ ſi eas in Latino perceperis prolatas, Aurelij Auguſtini putes potius fuiſſe, q̃ cuiuſcunq; alterius. Quãtum autem ſint vtiles animæ,ſuam quærẽti ſalutem: nec breui,nec facili poteſt expli cari ſermone. Omnes quidem ſubtilitates deceptionum hoſtis antiqui,cõtinentur in eo, omnesq; viæ & modi vincẽdi ipſum, altiſſimo complacẽdi, beneficia ſaluatoris collata,

ratio-

rationabilibus creaturis,necnon & culpæ quæ cõtra ipsum prohdolor hodie in nostro nequam seculo committũtur communiter adhuc,& ipsarum remedia, si quis diligẽter aduertit,in ipso reperiũtur.Porro cõtenta in eo,vt relatum est mihi per scriptores eius, ipsa nunquã dictauit dum vtebatur corporeis sensibus,sed semper dum actualiter in ecstasi posita,loquebatur cum spõso suo. Propter quod & liber ille ordinatus est per modum dialogi inter creatorẽ,& ab ipso creatã animã rationalem & viatricẽ. Propter hæc autem,quãuis scripturæ eius sint modis oñibus cõmendandæ, nec ad commẽdationem ipsarũ possim sufficere:modicũ tamẽ sunt, respectu actualis loquelæ eius,dum ageret in humanis.Dñs eñ ei dederat linguã eruditissimã,vt sciret proferre sermonem vbiq; verbaq; ipsius ardebãt vt faculæ, nec erat quicũq; audiens eam,qui se à calore ignitorũ verborum eius totaliter possit abscõdere. Vnde & cõmunis est sentẽtia hodie illorũ qui eam nouerũt,& sequẽtium & nõ sequẽtium vestigia eius, ꝙ nunq̃ aliquis venit ad audiẽdam ipsam,cum quãtumcũq; mala intentiõe, ipsam scilicet etiã deridẽdi, qui nõ recesserit ab ea vel modicũ aut perfecte cõpunctus,& in totũ vel in parte correptus,Quis per hęc signa nõ videat ignẽ spiritus sancti habitãtis in ea? Quis aliud quærat experimẽtum eius qui loquebatur in ea Christus? Arbor etenim quęlibet ex fructu cognoscitur,iuxta sniam, veritatis. Et bonus homo de bono thesauro profert bona verba &c.vt dicit eadẽ veritas incarnata. ¶ Vidisses frequẽtius,illos qui causa ridẽdi & deridẽdi ingressi fuerãt,cum lachrymis egredi:Eos qui corde inflato intrauerãt & erectis ceruicibus, dimisso capite ac suspirãtes exiret:Alios q; qui sapiẽtes erãt in oculis suis,& humana sciẽtia prędi ti, post q̃ ipsam audierãt,supponere digitum ori suo stupẽtes & inter se mussitare. Quomodo hęc literas scit,cum nõ didicerit? Vnde huic mulierculæ sapiẽtia tãta? Quis eã tam perfecte instruxit? Quis eã docuit tam alta? Quæ oñia testimoniũ dabãt plenũ,cuicũq; sane intelligenti, ꝙ clauem habebat abyssi,profunditatis scilicet sapiẽtię supernaturalis:& mentes illuminãs tenebrosas,aperiebat cæcis thesaurum lucis æternæ.Subiũgebatur postremo verbo Iohãnis,pro fundamento prologi huius assumpto:Et catenã magnã habens in manu sua. Quod, vt prius, ad nostrũ propositũ per quid nominis declaremus.Quid mirum,si habebat Catherina catenã? Nunquid nõ ista duo nomina in voce concordãt? Etenim si Catherina cum syncopa dixeris,catenã habebis:& si catenę vnicã superinseueris syllabam,Catherinę nomẽ accipies. ¶ Sed obsecro,ibimus ne tãtummodo post voces & signa,neglectis rebus atq; mysterijs per istas voces signatis? Nõ solum hæ voces, sed & res ipsæ cõuenientiã nobis indicãt.Catha siquidem Græce,Latine indicat vniuersum.Vnde & Catholica Ecclesia propter vim Greci vocabuli,vniuersalis proprie dicitur in Latino.Catherina igit & catena,vniuersitatẽ nobis inducere intendũt, quod & catena ex suę substãtię ordine manifestat. Componitur eñ ex diuersis anulis alicuius materiei,simul tamẽ & taliter adinuicem colligatis,ꝙ nisi frangãtur,nõ possunt ab inuicẽ separari. Sicq; anulloꝝ illoꝝ diuersoꝝ & sic vnitoꝝ (vt diximus) vniuersitas,catena vocatur,iuxta multitudinis vsum,quẽ sequẽdum in rebus mũdanis censet philosophus.Hæc aũt vnitas diuersoꝝ,seu diuersitas vnitoꝝ,duplicẽ nobis collationẽ bonoꝝ insinuat,fidelium videlicet hominũ,ex quibus cõstat Ecclesia:& sanctaꝝ virtutũ, ex quibus cõstat salus & sanitas animaꝝ. In qualibet vniuersitatũ istarũ Deo gratarũ, vniuersitatẽ & diuersitatem,de necessitate reperies. Nec vniuersitas proprie dici posset,nisi vtriũq; complecteret. Quãobrem ex principio huius nominis diuersitas cõponitur & vniuersitas:quod totum signat hoc nomẽ catena,in quo forsitan nõ paruum latet mysteriũ.Cõstat etenim virtutes esse colligatas, ꝙ altera simpliciter sine altera haberi nequaq̃ potest. Et quęlibet tamẽ habet suã singularẽ conditionẽ,quã nulla aliarũ potest habere:sic protinus & fideles in vna fide,in vnaq; charitate vniti,ita dispositi sunt, vt si quis ab illa discedat,desinat esse fidelis. Et tñ necesse oino est, ꝙ singuli singulares habeãt illius spũs grãs, qui diuidit singulis,prout vult,quẽadmodũ & eoꝝ subiecta,ex propria natura singulariter diuiduntur.Nonne ergo quęlibet vniuersitatũ istarũ, per ea quę superius dicta sunt,tibi nũc clare apparet vna catena? Diuersitas vnitoꝝ,& vnitas diuersoꝝ,hoc indicant manifestet ꝙ si earũ quęlibet est catena,consequens est per ea quę superius dicta sunt, ꝙ vtraq; ipsarum comprehẽdatur,in hoc nomine Catherina.Et vere nõ mirũ,quia hęc Catherina & vniuersitatem virtutũ accepit a dño, & vniuersitatẽ fideliũ tãto cum amore gestabat in corde, ꝙ nullum nouũ intelligenti videbitur,si dicatur in sua manu catenã habere: Quia vniuersitates iam dictas,nõ minime nec mediocriter,sed perfecte possedit & excellẽter.

Nimis,vt puto,breuiter dictum est quod intendo, volo, sicut & debeo, latius explicare. ¶ Vidi & ego frequenter, licet vitijs plenus, virtuosas personas: sed nunquã recolo me vidisse, nec visurum arbitror in futurũ, tam vniuersalem excellentiã virtualem, sicut in hac virgine patienter ostendebat. Et vt incipiamus à fundamento & condimẽto virtutum, humilitas videlicet tãta erat in ea, ꝙ nõ modo viliſſimo aut viliſſimę cuilibet subijci, non tãtum omnium infima reputari optabat continue, imo se causam omnium malorum quæ alij patiebãtur, firmiter æstimabat. Quapropter quandocũq; cernebat mala culpæ vel pœnæ vniuersalia vel particularia cuiuscũq;, cõtra seipsam insurgens, dicebat: Tu omnium malorum istorum es causa. Ab iniquitatibus tuis hæc cuncta procedunt, ergo recognoscas teipsam, & plora peccata tua coram pedibus dñi, donec merueris audire cum Magdalena: Dimissa sunt tibi peccata tua &c. Attende lector non modo humilitatem, sed humilitatis profundiorẽ radicem. Parum erat illi, cæteris subdi, cuilibet obedire, à quolibet patienter iniurias sustinere: imo post hæc omnia non tãtum secundum saluatoris doctrinã, ancillam inutilem, sed præ cęteris & pro cęteris, ac (quod maius est) pro persecutoribus suis ream se accusabat corã domino: sic non solum omnibus subditam, non tãtum omnium infimã, imo reputabat se omnibus necessario debitricem. Hinc & licito & illicito excluso iudicio proximi, omniq; reputatione propria procul pulsa, contemnendo seipsam, tam excellenter contemptũ proximi perfecisse cõtemnebat, seq; sub pedibus omniũ prosternebat. Cernis lector, qualiter hic excludebatur ex toto superbia, qualiter amor proprius sapiẽtissime vincebatur, quomodo quę legẽ implet, dilectio proximi fortissime seruabatur. Adspicis ne charitatem & humilitatem in eodem opere artificiosissime catenatas? Nunquid tibi videtur hæc catena sufficiens ad superbissimũ satanam capiendum & alligãdum, prout testis Iohãnes adductus adiungit. ¶ Verũ quædam in dictis nunc forsitan mouebunt te dubia, quę tua de mente intẽdo abstergere, ne putes obscuritatem sociam falsitatis. Forte nãq;, quia superius dictum est, quod optabat cuilibet viliſſimo subijci, & infima omniũ reputari, hoc quia non est latius declaratum, aut non credis, aut vilipendis. Sed volo te scire, ꝙ prologi totaliter mensurã excederemus, si cuncta quæ adducimus, vellemus particulariter declarare. Sufficit ꝙ in tractatu legendæ, omnia latius inserentur. Veruntamẽ scito, hanc virginem omnibus & singulis de domo sua, etiã ancillæ inclusæ, pluribus rursum pauperculis & infirmis in hospitali decumbẽtibus, se voluntarie subiecisse ac obedisse diutius, nec vnquam fine subiectione viuere voluisse vsq; ad tranſitus sui horã, prout infra patebit latius in legenda. Quod infimã se reputauerit cęteris, satis est in proximo declaratum, vt æstimo. Sed vt omnem de mente tua remoueam scrupulum, scire te volo, ꝙ aliquãdo ego ab ipsa petiui, qualiter fieri potuit, ꝙ comite veritate, ipsa se causam omnium malorũ quę fiebant, computaret & fateretur. Quę amplius suã conclusionem affirmans, dixit omnino sic esse, & addidit: Nonne si ego essem igne diuini amoris perfecte accensa, & creatorẽ meum ignita mente orarem, ipse qui totus misericors est, faceret omnibus istis misericordiam, & concederet quod de igne qui in me tunc foret, omnes accenderentur? Et quid est illud quod impedit tm̃ bonum? certe non nisi peccata mea. Quia defectus non potest esse à creatore, in quo nullus cadit defectus: oportet igitur quod sit ex me, & à me. Super hoc autem, quãdo considero quot & quãtas gratias mihi tam misericorditer est largitus, vt talis efficerer, sicut dixi: & tamen propter iniquitates meas ego talis non sum, quod mihi satis clare ostenditur in malis quæ video, iraſcor contra meipsam, & ploro peccata mea, quia non propter hoc despero, sed semper amplius spero, vt parcat mihi & eis. Hæc est illa locuta mihi maximo cum feruore. Ego autem admirãs nouum modum humilitatis & charitatis simul seruãdæ perfecte, cum etiam videretur peccata notoria proximorum imputare sibi, licet aliquæ mihi replicationes occurrerent, silere malui quàm aliquid amplius replicare coram tanta magistra virtutum. Aduertiq;, ac nunc differendo magis aduerto, humilitatem, fidem, spem, & reginã omniũ charitatem, in hoc vno actu mirabiliter & excellenter concatenatas. Humilitas enim faciebat, vt mala proximorũ sibimet imputaret modo mirabili, & non illos contemneret. Fides ostendebat ei, quàm benignus & misericors esset dñs & præstabilis super malitia peccatorũ, ac etiam q̃ fructuosus sit ignis habitans in mentibus seruorum Dei. Spes confortabat eam, vt non obstãtibus tot & tantis peccatis, confidens ad misericordiam implorãdam accederet, tam pro se quàm pro alijs. Et hæc omnia operabatur illa, quæ nunq̃ excidit, charitas. Cum hoc erat ibi perfecta pec-

cta peccatorum contritio, simul & satisfactio cum lachrymis cordis & corporis. Zelus animarum eximius, & solicitudo superlaudabilis de vniuersorũ salute. Quid in præsentiarum tibi videtur o bone lector? Nonné in primo tibi adducto huius sanctæ virginis opere, catenã virtutum adspicis grãdem valde? Nunquid non clare nunc cernis, iuste vocatum fuisse nomen eius catenã seu Catherinã, proprieq; de ipsa in themate nostro dictum, q̃ habebat catenam magnã in manu sua? Sane quia duplicem ipsam diximus habuisse catenã, virtutum scilicet & fidelium animarũ, ex quibus constat ecclesia, quas amabas gestabat in mente cum magna perfectione: forsitan tibi non videtur ostensum fuisse nisi de vna, cum tamen, si aduerteris, de vtraq; sit tactum. Verum ad clariorem eorũ quæ dicuntur, ostensionem, scire debes q̃ tantus erat ardor amoris, quem ad quemlibet fidelium, & multo plus ad vniuersorum congregationem gestabat in animo, q̃ omnes cogitationes, locutiones, actus & tota ipsius vita pariter & intentio, nihil aliud resonabant aut sapiebãt, nisi proximi compassionem & charitatem. Quis, obsecro sufficienter possit recitare eleemosynas quas largiebatur pauperibus, obsequium quod impendebat infirmis, deuotionis & confidentiæ solatium, quo morientes consolabatur pariter & fouebat? Quis iterum possit numerare afflictorum consolationes, peccatorum conuersiones, iustorum confirmationes, malorum supportationes, omniumq; ad se venientium charitatiuas attractiones, quibus simul & diuisim proximorum salutem efficacissime procurabat? Quis rursus queat inuestigare fluuios lachrymarum, viscerosa suspiria, orationis instantiam, singultuosos gemitus, quibus sine intermissione die noctuq; apud sponsum suum non absq; sudoribus incredibilibus laborabat, vt finem salutiferum singulis impetraret? In cuius rei testimoniũ audita est aliquãdo à pluribus testibus, dum esset in ecstasi, ex abundantia spiritus linguam corpoream mouendo, suum sponsum silenter affari & dicere: Nunquid domine potero esse contenta, si quisquam ex his qui ad imaginem & similitudinem tuam creati sunt, sicut ego, pereat, & de manibus meis auferatur? Ego nec vnum ex fratribus meis volo quomodolibet perdi, qui tam naturę quàm gratiæ sunt mihi natiuitate coniuncti. Et hostis antiquus volo q̃ omnes amittat: tu autem lucreris omnes, ad laudem & gloriam nominis tui maiorem. Melius enim mihi esset, q̃d omnes saluarentur, & ego sola, salua semper tua charitate, sustinere pœnas inferni, quàm si ego essem in paradiso, & ipsi omnes damnati perirent: quia maior honor & gloria nominis tui erit, si primum accidat, quàm secundum. Responsumq; ei est à domino, prout secrete mihi confessa est: Charitas in inferno stare non potest, destrueret enim eum totaliter. Facilius foret infernum destrui, quàm quod charitas staret cum eo. At illa: Vbi tua veritas & iustitia paterentur, omnino vellem ipsum esse destructum, vel saltem quod amplius ad ipsum nulla descenderet anima. Et si salua vnione charitatis tuę, super os inferni ego ponerer ad claudendum, quod illuc amplius nullus ingrederetur, gratissimum mihi esset, vt sic omnes mei proximi saluarentur. ¶ Ex his potes lector patenter elicere, si non fallor, quod istis Deo gratis catenis duabus aureis, hæc virgo in mente circundata & ornata erat feliciter & perfecte, nec est mihi fas omnia particulariter enarrare, ne conuertam prologum in tractatum. Sufficit ad te reddendum beneuolum & attentum, in genere tibi ruditer, sed veraciter, eius excellentias expressisse. Scire tamen te cupio, quod si mecum vidisses & audisses quæ ipse vidi & audiui, adspexisses mentalibus oculis imitatricem humilitatis & puritatis virginis gloriosæ, asperitatis & paupertatis Iohannis Baptistæ, pœnitentiæ ac paupertatis Mariæ Magdalenæ, veritatis & sanctitatis Iohannis euangelistæ. Vidisses siquidem in fide Petrum, in spe Stephanum, in charitatis sapientia Paulum, in patientia Iob, in longanimitate Noe, in obedientia Abraham, in mansuetudine Moysen, in zelo Heliam, in miraculis Heliseum. Cum Iacob siquidem contemplabatur, cum Ioseph prædicabat futura, cum Daniele reuelabat mysteria, cum Dauid confitebatur die noctuq; altissimo. ¶ Non excedo, dum sic loquor, lector charissime, non excedo. Infra, dum legendo specifice inuenies, quæ hic breuiter dicuntur in genere, videbis nullum excessum hic positum. Enimuero imitari & ipsum saluatorem & eius gloriosam genitricem, in quolibet sanctorũ inuenire nõ est difficile: nec est excedere, hoc referre. Non enim adæquat, qui suo modulo imitatur: nec in imitante requiritur necessario perfectio seu plenitudo eius, quem imitatur. Vnde doctor gentium proprios prouocans ad acquirendum perfectionem Christianam discipulos, inquiebat: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. In quibus verbis si bene aduertitur, non tantum

ad ſui, ſed etiam ad Chriſti Ieſu imitationem, cunctos fideles inuitat. Quod ſcilicet dixi: Vidiſſes in fide Petrum &c. nullum noueris inconueniens inde ſequi. In fide enim veraciter Petrus dici poteſt, quicunq; perfecte poſſidet mentaliter fidem Chriſti, & ſic de alijs. Quamuis in noſtro propoſito, Deo duce, infra percipies, virtutes præfatas atq; combinatas cum ſanctis ſuperius nominatis, tam nouo & tam perfecto modo per hanc virginem ſacram poſſeſſas mentaliter, quòd omnis de hoc dicto admiratio, forſitan prius generata, de mente tua ceſſabit. Sufficit quòd duplex fuit tibi catena oſtenſa, quarum qualibet ſatanas alligatur, quas habebat in manu ſua, hic angelus virginalis, qui per vnã ſcilicet virtutum catenam cœlum aſcendens, propter alterius catenæ, fidelium ſcilicet, operandam ſalutem, deſcendebat de cœlo. Ex duabus his catenis nullum mirum, ſi captiuus redditur ſatanas, prout Iohannes ſubiungit, quia nulli docto Theologo dubium eſt, quòd regnum ſatanæ tantum eſt, & non plus, quantum vitioſi homines voluntarie ſibi tradunt. Nuſquam nanq; ſua culpa damnatus, & propria detentus damnatione, regnare poſſet ſua virtute, niſi alterius vitium malorum mentes peruerſæ ipſius voluntatis imperio ſubiugaret. Vnde ſcriptum eſt, quòd ipſe rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. A ſuperbia ſiquidem ſunt generati, ſuper quos ipſe regnat, quia nequaquam regnare poſſet, niſi prius per ſuperbiam voluntas peruerteretur. Regnum ergo eius non eſt ex virtute propria, ſed ex alterius vitio. Sicut autem regnum ipſius ex alterius, non ex ſua mente, dependet: Sic proculdubio regni eiuſdem deſtructio magis in aliorum mentibus, quàm in ſua, fundatur. Quapropter cuilibet vere volente, eſt facile. quantũ ad ſe, deſtruere regnũ eius. Et dico volentem hic, quem gratia quæ per Ieſum Chriſtum data eſt, facit volentem. Vnde & ipſe magiſter & dominus, cum pro culpa noſtra delenda, & pro ſua gratia in nos infundenda, ſe ad paſſionem & mortem videret appropinquare, dicebat diſcipulis pariter & Iudæis: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eiçietur foras. Quia ſcilicet aduenientę gratia, quam ex illa paſſione meruimus, voluntates hominum factæ mediante gratia virtuoſæ, regnum erant ſatanæ penitus deſtructuræ, ipſumq; de ſuis habitaculis eiecturæ. ¶Porro ſicut mediante gratia per virtutes eiçitur, ſic per eaſdẽ idem ſatanas alligatur. Anima quippe fidelis, in qua gratia reſidet, efficitur quotidie per augmentum meriti ſimul & gratię ſeipſa robuſtior, & ſancta, cum de manu fortis ſatanam aduerſantem non ſolum eiçit, ſed alligat pariter & occidit. Tanta nanque gratia infunditur quandoque mentibus fidelium quorundam, quòd nonſolum de proprijs mentibus, ſed de alienis eiçiunt ſatanam. Et non tantum eiçiunt, ſed precibus & meritis ſuis obtinent à domino quod ſatanas alligetur, vt ſcilicet non plus moleſtiæ poſſit inferre his à quibus eiectus eſt, quàm expediat ipſorum ſaluti. Hinc rurſus talibus quandoque datur à domino tanta virtus, quod etiam de obſeſſorum corporibus dæmones ipſorum expellant: non quod magis ſit de corpore expellere quàm de anima, ſed in conſpectu hominum magis appareat corporalis curatio, quàm mentalis: & dominus ſanctitatem talium ſibi notam, cum in virtutum perfectione ſuperabundat, vult etiam coram oculis hominum demonſtrare, vt honor ſuus & ſalus hominum inde amplius augmentetur. ¶Nunc ergo ad hoc, vnde cœpimus, redeamus. Hæc ſacra virgo, cuius geſta narrare intendimus, dante Deo catenam virtutum perfectiſſime poſſidens, catenamq; animarum fidelium perfectiſſimæ charitatis vinculo ſecum ligãs, vtraq; ſatanam ligabat: Cum prima poteſtatem eius annihilans, ne poſſet aliquid ſupra ſe: Cum ſecunda vero, ne poſſet aliquid nocere fidelibus, & potiſſime his, quos ipſa in Chriſto genuerat, quantum cupit, ſicut infra luce clarius concedente altiſſimo, patefiet. Vere igitur & proprie dictũ erat, quando dicebam cum Euangeliſta Iohanne ſuperius: Vidi angelum deſcendentem de cœlo, habentem clauẽ abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Addiditq;, & apprehendit draconẽ, qui vocatur diabolus & ſatanas, & ligauit eos per annos mille. Hic amplius non inſto, ne diutius protraham. ſed obſecro lector, nota, & Deo duce videbis inferius, qualiter hęc omnia verba verificabuntur de hac ſuperlaudabili virgine, potiſſime ſi principium eius curſus, medium, & finem aduerteris diligenter. ¶Hæc igitur quantum dominus docere dignatus eſt, ſit pro voce ſpiritualis aquilæ ad noſtrum propoſitum concludenda. Nunc ad narrandum geſta huius ſacræ virginis procedamus.

SECVI-

SECVNDVS PROLOGVS ADAPTABILIS VLTIMO CAPITVLO totius legendæ, quo quasi tota legenda epilogatur &c.

DIXIT DAVID FILIVS ISAI, DIXIT VIR CVI constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius Psalmista Israel, vt habetur secundo Regum vicesimotertio capite. Dixit, inquã, in Psalmo, in quo introducit primogenitum in orbem terrarum. Scribantur hęc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit dominum. Et sanctus Iob dum sanctam resurrectionem prophetare intenderet, exclamabat: Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Ex quibus verbis sacrarum scripturarum intellector clare potest percipere, quod illa quæ cedunt in diuini nominis honorem & laudem, ac in veram & communem vtilitatem omnium hominum, non sufficit si loco & tempore præsentibus reuelantur aut recitantur, sed vt omnibus nota fiant, tam præsentibus quàm futuris, scripturæ sunt commendanda. Et quia iuxta Salomonis sententiam: Generatio præterit, & generatio aduenit: indignum foret, si generatio tantum vna perciperet tantum quod omnibus est salubre: ac insuper si diuinæ sapientiæ opera, quæ debent perpetuo collaudari, breui temporis cursu commendarentur tãtummodo. Hinc motus est Moyses ad scribendum creationis principium, & gesta patrum primorum & nouissimorum vsque ad sua tempora exclusiue. Hinc Samuel, hinc Esdras, cæteriq; prophetæ sacras historias conscripsere, propheticaq; dicta scripturæ diligenter commendauere. Hinc & ipsi sancti Euangelistæ, qui quantum ad dignitatem, inter Historiographos obtinent primum locum, non tantum prædicare, sed Euangelium scribere meruerunt. Hinc etiam vni eorum vox magna dixit: Quod vides, scribe in libro. Hinc igitur & ego frater Raymundus de Capua, in seculo dictus de Vineis, ordinis fratrum Prædicatorum, humilis magister & seruus, ex mirabilibus quæ vidi pariter & audiui, rationabiliter imo necessario motus, gesta cuiusdam sacræ uirginis Catherinę nomine, de ciuitate Senensi in regione Tusciæ ortæ, mirãda simul & imitãda, quæ voce prædicaui, scripturæ commendare decreui, vt secula non tantũ presentia, sed etiam futura, perceptis his virtutibus admirandis, quæ magnus & superlaudabilis dominus operatus est in hac virgine tunc gratiosa, sed nunc indubitãtissime gloriosa, laudẽt ipsum insanctis & in virtutibus eius, ac benedicant secundum multitudinem magnitudinis eius: simulq; accendantur ad eum totis viribus super omnia diligendum, eiq; soli tam interius quàm exterius seruiendum, necnon & in seruitio eius vsque in finem constantissime permanendum. ¶ Protestor autem cuilibet qui leget hunc librum, quod teste ipsa veritate, quæ nec fallit nec fallitur, nihil fictum, nihil adinuentum inseritur in eo, nec saltem in substantia rei gestæ, quantum mea fragilitas inuestigare potuit, quomodolibet falsum. Vt autem fides adhibeatur his quæ dicentur, præstantior, in quolibet capitulo ponam, vnde ac qualiter habui ea quæ narro, & videat quilibet, vnde hausi quæ pro animabus potandis in hoc libello propino. Verum vt in Trinitatis nomine cuncta fiant in tres partes hunc librum diuisi pro indagatione agiliori. Prima pars continebit ortum & infantiam eius ac puellarem ætatem, quousq; fuit à domino desponsata inclusiue. Secunda pars continebit tempus conuersationis eius à desponsatione vsq; ad transitũ eius. Tertia vero pars vltimum finem eius, cum aliquali tempore præcedente ac miraculis, quæ acciderunt tunc & post obitum eius, quibusdam, non omnibus: quia nimis magnum oporteret volumen conficere, nec posset nostris temporibus terminari. Deinde liber diuinæ doctrinæ illius siue Relationum dialogi cum xxi. orationibus ipsius. Sicq; concedente Deo, terminabitur totum opus ad laudem Trinitatis excelsæ, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

PRIMA

PRIMA PARS LEGENDAE SVPRADICTAE BEATAE CATHERINAE, IN QVA TRActatur de eius progenie, & de his quæ contigerunt erga ipſam, antequam exiret in publicum, primo de parẽtibus & ipſorum conditione.

CAPVT I.

VIT VIR VNVS IN CIVITAte Senenſi regionis Tuſciæ, nomine Iacobus, cuius pater vocatus eſt more illius patriæ vulgariter, Benencaſa, & erat vir ille ſimplex & abſque dolo & fraude, ac timens Deum, recedenſq; à malo. Hic orbatus parentibus, vxorem accepit de ciuitate ſua, nomine Lapam, fœminam ſiquidem omnino alienam à quacunq; malitia hominum modernorum, quãuis in factis domeſtici & familiæ ſatis ſolertem, prout manifeſtum eſt omnibus noſcentibus eam, cum adhuc viuat in corpore. Hi ſic matrimonialiter cõiuncti, & in ſimplicitate vniti, quãuis plebeij, rebus tamẽ temporalibus iuxta conditionem propriam abundabãt, & de ſatis laudabili popularium genere orti erant. Benedixitq; dominus Lapam, & fœcunditate ipſam adimplens, tãquam abundantem vitem conſtituit in lateribus domus Iacobi viri ſui. Nam quaſi omni anno filium aut filiam pariebat, & ſæpe gemellos aut gemellas concepit & peperit Iacobo ſupradicto. Cuius quidem Iacobi ſingulares laudes non arbitror iuſtũ obmittere, ex quo, vt pie creditur, iam ad portum peruenit felicitatis æternæ. Refert etenim mihi præfata Lapa q; tantæ fuit æquanimitatis, & ita moderatus in verbo, q; quacũq; occaſione data turbationis ſeu tribulationis, nunquã verborum exceſſus procedebat ex ore eius: imo quãdo cæteros de familia ſua amaricatos videbat, & amara verba proferre, mox conſolabatur quemlibet hilari vultu, dicens: Eia, vt bene ſit tibi non turberis, non loquaris talia quæ non decent nos loqui. Addiditq; dicta Lapa, dum ſemel quidam eius cõciuis contra omne debitum iuſtitiæ malitioſe opprimeret eum, petendo maximã ſummam quam nulla ratione debebat, & amicorum potentia calumnijsq; ſimplicem virum adeo ſupplantãdo vexaret, q; deduxerat eum quaſi ad perditionem omnium bonorum ſuorum, nunquã tamen potuit ſuſtinere, q; coram ipſo quiſquã calumniatori ſuo detraheret aut malediceret quoquo modo, imo ipſam Lapam illi maledicentem, redarguebat, dulciter dicens: Sine chariſſima, vt bene ſit tibi, ſine eum, Deus oſtendet illi errorem ſuum, & erit defenſor noſter. Quod poſtmodum rei probauit euentus. Nam quaſi miraculoſe manifeſtata eſt veritas. Et ille pœna docente didicit, quãtum errauerat ex perſecutione iniuſta. ¶ Hæc præfata Lapa retulit mihi ſerioſe, cui omnem idcirco fidem adhibeo, quia prout omnibus conſtat noſcentibus eam, tantæ ſimplicitatis eſt adhuc octogenaria, q; etiam ſi vellet, neſciret talia mendacia fingere, quãuis etiam omnium qui nouerunt dictum Iacobum, commune teſtimonium ſit, ipſum fuiſſe virum ſimplicem, rectum, recedentemq; à malo. Deniq; tanta erat huius patrisfamilias modeſtia in loquendo, q; familia tota, & potiſſime fœminei ſexus, in ſchola eius edocta, nec loqui, nec audire poterat ſermones indecentes & inhoneſtos. Vnde cum quędam eius filia, vocata Bonauentura, de qua infra mentio fit, nupſiſſet cuidã iuueni, Nicolao vocato, ciuitatis eiuſdem qui parentibus carens, iuuenum cœtaneorum ſuorum conuerſationem habebat, illi q; ſicut effrenes in lingua, ſępius inhoneſta verba proferebãt, & ipſe cũ eis, Bonauentura tantã inde concepit triſtitiã, q; languorem incurrit, ita vt quaſi ad ſenſum quotidie amplius macilenta efficeretur & debilis. Cuius ægritudinis cauſam, cum vir poſt aliquot dies ab ipſa requireret, ſerioſe illa reſpõdit: Ego in domo patris mei talia verba non conſueui audire, qualia hic quotidie audio, nec ſum ſic à parentibus meis nutrita. Vnde ſcias

pro

pro certo, ꝙ ſi talis inhoneſtas loquelæ non auferatur de domo iſta, in breui videbis me defunctam. Quod ille percipiens & admirãs, ædificatus melius tam de parentibus q̃ de filia, eius coniuge, prohibuit ſodalibus ſuis, ne amplius coram ipſa talia loquerentur. Quod & factũ eſt. Sicq; modeſtia & honeſtas domus Iacobi ſæpe fati, immoderantiam & inhoneſtatem domus Nicolai generi ſui correxit. ¶ Porro dictus Iacobus artem exercebat componendi ſeu faciendi colores, quibus panni lanei ſeu lanæ tinguntur. Vnde tam ipſe q̃ filiꝭ eius, patria in illa tinctores vocabãtur. Vnde nimis mirabiliter factum eſt, ꝙ filia tinctoris, efficeretur ſponſa cœleſtis Imperatoris, prout ipſo præſtante, patebit infra. Hæc autem quæ in hoc capitulo retuli, partim fere illi ſoli ciuitati, aut magnæ ipſius parti ſunt nota, partim habui ab ipſa ſacra virgine, & à dicta Lapa ipſius genitrice, quàm à pluribus religioſis & ſecularibus, qui fuerunt vicini, noti, vel conſanguinei Iacobi prædicti.

¶ De ortu ac infantia eius, & mirabilibus quæ in ipſa ſunt oſtenſa. Ca. II.

CVm prædicta Lapa quaſi apis fructuoſa, frequẽter pariẽdo filiꝭ ac filiabus alueum viri ſui Iacobi adimpleret, prout ſuperius dictum eſt: accidit ſuperna diſpenſatione, ipſam concipere, circa finem temporis partus ſui, & parere prolem geminam ſeu gemellam, quam oportebat ex prædeſtinatione æterna coram diuinis aſpectibus præſentari, prout rei probauit euentus. Peperit ergo filias duas ſexu fragiles, ſed fragiliores, vt tunc apparebat, corporis robore, ſed tamen firmas in ſupernæ maieſtatis conſpectu. Has vt adſpexit diligentius ipſa quæ partum ediderat, conſiderans ſe non poſſe ambabus in lactis nutrimento ſufficere, deliberauit alteram alteri nutrici committere, alteram vero alendam proprio lacte retinere. Domini autem nutu factum eſt, vt illam apud ſe nutriendam eligeret, quã dominus in ſponſam elegerat ab æterno. Accepta igitur ſacri baptiſmatis gratia, per vtrãq;, quãuis ambæ forẽt de numero electorum, prælecta tamen, vocata eſt Catherina, reliqua vero Iohanna eſt dicta. Hæc vltima, quia cum gratia baptiſmi gratiæ nomen acceperat, in illa gratia euolauit ad cœlum. In breui nãq; de medio ſublata eſt, Catherina proprię genitricis ad vbera remanente, vt tandem catenam ad cœlum traheret animarum. ¶ Porro Lapa tãto diligentius remanentem filiam enutriuit, quãto præ ſorore defuncta electam ſolam apud ſe remanſiſſe conſiderabat. Sicq; factum eſt, vt ipſa mihi ſæpe retulit, ꝙ ſuper omnes filios & filias hãc dilexit. Narrabat ſiquidẽ, ꝙ propter frequẽtes conceptiones, nullũ ex filiꝭ potuerat proprio lacte nutrire. Hãc autẽ ideo vſq; ad finem nutriuit, quia quouſq; tempus nutrimenti eius completum eſt, non eſt conceptio ſubſecuta, vt videlicet in illa filia inducias pariendi haberet, & ad finem partus appropinquaret, quæ finem omnis perfectionis deberet attingere ſimul & adipiſci, quaſi fuerit terminata. Conſtat nãq; id quod per agẽtem primo intenditur, executioni operis vltimo demãdari. Lapa vero hæc, poſt editam Catherinã, ſemel tãtummodo peperit quãdam Iohãnam, quæ defunctam Catherinæ ſociam ſuſcitauit, & finis impoſitus eſt partui eius, poſtquã vigintiquinq; pepererat. Educata igitur hæc puella Deo dicata, & poſt lac panis cibo aſſumpto, dum per ſemetipſam iam ambularet, tam grata cœpit eſſe cunctis eã videntibus, & tam prudentia verba proferre, ꝙ mater vix poterat eã tenere in domo. Rapiebat em̃ eã vnuſquiſq; vicinorum & conſanguineorum, & ad domũ propriã ducebãt, vt audirent prudentula verba eius, & gratiſſimę eius infantilis lætitiæ conſortio fruerentur: ita vt ex quadã lætitia exceſſiui ſolacij, proprium nomen ei auferrent, & non Catherinã, ſed Eufroſinã vocarent, quo inſtinctu, ignoro. Sed ipſa quãdoq; poſtmodum reputauit, vt infra patebit, myſterium, quãdo ſcilicet ſanctã Eufroſinã propoſuit imitari. Ego autem puto, ꝙ infans hæc in ſuis locutionibus infantilibus vtebatur quãdoq; quibuſdã vocabulis, quæ appropinquabãt vel cõcordabãt cũ hoc vocabulo Eufroſina. Et idcirco quaſi eius verbula repetentes, ipſam nominabãt. Quidquid tamen fuerit, aperiendo ꝙ iam in infantula germinabat, quod fructificauit poſtmodum in adulta. Sapientia ſiquidem & prudentia ſermonum eius, necnon & dulcedo ſanctę conuerſationis eius, nõ poſſet nec lingua nec calamo facile recitari, ſoli qui experti ſunt, hoc nouerunt. Et ex abundantia cordis hoc ſum coactus hic inſerere, quod habebat neſcio quid energiæ non tãtum viuę vocis actus ipſius, ſed & conuerſationis conuictus, quo mentes hominum adeo trahebãtur ad bonum, & delectabãtur in Deo, ꝙ omnes excludebantur triſtitiæ de cordibus conuerſantiũ cum ea, ſed & omne mentale tædium pellebat, omnis q; memoria cuiuſcũq; recedebat angu-

ſtiæ,ex quo ſequebatur tanta & tam inuſitata mentis pacatio,ꝙ quilibet de ſeipſo admirans,gaudebat nouo modo gaudendi, mentaliterq; clamabat: Bonũ eſt nos hic eſſe faciamus hic tria tabernacula permanſura. Nec mirũ,quia indubie ille inuiſibiliter ibi erat latens ſub pectore ſponſæ ſuæ,qui tranſfiguratus in monte, Petrum coegit ad verba ſimilia exclamandũ. Porro redeundo ad id,vnde ſermo digrediens inchoauit: Infantula hæc creſcebat & confortabatur,ſpiritu ſancto cito & diuina ſapientia implenda. Cunq; quinquenniũ peregiſſet vel circiter,edocta ſalutatione angelicã virginis glorioſæ,ipſam repetebat frequentius,& cœlitus inſpirata,cœpit aſcendendo ſeu deſcendendo per gradus,ad quemlibet gradũ flexo geniculo,ſemel beatã virginem ſalutare, prout ipſamet in ſecreto confeſſionis mihi, dum offerret ſe materia, eſt confeſſa. Factumq; eſt,vt quæ verba hominibus grata prius protulerat, nunc grata verba Deo inciperet frequentius & deuote proferre,ac de viſibilibus ad inuiſibilia ſcandere modo ſuo. His igitur deuotis actibus taliter inchoatis,& proficientibus omni die,voluit totius miſericordiæ dñs deuotionis eius prẹludia quadã viſione gratioſa & mirabili decorare,vt prouocãdo ipſam ad chariſmata meliora,ſimul oſtenderet,in q̃ altam cedrum erat hẹc plantula parua producenda,ac irrigatione ſancti ſpiritus promouenda.

COntigit circa ſextum ſuæ ætatis annum, puellam hanc vno cum puero Stephano germano ſuo,qui eam ætate modica præcedebat, ire ad domũ Bonauenturæ ſororis ipſorum, de qua ſuprà facta eſt mentio, quæ cuidam nupſerat Nicolao, vt quippiam forſitan ex parte communis genitricis Lapæ deferrent vel dicerent,prout eſt moris matrumfamilias, nuptas filias viſitare ac inquirere per ſe vel per alios, ſi cuncta ſint proſpera erga eas. Cũq; peracto iuſſu,de domo dictę ſororis reuertentes ad propriã tranſitent per quendam deſcenſum,quę vocabulo vulgi dicitur, Valle Piatta,puella ſacra leuatis oculis, ex oppoſito videt ſupra caput Eccleſiæ fratrum Prẹdicatorum, in aere quendam thalamum pulcherrimum, ornatum regaliter cum decore, in quo Saluator mundi dominus Ieſus Chriſtus in throno Imperiali ſedebat, indutus pontificalibus veſtibus habens in capite tiaram ſeu monarchicam & papalem mitram. Erantq; cum eo Apoſtolorum principes Petrus & Paulus ac beatiſſimus Euangeliſta Iohannes. Quod cum illa ſtupens intueretur, fixit pedes & irreuerberatis obtutibus Saluatorem ſuum aſpiciebat vtriuſq; hominis oculis amoroſe. Ac ille,qui ob hoc ſe tam mirabiliter oſtendebat,vt miſericorditer traheret amorem eius ad ſe, maieſtatis oculos defigens in eam, amoroſiſſime ſubridens,extenta dextera ſuper eam,munus ei benedictionis ſuę ẹternæ,facto ſigno ſalutiferæ crucis iuxta Prælatorũ conſuetudinem,contulit gratioſe. Cuius doni fuit adeo efficax gratia,ꝙ mox mente rapta,& tranſformata in eum quem cum dilectione videbat,non modo itineris,ſed quaſi totaliter ſui oblita, in via publica penes homines & animalia ſẹpiſſime infans träſiuit naturaliter pauida,oculis eleuatis, ac capite immobilis permanebat. Permanſiſſetq; indeficienter hauddubium,niſi per alium coacta fuiſſet & tracta,donec viſio illa duraſſet. Verum dum hæc ſic agerentur à domino,Stephanus puerulus germanus eius,qui comitabatur,ipſa remanente,proceſſit in ſuo deſcenſu ſolus per aliquod ſpacium,putans illam venire poſt ſe. Sed cum poſt modicum aduertiſſet ipſam non ſequi,nec eſſe propinquam, vertens ſe, vidit ſororem ſuam longe poſt fixo greſſu reſpicientem in altum. Ingeminatisq; vocibus clamans,vocabat eam. Porro nec illa reſpondente,nec attendente ad ipſum,retrouerſus & ad ipſam appropinquans, continuabat clamores. Sed cum nihil ſic quidquam proficeret,manibus traxit eam,dicens: Quid facis tu hic? Quare non venis? Illa vero quaſi de graui ſomno euigilans demiſſis parum per oculis,dixit: O ſi videres quæ video,ab hac tam dulci viſione me nullatenus excitãs impedires. Et hẹc dicens,oculos iterum reduxit in altum,ſed iam viſio illa diſparẽdo ex toto ceſſauerat,ſicut voluntas fuerat apparentis. Quod illa ferre non valens abſq; doloris aculeo, lachrymis cœpit vindicare ſe de ſeipſa,dolens ꝙ oculos demiſiſſet.

EX illa autem hora cœpit paruula caneſcere virtutum & morum maturitate ac ſenſu mirabili,ita vt actus ſui non pueriles,nec etiam iuueniles,ſed venerandæ ſenectutis potius viderentur. Accenſus ſiquidem iam erat in corde ipſius ignis diuini amoris, cuius virtute intellectus illuſtrabatur,voluntas feruebat,confortabatur memoria & exteriores actus, legis diuinæ regulam in omnibus prætendebant. Prout eñ mihi nimis indigno ipſa humiliter eſt confeſſa, in ſecreto illo tempore vitam & mores ſanctorum patrum Aegyptiorum,necnon & geſta quorundam ſanctorum,& potiſſime beati Dominici,

minici,nullo tradente hominũ,nullaq; præcedente lectione,ſola ſancti ſpiritus infuſione didicit & cognouit. Tantusq; menti eius ardor inhæſerat, imitandi vitam eorum & actus, ꝙ nihil aliud poterat cogitare. Hinc prouenere in ſacra puella quàmplurimę nouitates,quæ cunctos cernentes in admirationem ducebãt. Quærebat enim latibula, & ſecrete quadam chordula ſuum corpuſculum flagellabat. Orationibus ac meditationibus,iocis ex toto relictis,aſſidue intendebat. taciturna, contra morem puerorum,efficiebatur quotidie amplius, necnon corporalem cibum minus ſolito capiebat, cuius oppoſitum in creſcentibus pueris ſolet accidere. Hoc exemplo quàmplures puellæ eius coætaneæ motæ, ad ipſam congregabãtur,audire geſtientes ſalutifera verba eius, & iuxta ſuum modulum imitari ſancta opera eius. Vnde & factum eſt, ꝙ omnes illę cum ea in quodam domus eius loco ſecrete adunabãtur, & cum ea pariter ſe flagellabant,ac iuxta menſuram per ipſam impoſitam, orationem dñicam ac ſalutationem angelicam repetebant: quę omnia,vt infra patebit,erant præſagia futurorum. His virtuoſis actibus mirabilia Dei non defuere. Nam prout mater eius mihi ſæpius recitauit, & ipſa per me ſecreto requiſita,negare non potuit,frequentiſſime,imo vt plurimum aſcendendo & deſcendendo gradus domus paternæ,per aerem viſibiliter ducebatur,nec gradus ipſos pedibus contingebat, ita vt mater ipſa de caſu frequenter ſe aſſerat timuiſſe, videndo eam tam velociter gradiẽtem. Hoc autẽ potiſſime accidebat,cum volebat fugere conſortium aliorum, & ſingulariter maſculorum. Puto vero, ꝙ quia(vt ſuperius dictum eſt)ipſa in principio delectari ſolebat dicere ſalutationem angelicam, aſcendendo & deſcendendo ad quemlibet gradum, ideo ſingulariter in aſcenſu & deſcenſu graduum, hoc miraculum appareret.

POſtremo,vt huic capitulo finem imponamus, quia(vt ſuperius dictum eſt)ex pura reuelatione actus & vita ſanctorum patrum Aegyptiorum didicerat,ſumme accendebatur ad ipſos totis viribus imitãdum. Vnde ſicut ipſa mihi confeſſa eſt,in illa ætatula nimis ardenter eremum concupiuit,nec poterat cogitare viam, per quam poſſet deſiderium ſuum adimplere. Quia enim nõ erat deſuper ordinatum,vt in eremo habitaret,imbecillitati propriæ naturæ relinquebatur in hoc:nec valebat plus circa hoc cognoſcere, quàm daret induſtria infantilis. Sicq; factum eſt, ꝙ deſiderio cum ætatis fragilitate pugnante,vicerit quidem deſiderium,ſed non obtinuerit perfectã victoriam. Nam ex vehementia deſiderij quodã mane cogitans eremum quærere,puerili prouidentia de vnico ſibi tantum pane prouidit. Vadensq; ſola verſus domum ſororis nuptæ, quę portę ciuitatis propinqua erat,ipſam portam,quę ſancti Anſani dicitur,quod nuſquam alias fecerat, egreſſa eſt: indeq; progrediens per cuiuſdã deſcenſus decliuum,nec adunatas ibi habitationes ſicut in ciuitate videns,putabat ſe iam eſſe deſerto propinquã. Cunq; aliquantulum remotius proceſſiſſet,tandem quandam ſpeluncam ſub rupe vna reperit gratam, quam lętanter ingrediens,ęſtimabat ſe optatam iam eremum inueniſſe. Ille,quem ſibi arridentem & ſe benedicentem aſpexerat longe prius, verorum deſideriorum ſanctorum acceptor Deus,quis non diſpoſuiſſet illã vitam duci debere per ſpõſam ſuam,non tamen dimiſit actũ illum abſq; ſigno ſuæ gratæ acceptationis tranſire. Nam mox vt cœpit orare feruenter,eleuata eſt à terra paulatim in altum,& aſcendit tantum,quantum ſpeluncæ altitudo permiſit, ſicq; ſtetit vſque ad horam nonam. Ipſa vero putabat, pro tunc hoc ſibi accidere ex inſidijs inimici,quaſi iam & orationem & eremi deſideriũ vellet ſuis fraudibus impedire. Propter quod conſtantius ac feruentius conabatur orare. Demum circa horam, qua filius Dei poſitus in cruce, noſtram conſummauit ſalutem, ſicut aſcendit,ſic deſcendit: & inſpirante domino intellexit, tempus illud nondum affuiſſe, ꝙ ſuum corpuſculum pro domino affligeret, nec paternam domum ipſam relinquere vellet dominus tali modo. Qua ex cauſa,eodem quo fuerat ducta ſpiritu,retroceſſit. Sed dũ egreſſa fuiſſet,& ſe ſolam cerneret,ac viam fragilitati ſuæ nimis prolixam vſq; ad portam ciuitatis aſpiceret,metuẽſq; ꝙ parentes quaſi perditam æſtimarent,orans ſe domino commendauit. Mox autem,vt ipſa cuidam Lyſæ cognatæ ſuæ retulit, breui temporis ſpatio dominus eam per aera deferens, in portam ciuitatis abſq; quacunq; læſione depoſuit. Quæ feſtinans ad domũ propriam eſt reuerſa. Sed credẽtibus parentibus ꝙ de domo ſororis nuptæ rediret,totum quod factum fuerat,manſit abſconditũ, quouſq; ipſa in prouecta ætate poſita, hęc ſuis confeſſoribus reuelauit. De quorum numero, vltra mea merita,ego fui vocatione nouiſſimus ſimul & merito. Sane omnia quæ in hoc capitulo cõti

 nentur,

nentur,pro maiori parte Lapa mater eius me docuit. Pro aliqua autem parte, singulariterq; pro hac parte extrema,ipsa sancta virgo me informauit,& præfata Lysa,vt dixi, quãuis de omnibus supradictis,præter vltimũ,multiplex habuerim testimonium,tãpri mi confessoris sui, qui fuit nutritus à puero in domo parentum ipsius,quàm etiã pluri marum matronarum fidedignarum, vicinarum & consanguinearum earundem parentum virginis huius sanctæ.

¶De voto virginitatis per eam emisso,& de his quę cõtingerunt vsq; ad ætatem nubilem exclusiue. Caput III.

TAnta fuit(vt supra parumper est tactum)virtus & efficacia visionis in prece/denti capitulo recitatę, quod mox totaliter de corde sacræ infantis fuit oñis mundanus amor radicitus extirpatus, infixusque in eius mente amor sanctus & vnicus, vnici filij Dei & virginis gloriosæ matris domini nostri Iesu Christi. Quãobrem omnia reputabat vt stercora, dummodo ipsum tãtum lucrifaceret saluatorẽ. Cœpitq; non nisi docente spiritu sancto intelligere quod omnis puritas creatori mundo corde simul & corpore seruire debuerat. Propter quod ad puritatem virgineã toto cordis desiderio anhelabat. Cogitauit igitur,& Deo reuelãte cognouit, quod sacratissima Dei genitrix fuit prima,quæ adinuenit vitã virgineã,& quæ Deo suã vouit virginitatem. Vnde cœpit ad ipsam recursum habere super hoc & dum septẽnium curreret, nõ quasi septennis, sed quasi septuagenaria, mature ac diu deliberauit super huius voti emissione,orãs continue ipsam reginã virginum simul & angelorum,quatenus eam misericorditer adiuuãdo, dignaretur sibi à domino impetrare perfectã spiritus sui directionẽ,qua mediãte,faceret id quod gratius esset dño,ac efficacius pro animę suæ salute, proferens semper corã ea desiderium suum,quo anxie affectabat vitã ducere angelicam simul & virginalem. Feruebat quotidie amplius in corde puellæ canæ sponsi æterni amor,ardenter stimulãs mentem eius,& ad cœlestem vitã fine cessatione inuitãs. Quod cum prudentissima puella sapienter perpẽderet,spiritum volens extinguere qui sibi iam quod petierat,liberaliter per ascẽsionem desiderij porrigebat, quadã die secretum eligẽs locum,in quo nullo audiẽte,posset etiã altius verba proferre,flexis vtriusq; hominis genibus,sic est beatã virginem deuotissime ac humiliter allocuta: O beatissima ac sacratissima virgo, quæ primo inter mulieres domino virginitatem perpetuo deuouens consecrasti, à quo tã gratiose facta es mater vnigeniti filij eius: tuã pietatẽ exoro,vt meis meritis non attentis,nec exiguitate mea considerata,digneris mihi tantã gratiã facere quod in sponsum mihi des illum,quem totis animæ meæ visceribus concupisco,super sacratissimum filium tuum vnicum dominum nostrum Iesum Christum. Et ego promitto ei & tibi,quod nusquã alium spõsum admittã, virginitatemq; meã iuxta meum modulum seruabo ei perpetuo illibatã. Perpendis ne lector,quàm ordinate disponebãtur per illã sapientiã,quæ cuncta fortiter suauiterq; disponit,huius virginis sacræ dona & opera virtuosa? In sexto ætatis suæ anno spõsum suũ etiã corporeis oculis intuens, bñdictionẽ ab ipso glorioſe accepit. In septimo vero votum virginitatis emisit. Primus numerus in perfectione præcedit cæteros numeros. Secundus vero, vniuersitatis numerus ab omnibus Theologis appellatur. Quid igitur datur per hæc intelligi,nisi quod virtutum omnium perfectionem vniuersalem hęc virgo erat à domino receptura,& per consequens perfectum culmen glorioſa possessura? Primus etenim dicit perfectionem,secundus vniuersitatem. Quid ergo ambo simul dicere possunt,nisi perfectionem vniuersalem? Propter quod recte vocatũ est nomen eius Catherina,quod proprie vniuersitatem signat,prout in prologo prius plenius tactum est. Sed oro, attendas etiã ordinem, quem tenuit in vouendo. Primo,petiuit habere in sponsum,quem diligebat anima sua. Secundo renunciauit cuilibet alteri sponso,fidem illi promittens perpetuã. Nunquid poterat hæc eius petitio denegari? Aduerte quã roget,pro quo roget,& qualiter roget. Rogat siquidem illã,quæ gratiarũ liberalitatem proprium assumpsit in actum,& nesciens nõ porrigere gratias,quãtumcunq; ingratis peccatoribus, neminem non assumpsit. Sapientibus & insipientibus,nullo contempto,se constituit debitricem. Manum suam cuilibet aperit inopi,& palmas suas ad cunctos pauperes non cessat extendere,exhibetq; se tanquã fontem indeficientem vniuersis. Quãdo igitur innocentem & feruentem paruulã non audiret,quæ nocentes adultos à sua gratia nõ repellit? Quãdo virginitatis propositũ non admitteret,quæ virginalem vitã inter homines primo adinuenit? Quãdo filium vero

dene-

denegaret virgini tam cordialiter deprecāti,quę ipsum de cœlis traxit ad terrā,vt omnibus credentibus donaretur? Vidisti quō roget:vide obsecro etiam pro quo roget. Petit vtiq; quod petere docet ipse qui petitur. Quærit id, ad quod quærendum omnes inuitat,qui quęritur,idem ipse. Repelli non potest,nisi fallat veritas,ista petitio. Frustrari nequit postulatio rei,cum tāto decreto promissæ: Petite,inquit veritas incarnata,& accipietis:quærite & inuenietis. Et alibi: Primū quærite regnum Dei & iustitiā eius. Ista igitur petente, ac solicite quæritāte tā tempestiuis in annis filiū Dei,qui & ipse est regnum Dei,qua lege fieri poterit,vt quod quærit non inueniat,aut non accipiat id quod petit? Sed & si modum per quem petit,attendas:clare videbitur,quod non potest quomodolibet eius oratio retrocedere vacua,stante lege. Disponit etenim se ad recipiendum quod petit,non tantum pro præsenti tempore, sed etiā pro toto futuro, remouet obstacula quæq; :puritatis vestem illi placitā,à quo petit,pro perpetuo induit. Voto corā Deo solenni se obligat & astringit, vt non possit nec mundus nec satanas dispositionem hanc impedire. Quid ei deest de conditionibus illis,quas debet habere oratio quæ necessario exauditur? Pro se quidem petit,& salutiferum, imo ipsam salutem humiliter petit, necnon & fidelissime instat:& pro perseuerantia vnico actu repræsentanda, votum emittit perpetuum,per quod remouet omne obstaculum suæ petitionis. Nunquid non o bone lector,ex his si sacras nosti literas,potes concludere manifeste,quod necessario,stante lege,oratio hęc debet à domino exaudiri? Conclude igitur,conclude securus,quod sponsum æternum sicut petiuit,accepit ab eius dulcissima genitrice, & ipsa ei per votum perpetuæ virginitatis est copulata,eadem matre domini mediante, quod infra,duce domino, in vltimo istius primæ partis capitulo, per clarissimū signum probabitur aperte. Nunc autem hoc sacro voto peracto,noueris sanctā puellam effici quotidie sanctiorem. Cœpitq; Christi tyruncula iam bellare cum carne, quæ tamen adhuc rebellare non cœperat. Auferreq; proposuit carnes carni, saltem quantum erat sibi possibile. Vnde quando dabātur ei carnes, vt frequentius aut dabat germano Stephano supradicto,aut cattis paulatim proficiebat,vt nullus perpēderet. Disciplinas,de quibus superius dictum est, continuabat & augmentabat sola, & etiā cum puellis. Verum cœpit, quod est dictu mirabile,in mente paruulæ quidā zelus animarum accendi, ardenterq; diligebat singulariter sanctos illos,qui laborauerunt pro animarum salute. Notum autem factum est ei solo domino reuelāte, beatissimum patrem Dominicum pro zelo fidei & animarum salute ordinē fratrū Prædicatorū instituisse. Propter quod cœpit intātum reuereri ordinē illum, quod quādo fratres eiusdem ordinis, ipsa vidente, per viam corā domo sua transibant,notabat loca vbi ponebāt pedes,& postq; transiuerāt,osculabatur pedum ipsorum vestigia humiliter & deuote. Hinc creuit desiderium maximū in mente eius intrandi ordinem illum,vt posset cum alijs fratribus animarum saluti prodesse. Sed cum videret in hoc repugnantiam sexus, cogitauit frequentius, vt ipsa mihi confessa est, beatam Euphrosynam,cuius nomen à casu erat ei olim impositum, in hoc imitari, vt scilicet sicut illa,fingens se masculum,intrauit monasterium monachorum:sic ista remotas ad partes accedens,vbi esset incognita,fingendo se masculum,ordinem Prædicatorum intraret, vbi posset subuenire pereuntibus animabus. Sed omnipotens Deus,qui ad alium finem zelum illū infuderat mēti eius,&aliter volebat desideriū ipsius implere,non permisit ad opus cogitationem eius deduci,nec executioni totaliter demandari, quamuis in mente ipsius diu steterit cogitatio illa. Inter hæc crescit corpore sacra puella & ætate, sed longe amplius mentaliter augmentabatur. Crescit humilitas, augetur deuotio. Fides in ampliorem procedit lucem. Spes quotidie fortius roboratur. Charitas feruorem suum semper multiplicat,& ex omnibus his veneranda morum maturitas generatur in oculis omnium considerantium actus eius. Stupent parentes,admirantur Germani. Stat attonita tota familia domus eius,cernentes tantam scientiam in ætate tam parua, propter cuius rei delectationem, quendam volo hic actum inserere, quem mihi mater eius serioſissime recitauit.

ACcidit tunc temporis post eius septennium & ante decennium, quod mater eius volens facere vnam Missam in honorē sancti Antonij celebrari, Catherinam filiam suam vocaret,dicens: Vadas ad Ecclesiam parochialem,& roga curatum nostrum presbyterum,quod celebret vel celebrari faciat vnam Missam in honorem sancti Antonij,& offeras tot candelas & tantā pecuniam super altare. Quo audito, puella

deuota libenter exequens quæ cedebant in Dei honorem, libens ac celerrime Ecclesiam adnt, curatum accessit, iussumq; matris perfecit. sed Missali delectata officio, in Ecclesia vsq; ad finem Missæ remãsit. Tandem diuino officio toto expleto, rednt domũ. Verum quia nimis iuxta matris æstimationem tardauerat, putabat nãq; ipsam mox, oblatiõe sacerdoti facta, redire debere, dixit ei Lapa mater eius, cũ vidit eã, vt ipsam erubescere faceret de tarditate, iuxta patriæ morem: Maledictæ sint malæ linguæ, quæ dicebant quod tu amplius non redires. Sic enim est mos quorundã vulgarium dicendi, præcipue illis qui nimis tardãt. At puella sapiens, audito verbo matris, paulisper conticuit: & post paruum spatium ipsam ducens seorsum, cum omni maturitate hæc verba protulit, humiliter dicens: Domina mater, si quãdo ego deficio aut mãdatum vestrum excedo, flagellate me, sicut vobis videtur, vt sim cautior alia vice, quia dignum & iustum est. Sed supplico, vt propter defectus meos non relaxetis linguã ad maledicendum alicui bono vel malo, quia non decet grãdæuitatem vestrã. & mihi est nimis magna afflictio cordis. Hęc dum mater audiuit, vltrà quàm credi posset admirãs, paruulã filiã se tam sapienter instruentem aduertens, iam non vltra habebat spiritum, videns tantã sapientiam in tam exiguo & paruo subiecto, sed nolẽs hoc ei ostendere, petiuit ab ea: Cur tantum stetistis? At illa: Audiui, inquit, Missam illam, de qua mihi mandastis: & ea dicta, reuersa sum absq; mora: nec alicubi perstiti dum redirem. Tunc mater amplius ædificata de filia reuertente domum, Iacobo viro suo totũ retulit, dicens: Sic & sic locuta est puella filia tua. Ille autẽ gratias Deo agens, rem tacitus considerabat. Ex hoc vno lector potes ppendere, licet de minimis fit, qualiter gratia Dei hac in sacra virgine augmentata est semp vsq; ad nubiles annos, de quibus loqui debet immediate sequens capitulum. Quãobrem huic capitulo pono finem. Sed scias quod contenta in eo, habui ab ipsa sacra virgine pro maiori parte, & pro aliqua parte à matre eius, & his qui tunc erant in domo illius, dum ipsa perageret ætatem illam.

¶De feruoris remissione, quam pro augmento gratiæ Deus permisit: & de forti patientia, qua multas iniurias in domo propria pertulit propter Christum. Caput IIII.

POst admirabilem & virtuosum decursum primorum annorum eius, volens omnipotens Deus vitem quam in vineis Engaddi recenter plantauerat, ad altiora erigere, vt cum cedris Libani se in altitudinem tolleret, ac botros Cypri mirabilius locis eminentibus germinaret, manu permissionis suæ ipsam parũper sepeliuit in terra, vt sic firmans fortius radicem, sublimius produceret suos palmites, & in perfectionis culmen fructus proprios faceret confidere. Sic & aqua cum ad alta trahitur, prius ad ima demergitur. Sic & vniuersaliter omnis planta quanto profundius radices immerserit, tanto eminentius erigit suam summitatem. Nullum igitur mirum est si quandoq; omnium artifex sapientia increata, pmittit sanctos suos in defectus aliquos cadere, vt fortius resurgendo, cautiusq; viuendo, auidius & ardentius apicẽ perfectionis conentur attingere, necnon de humani generis hostibus gloriosius triumphare. Hæc omnia pro tanto dixerim, quia postq̃ hæc virgo Deo dedicata, nubiles annos attigerat, duodecimum videlicet annum ætatis suæ vel circa, iuxta illius patriæ morem, in domo paterna recluſa est. Non enim consuetum ibidem, quod illius puellę ætatis innuptæ, domum egrediantur. Tunc parentes & germani propositum virginis ignorãtes, cogitare cœperunt, qualiter ipsam nuptui traderent, & inuestigare cui viro possent eam commodius copulare. Mater vero, quę putabat se propter sapientiam filiæ de aliquo magno genero gauisuram, quàmuis maiorem obtinuerit quàm æstimare valeret, cœpit solicitare circa cultum corporis filiæ, ipsamq; instruendo inducere, vt lauaret frequentius faciem, crines ornaret pariter & componeret pilos, & quæcunq; deturpantia collum & faciem amoueret, cæteraq; solicita exerceret, quæ cultũ muliebrem respiciunt, vt si venirent hi qui eam pro matrimonio peterent, ipsam cernerent pulchriorem. Illa vero quæ alterius erat propositi ac etiam voti, quamuis pro parentum reuerentia suum non exprimeret votum, hæc tamen facere recusabat omnino. Non enim hominibus, sed Deo placere viribus omnibus satagebat. Quod cum mater displiceter aspiceret, Bonauentuam filiam suam nuptam, de qua pluries superius facta est mentio, aduocauit, mandans ei quod sororem suam omnino induceret, vt ornatu corporali iuxta patriæ morem intenderet, ac faceret quod sibi fuerat per eam persuasum. Sciebat enim quod Catherina

Bona-

Bonauenturam tenere nimis diligebat, agiliusq; per ipsam eam induceret ad hoc, sicut postmodum rei probauit euentus. Permittente enim Deo, vt est dictum, & Bonauentura inducente per multiplicem viam sororem suam verbo pariter & exemplo, consensit virgo dare corporis ornatui operam, quamuis votum de non accipiendo virum, firmiter retineret. ¶ Hoc peccatum tãtis cum singultibus & lachrymis ipsa dum confiteretur, recitãdo deflebat, quod putasses eã aliquod grauissimũ commisisse. Et quia scio q̃ licet mihi, postquã euolauit ad cœlum, ea potissime quæ ad laudem eius cedunt, quamuis tunc secreta fuerunt, reuelare, disputationem quæ circa hoc erat inter me & eam, inserere hic decreui. Pluries nãq; generaliter fuit mihi confessa, & quãdo ad hunc punctum veniebatur, semper cum singultibus & fletu se durissime accusabat. Ego autem quãuis bonarum scirem mentium esse, ibi culpã agnoscere, vbi non est culpa, & vbi est parua, multo amplius aggrauare: nihilominus tamen quia ipsa se reã accusabat æternæ pœnæ propter prædictã culpã, coactus sum ab ipsa petere, vtrum ex hoc proposuerit aut voluerit contra votum virginitatis suæ venire. Quæ respondit quod non, nec vnquã hoc in cor suum ascendit. Iterum petiui, vtrum præter virginitatis propositum hoc fecerit ad complacendum alicui homini inspeciali, vel etiã in generali omnibus hominibus. Quæ respondit, nullã tantam pœnã sibi fuisse, quanta sit homines intueri, aut ab ipsis videri, vel vbi essent, se inueniri. Vnde quãdo discipuli patris in arte tincturæ, qui etiã cum ipso habitabãt, venissent ad locum vbi fuisset ipsa, mox ita celeriter fugiebat, sicut si serpentes superuenissent, ita quod omnes admirabãtur. Ad fenestrã autem vel ad domus hostium, nunquã vt transeuntes respiceret, se ponebat. Tunc ego: Ex quo igitur capite actus illi ornatui deseruientes, merebantur pœnã æternã, potissime cum ornatus iste non fuerit excessiuus? Respondebat, quod nimie excessiue sororem suã dilexerat, & videbatur sibi quod plus quàm Deum eam tunc dilexisset, de quo irremediabiliter flebat, & pœnitentiam durã agebat. Me autem replicare volente, quod quãuis aliquis excessus fuisset, tamen remota non tam mala, sed etiã vana intentione de se, hoc non erat contra diuinum præceptum, ipsa leuauit oculos, & vocem ad Deum, dicens: Ha domine Deus meus, qualem patrẽ spiritualem ego nunc habeo, qui excusat peccata mea? Postea contra seipsam insurgens, & ad me se vertens, dicebat: Et nunquid pater hæc miserrima debebat & vilissima creatura, quę tot à creatore suo receperat gratias, absq; laboribus seu meritis quibuscunq;, occupare tempus suum in ornatu istius putredinis carneæ, ad inductionem cuiuscunq; mortalis? Ego, inquiebat, non puto infernum sufficiẽtem ad puniendum me, si diuina pietas mecũ misericorditer nõ egisset. Tunc coactus sum tacere. Sed finis disputationis erat iste, vt scilicet possem inuestigare, si permanserit anima illa semp absq; macula peccati mortalis, ita q̃d integraliter seruasset virginitatem mẽtis & corporis, non tãtum à peccato mortalis lasciuiæ, sed à quolibet alio peccato consummato. ¶ Ego enim de ea istud testimonium perhibeo corã Deo & Ecclesia eius sancta, quod cum pluries audiuerim confessionem eius, imo sæpissime & quãdoq; generalem, nunquã inueni eam aliquid commisisse contra diuinum præceptum, nisi istud quod modo narro, fuerit illud, quod nullatenus credo nec puto aliquem discretum hoc credere. Item dico, quod ego inueni eam semper à venialibus tam mundã, quod vt in pluribus vix perpendere poterã offensam aliquã in confessionibus suis quotidianis. Clarum est enim non tantũ confessoribus suis, sed omnibus qui cum ea conuersabantur, quod nunquã vel rarissime offendebat in verbo. Tempus totum totaliter occupauit aut in oratione & contemplatione aut in proximorum ædificatione. Somnum in die naturali vix ad quartã partem horæ sibi concedebat. Cibum dum suo modo sumebat, si tamen cibus dici poterat, semper orabat & meditabatur, ruminando illa quæ à domino mente perceperat. Scio & vere scio, & testificor coram tota Ecclesia Christi, quod maior ei pœna erat, sumere cibum illis quibus eam noui temporibus quàm fit cuicunq; famelico cibo priuari: & maius tormentum instabat corpori eius de cibi sumptione, quàm communiter febricitanti de febris inuasione. Et hęc erat vna de causis, vt Deo dãte infra patebit, quare accedebat ad cibũ, vt scilicet seipsam affligeret, & corpusculũ torqueret. Quibus igit offensis poterat mens illa occupari quę semper occupabatur cum Deo? His tamen non obstantibus, tam dure se accusabat, & tam ingeniose imponebat sibi offensas, quod si confessor eius conuersationem nesciret, in eo putasset eam offendere vbi non offendebat: imo vbi sæpius merebatur. Hanc autem digressionem feci idcirco lector charissime, vt dum offensam vnam

huius ſacrę virginis pericipis, ſimul intelligas, quanta inde perfectio, mediãte diuina gratia eſt ſecuta. Verum redeundo ad hoc vnde ſermo, Bonauentura frequentãte ſuas inductiones, ſuadebat vt virgo eiuſdem operationes, culturæ ſcilicet muliebris, ageret: nec tamen propter hoc vnquã fieri potuit, quod cor virginis in genere vel in ſpecie ferretur ad homines, vel etiã voluntarie hominibus corpus ſuum oſtenderet, licet orationis feruor & meditationis aſſiduitas tepeſcendo remitterentur. Verum non diu ferre valens omnipotens dominus ſponſam, quã elegerat ſibi, à ſe quomodolibet elongari, medium quod impediebat eam ab vnione diuina, ſubtraxit de medio. Nam dicta Bonauentura hũius ſacræ virginis ſoror & inductrix ad vanitates, non longo poſt tempore veniens ad partum, in ipſo periclitata eſt & defuncta, quãuis ſatis iuuenis eſſet ætate. Nota lector, quàm diſplicibile ac odioſum eſt Deo de his, qui quærunt impedire ſeu retrahere illos, qui nolunt ei ſeruire. Hęc Bonauentura, vt dictum eſt ſupra, honeſta valde fuit in ſe, tam in moribus quàm in verbis, ſed tamen quia illam quæ deſiderabat ſeruire Deo, ſatagebat trahere ad mundana, percuſſa eſt à domino, & dura ſatis morte punita. Miſericorditer tamen actum eſt cum ea, quia prout fuit virgini poſt tempus aliquod reuelatum, ad purgatorium tranſiens, licet graues ſuſtinuerit pœnas, ſororis tamen precibus euolauit ad cœlum, prout ab ipſa ſacra virgine in ſecreto accepi. Porro defuncta ſorore, cœpit ſacra virgo clarius, ſeculi vanitate percepta, feruentius & auidius ad æterni ſponſi reuerti amplexus: ſeq; ream clamitans & accuſans, cum Maria Magdalena proſtrata retro ſecus pedes domini, lachrymas abundãtius effundebat, eiuſq; miſericordiã implorabat, abſq; intermiſſione orãs & cogitans pro peccato ſuo, vt mereretur audire cum Maria Magdalena: Dimittuntur tibi peccata tua. Et ſic cœpit ſingulariter ad Magdalenam affici, quia tunc temporis totis viribus conabatur ſe ei pro ſuorum obtinenda peccatorum indulgentia conformare. Hinc etiã creſcente deuotione ad ipſam, poſtmodum eſt ſecutum, quod ſponſus animarum ſanctarum, eiuſq; genitrix glorioſa, ipſam Magdalenã dederunt huic virgini ſacræ in magiſtrã & matrem, prout latius infra, concedente domino, patebit. ¶ His taliter ſe habentibus, hoſtis antiquus dolens prædã quam paulatim ad ſe niſus eſt trahere, de manibus ſuis ex toto ablatã pariter & ereptam, videnſq; virginem velociſſime currere pro ſecuturo refugio ad tabernaculum miſericordiæ ſponſi ſui, cogitauit ipſam per domeſticos impedire, ne talibus poſſet vacare, ſatagens cum hoc eam per aduerſitates & perſecutiones totaliter trahere ad mundana: poſuitq; in mente parentum & germanorum, quod omnino eam nuptui traderent, vt poſſent, ipſa mediante aliquã parenteleam acquirere. Inducebatq; eos nimis, quod filiam vnam perdiderant, & volebant ſic damnum defunctæ recuperare per viuam. Sicque modis omnibus conabantur, maxime poſt mortuã, ſponſum pro ſacra virgine inuenire. Quod cum illa cœpiſſet aduertere, & inſidias hoſtis antiqui, inſpirãte domino, attendiſſet, mox fortius & diligentius cœpit orationes continuare, meditationibus & pœnitentijs dare operam efficacem, cunctamq; hominum conuerſationem fugere, & per manifeſta ſigna ſuis oſtendere, quod nullatenus intendebat tradi ſponſo corruptibili & mortali, ex quo tam gratioſe regem ſeculorum immortalem ſponſum acceperat ſua in infantili ætate. Hæc ſignis, nutibus, atq; verbis ſacra virgine demonſtrãte, & in hoc ſemper perſeuerante, cogitauerunt parentes per aliquod medium flectere animum eius ad ſibi conſentiendum. Vnde accito quodam fratre ordinis Prædicatorum, qui adhuc viuit, & eis nimis erat domeſticus & amicus, ipſum ſtrictiſſime rogauerunt, quod deberet ei ſuadere, vt aſſentiret voluntati eorum. Quibus ille reſpondit, ſe iuxta poſſe facturum. Sed veniens ad virginem, & inueniens eam firmiſſimã in ſancto propoſito, conſcientia ductus, conſilium ſanum ei ſuper hoc impendit, dicens: Ex quo diſpoſita es ad domino ſeruiendum omnino, & iſti de oppoſito te moleſtant, oſtendas eis propoſiti tui firmitatem: præſcidas crines capitis tui ex toto, & tunc iſti forte quieſcent. Quod illa recipiens ac ſi de cœlo audiſſet, mox arripiẽs forfices, capillos in qbus tã grauiter putabat ſe peccaſſe, quosq; nimiũ odiebat, radicitus iuxta caput lætanter abſcidit. Quo facto, caputergio caput operuit, cœpitque præter puellarum morem, ſed tamen ſecundum doctrinam Apoſtoli, capite velato incedere. Quod dum primo Lapa genitrix aduertiſſet, & cauſam inconſueti velaminis ab ipſa inquireret, nec poſſet clarum habere reſpõſum, eo ꝙ nec mentiri virgo volens, nec pandere veritatem, potius muſſitabat q̃ reſpondebat: appropinquans filiæ, proprijs manibus velamẽ arripuit, caputq; detexit, & tõſum ex toto inuenit.

Tunc

Tunc tacta dolore cordis,eo quod capilli essent pulcherrimi,eiulãs exclamauit,dicens: Ah filia,quid feciſti? At virgo, velato capite iterum,inde diſceſſit,ſed ad clamorem matris eius, vir eius & filiæ conuenerunt. Auditaq; cauſa clamoris, vehementer contra virginem ſunt turbati. Ex qua turbatione bellum ſecundum, arctius primo incipitur, ſed victoria virgini de cœlo porrigitur ita plena,ꝙ quæ putabãtur impedimenta,facta ſunt ad coniungendum ſe fortius domino mirabiliter adiumenta. Illi ergo iam palam perſequuntur eã verbis & factis,conuiciando ſcilicet & comminando,dicentes: Viliſſima mulier,credis euadere quia crines præſcidiſti,ne noſtrã facias voluntatem? Crines,inuita te, creſcent. Et ſi cor tuum creparet,oportebit vt capias virum: nec vnquam habebis quietem,quouſq; aſſenſeris votis noſtris. Fecerũt ſuo modo edictum,ne Catherina aliquem ſecretum locum ad manendum haberet,ſed ſemper in ſeruitijs domus occuparetur, vt & locus & tempus orandi,ſuoq; ſponſo coniungendi ſe,ſibi totaliter auferrentur: & vt amplius ſe cerneret haberi contemptui,feriata coquinæ ancilla,Catherina virgo ad ſeruiendum coquinæ ſqualoribus deputatur. Quotidie improperia,quotidie verbales iniuriæ,quotidie multiplicabantur aduerſum eam deſpectus, qui ſolent magis corda mulierum mouere. Inuenerant ſiquidem,vt percepi,tunc temporis parentes & germani iuuenem quendam,de cuius parentela multum contentabantur: & idcirco arctius ipſam modis omnibus impugnabant,vt eã flecterent ad conſenſum. Verum hoſtis antiquus,cuius malignis & inſidioſis operibus cuncta hæc agebantur, vnde credidit virginem frangere,inde iuuante domino ipſam reddidit fortiorem. Nam in nullo mota ex omnibus his, cellam ſibi ſecretam fecit,ſpiritu ſancto dictante, in propria mente,de qua ſtatuit, propter quodcunq; negocium exterius,non exire. Sicq; factum eſt, vt quæ prius dum exteriorem cellam habebat,quandoq; ſtabat intus, quandoq; vero extra gradiebatur: nunc facta cella interiori, quæ ſicut auferri non poſſet, nunquam ipſa egrediebatur. Hæ ſunt cœleſtes victoriæ, quæ ei auferri non poſſent, ſatanam indubie concludentes. Ipſa etenim veritate teſtante, regnum Dei inter vos eſt. Et propheta docente didicimus, ꝙ omnis gloria filiæ regis æterni,ab intus eſt. Intra nos haudubium eſt intellectus lucidus, voluntas libera,& memoria tenax: intra nos infunditur ſancti ſpiritus vnctio,quæ potẽtias prædictas perficiens,cuncta exterius aduerſantia ſuperat & proſternit. Inter nos ſi boni æmulatores fuerimus,habitat hoſpes ille qui dixit: Confidite,ego vici mundum. In hoc hoſpite hæc ſacra virgo confiſa,cellam non manufactam ſibi fabricauit,ipſo adiuuante ab intra,propter quem cellam manufactam ab extra poſitam, perdere non curauit. Recolo ego & nunc occurrit memoriæ, quod dum haberem occupationes exteriores aliquando exceſſiuas, vel ꝙ iter me facere oporteret, ſacra virgo me monebat ſæpius,dicens: Faciatis vobis cellam in mente,de qua nunquam egrediamini: quod quãuis tunc ſuperficialiter intelligerem, tamen dum nunc eius verba magis attente conſidero, cogor cum Iohanne euangeliſta exclamare: Hoc nõ cognouerunt diſcipuli eius primũ, ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt &c. Mirabiliter enim mihi quam cæteris qui fuerunt cum ea,contingit,ꝙ magis notanter facta & dicta eius in præſentiarum percipimus,quàm quando actualiter eramus cum ea. Porro redeuntes ad hoc vnde ſermo,aliam imaginationem ei ſpiritus ſanctus inſpirauit, per quam omnes vicit iniurias & contemptus, ſicut ipſa mihi ſecrete petenti, qualiter inter tot contemptus alacris permaneret,reuelauit. Aiebat enim,firmiter ſe tunc imaginatam fuiſſe,ꝙ pater ſuus repræſentaret ſaluatorem noſtrum dominum Ieſum Chriſtum: Mater vero ſua,gloriosiſſimam genitricem ipſius Mariam, & cæteri de familia, ſanctos Apoſtolos & diſcipulos demonſtrarent. Propter quam imaginationem tam lætãter & cum tanta diligentia omnibus ſeruiebat,ꝙ omnes admirabantur. Proueniebat autem ei alia de hac imaginatione vtilitas, quia dum ſeruiebat, ſemper meditabatur de ſponſo ſuo,cui ſe putabat ſeruire: ſicq; in coquina exiſtens,ſemper erat intra ſancta ſanctorum. Et ad menſam recumbentibus ſeruiens,ſemper paſcebat animam ſuam præſentia ſaluatoris. O altitudo diuitiarum æterni conſilij,quàm diuerſis & mirabilibus vijs liberas confidentes in te de manu omnis anguſtiæ,ipſosq; inter Scyllam & charybdim perducis ad portum ſalutis æternæ. Dum igitur hęc aguntur,ſacra virgo brauium ſemper aſpiciens,ſibi à ſpiritu ſancto in mente propoſitum, non modo patiens, ſed læta ſufferebat iniurias, curſumq; ſuum cõtinue augmentabat,vt mẽtale gaudium adimpleret. Sane quia nõ licebat ei cameram pro ſe habere,ſed ibi oportebat manere vbi alij habitabant,ſancta induſtria cameram elegit Ste-

git Stephani germani sui, qui non habebat vxorem nec filios, vbi absente illo, poterat de die sola habitare: de nocte vero, illo dormiente, orare poterat iuxta votum. Sicq; vultum sponsi sui die noctuq; quærens pariter & requirens, ad ostium diuini tabernaculi absq; intermissione pulsabat. Orabat autem dominum indefesse, vt suæ dignaretur custos esse virginitatis, cantans cum beata Cecilia versum illum Dauidicum: Fiat domine cor meum & corpus meum immaculatum. Sicq; in silentio & in spe mirabiliter robora ta, quanto pluribus persecutionibus angebatur, tanto maioribus donis & gaudijs ab intra repleta dilatabatur, ita vt germani eius videntes constantiam, inter se dicerent, Victi sumus. Pater vero eius, qui erat innocentior cæteris, considerabat tacitus actus eius, & quotidie amplius perpẽdebat ipsam spiritu Dei duci, & non iuuenili leuitate quacunq;. Hæc autem quæ sunt in hoc recitata capitulo, habui à Lapa matre, à Lysa vxore eius germani, ab alijs qui tunc erant in domo sua, necnon quædam quæ alij sciri non potuerunt, vt dictum est, ipsa sacra virgine didici reuelante.

¶ De victoria quam habuit contra persequentes, tam per columbam quam vidit pater eius, quàm per visionem beati Dominici. Cap. V.

INterea dum hæc agerentur, accidit vt quadam die ancilla Christi orante feruentius in camera præfati sui iunioris germani, ostio non firmato, quia omnis clausura iussu parentum ei fuerat interdicta, patrem eius Iacobum ingredi cameram illam, vt quippiam forsitan absente filio quæreret quo egebat. Qui cum post ingressum in camerã, circumspiceret pro eo forte quod inquirebat, vidit filiam magis Dei quàm suam in angulo quodã genibus flexis orantem, & columbam paruã niuei candoris super verticem eius quiescentem: quæ columba mox ad ingressum patris eiusdem, altius euolans, per feneſtrã cameræ eiusdem, vt sibi videbatur, abcessit. Quo viso, cum peteret filiam, quæ columba foret illa, quæ sic abcesserat euolãdo? Illa respondit, se nec columbam nec auem aliam in camera vidisse. Ex quo ille amplius fuerat admiratus, & in corde suo conseruans, conferebat secum omnia verba hæc. Cæterum hoc tempore cœpit quoddam desiderium in mente virginis sanctæ quotidie magis succrescere: quod tamen fuerat, vt superius dictum est, in eius infantia inchoatum, & nunc propter tuitionem suę virginitatis extitit renouatum, accipiendi scilicet & induendi habitum ordinis fratrũ Prędicatorum, cuius beatissimus Dominicus fuit dux, institutor & pater. Propter quod diuinas aures die noctuq; indesinenter orando pulsabat, vt dignaretur dominus adimplere desiderium suum, cum etiam, sicut tactum est supra, grandi afficiebatur deuotione ad dictum sanctum, tanquã ad salutis animarum egregium & fructuosissimum zelatorem. Quapropter superexcellentissimus dominus cernens q; sapienter & fortiter tyruncula sua pugnaret in stadio, quantoq; cum feruore sibi complacere satageret, voluntatis desiderio ipsam nullatenus fraudari decreuit, eamq; pro maiori eius securitate, infrascripta consolatus est visione: Videbatur siquidem ancillæ Christi in somnis q; plures videret sanctos patres & fundatores ordinum diuersorum, inter quos erat beatissimus Dominicus, quem optime cognoscebat, quia gerebat in manibus eius lilium candidissimum & pulcherrimum, quod, velut alter Moysi rubus, patenter ardebat, & nequaq; comburebatur. Cunq; omnes & singuli monerent eam, vt pro maiori suo merito vnam religionem ex illis eligeret, in qua gratiorem domino impenderet famulatũ, illa versus beatum Dominicum suos dirigens gressus & oculos, vidit sanctum patrem protinus sibi occurrentem, & habentem altera in manu habitum sororum, quæ dicuntur de pœnitentia beati Dominici, quarum in ciuitate Senensi non paruus erat numerus, & est. Qui vt appropinquauit ei, talibus eam verbis est consolatus, dicens: Filia dulcissima, forti animo esto, nec verearis quodcunq; impedimentum, quia certissime isto habitu, sicut desideras, indueris. Quod illa pcipens cum nõ parua lætitia, gaudiosis cũ lachrymis gratias egit altissimo, inclytoq; athletę Dominico, qui eam tam perfecte cõsolabatur. ficq; lachrymis excitata est, & suis sensibus restituta. ¶ Hac igitur visione consolata simul & confirmata mens virginis, mox tantam à fidutia quam habebat in domino, sumpsit audaciam, q; eodem die parentes congregans & germanos ipsos, taliter audacter est allocuta: Dudum per vos factus est sermo, tractatusq; habitus, vt dixistis, tradendi me nuptui homini incorruptibili & mortali. ego autem quamuis horrerem cordialiter talia, prout per plura signa clare potuistis perpendere, propter reuerentiam tamen quam iussu Dei debeo exhibere parentibus, non fui hucusq; clare locuta. Nunc autem quia non est tempus

am-

amplius tacendi, nude ac clare detegam vobis cor meum & propositum, quo non est de nouo, sed ab infantia mea cõcepi pariter & firmaui. Noueritis igitur q̃ in ipsa infantia mea votum virginitatis emisi, non infantiliter sed post deliberationem diutinã & ex magna causa, mundi saluatori domino meo Iesu Christo, eiusq; gloriosissimæ genitrici, promisiq; eis, nullum præter ipsum dominum sponsum me perpetuo acceptura. Nunc autem postquã ipso domino faciente, ad perfectiorem ætatem & cognitionem perueni, scitote taliter hoc esse in mente mea firmatum, q̃ facilius possent saxa molliri, quàm cor meum ab hoc sancto proposito reuocari. Quantoq; plus circa hoc laboraretis, tanto tempus amplius perderetis. Propter quod consulo vobis, q̃ omnes mearum nuptiarum tractatus p̃cidatis ex toto, quia in hoc nullo modo intendo facere velle vestrũ. Obedire nãq; oportet me magis Deo quàm hominibus. Porro si talem vultis me habere in domo vestra, etiã sicut ancillã vestrã, parata sum vobis in his quæ sciuero, vt potero, seruire lætanter. Quod si propter hoc decreueritis me de domo vestra eiiciendã, notum vobis sit, q̃ in nullo cor meum à suo deuiabit proposito. Sponsum enim habeo tam diuitem & potentem, q̃ non permittet me quocunq; modo deficere, sed indubitanter necessaria mihi ministrabit. His dictis, audientes cuncti, prorupere in lachrymas: abundantibusq; singultuosis suspirijs, nullum ei pro tunc potuit dari responsum. Considerabant enim sanctum propositum virginis, cui contradicere non audebant. Cernebantq; puellã, hactenus taciturnã & verecundã, tam audacter & ordinate mentem suã per verba prudentiæ declarantem. Insuperq; videbant aperte, ipsam potius dispositã ad dimittendum paternã domum, quàm ad votum quod fecerat infringendum: seq; ob hoc de suis nuptijs reddit desperatos. Quapropter ex corde commotis, flere magis libebat, quàm aliquid respondere. Verum post morã aliquã cessantibus lachrymis, pater qui eam tenere diligebat, & Deum etiam plus timebat, recordatus columbæ quàm viderat, ac plurium aliorum actuum eius, quos admirans notauerat, tale fertur ei reddidisse responsum: Absit à nobis dulcissima filia, q̃ diuinæ voluntati, à qua videmus propositum tuum sanctum procedere, nos velimus opponere quoquo modo. Ex quo igitur longa experientia didicimus, & nunc manifeste scimus, q̃ non iuuenilis leuitatis, sed diuinæ charitatis causa moueris ad hoc, fac votum libere tuum. Age ut libet, ac vt spiritus sanctus te docebit. Iam amplius non sumus te à sanctis operibus tuis retracturi, nec in minimo exercitium tuum virtuosum impedituri, tamen intercedas pro nobis assidue, vt digni efficiamur promissionibus sponsi tui, quem in tantæ ætatis teneritudine ipsius ex gratia elegisti. Et vertens se ad vxorem & filios, inquit: Nemo filiæ meæ dulcissimæ amplius sit molestus, nullus audeat amodo ipsam quomodolibet impedire, permittite ipsam libere seruire sponso suo, ac ipsum pro nobis orare indesinenter. Non sumus inuenturi parentelam similem isti, nec conqueri habemus, si pro mortali homine, recipimus Deum & hominem immortalem. His peractis, quamuis cum gemitu aliorum, & potissime matris suæ, quæ ipsam carnaliter nimis diligebat, sancta virgo exultans in domino, gratias egit suo victoriosissimo sponso, qui eam perduxerat ad triumphum, parentibusq; suis regratiatur, quantum valet humilius, tota mente se disponens ad vtendum licentia vtiliter iam concessa, & hic terminus huic capitulo imponatur.

SEd noueris lector, q̃ de columba visa per patrem, ego ab eo non habui, quia iam mi grauerat quando ego notitiam sanctæ virginis primo merui, sed habui à pluribus eiusdem virginis cognatis, qui habitabãt in domo eius, & ab ipso Iacobo perceperunt, imo dicebant eum hoc sæpius vidisse. Ex quo habebit eam in reuerentia magna, & nullo modo volebat quod turbaretur. Ego autem moderatius sum locutus, vt quantum mihi fas est, à dictis meis distantius remoueam falsitatem. De visione vero beati Dominici, ab ipsamet percepimus confessor eius qui me præcesserat tempore, & ego. Sed de verbis, vltimo dictis parentibus & germanis, dum ego inuestigarem ab ea, qualiter fecerat in persecutionibus illis, ipsa mihi totum & ordinate disseruit & narrauit.

¶ De austeritate pœnitentiæ eius, & de persecutione quam propter hoc passa est à propria genitrice. Caput VI.

ACcepta igitur diu peroptata tam larga Deo seruiendi libertate, virgo tota Deo deuota, cœpit non segniter, sed omnem vitam suam in Deo seruitium mirabiliter ordinare. Camerulam ab alijs separatam petit & accipit, in qua tanq̃ in solitudine possit Deo vacare, ac corpus suum affligere iuxta votum.

Vbi

Vbi quãtæ pœnitẽtiæ rigiditate corpus ſuũ afflixerit, quantaq; amoris auiditate vultũ ſponſi ſui quæſierit, nulla lingua ſufficeret narrare. Verũ quia in prẽſentiarũ ſe offert eius inauditæ auſteritatis materia, prætergreſſo ordine operæ precium puto lector chariſſime, tibi eam ſub breuiloquio enarrare, vt priuſquã ſanctæ vitæ eius viridarium totum circueundo perluſtres, aliquos de fructibus eius primis & vltimis valeas prælibare. nec propter hoc dimittetur, quoniã loco hoc in ſuo iterum tibi eorundem fructuum ſpecies præſentetur, cum ordo ipſe requiret, concedente altiſſimo. Sed tantum hoc fit, vt ad conſiderandum fructus virtutum eius, exercitatior reddaris & aptior. Noueris igitur, q; in hac cellula ſiue camerula ſuſcitata ſunt ſanctorum Aegyptiorum patrum antiquiſſima opera, & tanto mirabiliora, quanto in domo paterna abſq; oris doctrina, exemplo vel inductione, ſunt facta. Incipiamus ergo ab abſtinentia eſcæ & potus. Carnes ab infantia raro ſumebat, prout eſt tactum ſuperius: ſed nunc illas à ſe totaliter abdicauit, & intantum ſe habituauit in ipſarum priuatione totali, q; prout mihi ſecrete confeſſa eſt, etiã ipſarum odorem ferre non poterat abſq; corporis læſione. Porro, ne forſitan de hoc admireris lector amabilis, ſcire te volo, q; dum ſemel ipſam nimium cernerem corpore debilem & quaſi deficientem, quia nihil ſumebat eorum ciborum aut potuum, qui habent debiles confortare, adinueni hunc modum, vt in aqua frigida quã ſumebat ſaccarum poneretur, vt vel ſic paululum refocillarentur ſpiritus eius vitales. Quod poſtquã ipſa me narrante percepit, mox ad me conuerſa, reſpondit: Vos, vt video, vultis hanc modicam vitam, quæ remanſit penitus ex toto extinguere. Cuius dicti cauſam dum peterem, ex eius reſponſo perpẽdi q; ita ſe aſſuefecerat vt eſt hactenus dictum, ad amaros cibos & potus inſipidos, vt cuncta dulcia, nociua ſuo corpori eſſent reddita, propter diſpoſitionem quæ in habitũ verſa erat. Sic igitur de carnibus fecerat, vt dictum eſt. Vinum autem ita lymphare cœpit tunc tẽporis, quando cellam accepit, q; ſapore ſimul perdito cum odore, colorem tantum rubedinis, ſicut ſunt vina illarum partium, retinebat. Quintodecimo vero ætatis ſuæ anno, vinum ex toto dimiſit, & potu aquæ frigidæ ſemper poſtmodum vtebatur. Coctum quodcunq; præter panem, à ſe paulatim quotidie auferebat, ac infra breue tempus ad eſum panis & crudarum herbarum ſeipſam coercendo reduxit. Tandem ſi non fallor, ætatis ſuæ anno xx, vel circiter, etiam ſe à panis eſu priuauit, ſolarũ crudarum herbarum vſu ſibi tantummodo derelicto. Poſtremo, non ex vſu, nec ex natura, ſicut infra latius, Deo dante, dicetur: ſed ex diuino miraculo ad tam altum ſtatum deducta eſt, q; licet corpuſculum iſtud infirmitatibus pluribus ſubiaceret, labores q; importabiles alios ſuſtineret, conſumptio tamen humidi radicalis non habebat locum in eo nec ſtomachus faciebat aut facere poterat digerendi officium, nec vires corporeæ propter priuationem cibi aut põtus debilitabantur in aliquo, ita vt (ſicut tunc frequenter dixi) tota ipſius vita eſſet miraculum. Nulla autem vi naturali potuiſſet, quod videbamus oculis noſtris, fieri: prout aliqui Phyſici, quos ad ipſam adduxi, mihi de plano confeſſi ſunt. Hæc tamen omnia clarius ac plenius infra, duce domino, differentur. Sed hoc tibi pro concluſione abſtinentiæ lector, ſit dictum. Quod tempore quo eius conuerſationis merui eſſe teſtis, nullo cibo aut potu nutriente viuebat, nulla naturali virtute adiuta, dolores & labores alijs intolerabiles, læta ſemper facie ſuſtinebat. Nec volo putes ipſam quacunque induſtria naturali, exercitio ſiue vſu, ad hunc ſtatum potuiſſe quomodolibet peruenire, nec etiam æſtimes talia ad conſequentiam deduci debere à quolibet, quia ſingulariſſima ſunt, & magis eueniunt ex plenitudine ſpiritus, quã ex quocunq; exercitio ſeu conſuetudine abſtinendi. Noſti q; plenitudo ſpiritus redundat in corpus: dumq; ille paſcitur, iſtud facilius ſuſtinet inediæ cruciatus. Quis de hoc Chriſticola poterit dubitare? Nonne ſancti martyres, tam inediam quàm cætera corporis tormenta, ſuper omnem naturalem virtutem lætantiſſime ſuſtinebant? Et vnde hoc, niſi ex plenitudine ſpiritus patrabatur? Expertus ſum ego ipſe, & quemlibet æſtimo poſſe experirĩ hoc, homines eoſdẽ dũ Deo vacant, agiliter ieiunare: qui ſi poſt hoc in agibilibus occupentur, durum eſt eis nimis aut impoſſibile, ieiunare vt prius. Et vnde hoc, niſi quia plenitudo ſpiritus confortabat corpus hypoſtatice ſibi vnitum? Et quãuis ſupra naturam ſit donum, naturaliter tamen corpus ſpiritui, & ſpiritus corpori ſibi adinuicem communicant bonum & malum. non nego tamen, quoniã naturaliter quidam agilius ieiunent quàm alij, & econuerſo: ſed ſimpliciter abſtinere per longum tempus in via, non video q; fit poſſibile per naturam. Et hæc de abſtinentia eius, pro nunc, epilogando ſint dicta.

Verum

Verum ne putes lector, hoc tantum modo carnem suã sacram virginem afflixisse: attende quod sequitur, lectum sibi strauit de asseribus seu tabulis ligneis, absq; additione cuiuscunq; rei alterius, in quo vel sedens meditabatur, vel stabat in oratione prostrata. Et tempore suo, nullis detractis vestibus, corpusculum dormiens reclinabat. Vestibus laneis vtebatur intus & extra. Cilicio quandoq; vsa est, sed quia sicut erat munda interius, sic etiã exteriores immunditias fugiebat, in catenam quandã cilicium commutauit. Habebat etenim catenã quandam ferreã, sua latera fine medio circundantem siue cingentem tam fortiter, ꝙ fere intrinseca carni, cutem reddiderat circumcirca exustam: prout referebant filiæ eius spirituales & sociæ, quæ ipsam pro tergendis sudoribus excessiuis, frequenter cogebantur crescentibus languoribus sibi in pannos mutare. Qua ex causa circa finem sui cursus crescentibus languoribus, coegi eã obedientia mediante, catenam ipsam dimittere, quãuis hoc facere t valde inuite. Insuper vigilias in principio extendebat vsque ad horam matutinalem, prout infra latius, dante Deo, dicetur. Postmodum vero sic paulatim datum est ei vincere somnum, ꝙ intra duos dies vix dormiebat dimidiam horã, nec etiã huic somno consentiebat, nisi quando ad hoc corporei languores cogebãt. Dixitq; mihi quãdoq;, ꝙ nullius belli victoria tãtum laborauerat, quantum in bello somni, nec alicubi reperit tantã difficultatem. Porro tempore quo ipsam noui, omni dubio procul pulso, si habuisset intelligentes & conferentes, centum diebus & totidem noctibus absque cibo & potu stetisset ad loquendum de Deo, nec vnquam lassabatur in hoc, imo semper hilarior & recentior reddebatur. Reuelauit mihi etiã sæpius ꝙ nullum tantum habebat refrigerium in hac vita, quantum cum intelligentibus, loqui de Deo siue conferre: quod & nos qui cum ea eramus, per experientiã videbamus. Aperte nanq; perpendebamus, quod quã do habere poterat tempus loquendi de Deo, & differendi quæ suo latebant in corde, recentior, fortior & hilarior etiã corporaliter apparebat. Cum vero hoc ei non licebat, debilis efficiebatur, & quasi exanimis. Ad honorem domini Iesu Christi, ꝛterni sponsi eius, ac in eius prꝛconium, meamq; confusionem, hoc refero. Frequenter ipsa mecum loquente de Deo, ac de eius altissimis mysteriis profundius differente, sermo protendebatur in longum, & ego qui longissime distabam à mente eius, carnisq; mole aggrauabar, arripiebar à somno. Illa vero, quæ dum sic loquebatur, absorbebatur tota in Deum, diu verba sua continuabat, ante quã de mea dormitione perpenderet. Cum autem post morã me aduertebat dormire, forti sonitu excitabat me, dicens: Vt quid propter somnum perditis animæ vestræ profectum? Nunquam muto loquor verba Dei, an vobis? Præter omnia vero hæc, volens imitari sanctum patrem qui sibi apparuerat, scilicet beatum Dominicum, de vna catena ferrea tres quotidie recipiebat disciplinas: Primã pro se, secundam pro viuis, tertiam pro defunctis. Sic enim legitur in legenda beati Dominici, ꝙ inclytus pater communiter sic faciebat, quod & ista imitata est longo tempore. Sed postquã fuit tot infirmitatibus aggrauata, continuare non potuit. Verum dum ego secrete ab ipsa inquirerem, qualiter illam pœnitentiam faciebat, quamuis verecunde, confessa est tamen mihi, quod pro qualibet disciplina vnam horã cum dimidia occupabatur, nec vnquam vel rarissime accidebat, quin sanguis scapularum vsque ad pedes flueret de currendo. Perpendis lector, cuius perfectionis fuerat hꝛc anima, quæ ter in die corpus phlebotemabat, vt sanguinem pro sanguine saluatori redderet. Perpendis quantæ virtutis fuerit, hæc quæ præmissa sunt, agere intra paternos lares, nullo hic viuentium hominum instruente, nullo ducente, nullo exemplum dante. Lege gesta sanctorum, scrutare patrum Aegyptiorum vitas ipsarum sanctarum scripturarum indaginem non obmittas, & vide si alicubi reperias simile. Paulum primum eremitam inuenies solum in desertis diu vixisse, sed coruum cum hoc dimidium panis ei quotidie afferentem. Antonium famosissimum legis mirabiles austeritates exercuisse actiue & passiue, sed recolis ad diuersos anachoretas accessisse, ac à quolibet alicuius virtutis exemplum tanq̃ flores dicitur collegisse. Hilarionem licet puerum recitat beatus Hieronymus prius adñsse Antonium, ab ipso informatum deserta petisse, ibiq; fortiter dimicando vicisse. Sed & Macarñ duo, & Arsenius, & cæteri (quos nimis lõgum esset ordinarie nominare) omnes, vnum vel plures præceptores & doctores, verbo & exemplo per viam domini habuerunt ducentes: & hoc semper in desertis, vel in monasteriis peroptime regulatis & ordinatis. Hanc autem veram filiam Abrahæ, cernis lector, nõ in monasterio, nec in deserto, sed in domo propria paterna, absq;

cuiuſpiam hominis viatoris exemplo ſiue auxilio,& cum multorum domeſticorum impedimento,illum attigiſſe perfectionis gradum in abſtinentia, quem nullus illorum attingere potuit. Quid dicemus ad hæc? Adhuc oro pauliſper auſculta. Moyſen bis & Heliam ſemel quadragenarium perfeciſſe ieiunium abſq; cibo & potu,ſcriptura ſacra commemorat:quod & Saluator ipſe compleuit euangelio teſtãte. Sed adhuc plurium annorum non habemus ieiunium. Iohannes baptiſta quamuis deſerta, Deo ducẽte, petierit, ibiq; habitauerit,mel tamen ſylueſtre & locuſtas ſiue radices herbarum legitur comediſſe. Simplex autem ieiunium de ipſo non ſcribitur. Solam Magdalenam reperio nõ in ſcripturis ſacris,ſed in eius hiſtoria,& in loci diſpoſitione,quæ apparet adhuc, triginta tribus annis in rupe poſitam hoc ieiunium perfeciſſe. Propter quod exiſtimo,quod Dominus ipſe,ac eius genitrix glorioſa, prout infra Domino donante. patebit. Magdalenã huic virgini dederunt pro magiſtra & matre. Quid igitur nũc dicemus? Nihil eſt quod impediat,quin clare cernatur hanc ſingulariſſimam fuiſſe gratiam, donumq; hactenus non quodãmodo conceſſum,quam & quod hæc ſacra virgo poſſedit à Domino, ſicut infra explicabitur latius,ſi Dominus ipſe conceſſerit dono ſuo. Verum nolo putes amãtiſſime Lector,me per omnia ſupra dicta,hãc virginem in ſanctitate oñibus ſupraſcriptis ſanctis præponere voluiſſe,aut etiam inter ſanctos odioſas comparationes feciſſe. Non ita deſipio Lector bone. Nominaui enim inter cæteros Saluatorem, cui aliquem ſanctum comparare ſcio blaſphemiam eſſe. Cæteros autem ſanctos, quorum nomina poſui,non idcirco adduxi,vt comparationem facerem,ſed vt poſſis perpẽdere: Primo, quanta ſit magnificentia Dei noſtri,qui ſua inexhauſibili largitate, noua quotidie dona inuenire non ceſſat,quibus ſanctos ſuos perficit & decorat. Secundo,vt huius virginis excellentiam ſingularius aduerteres,diligentiuſq; notares. Scis enim quod abſq; aliorum iniuria,de quolibet ſancto veridice cantat Eccleſia: Non eſt inuentus ſimilis illi. Quod totum ex immenſa ſanctificantis eos potentia ſimul & liberalitate procedit, qui poteſt & vult quemlibet ſanctum ſuum ſingularis doni gloria decorare. Sed ne à noſtro propoſito nimium diuertamus,iã ex dictis poteſt vnuſquiſq; colligere,ad quantã tenuitatem debuit corpus illud deduci,quod tot & tantis auſteritatibus domabatur aſſidue, continuiſq; afflictionibus in ſpiritus ſeruitutẽ redigebatur. Narrauit enim quãdoq; mater eius,quæ adhuc ſupereſt,quod anteq̃ filia tantis pœnitentijs ſe incepiſſet affligere, tanti vigoris & fortitudinis erat in corpore,q̃d onus iumenti ſeu aſini dorſo delatum ad oſtiũ domus ſuæ,ipſa ſine difficultate ſuper ſe leuans,agiliter per duas ſcalas longas,multorum graduũ, vſq; ad ſuperiora domus proprijs humeris deferebat. Eratq; (vt refert) duplæ latitudinis & groſſitiei in omnibus membris corporis, q̃ eſſet cum viginti octo annorum erat:nec mirum ſi erat taliter diminutum, imo mirum videtur & eſt, nec puto ſine miraculo fieri potuiſſe,quod non fuit ex toto conſumptum. Porro tẽpore quo ipſam noui,quilibet perpẽdere poterat,quod exhauſti valde vigoris erat & tenuis. Quia creſcente ſpiritu,carnem neceſſe eſt deficere,tanquam ſuperatam ex eo. Hoc tamẽ non obſtante,ſemper alacriter laborabat,& potiſſime pro animarum ſalute,quãuis inceſſanter plures languores corporeos pateretur,ita vt alia Catharina videretur,quæ attenuata patiebatur,ſed ſpiritus laborabat. Ille pinguis & fortis,ab intra carnem debilẽ ſuſtentabat ſimul & confortabat. Sane ad ordinem hiſtoriæ redeundo,vnde prius ſermo exortus eſt. Dum accepta cella & plena licentia vacandi Deo, ſancta virgo tam feruenter (vt eſt dictũ) inciperet ad ſponſum aſcendere,non deſtitit,quamuis ſuperatus, ſerpens antiquus ipſam iterũ moleſtare. Acceſſitq; ad Euę filiã, Lapã. ſ. virginis genitricem,& mediante amore carnali,quo corpus eius plus q̃ ſpiritũ diligebat,cõmouit eam vt filiæ pœnitentiã impediret. Cum enim ſentiebat eam ſe cathena ferrea verberantẽ, leuabat vocẽ planctus in altũ,& eiulando dicebat: Filia,filia,ego te iam mortuã video,tu teipſam abſque dubitatione occides. Heu mihi, quis mihi filiam meam abſtulit? Quis mihi procurauit hæc mala? Hæc & his ſimilia proſequens anus illa, ſuperaddebat clamoribus gemitus, adiungebat quodammodo furioſos actus, ſeipſam laniando, canoſque proprij capitis diſcerpendo, ſicut ſi eam iam defunctam cerneret in proſpectu. His autem clamoribus frequẽter tota conuicinia eſt cõmota, ita quod quaſi oẽs cõcurrerent ad videndũ,q̃d noui ſiniſtri aut infortunij Lapæ vetulæ cõtigiſſet. Cum hoc etiam proſpiciens quod ſuper nudas tabulas dormiebat, ſecum violenter ipſam ad cameram ſuã trahebat, cogebatq; vt ſecũ in lecto dormiendo iaceret. At illa ſpiritu ſapiẽtię nõ mediocriter

diocriter illustrata, videns talia, flexis genibus coram matre, lenibus verbis ac humilibus ipsam placās, precabatur eā, vt omni feruore deposito, æquanimis esse vellet, quia mandatis eius obtemperaret ad votum, cum ea in lecto poneret ad iacendum. Cumq; pro quietanda matre corpusculum in extrema parte lecti reclinaret ad tempus, meditādo tamen solicite, post quā mater dormiret, silenter surgebat, & redibat ad exercitium suum sanctum, sed nec hoc diu latere poterat matrem eius, hoste humani generis operante, qui felicibus actibus eius inuidebat. Illa vero tali est vsa prudentia, ne matrem amplius contristaret, sumebat secrete secum postem vel duo ligna, & cum debebat in lecto dormire, clam sub linteamine illum vel illa ponebat, vt decumbens, solitam sentiret duritiam, & sic suam sanctā consuetudinem non mutaret. Quod cum post aliquos dies mater eius etiā comperisset, in vanum, inquit, laboro, vt video, immutabilem te à propositis cerno tuis, melius mihi est conniuentibus oculis pertransire. Dormi potius vbi soles. Sicque victa constantia ipsius, permisit eā in posterum viuere iuxta inspirationem omnipotentis. Et hic nostrum capitulum terminetur. Ea vero quæ continentur in ipso, ab ipsa sacra virgine didici, de abstinentijs scilicet, de asperitatibus alijs, & ordine ipsarum. Quędam vero Lapa, genitrix eius me docuit, ac quædā matronæ quæ in domo eius fuerant cōuersatæ. Sed quædam per memetipsum vidi & comperi, & potissime de singulari dono abstinentiæ eius.

¶ De vltima victoria quam habuit in balneo, & qualiter suscepit habitum beati Dominici diu desideratum. Caput VII.

SAncta igitur virgo, restituta post prædictā victoriā suis sanctis exercitiis consuetis, cœpit tanto feruentius agere, quanto videbat hostem humani generis se artius & indefinentius impugnare. Quotidie gemitus, quotidie lachrymæ, diuinasq; aures indefinenter pulsabat, vt habitum diu desideratum recipere mereretur, quem superna pietate per almum patrem beatum Dominicum meminerit repromissum. Nondum enim propositum virginitatis suæ putabat à domesticorum molestijs fore securum, donec præfatū sanctū induisset habitum. Sciebat nāq; quod post sumptionem dicti habitus, de contrahendo matrimonio cuncta cessaret molestia, & liberius permitteretur vacare seruitio sponsi sui. Propter quod parentes precibus pulsabat, & cum sororibus de pœnitentia beati Dominici, quæ vulgari sermone Mātellatæ vocantur, in ciuitate prædicta instabat, quatenus ipsam intra numerū earū vellent recipere, & habitum sanctæ conuersationis sibi tradere dignarētur. Quod mater præcipue non vsquequaq; libenter acceptans, quāuis sibi negatiuā nō daret, semper tamen cogitabat, quomodo posset eā à suis rigiditatibus reuocare. Hac igitur causa ꝓposuit balnea naturalia visitare, filiamq; suā illuc ducere secum: tū etiā vt corporalibus solatijs paulisper refocilatā, ab asperitatibus suæ pœnitētiæ reuocaret. Nec hoc puto factum absq; antiqui serpentis astutijs, qui feruentē ſpōſam ab amplexu æterni ſpōſi totis viribus abstrahere satagebat, Lapamq; illā simplicissimā malitias insidiose, docebat. Verumque contra dominum consilium valere non potest, illa Christi spōsa à dextris & à sinistris armis victricibus circundata, omnes insidias inimici in suā vtilitatē, & in illius perniciem conuertebat. Inuenit siquidem modum nouum corpus propriū etiā inter delitias affligendi. Nam simulans se velle balneare perfectius, ad canales cōductus, vnde aquæ sulfureæ procedebant, se conferebat, & feruentes aquas super nudam & teneram carnē sufferens patienter, diu corpusculum affligebat magis, q̄ catena ferrea verberabat. Occurrit nunc memoriæ, quod dum semel mater eius mihi corā ea de dicto balneo verba mouisset, ipsa silenter ea quæ supra nunc scripta sunt, retulit & addebat, quod vt hoc posset liberius agere, suggesserat matri, quod volebat se, post quā recesserant omnes, balneare, sicut & faciebat. Sciebat enim, quod matre præsente, hoc facere nullatenus potuisset. Cumq; interrogassem eā, quomodo tantos potuisset sustinere feruores absq; mortis periculo, in sua columba simplicitate respōdit: Ego dū erā ibi cogitabam assidue de pœnis inferni & Purgatorij, orabamq; creatorem meū, quem tantum offenderam, quod dignaretur pœnas illas quas me noueram meruisse, in istas quas libenter sustinebam, misericorditer commutare. Dumq; firmiter considerarem, hanc gratiā me ab eius misericordia percepturā, dulce mihi fiebat totum quod patiebar, nec in aliquo ab ipso feruore lędebar, quāuis afflictionem sentirem. His peractis rediere domum, sanctaq; virgo ad solitas pœnitentias se immediate reduxit. Quod vt

mater aduertit, de ipsius mutatione de cætero desperauit, quamuis se vsq; quaq; continere nõ potuisset, quin semper de eius asperitatibus murmuraret. Ac filia sui sancti desiderij non oblita, genitricis murmurationes pertransiens surda aure, ipsum quotidie molestabat, vt sorores de pœnitẽtia beati Dominici prędictas adiret, easq; induceret, vt habitũ suum sibi non negarent pro filia, quæ hoc tanto desiderio postulabat. Quod illa eius importunitate victa, perfecit. Sed sorores præfatæ ei primitus responderunt, suæ consuetudinis non fuisse, virgines seu iuuenilis ætatis induere habitu illo, sed tantum viduas ætatis maturæ, ac etiam claræ famæ, quæ Dei se volunt seruitio mancipare. Cum enim sorores illæ careant omni clausura, quia quælibet stat in domo propria, necesse omnino est, quod quælibet sciat se regere per seipsam. Huius responsionis causam apertius & latius in capitulo immediate sequenti, dante Domino, lector percipies. Sed nunc historiam prosequamur. Reuertitur igitur Lapa mater ad virginem cum responso, filiæ quidem non grato, sed sibi non multum ingrato. Virgo autem Christi, de sua fiducia in nullo propter hoc mota, sciens promissionem tam glorioſi patris nullatenus posse deficere, omninoq; adimpleri debere, iterum instat, persuadẽs matri, quod propter hãc responsionẽ nequaquã desisteret à rogatu, qn potius oportune & importune apud dictas sorores pro dicto habitu obtinẽdo instaret: quod & illa, dũ natæ precibus victa, pficeret: idem semper reportabat responsum. Inter hæc contigit Christi virginem infirmari infirmitate quadam corporea, qua solent cõmuniter iuuenes, antequã ad ætatem maturam perueniant, molestari: & forsitan excessiuus calor, quem sub feruentibus aquis sustinuerat, fuit in causa, quamuis ego putem totum ex diuina prouidẽtia nõ sine mysterio processisse. Repleta siquidem est tota corpusculi eius cutis quibusdam pustulis seu apostematibus paruulis, vt modo medicorum loquamur, ita vt figura eius discerni non posset, & cum hoc febris non modica causaretur. Quod cernens Lapa mater, quę quãuis omnes filios & filias diligeret tenere, hanc tamen, quam nutrierat proprio lacte, diligebat tenerius, cœpit vehementer affligi, nec erat vnde posset causare, quod hoc ex abstinentia processisset, quia infirmitas illa magis ex superfluitate, q̃ ex defectu procedere videbatur. Faciebat etiam ad hoc, quod pueris & puellis eadẽ infirmitas est cõmunis, ficq; afflicta mater iuxta filiæ lectulum sedens, quasi continue remedia, quæ poterat, adhibebat: & ipsam quibus sciebat verbis cõsolabatur. At illa, quæ dum infirmabatur, fortior erat in desiderio mentis suæ, videns tempus arctandi matrem ad complemẽtum eius quod cupiebat, sapienter & dulciter respondebat: Si vultis dulcissima mater, vt bene valeam & conforter, faciatis quod desideriũ meũ de habitu sororũ de pœnitẽtia beati Dominici compleatur. Alioqui non dubito, quin Deus & beatus Dominicus, qui me vocant ad seruitium suum sanctum, faciant taliter, quod nec in illo, nec in alio habitu poteritis me plus habere. Quod responsum audiens semel & sæpius mater eius, nimium territa, & de morte filiæ pauida, sorores sæpe dictas festinãter adijt, ipsasq; tã feruenter est allocuta, quod victæ precibus mutauerunt responsum, dicentes: Si non est nimis suo corpore speciosa vel pulchra, propter eius & vestrum desideriũ tam accẽssum, recipere-mus eã. Si aũt esset nimis pulchra, timemus (vt diximus) nobis de periculo scãdali, propter malitiam hominum, quæ nunc regnant in mundo. Quapropter in tali casu nullo modo cõsentiremus. Quibus mater: Venite & videte, ac vos ipsę indicate hoc. Tũc duas vel quatuor ex se matronas, cæteris magis practicas, cum Lapa miserunt ad virginẽ decumbentem, quatenus corporis dispositionem aspicerent, & ipsius mentale desideriũ indagarent. Quæ venientes, quãuis sanctæ virginis speciositatem videre non possent, tũ quia naturaliter non inerat excessiue, tum etiã quia infirmitas illa ita corpus eius infecerat, quod vix poterat figura eius discerni. Verba tamen per quæ sui desiderij feruorẽ exprimebat, prudentiamq; ac maturitatem puellæ percipientes & aduertentes, stupere cœperunt pariter & gaudere, cognouerunteq; puellam hanc corpore, mente iam canã multas anus virtutibus præcedere corã Deo. Quapropter nimis ædificatæ simul & lętificatæ recedentes ab ea, ad socias suas redeuntes, quæ viderant & audierant, cum non paruo gaudio retulere. Quod illæ intelligentes, habito prius consensu fratrum, simul cõgregatę, ipsam in sororem voto vnanimi receperunt, matriq; nunciauerunt, quod q̃ cito virgo Christi curata esset ab illa infirmitate, duceret eam ad Ecclesiã fratrum prædicatorum, vt præsentibus omnibus fratribus & sororibus, qui curã earum gerebant, habitum beati Dominici diu ab ipsa desideratum, susciperet iuxta morem. Quod cum fo-

ret per

ret per matrem virgini nuuciatum,mox cum lachrymis gaudiosis gratias retulit spō-
so suo,almoq; patri Dominico,qui promissionem suam ducebat actualiter ad perfectū.
Tunc cœpit orare non propter corpus,sed propter mentis desiderium ad implendū,
vt infirmitas illa corporea cito terminaretur,ne votum suum tam diu dilatum, propter
eam amplius differretur. Et quæ prius gloriabatur in infirmitate proprij corporis, i-
psamq; amore sponsi sui libentissime ferebat. Iam incipit attædiari de illa,precibusq; as-
siduis pulsabat aures Altissimi,quatenus absq; mora infirmitatem de suo corpore remo
utar,quæ perfectionē voti cordis sui impediebat. quod & factum est. Intra paucos enim
dies curata fuit,quia non erat fas ei aliquid denegari ab illo, cuius voluntati se summo
cum studio conformabat. Quicquid nanq; petebat & appetebat,totum dirigebat in il-
lum, quem omnibus animę suæ viribus diligebat,& ad cuius se seruitium totam obtu-
lerat,ac totaliter mancipauerat. Aduenientе igitur sanitate,licet mater adhuc quærere
videretur dilationes,instantia tamen virginis & importunitate ipsam nimiū molestante,
ventum est ad diem & horam per diuinam prouidentiam deputatā,in quibus habitum
diu desideratum accepit non cum parua lętitie cordis sui. Venerunt siquidem ad Eccle
siam supradictam mater & filia,& præsentibus simul cunctis sororibus & gaudentibus,
frater ille qui curam earum pro tunc habebat,sacram virginem induit illud genus vesti
mentorum ad innocentiæ humilitatisq; indicium,quod patres nostri ferre sanxerunt,al
bi.s.& nigri coloris,vt albedo innocentiæ,nigredo vero responderet humilitati. Nec
fuit(meo iudicio) aptior habitus cuiuscunq; religionis alterius, qui habitum interiorem
virginis huius sanctæ proprius designaret. Ipsa enim totis conatibus proprium corpus
mortificabat,exterius vitam veteris hominis cum mortifera superbia extinguendo, q̄d
per colorem nigrum optime designatur,virginitatisq; innocentiam non tantum corpo
ris,sed etiam animæ,vt supra dictum est,amplexata,ad sponsum æternum,qui vera lux
est,vt lucida fieret,totis viribus propinquabat:quod non minus apte per albedinem si-
gnabatur. Si autem vel totaliter niger,vel totaliter albus foret habitus eius, non posset
per illum nisi alterū horum designari. Quod si griseum vel cinereum colorem adhibu-
isses,mortificationem quidem posset repręsentare,sed non luciditatem mentis & puri-
tatem. Perqendo insuper,quod si sorores illæ melius aduertissent, nunquam primū re-
sponsum,denegando ei habitum,matri dedissent. Ipsa enim magis proprie,aptiusq; ac
dignius habitum illum portabat, quàm illæ quæ de virginitate non poterant gloriari.
Non igitur fuit sacræ virgini denegandus habitus, qui pro signo innocentię fuerat à
sanctis patribus constitutus, cum ipsa polleret præ cæteris innocentia virginali, quæ
procul dubio cuilibet castitati viduali præfertur. Audeo ergo dicere,quod nondum ha-
bitus ille,illa in ciuitate suā perfectionē fuerat consecutus,quousq; sacra hæc virgo ipsum
induit & portauit. Ipsa enim in loco illo prima virgo excellens fuit, quæ habitum hunc
accepit:quam tamē postmodum multæ virgines sunt secutę,vt de ipsa cantaretur versus
ille Dauidicus, Adducentur regi virgines post eam,&c. Qualiter autem hoc fuit, infra
(Deo dante)latius dicetur. Sed nunc ponamus hic huic capitulo finem, & ad indagandā
radicem ac fundamentum huius religiosi status, in quo diuina prouidentia sacram hanc
virginem posuit,procedamus,ne per eius ignorantiam,opinio sanctitatis eius in cuius-
cunq; animo minuatur. Verum hæc quę in hoc capitulo continentur,tam ab ipsa virgi-
ne, q̄ à genitrice eius Lapa percepi,quamuis de receptione habitus, notoriū sit apud oēs
qui eam nouerant,nec probatione indigeat quoquo modo.

¶De origine ac fundamento religiosi status sororum, de pœnitētia beati Dominici,& vnde processit modus viuendi earum. Caput VIII.

CVnctis volentibus legere, præsens per capitulum notum facio, prout legi pa-
riter & audiui à fide dignis in diuersis Italiæ partibus, gestaq; beatissimi pa-
tris nostri testantur. Ipse gloriosus fidei Catholicæ pugil, ac Christi athleta
beatus Dominicus,sicut sacer lator boni status Ecclesiæ militantis, quamuis
per se & suos fratres ,tam in Tholosa q̄ in Lōbardia hæreticos triumphaliter debellas-
set,ita vt ficut tempore suæ canonizationis coram summo Pontifice probatum legitri-
me fuit,centum millia hæreticorum,& vltra,conuersi fuerunt tantum in Lombardia,tā
doctrina,quàm miraculis eius nihilominus tam infecerat mentes hominum, dictorum
hæreticorum venenosa doctrina, quod fere omnia iura Ecclesiarum erant per laicos

occupata,qui possidebant ea tanquã iure hæreditario,sicut & prohdolor hoc in multis eiusdẽ Italię partibus actitatur. Ex hoc cogebantur Pontifices mẽdicare,nec vllam habebant potentiã,p quã possent errori resistere, nec etiã clericos aut pauperes valebant, secundũ officiũ sui debitũ,nutriendo iuuare.Quod sanctus pater cernẽs zelotypa mente &sustinere non valẽs,q pro se suisq; sequacibus eximiã elegerat pauptatẽ,cœpit pro Ecclesiæ diuitijs decertare.Aduocans igitur aliquos laicos Deũ timentes,& sibi notos,cœpit cũ eis tractare de ordinanda quadãsancta militia, quæ haberet iura Ecclesiarum recuperare,simul & defensare,nec non & fideliter resistere hęreticæ prauitati.quod & factũ est.Nam illos ꝗs voluntarie reperit,sic induxit,qud iuramentum prestabat ei,cuncta se q̃ dicta sunt, facere iuxta vires;& propter hoc exponere tã psonam q̃ illa, quæ possidebãt. Vt aũt à coniugibus hoc opus sanctum impediri non posset,faciebat etiã coniuges seu vxores eorum iurare,quod viros non impedirent,sed iuxta modum suum cooperarentur,eis in omnibus possibilibus sibi,promittabatq; sanctus vtriq; parti copulæ seruanti hoc,secure vitam æternam. Vocauit aũt eos fratres de militia Iesu Christi. Verum vt p aliquod saltẽ signũ secernerentur à cæteris laicis,et aliquid supererogatorij operis adderent super consuetudinem aliorum,dedit colorem habitus proprij, vt .s. tam viri q̃ mulieres,quacunq; figura vestiũ vterentur,album tamen semper portarent & nigrum , ita quod vterq; color exterius appareret ad innocentiæ et humilitatis indiciũ. Insuper assignauit eis quendã taxatũ numerum dñicæ orationis & salutationis angelicæ,quem pro qualibet hora canonica quotidie deberent perficere orando,vt à diuino officio non vacarent.Hoc facto,post q̃ beatus pater relicto carnis onere,migrauit ad cœlũ,& crebrescẽtibus eius miraculis,sedes apostolica ipsorũ sanctorũ annotãs catalogo, honorandũ exhibuit vniuersis.Fratres hi & sorores dictæ de militia Iesu Christi, volẽtes ordinatori suo iam glorioso singularẽ reddere gratiã & honorẽ,decreuerunt mutare nomen,& vocari fratres de pœnitentia beati Dñici,Induxit etiã eos satis ad hoc,quod beatissimi patris meritis atq; miraculis,nec non & fratrum eius laboriosa doctrina iã pestis hęretica, & pene defecerat,& necessaria non videbatur multũ amplius pugna exterior , sed restabat tm̃,vt per pœnitentiã cũ hoste interiori pugnarent,propter quod nomen pœnitentię etiam singulariter elegerunt.Demũ crescente quotidie turma prædicatorũ fidelium,inter quos velut matutinum astrum resplenduit martyr & virgo Petrus, qui occisus, plures hostium conculcauit q̃ viuẽs,deleta est quasi totaliter turba vulpecularum,demoliri cupientiũ vineã Dñi Sabaothtredditaq; fuit pax,faciẽte Dño,Ecclesiæ sanctæ Dei. Quamobrẽ causa illius militiæ cessauit ex toto,ac p consequens & effectus. Verum decedentibus huiusmodi status viris,fœminæ remanentes propter religiosam vitam quã cum viris tenuerant,amplius nubere non audebãt,sed statũ quẽ seruauerãt, continuabãt vsq; ad mortẽ.Hoc cernẽtes alię nõ huiusmodi status viduæ, quæ decreuerant viduitatẽ seruare,cœperunt dictas sorores de pœnitentia beati Dñici velle seq,& earũ obseruantiã pro remedio suorum peccaminũ imitari. Vnde paulatim crescentes in diuersis locis Italiæ,coegerunt fratres prædicatores ibidẽ morantes, ad informandum eas de mõ viuendi,q à beato Dñico fuerat institutus. Quia vero modus ille strictus nõ erat, quidam sanctæ memoriæ pater,q totius ordinis curã gerebat, vocatus frater Munio,natiõe Hispanus,modũ illũ viuendi redegit inscriptis,quẽ hodie habent,& Regulã vocãt, quãuis proprie regula dici non debet,quia nec ille status proprie de se regularis dicitur; ex quo tria vota in qualibet religione principalia,non includit. Porro crescentibus numero & merito p dictarũ sororũ in diuersis locis Italię fęlicis memorię dominus Honorius papa, huius nois quartus,sentiens odorem bonę famæ ipsarũ,cõcessit eis per bullã,q; tempore interdicti possent in Ecclesia fratrũ prædicatorũ audire diuina.Item dñs papa Iohannes xxij.postquã promulgauerat Clementinã cõtra Beginas pariter & Begardos,declarauit per bullã suam,illã decretalem non debere intelligi de sororibus dictis de pœnitẽtia beati Dñici per Italiam constitutis , nec per ipsam statui earũ fuisse qũlibet derogatũ. Nunc igitur lector habes,quarũ in p̃sentiarũ status in solis fœminis reperitur. Et quare sorores illæ responderant prima vice,se non consueuisse recipere virgines,sed tantũmodo viduas approbatas. Hæc aũt quæ scripsi in diuersis Italiæ partibus,pro maiori parte reperi scripta:quædam vero,licet pauca,percepi audiens & inquirens à fide dignis vtriusq; sexus antiquis fratribus prædicatorũ,& sororibus de pœnitẽtia B.Dñici. Sicq; hoc capitulum consummetur,vt ad ea quæ nostri sunt propositi,redeamus.

¶ De

¶ De mirabili eius profectu,& q̄ huic virgini credenda sunt cuncta, quæ de gratijs sibi factis à Dño,suis confessoribus recitabat. Caput IX.

Licet in sumptione dicti habitus,sancta virgo tria principalia religionis nō emiserit vota,quia, vt dictū est,hoc in se status ille nō habet,nihilo minus tā firmiter proposuit in se ipsa,omnia illa vota seruare perfecte. Et de castitate quidē nulla cunctatio est,quia iam erat emissum votum virginitatis. De obedientia vero proposuit,non solum fratri magistro sororū,qui fuisset pro tēpore,ac priorissæ, verumetiā & confessori suo in omnibus obedire: quod ita seruauit semper vsq; ad mortē, vt auderet dicere dū transiret ex hoc mūdo ad patrē. Nunquā me recolo vel semel obedientiā præteriisse. Verum quod sanctitatis quidam ęmuli detractores,mordaces,pariter & mendaces,ausi sunt quandoq; ipsa viuente oppositū dicere,vt mendaciū ipsorum in os mentientis recludatur,scire te volo lector charissime,quod si hæc sacra virgo nullam aliā afflictionē habuisset,dū ageret in humanis,niti quā inferebant sibi eius indiscretissimi præceptores,ipsa fuisset quodam modo martyr ex patientia tanta. Nullo ēm modo intelligentes,& frequentius non credentes donorum excellentiā sibi cōcessam ex alto, per viā aliarū quæ cōmuniter viuunt,ipsam ducere volebāt omnino, nec dabāt honorē præsentiæ maiestatis,per iter admirabile conducentis, cum tamen de hoc manifesta signa sine intermissione viderent,similes pharisæis,qui signa videntes,pariter & prodigia de curatione quæ fiebat in sabbatho,murmurabant,dicentes: Non est hic homo à Deo qui sabbatū non custodit. Ipsa vero in medio discordiæ huius,hominū.s. à Deo posita satagens,quantum sibi licebat,hominibus obedire,nec tamē volens relinquere viā quā per se ipsum Dñs ei ostendebat, tanta cruciabatur angustia, quod non faciliter lingua explicaretur vel calamo. Ah dñe Deus meus, quoties dictum est de ipsa: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dęmonia. i. visiones istę non sunt à Deo, sed à diabolo, cum tamen clare viderent non modo miracula,sed totam vitam eius fore miraculū. Hęc locis in suis particulariter infra ponētur,& ideo me amplius hic non extendo. Paupertatē aūt ita perfecte seruauit,quod existens in domo paterna,quæ tunc tēporis bonis temporalibus abundabat,per se & pro se nihil penitus capiebat, nisi quod pauperibus erogabat: sup quo largā licentiā habebat à patre. In tm̄ erat paupertatis amica,quod,sicut ipsa mihi secrete confessa est,nunq̄ potuit de domo cōsolari,dū vidit eā de tēporalibus abundantē. Orabatq; in defesse Altissimū,vt ablatis diuitijs ad paupertatē suos deducere dignaretur,dicens: Nunquid Dñe hoc ē bonū illud,quod pro parētibus & fratribus meis quæro,& nō potius bonum æternum? Scio in his bonis multa mixta mala,multa pericula esse,nec volo meos qūolibet in eis implicari. Exaudiuit aūt Dominus vocē eius, & deducti sunt per mirabiles casus,absq; culpa ipsorum,ad infimā paupertatē,prout cōstat & constitit cunctis cognoscētiqus eos. His sic propositis pro fundamento profectus admirabilis mentis quo suæ,vltra supra dicta profecit post desiderati habitus sumptionē, operę precium puto vt perfectionis eius principia prosequamur. Cōpleta promissione almi patris B. Dñici, cœpit fidelissima filia,velut apis argumentosa vndiq; mella colligere,s. occasiones & causas se ipsam magis arctādi, ac sponsum suū strictius amplexādi Vnde alloquens se ipsam,dicebat: Ecce iā religionē intrasti, non oportet te amodo viuere,sicut hucusq; vixisti. Secularis vita ꝑterijt,noua venit religio, secundū cuius regulā te regulari necessariū est. Puritatem summā oportet induere, illaq; vndiq; circundari, quod alba tunica ipsam signat. Deinde te mortuā mundo omnino esse debere, pallium nigrum patenter ostendit. Vide igitur quid agis,quia per arctam viam,per quam pauci vadunt,te oportet transire. Proposuit igitur pro puritate melius obseruanda,arctissimū tenere silentium,nec alicui loqui, nisi dum confiteretur peccata sua. Vnde,prout confessor eius,qui me in hoc prędicessit officio,& refert,& in scriptis redegit,tribus annis cōtinue silentium tenuit,quod nulli nisi confessori,quādo cōfitebatur ,tm̄ penitus est locuta. Intra clausuram cellulæ habitabat continue,nec egrediebatur inde, nisi cum ad Ecclesiam properabat. Pro cibo non oportebat ipsam egredi, quia tam tenuis erat, quod faciliter intra cellulam mandebatur, nec cocto aliquo vtebatur, pane solo excepto,vt supra dictum ē. Statuit insuper in corde suo, nunquā nisi cum lachrymis ad cibum accedere. Vnde semper immediate ante cibum prius Deo lachrymas offerēs, aiam irrigabat,& sic postea cibū sumebat pro corpore sustentādo. Inuenit ista desertū intra propriam domum,& solitudinem in medio populorum. Vigilias autem eius,orationes,

meditationes & lachrymas alias quis exprimere poterit aut narrare? Statutum sibi fecerat, quod dū fratres prædicatores, quos germanos suos vocabat, dormirent, ipsa quotidie vigilaret. Cum autem fratres pulsabant ad matutinas, pulsato secundo signo, & nō prius, ipsa sponso suo dicebat: Ecce Domine, germani mei & serui tui vsq; nunc dormierunt, & ego pro ipsis feci custodiam corā te, vt seruares eos à malis, & ab insidijs inimici. Nunc uero ipsi surrexerunt ad laudandum te, tu serua eos, & ego parumper quiescam, Sicq; super asseres, habens lignum pro ceruicali, corpusculum reclinabat.

Cernens hæc omnia super gratissimus sponsus eius, qui procul dubio ei cuncta prę stabat, quasi allectus eius feruoribus, nolens dimittere ouem tam nobilem absq; pastore vel duce, discipulamq; tam diligentem & aptam absq; perfecto magistro, non hominem, non angelū, sed seipsum sponsæ suæ dilectæ dedit in præceptorem. Sicut enim ipsa mihi reuelauit secrete, mox vt ipsa se in cella reclusit, ei apparere sponsus & saluator eius superdilectus Dominus Iesus Christus dignatus est, ipsamq; de omnibus quę animæ suæ forent vtilia, plenarie informare. Vnde in secreto confessionis dum hæc mihi recitaret, me taliter est allocuta: Habeatis hoc pro conclusione verissima pater mi, quod nihil quod pertinet ad viam salutis, docuit me vnquā aliquis homo vel mulier, sed præcise ipse Dominus & magister, sponsus præciosus super dulcissimus animæ meę Dominus Iesus Christus. vel per suam inspirationē, vel per claram apparitionē loquens mihi, sicut ego modo loquor vobiscum. Fatebaturq; mihi, quod in principio huius visionis, quæ, vt in pluribus, fuit imaginaria, quādoq; vero patuit etiā exterioribus sensibus corporis, ita vt vocem aure corporali perciperet. In principio, inquam, ipsa formidare cœpit, ne foret deceptio inimici, qui se frequēter transformat in angelum lucis: quod & ipsi Domino nullo modo displicuit, imo cōmendauit formidinē, dicens: Semper viator debet esse cū formidine, quia scriptū est: Beatus vir qui semper ē pauidus. Sed vis inqt, vt doceam te, quatenus possis discernere visiones meas à visionibus inimici? Illaq; instantissime hoc supplicante, respōdit: Agile foret per inspirationē animā tuā informare, quod statim discerneret inter vnam & aliam. Sed vt profit tam alijs q̄ tibi, volo te verbo docere. Et quia doctores quos ego docui, dicunt & verum est, quod visio mea incipit cum terrore, sed semper in processu dat maiorē securitatem: incipit cum aliqua amaritudine, sed semper magis dulcescit: cuius oppositum habet pro sua conditiōe visio inimici. Dat enim in principio, vt videtur, aliqualem lætitiā, securitatem siue dulcedinē: sed semper in processu timor & amaritudo in mente videntis continue crescūt. Hoc est verissimum, quia etiā viæ meæ à vijs eius eadem differentia differunt. Via enim pœnitentiæ & mandatorū meorū, in principio apparet aspera & difficilis: sed & quanto plus proceditur in ea, tanto plus dulcescit & magis est agilis. Via autē vitiorum in principio apparet valde delectabilis, sed semper in processu amarior fit & dānosior. Sed ego volo tibi dare vnum aliud signum infallibilius & certius. Habeas pro certo, quod cum ego sim veritas, semper ex visionibus meis resultat in anima maior cognitio veritatis. Et quia veritatis cognitio magis ei necessaria est circa me & circa se, vt. s. cognoscat me & cognoscat se, de qua cognitione egreditur, semper quod se cōtemnit & me honorat, quod est propriū officiū humilitatis: necessariū est quod ex visionibus meis aia efficiatur magis humilis, magisq; seipsam seu vilitatē suā cognoscēs, pariter & cōtemnens. Oppositū aūt accidit de visionibus inimici. Cū enim sit pater mēdacij, & rex super oēs filios superbiæ, nec possit, nisi quod habet, dare, semp ex visiōibus eius resultat in aia quędā propria reputatio seu p̄sumptio de seipsa: quod ē propriū officiū supbię, remanetq; turgida, & vēto inflata. Tu igitur in te ipsa semper examinādo diligēter perpendere poteris, vnde processit visio, à veritate, s. an à mendacio: qa veritas semper facit aiam humilē, mendaciū aūt facit eā superbā. At illa velut discipula, nō segnis aut negligens, doctrinā salubrē mente recōdidit, mihiq; ac alijs post tēpora tradidit, prout infra, Deo dante, dicet. Extunc igit cœperūt visiōes cœli ac reuelatiōes multiplicari, simulq; frequentari à Dño. Et in tm, q̄ sicut sæpe de ipsa loquēs, pluribus retuli, vix duo possunt hoies reperiri, q tā assi duā cōuersationē haberet ad inuicē, q̄ continuā habebat hęc sacra virgo cū spōso suo, saluatoreq; oim Dño Iesu Christo. Siue em̄ oraret, siue meditaret, siue legeret, siue vigilaret, siue dormiret, vno mō vel alio, vt in pluribus, eius visione cōsolabat: imo aliq̄n dū loqueretur cū alijs, astabat hæc sacra visio, & mente loquebatur cū ipso, lingua vero corporea cū hominibus. Sed non poterat hoc diu durare, quia tā vehemēter tūc anima eius

trahe-

trahebatur ad ſponſum ſuum, quod poſt paruam morulam, relicto vſu corporalium ſenſuum in ectaſi ponebatur. Hinc autem cuncta proceſſerunt mirabilia, quæ poſtmodũ ſunt ſecuta, tam de inconſueta ab cæteris abſtinentia, quàm de doctrina mirabili, quàm etiam de miraculis patentibus,, quæ omnipotens Deus ipſa viuente coram oculis noſtris oſtendit. Quapropter cum hic ſit fundamentum, radix & origo omnium ſanctorum operum eius, totiuſq; vitæ ſuæ mirabilis medium oſtenſiuum, ne in hoc te vacillare contingat lector chariſſime, neceſſitatũ me video ad reuelandũ tibi ea, quæ meam cedunt in confuſionem non parcenti. Ne contingat enim quenquam incredulum dicere, hæcquæ ſcribis, ab ipſa tantummodo ſunt audita, nullus alius teſtis inducitur: ipſa de ſe teſtimonium perhibet, teſtimonium eius forſitan verum nõ eſt, aut forte decepta, aut mentita: cogor de me ipſo ſcribere hic, quæ ſi honor virginis huius ſanctæ nõ vrgeret, nullatenus eſſent per me in perpetuum recitanda. Verum malo cõfundi ego, quàm honor eius diminuatur in aliquo. Elegi coram hominibus potius erubeſcere, quàm eius iniurijs meam verecundiam cooperire.

Scire te igitur volo lector dilecte, quod in principio cum audito eius prẽconio cœpi familiariter cum ea conuerſari, multifarie multiſq; modis de incredulitate, Deo permittente, pro meliori, tentatus fui. Quærebam enim per omnem modum & viam, quibus inueſtigare poſſem, ſi facta eius erant à Domino, aut aliunde, ſi erant vera aut ficta. Occurrebãt enim, quod nunc tempus eſt illius tertiæ beſtiæ pellis leopardinæ, per quam hypocritæ deſignantur, & quod diebus meis aliquas inueneram, & potiſſime in fœminis, quæ agiliter vacillãt in capite, agiliuſq; ſeducũtur ab hoſte, ſicut patuit in prima omnũ matre, pluraq; ſimilia tunc menti meæ porrigebantur, quæ ipſam fluctuare cogebant circa iſtam materiem. Dumq; ſic in biuio quodammodo poſitus, ad neutram partem firmiter declinare, nutanſq; in mente, anxie dirigi cuperem ab illo, qui nec falli poteſt, nec fallere, ſubito menti occurrit, quod ſi poſſet mihi conſtare, quod precibus eius obtinerem à Domino vnam magnam & inſolitam contritionem peccatorũ meorum vltra communem omnem conſuetudinem meam, hoc eſſet mihi perfectum ſignũ, quod à ſpiritu ſancto procederent omnia facta eius. Nullus enim poteſt hanc contritionem habere, niſi à ſpiritu ſancto: & quamuis nemo ſciat an gratia, odio vel amore ſit dignus, magnum tamen ſignum gratiæ Dei eſt, cordialis contritio peccatorum. Nec cogitationem hanc vſq; ad linguam ſeu vocem duxi, ſed totaliter tacitus acceſſi ad eam, & petiui ab ea inſtanter, quod vellet pro me efficaciter Dominum deprecari, vt indulgere mihi dignaretur peccata mea. Quæ cum ex ſuæ plenitudine charitatis lætanter, reſpondiſſet, quod libentiſſime faceret, replicaui ego, quod hoc deſiderium meum non quietaretur, niſi de hac indulgentia more curiæ Romanæ bullam haberem. Quæ ſubridente ac petente, qualem bullam vellem de hoc habere, reſpondi me loco bullæ pro ſigno petere, vnam magnam & inſolitam contritionem peccatorum meorum. Quæ mox annuit, ſe hoc indubitanter facturam. Viſumq; eſt mihi tunc, quod omnes cogitationes meas intellexiſſet, ſicq; abſceſſi a ea, hora diei ſi non fallor, penultima. In craſtinum contigit me quaſdam meas ſolitas infirmitates pati ſatis grauiter. Vnde in lectũ decidi, aſtante mihi quodam deuotiſſimo & dilectiſſimo Deo, & mihi ſocio, fratre ordinis mei Nicolao, qui erat Piſanus origine. Quod cum illa percepiſſet, quia pro tũc eramus quaſi viatores in quodam monaſterio ſororum eiuſdem ordinis, nec multum ab habitatione noſtra, ſua diſtabat, de lectulo in quo febribus & alijs paſſionibus attrita iacebat, ſurrexit, & dixit ſociæ: Vadamus ad videndum fratrem Raymundum, quia patitur. Illa vero reſpondente, quod non multum erat neceſſe, ac etiam ſi foret, ipſa plus grauabatur quàm ego, vltra omnem morem conſuetum feſtinanter, ſocia comitante, venit ad me, dicens: Quid habetis vos? Quidum videlicet vix præ debilitate potuiſſem prius ſocio aliquid dicere, totum feci ad reſpondendum conatum, & dixit: Vt quid domina huc veniſtis? Peius eſt vobis quàm mihi. Ipſa vero incipiente, iuxta morem ſuum loqui de DEO & de ingratitudine noſtra, qui tantum benefactorem offendimus, quaſi confortatus, ſimul & propter honeſtatem coactus, de lecto ſurrexi, nõ tamẽ meorum in aliquo promiſſionis, quam in præcedenti veſpere fecerat mihi. Et poſui me ad ſedendum in alio lectulo ibi propinquo. Sed ipſa inceptum ſermonem continue proſequente, ſuperuenit menti meæ quædã inſolita conſideratio peccatorũ meorum tam clara, quod abſq; velamine aliquo cernebam me ipſum in iudicio iuſti

iudicij

iudicis positum, ac indubitantissime reum mortis, in similitudinem eorum, qui propter malefacta per iudices huius seculi quotidie condemnantur. Videbam etiã benignitatẽ eiusdem iudicis & clementiam, qui proprijs de meritis me deputatum morti iustissimę, non solum liberabat a morte, sed suis vestibus induens nudũ, suaq; in domo cubans ac confouens, ac suo seruitio deputans, mortem in vitam, timorem in spem, dolorem in gaudium, ignominiam in honorem, suæ infinitæ bonitatis sola gratia conuertebat. His considerationibus, imo vt magis proprie loquar, clarissimis mentis visiõibus ruptæ sunt cataractæ durissimi cordis mei, & apparuerunt fontes aquarum, & reuelata fuerunt fundamenta culparum mearum, in tantumque fletum & rugitum prorupi, quod verecunde dico, quod verisimiliter timui, ne pectus & cor pariter finderentur. At illa prudentissima, quæ ad hunc finem tantum venerat, mox vt hæc vidit, conticuit: & permisit me lachrymis satiari & singultibus. Post aliquam autem moram admirãti mihi de insolita nouitate, inter fletus occurrit petitio mea, quam præcedente die feceram, & promissio eius, statimque me ad ipsam conuertens, dixit: Est ne bulla hæc quam heri petiui? Illa respondit: hæc est. Et mox surgens, si non fallor, manu tetigit humeros meos, retro dicens: Sitis memor donorum Dei, statimq; abcessit, & ego cum socio remansi, ædificatus similiter & lætificatus. Hęc coram Deo, quia non mentior. Alia vero vice, absq; quod peterem, aliud datum est mihi de eius excellentia signum, quod propter honorem eius cogor etiam propalare licet rubori ruborem addere me cognoscã. Accidit in monasterio supradicto, quod semel ipsa pluribus grauata languoribus, stratulo in suo decumbens, & cupiens quædam sibi a Domino reuelata, conferre mecum, secrete me accersire fecit. Qui cum ad eam veniissem, astiti lectulo. Et ipsa quamuis febricitans, cœpit more suo de Deo sermocinari, & recitare quæ illa die fuerant sibi reuelata. Ego autem audiens tam ingentia similiter et alijs insueta, immemor & ingratus primæ gratiæ iam receptæ, intra me cogitans in quibusdam: Putas ne sint omnia vera quæ dicit? Dumq; sic cogitarem, & in faciem loquentis intenderem, subito facies eius transformata est in faciem viri barbati, qui me fixis oculis intuendo, nimium terruit. Eratq; facies oblonga, ætatis mediæ, non prolixam habens barbam, coloris triticei, manifestatemq; præferens in aspectum, ex qua se manifeste Dominum ostendebat. Nec aliam pro tunc ibi faciem discernere poteram, præter illam. Cumq; pauefactus & territus, erectas circa humeros manibus, exclamarem: O quis est qui me respicit? Respondit virgo: Ille qui est. Quo dicto, mox facies illa disparuit, & faciem virginis quam discernere prius non potui, clare vidi. Hic coram Deo loquor securus, quia ipse Deus & pater Domini nostri Iesu Christi scit quia non mentior.

Fateorq; ad maiorem confirmationem miraculi, quod (vt apparet clare) hoc a Domino factum est: post hanc sensibilem visionem, absq; rubore dicere nequeo, mentalem illuminationem percepi ab intra tantam & tam insolitam, potissime circa materiã de qua tunc ipsa mihi loquebatur, quam taceo, quod quasi expertus sum id, quod Dominus, promittens spiritum sanctum, dixit discipulis: Et quæ ventura sunt, annunciabit vobis &c. Ecce stultus factus sum, nec diffiteor, & increduli me ad hoc coegerunt. Potius eligo ab hominibus fatuus reputari, quam quod hæc sacræ virginis huius testimonia occultẽtur. Quis enim scit, si Dominus hæc tunc incredulo mihi ostendere voluit, vt tempore suo testimonium sanctitatis eius cæteris reuelarem, incredulorumq; mentes istis testimonijs reformarem? Quid nunc dicis aut cogitas incredule? Si Mariæ Magdalenę vel cæteris discipulis, nimis cito (vt putat durities tua) credentibus, credere denegasti saltem Didymo Thomę stigmata palpanti, credere non recuses. Si dedigneris credulos imitari, vel incredulis tibi similibus, non abneges sociari. Ecce incredulũ tibi offero, & plus quam incredulum, quia post signum quod ipsemet rogauerat, iam receptum, adhuc in incredulitate perseuerabat. Venit Dominus, & faciem suam manifestans, exterioribus sensibus sensibiliter indicauit, experimentumq; dedit notorium eius qui loquebatur, in illa: Sic (vt ita dixerim) videndum se exhibuit Raymundo incredulo, sicut se palpandum prębuit olim Thomę, qui Didymus dicebatur. Exclamauit autem post palpationem Didymus ille: Dominus meus, & Deus meus. Mirum ne tibi videtur, si post geminam visionem exclamat nunc incredulus iste: Domini mei & Dei mei verissima sponsa, veraq; discipula?

Hæc idcirco lector charissime sint dicta, vt infra Deo dante audiens reuelationes

& vi-

& visione eius, de quibus & pro quibus præter eam testis adduci non potest, non vacilles, neq; despicies, sed notanter & reuerenter attendas sancta exempla, sacramq; doctrinam, quæ & quam tibi Dominus quæ fecit, ostendit in vase naturaliter infirmo & fragili, ab ipso autem mirabiliter facto præcioso & forti. Et hic finem huic capitulo imponamus, cuius continentiam, præter hæc quæ mihi contigerunt, ab ipsa sacra uirgine sum edoctus, nisi quod de silentio habui ab illo quem superius allegaui.

¶ De doctrina notabili, quam Dominus in principio ei dedit: & de alijs doctrinis, in quibus ipsa vitam suam fundauit. Cap. X.

FVndamento igitur credulitatis, quantum concessit Dominus, superius posito, nunc ad ædificij spiritualis constructionem, si ipse qui lapis est angularis, prestiterit, procedamus. Et quia fideles animæ verbo Domini viuificantur & viuunt, à doctrina notabili, huic sacræ virgini per conditorem omnium & suum doctorem data, nostrum exordium capiamus.

NArrabat siquidem hæc sacra virgo confessoribus suis, inter quos immeritus ego fui, quod in principio visionum Dei, scilicet cum ipse Dominus Iesus Christus sibi apparere incepit, semel ipsa orante, apparuit sibi, & dixit: Scis ne filia quæ tu es, & quis ego sum? Si hæc duo noueris, beata eris. Tu enim es illa, quæ non es: ego autem sum ille qui sum. Si hanc notitiam habueris in anima tua, nunquã decipere te poterit inimicus: omnesq; laqueos eius euades. Nunquã cõsenties alicui rei contra mãdata mea, omnemq; gratiam, omnemq; veritatem, omnemq; claritatem absque difficultate acquires. O verbum abbreuiatum & grande. O doctrina breuis, & quodammodo infinita. O immensa sapientia, syllabis admodum explicata breuibus. Quis mihi det vt te intelligere valeã? Quis mihi aperiet signacula tua? Quis me deducet, vt tuam abyssalem profunditatem intuear? Es ne tu forsitan illa longitudo, simul & latitudo, sublimitas pariter & profundum, quas seu quæ cum omnibus sanctis Ephesios comprehendere optabat Paulus apostolus? Aut forte vnà cum Christi charitate, supereminens omni humanæ scientiæ? O charissime lector, fige pedem, non prætereamus incomparabilem thesaurum hunc, quem in agro huius sacræ virginis inuenimus. Fodiamus ab interea solicite, quia signa quæ apparent, grandem nobis copiam diuitiarum ostendunt. Inquit enim infallibilis veritas: si hæc duo noueris, salua eris. Et iterum: Si hanc notitiam habueris in anima tua, nunquã decipere te poterit inimicus tuus, & cætera quæ supra sunt posita. Bonum est (vt arbitror) hic esse, faciamus hic tria tabernacula, scilicet honori docẽtis Dñi Iesu, per dictorum intelligentiam: vnum amori & deuotioni doctrinam recipientis Catharinæ virginis, per affectus reuerentiam: vnum & valori cuiuslibet nostrum, hic vitam inuenientis, per memorię retinentiam, vnum. Sicq; fodere valebimus spiritales diuitias simul & possidere, ita vt non amplius erubescere mendicando cogamur. Tu es, inquit, illa quę non es. Nunquid non ita est? De nihilo facta est quælibet creatura per creatorem: quia creare, aliquid de nihilo facere diffinitur. Item semper ad nihilum tendit sibi relicta, in tantum quod si per instans creator à conseruatione cessaret, mox redigeretur in nihilum. Cum facit peccatum, quod nihil est, semper appropinquat ad nihilum: nec ex se præcise quidquam facere potest aut cogitare, secundum Apostolum. Nec mirum, quia nec esse potest ex se, nec conseruari adhuc in esse. Vnde clamat idem Apostolus: Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, &c. Vides ergo Lector, quod sit creatura quælibet nihilitatibus circundata? De nihilo siquidem facta, semperque de se ad nihilum tendens, per culpam se facit nihil, secundum Augustinum. Nihilque facere potest per seipsam, ipsa veritate incarnata testante, quæ ait: Sine me nihil potestis facere, nihilque cogitare, sicut iam dictum est. Igitur clare conuincitur quod non est. Quis enim audeat asserere illud esse quod nihil est? Quot hinc conclusiones veridicæ eliciantur, ac perutiles ad omnia vitia excludenda, ipsi sancti DEI homines, qui spiritu sancto docente, hac sapientia sunt imbuti, optime cognouerunt. Quæ nanque superbiæ inflatio ingredi poterit in animam illam, quæ nouit se nihil esse? Qualiter gloriabitur de quocunq; opere facto, quæ nouit illud non esse suũ? Quomodo reputabit se aliqd super alios esse, quę cordis ex profundo reputat se nõ esse?

Quo

Quo pacto alios ſpernet,aut alijs inuidebit,quæ ſeipſam ſpernit vſq; ad nihilum incluſiue? Vnde poterit in exterioribus diuitijs gloriari,quæ omnem propriam gloriam iã contempſit. Dicit enim illud verbum ſapientiæ incarnatæ,quæ ait: Si ego quæro gloriam meam,gloria mea nihil eſt. Item quomodo quæret exteriora dicere ſua eſſe, quæ ſeipſam optime ſcit nõ eſſe ſuã,ſed eius q fecit illam. Per hanc cõſiderationem demũ quis faciet hanc animam carnalibus delicationibus delicari,quæ vſq; ad non ens,per hanc cõſiderationẽ ſeipſam reſtringit quotidie? Poſtremo quando poterit pigritari, quæ proprium eſſe,quod ſcit non eſſe ſuum,quærit ab illo mendicare? Per hæc, licet nimis breuiter dicta,potes lector perpendere,omnia excludi vitia, propoſitionem per hanc breuiſſimam Nõ es. Haud dubium hic ſuperaddenda plurima forent,ſi non hiſtoriæ narratio,quam intendimus,impediret. Verum ſecundam huius ſuper notabilis doctrinæ partem omittere fas non eſt. Inquit enim veritas ipſa: Ego ſum qui ſum. Sed nunquid hæc propoſitio noua eſt? Noua pariter & antiqua. Hanc enim Moyſi protulit de rubo ipſe qui loquitur. Hanc notantiſſime cuncti ſacrarum literarum declaratores & diligenter expoſuerunt,& veraciter docuerunt, illum tantummodo eſſe, cui eſſentialiter cõpetit eſſe. Nec eſt differentia inter eſſentiam eius,& eſſe: nec ab alio quàm à ſe habet eſſe, ac à quo prouenit & procedit omne eſſe aliud. Hic ſolus poteſt proprie hanc propoſitionẽ proferre,quia vt verbis vtar Apoſtoli: Non eſt in eo Eſt,& Non, ſicut in creaturis: ſed Eſt in eo tantũmodo eſt. Propter quod ipſe præfato Moyſi mandat, vt dicat: Qui eſt, miſit me. Nec mirum quia qui creationis propriam diffinitionẽ attente conſiderat,inde eliciet hanc ſapientiam incunctanter. Si enim creare aliud non eſt, quam de nihilo aliquid facere: patenter concluditur,quod quodlibet eſſe, ab ipſo ſolo creatore procedit, nec aliũde poteſt quomodolibet prouenire,quia ipſe ſolus eſt fons omnis eſſe. Quo cõceſſo, ſtatim deducitur, quod creatura nihil habet à ſe,totũ vero habet à creatore. Creator autem ipſe, à ſeipſo & non ab alio,totã: imo infinitam habet eſſendi perfectionẽ. Nunquam enim valeret de nihilo aliquid facere, niſi haberet infinitã entitatis virtutem in ſe. Totumq; quod ſummus monarcha pariter & magiſter docere voluit ſuperius ſpõſam ſuam,hoc eſt: Cognoſcas me de cordis tui profundo,tuum eſſe veraciter creatorem, & ſic beata eris. Simile legimus alteri Catharinæ dixiſſe,cum eam in carcere poſitam, ſociatus ſanctis & angelis plurimis, viſitauit. Inquit enim: Agnoſce filia creatorem tuum. Hinc ſcilicet ex hac cognitione,omnis procedit perfectio virtualis,omnis bona ordinatio mentis creatæ. Quis enim irrationalis vel amens, ei à quo cuncta ſe recognoſcit habere, non ſeſponte ac lætanter ſubijciat? Quis tam gratum tamq; plenum benefactorẽ, omnia ſcilicet bona gratis dantẽ,toto corde, totaq; mente non diligat. Quis tantum dilectorem ac amatorem,qui nullis præcedentibus meritis, imo nihil mouente ipſum, niſi æterna bonitate præciſe creaturas ſuas prius dilexit quam condiderat, non accendatur quotidie adamandum? Quis poſt hæc non timeat, aut continuo non concutiatur timore ac tremore,tam ingentem & terrificum creatorem, tam potentem & mirificũ donatorem,tam ardentem & gratificum amatorem,offendere aut perdere quouis modo? Quis propter eum rurſus non cuncta etiam mala ſuſtineat,à quo tot bona recepit & recipit,ac recepturum ſine dubitatione confidit? Quis attædietur laboribus,aut afligatur languoribus,vt tantæ tamq; amabili placeat maieſtati? Quis enim verba,quibus tam dignanter creaturas ſuas alloquitur,non reuerenter ſuſcipiat,diligenter auſcultet,nec non & in theſauro,memorię tenaci ſemper retineat? Quis eius ſalutiferis mandatis non læto corde obediat iuxta vires? Hęc omnia & ſingula de illa eliciuntur perfecta cognitione,qua dicitur: Cognoſce te illam eſſe quę non es,me autem illum qui ſum. Siue cum alijs dicitur verbis: Agnoſce filia creatorem tuum.

Perpendis lector quale fundamentum poſuerit Dominus in principio,in arram ſpõſæ ſuæ. Nunquid non tibi videtur ſufficiens ad ſuſtinendum omnẽ ſtructurã cuiuſcunq; perfectionis ſpiritualis,ita quod nec ventis,nec tempeſtatibus quibuſcunq; poſſit deici nec moueri? Tibi,quantum conceſſit Dominus, ſuperius credulitatis poſui fundamentum. Nunc autem cernis apertiſſime,quale fundamentum ſummus architectus poſuerit in mẽte eius virginis, de qua eſt ſermo,vt duplici fundamẽto firmatus, nullatenus valeas vacillare. Sta igitur ſaltẽ in firma fidelitate ac ſtabili,& noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

Cęterum præfatę nimis notãdæ doctrinę aliam valde notabilem addidit Dominus: Quæ,ſi non fallor,ex ipſa deducitur incluſiue. Ait enim,dum alia vice ei apparuit: Filia,

cogita

cogita de me: quod si feceris, ego cogitabo de te incunctanter. Vides ne lector verbum psalmographi, cuilibet iusto exclamantis, Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iudo? Qualiter autem virgo sacra verbum hoc intellexerit, audiamus. Dum enim secrete mecum de hoc verbo conferret, dicebat sibi Dominum tunc præcepisse, quod omnem aliam cogitationem de suo corde excluderet, suam q; vel de ipso tantummodo retineret, ne aut aliqua solicitudo de se ipsa, siue quantũ ad spiritualem salutẽ, ipsam à dicta cogitationis quiete assidua quomodolibet impediret. Addidit: Et ego cogitabo de te. Ac si aperte dixisset: Nihil solicita sis filia de tui hominis vtriusq; salute, quia ego, qui scio & possum, volo de hoc cogitare ac prouidere solicite. tantum tu attendas ad cogitandum & meditandum de me: quia in hoc stat perfectio tua, & bonum finale tuum.

Sed o increata bonitas, quid tibi accrescit, si virgo hæc sponsa tua, vel quæcunq; alia creatura, cogitet & meditetur de te? Nunquid aliqd exaltationis inde tibi potest quomodolibet prouenire? Cur igitur tanto cum affectu desideras, vt cogitemus & meditemur de te, nisi quia bonitas es, & naturaliter semper induceris ad cõmunicandum te nobis, & ad trahendum nos semper ad te? Porro ex hac doctrina hęc dominica virgo solebat inferre, quod ex quo Deo dati sumus tam per sacrum baptisma, quàm per religionem clericalem seu monachalem, in nullo solliciti esse debemus de nobis, sed tantũ modo solicitari & cogitare, qualiter ipsi Domino, cui nos dedimus, placeamus. Et hoc non principaliter consideratione pręmij, sed consideratione vnionis: quia glutino amoris ei vnimur, tanto amplius, quanto magis ei placemus. Quia nec ipsum præmium est propter aliud principaliter appetendum, nisi quia perfecto modo vnit nos nostro infinite perfecto principio. Vnde solebat nobis dicere, quando timebamus de periculo aliquo ego vel aliquis ex fratribus meis. Quid, inquiebat, habetis facere vos de vobis? Permittatis diuinam prouidentiam facere. Ipsa, dum magis timetis, semper habet oculos super vos, indefinenterq; prouidet vestræ saluti. Tantam enim concepit de sponso suo fiduciam, post quã audiuit ab ipso, Ego cogitabo de te, tamq; alte de diuina prouidentia sapiebat, quod satiari non poterat, die noctuq; ad loquendum de ea. Vnde in libro quem fecit, per longum tractatum & per plura capitula de ipsa differere non obmisit, sicut ipsum legentibus clare patet. Recolo ego, quod dum essemus in mari simul multi & multæ, noxq; medium cursum iam peregisset vel circa, deficiẽte propitio vento, nauclerus cœpit non modicum dubitare. Dicebet enim nos esse in loco satis periculoso, ex eo, quia si ventus collateralis insurgeret, necessario nos oportuisset ad valde remotas partes seu insulas transfretare. Quod cum audissem, ipsam allocutus sum, eiulans simul et dicens: O mater (sic enim omnes eã vocabamus) vides ne in quali periculo sumus? Quæ mox mihi respondit: Quid habetis facere vos de vobis? Sicq; imposuit silentium meo clamori pariter & timori. Post paululum venit ventus oppositus, ex quo dictus nauclerus dicebat se coactum ad redeundum. Quod cum ego virgini expressissem, Gyret, inquit, manum in nomine Domini, & vadat sicut Dominus ventum dabit. Gyrauit ille manum, & redibamus: sed illa inclinãte caput, & Dominum exorante, nondum per balistæ iactum processeramus retrocedentes, affuitq; ventus propitius, qui prius defecerat, & peruenimus ducente Domino, expletarum matutinarum hora lætãtes ad portum, ad quem optabamus, cantantes alta voce, Te Deum laudamus. Hoc hic non propter ordinem gestæ rei, sed propter concordantiam materiæ recitaui. Verũ prout superius tactum est, hanc secundã doctrinam, si non fallor, à prima consequenter sequi, cernit vnusquisq; intelligens. Si enim anima se nihil à se, totamq; à Domino esse cognoscit, consequens est, vt operationi non suæ, sed Domini tantum, fidat. Propter quod solicitudinem suam totam ponit in Domino. & hoc est iactare cogitatum suum in Domino, iuxta Psalmistam, vt puto. Nec tamen ex hoc dimittit quin operetur quod potest: quia cum hæc confidentia ex amore procedat, amorq; desiderium amatæ rei necessario causet in mente amantis, quod absq; opere ei possibile esse nõ potest: sequitur, quod quantum amat, tantum operatur: sed nihilo minus nõ in suo, vt suo, sed in cõditoris opere pręcise confidit. Quod eam perfecte docet notitia suæ nullitatis, & perfectio veritatis conditoris eiusdem.

Sane quia inter cætera mirabilia virginis huius almæ, doctrinam eius reputo singulariter venerandam, obmittere nequeo, quin doctrinis iam dictis superaddam reliquas

quas docuit: quæ tamen omnes, nisi nimium fallor, ex prima primo recitata procedũt. Conferebat nanq; sæpius mecum hæc virgo sancta de conditionibus animæ, suum creatorem amantis, & dicebat: quod talis anima nec se, nec aliquẽ videt nec diligit, nec sui, nec alicuius creaturæ penitus memoratur. Cuius dicti cum declarationem exquirerem, respondebat: Anima, inquiens, quę nullitatem suam iam videt, & cognoscit totum bonũ suum esse in creatore, cum omnibus suis potentijs se ac cunctas creaturas relinquit ex toto, & totam se in creatorem suum immergit, ita quod omnes operatiões suas dirigit principaliter, & ex toto in eum, nec extra eum, in quo inuenisse se percipit omne bonum et omnem felicitatis perfectionem, vult egredi quoquo modo. Et ex visione dilectionis quæ in ea quotidie augmentatur, ita transformatur quodammodo in Deum, quod nec cogitare, nec intelligere, nec amare, nec memorari potest, nisi Deum pariter & de Deo. Creaturas autem alias & seipsam non videt, nisi tantum in Deo: nec memoratur de se vel de eis, nisi præcise in Deo. Sicut ille qui mergit se totum in mare, & natat sub aquis marinis, non videt nec tangit nisi præcise aquas marinas, & quæ in aqs sunt: extra aquas nihil videt, nihil tangit aut palpat. Si autem species eorum quæ sunt extra, resultent in aqua, illas videre potest. s. in aqua tantum, & prout in aqua sunt: aliter non. Et hæc est, dicebat ipsa, ordinata & recta sui & cunctarum creaturarum dilectio, in qua nusquam erratur: quia diuina regula necessario regulatur, nec per eam concupiscitur aliquid extra Deum, ex quo in Deo semper exercetur & fit. Nescio si explicaui perfecte sententiam, quam ipsa me tunc docebat, quia ipsa hæc didicerat sentiẽs, sicut alius Dorotheus à Dionysio nominatus. Ego autem proh dolor talium inexpertus, nõ nisi deficienter possum hæc recitare, sed tu percipe lector, & recipe secundum gratiam tibi datam. Scio tamen quod quanto eris Deo coniunctior, tanto intimius hanc ingentem doctrinam intelliges. Porro ex hac coniunctione doctrix hæc disciplinæ Dei, vnam aliam inferebat, quã non cessabat his quos in via Dei volebat instruere, quotidie replicare: quod videlicet talis anima fit, vt supra diximus, Deo coniuncta, quantum habet de amore Dei, tantum habet de odio sancto partis propriæ sensitiuæ, siue propriæ sensualitatis: quia enim ex amore Dei naturaliter procedit odium culpæ, quæ contra Deum cõmittitur, vidẽs anima fomitem ac originem omnis culpæ in parte sensitiua regnare, in ipsamq; radices misisse, magno, sed sancto mouetur odio contra eam; conaturq; totis viribus non occidere ipsam, sed fomitem illum radicatum in ea: quod inde fieri non potest absq; sensualitatis ipsius afflictione non parua nec breui. Verum quia non potest fieri, quin semper remaneat aliqua radix saltem paruarum culparum, iuxta illud Ioannis: Si dixerimus qa peccatum non habemus, &c. incipit quandã displicentiã habere de se ipsa, ex qua oritur odium sanctum iam dictum, & cõtemptus sui ipsius, quibus semper anima custoditur ab insidijs inimici simul & hominum. Nihil est enim quod tantum teneat animam securã & fortem, quantum odium illud sanctum: quod volebat exprimere Apostolus, cum dicebat: Cum infirmor, tunc fortior sum. Eto, inquiebat, æterna bonitas Dei, quid feciſti? Ex culpa procedit virtus, ex infirmitate oritur fortitudo, ex offensa placatio, & ex displicentia gignitur cõplacentia. Hoc secundũ odiũ o filij semp habetote in vobis, qa reddet vos humiles, & de vobis semp humilia sentiẽtes. Faciet vos semper in aduersitatibus patiẽtes, in prosperitatibus tẽperatos, in omni morũ honestate cõpositos, & Deo simul & hominibus dilectos & gratos, et addebat: Væ, ac iterum væ animæ illi, in qua sanctum odium istud non est. Necessarium enim est, quod vbi non est huiusmodi odium, ibi proprius amor regnet, qui est peccatorum omnium sentina, omnis malæ cupiditatis radix & causa. Hæc & similia verba proferebat suis quotidie, sanctum illud odiũ cõmendando, & amorem proprium detestando. Sed quandocunq; aduertebat defectus seu culpas in aliquo ex suis, aut in alijs quibuscunq;, mox ad compassionem mota, dicebat: Hoc facit amor ille proprius, fomentum superbiæ cæterorumq; vitiorum. O Deus meus, q̃ties & quoties mihi misero replicauit: Ponite, inquit, conatum vestrum ad eradicandum de corde vestro hunc amorem proprium, & ad plantandum in eo odium illud sanctum, qa infallibiliter hæc est via regia, per quam ad omnem perfectionem ascenditur, & oĩs defectus corrigitur. Ego aũt fateor, quod nec tunc, nec nunc verborum sanctorum eius profunditatẽ, simul & vtilitatẽ, sciui percipere, prohdolor, nec executioni mandare. Tibi autem lector charissime dico, q̃ si recolis duas illas ciuitates, quas in libro de ciuitate Dei Augustꝰ nominat, quarũ vnã cõstituit amor ꝓprius, veniens vsq; ad cõtemptũ Dei, &

alteram

alteram amor Dei, veniens vsq; ad contemptum sui: mox perpendis, qualis est hæc doctrina, si percepisti sensum Apostoli, cum dicebat: quod virtus in infirmitate perficitur, prout sonuerat ei de cœlo, dum pro remotione tentationis oraret: et cum iterum cõcludebat, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. & videbis doctrinalia fundamenta huius mulieris sanctæ simul & virginis, supra petram solidam veritatis, quæ est Christus, qui & petra dicitur, esse fundata.

Hæc autem pro nunc de eius doctrina, ipsi à prima veritate, ac nobis ab ipsa tradita nuper, sufficiant. Sicq; huic finis imponatur capitulo, cui nõ oportet testes subnectere, quia de ore ipsius cuncta quæ dicta sunt, ipse percepi. Sed ex his moneo vnumquemq; qui legit, vt consideret quanti meriti hæc sacra virgo fuerit apud Deum, & quàm indubitanter ei sit credendum in alijs, quæ tantam lucem induit veritatis.

¶ De mirabili victoria tentationum, per quandam aliam doctrinam, ei à Saluatore datam, & inaudita familiaritate quam habuit cum ipso Domino saluatore. Caput XI.

ERecta per regem pacificum ad custodiam Ierusalem turri Libani cõtra Damascum, mox rex superbiæ Babylonis & hostis patris infremit, suumq; contra eam mouet exercitum, ac ipsam satagit demoliri. Quod prævidens simul & prouidens rex ipse autor pacis & conseruator, turrim suam circundat mirabilibus & inexpugnabilibus munimentis, quibus cuncta hostium iacula non modo iaciantur incassum, sed etiam modo mirabili retrouersa, iacientes se iaculent & prosternant.

Hæc pro tanto dixerim, quia ꝑpendẽs serpens antiquus, quod hæc puella magnos virtutum perfectarum apices ascendebat, timens sicut & accidit, quod non tantum sibi, sed multis alijs efficeretur causa salutis, sicq; sanctam ciuitatẽ Ecclesiæ Catholicæ defensaret tam meritis q̃ doctrinis, toto suæ malignitatis spiritu se conuertit ad ipsam mille artibus seducendam. Sed magnę misericordiæ Dominus, qui ad sponsæ suæ coronam augendam hoc permittebat, tam fortibus armis spiritualibus eam præmuniuit, quod plus de bello lucrata est, quàm de pace. Inspirauit etenim menti eius, vt à Domino virtutem fortitudinis peteret: quod & fine intermissiõe multis diebus fecit, ac clementissimus inspirator volẽs post orationem diutinam fieri exauditor, tali eam informauit doctrina: Filia (inquit) si vis virtutem fortitudinis acquirere, oportet quod me imiteris. Ego licet possem virtute diuina etiam annihilare omnes potestates aereas, & viam tenere aliam vincendi eas, volens tamen per humanos actus meos vobis exemplum dare, non nisi per viam crucis ipsas volui vincere, vt vos factiuo sermone docerem. quod si vultis fortes fieri ad vincendum omnem potestatem hostilem, crucem recipiatis pro refrigerio vestro, sicut ego feci, qui secundum apostolum meum, propposito mihi gaudio, cucurri ad crucem tam opprobriosam & duram. s. vt pœnas & afflictiones eligatis nõ modo patienter portare, sed pro refrigerio amplexari. Et vere refrigeria sunt, quia quanto plus patimini talia propter me, tanto plus efficimini mihi conformes: quod si mihi conformamini per passiones, necessario sequitur, secundum doctrinam Apostoli mei, quod tam in gratia quàm in gloria mihi cõsimiles esse debeatis. Accipe igitur filia dulcia pro amaris, & amara pro dulcibus propter me, nec dubites quicquã postmodum, quia videlicet ad omnia fortis eris. Quod illa non aure surda percipiens, extunc fixit in mente sua tam fortiter in tribulationibus delectari, quod (prout semel mihi secrete cõfessa est) eam tantum in hac vita nulla res exterior refrigerabat, quantum tribulationes & passiones, sine qbus impatiẽtissime, vt fatebatur, stetisset in corpore. Sed propter has sustinẽdas libẽter portabat cœlestis coronæ dilationem, quia sciebat quod per illas semper corona ipsa crescebat in cœlis. Porro postquã rex cœli & terrę turrim suam fortissimis doctrinis armauerat, viam permissiue aperit hostibus, vt accedant & probent, si eã quomodolibet valeãt expugnare. Accedunt illi per detestabiles turmas suas, & eam vndiq; circundare conantur, vt nemine succurrente, succidere possint ipsam vndique à fundamento.

Primoq; inchoant à tentatione carnali, quam non tantum per cogitationes immittunt interius, non solum per illusiones & phantasias in somnis, sed per apertas visio-

nes,quas,assumptis corporibus aereis,eius oculis & auribus ingerebant,modisq; ei multimodis ministrabant.Horror est,prælia illa redicere:sed victoriam audire, puris mentibus nimis delectabile inuenitur. At illa contra seipsam, id est, contra carnem suam & sanguinem insurgit fortissime,catena ferrea carnem macerando,& sanguinem effundendo,longe amplius solito vigilias augmentando, ita vt pene somnus excluderetur ex toto. Sed nec hostes propter hæc ab inchoato bello desistunt,corpora,vt dixi,assumunt aerea, phantasticis etiam imaginibus multiplicatis, se in maxima multitudine ingerunt,coram eius aspectu,quasi cõpatientes & consulentes,primo dicebant:Cur misella te tantum affligis gratis? Quid tibi vtilitatis affert tanta pœnæ afflictio? Putas ne in his perseuerare te posse? Nunquam poteris hoc continuare, nisi velis te ipsam occidere, aut homicida esse proprij corporis. Melius tibi est vt hanc stoliditatem dimittas, antequam ex toto deficias. Ad huc est tempus vt possis gaudere in mundo. Iuuenis es,& agiliter recuperabit corpus vigorem suum. Viuas sicut cæteræ mulieres, accipias virum,& procrea filios ad generis humani augmentum. Quod si desideras Deo placere,nunquid non etiam sanctæ nupserunt? Saram confidera,Rebeccam,Liam pariter & Rachelem.Vt quid hanc singularem accepisti uitam, in qua nullo modo valebis perseuerare? Hæc & similia illis dicentibus, sacra virgo semper orans, & sponso suo se commendans, ponebat custodiam ori suo,dum confiteret peccator aduersus eam: nec in aliquo respondebat,nisi cum de perseuerantia ipsam quodammodo inducebant, vt ex toto deficeret. Tunc autem dicebat:Ego confido in Domino nostro Iesu Christo,& non in me.Nec verbum aliquod ab ipsa potuerunt habere,sed semper fixa in oratione. Dabatq; nobis secum conuersantibus hoc pro regula generali, quod cum tentationes insurgerent,nunquam poneremus nos ad disputandum cum inimico: quia hoc est, inquiebat,quod ipse quærit,vt veniamus ad verba cum eo. Confidit enim de magna malitiæ suæ subtilitate,quod sophisticis rationibus suis non vincetur.Quare sicut casta mulier non debet loquenti adultero in aliquo respondere, sed quantum potest, ab ipso diuertere:sic anima quæ casto amore Christo coniungitur,nunquam debet respondere inimico tentanti,sed ad sponsum suum per orationem recurrere, ac in ipso totam fiduciam suam ponere cum omni mentis fidelitate,quia virtute fidei omnes superantur tentationes. Sic igitur tunc hæc Domini sponsa sapienter aduersus Sisaram dimicabat,clauo.s. fidelis orationis eius tempora perforando. Quod ille aduertens, dimissis persuasionibus,ad aliud genus prælij se conuertit.Effigiabat siquidem imaginem mulierum & hominum,turpissime se inuicem cõmiscentium,actusq; fœdos & verba inhonestissima, tam visui q̃ auditui eius obijcientium,ficq; turmis tam abominabilibus circa eam discurrentibus,vlulatibus & clamoribus ipsam ad turpia inuitabat.O Deus meus, quanta fuit tunc mentis illius vexatio,cum.s.id quod magis horrebat,cogebatur etiam clausis oculis & auribus intueri pariter & audire? Addebaturq; afflictæ menti afflictio alia, quia sponsus qui solebat eam sæpius visitare,consolationesq; plurimas misericorditer dare, videbatur protunc elongatus,& nec visibiliter nec inuisibiliter suum (vt apparebat) auxilium porrigebat.Ex quo immergebatur haud dubium menti virginis non parua tristitia, quamuis fine intermissione castigationi carnis & orationi tota semper intenderet.

Cogitauit nanq; spiritu Domini, tunc docente, quandam cautelam, quam postmodum me ac plures alios docuit, ad euitandum insidias inimici. Frequenter enim (ut inquiebat) contingit animæ Deum amanti, quod feruor mentalis, vel ex diuina prouidentia, vel ex aliquali culpa, vel exhaustis adinuentionibus inimici, tepescit,& quandoque quasi ad frigiditatem vsq; deducitur,& quidam incauti, videntes se quasi priuatos solitis consolationibus, dimittunt exercitia consueta, orationis, meditationis,seu lectionis vel pœnitentiæ, in quo amplius se debilitant,& lætificant (vt sic loqui liceat)inimicum,qui nihil aliud quærit, nisi quod tyro Christi deponat arma, cum quibus ipsum vincebat. Debet igitur cautus arhleta CHRISTI, quantumcunq; videat seu sentiat se (vt sibi videtur) interius tepuisse,semper sua spiritalia exercitia consueta, nec propter hoc dimittere nec diminuere, imo potius augmentare. Hoc ergo tunc sancta virgo, docente Domino, didicit & perfecit, seipsam cum odio sancto superius descripto, taliter alloquendo: Nunquid tu vilissima consola-

consolationibus aliquibus digna es? Non es memor peccatorum tuorum? Quam te reputas o infelix peccatrix? Nonne si tibi auertitur æterna damnatio, satis est tibi, etiam si has pœnas & has tenebras ferre deberes toto tempore vitæ tuæ. Quid propter hoc pigritaris aut tristaris, si euadere potes æternas pœnas? Cum Christo sine dubio consolaberis in æternum. Nunquid propter has consolationes elegisti seruire ei? An non vt æternaliter ipso fruereris? Surge igitur, & à cõsuetis in nullo deficias, qn potius super omnem laudem eius solitã semper adn̄cias aliquid augmentando. His humilitatis iaculis virgo sacra penetrabat & confodiebat regem superbissimæ Babylonis, ac se ipsam sermonibus sapientiæ roborabat. Verum, prout ipsa mihi confessa est, tãta erat multitudo dæmonum, vt cernebat quasi ad oculum, illa in camera sua, tot incẽtiua cogitationũ malarum, quod libenter eam fugiebat, saltẽ ad tempus. Vnde amplius solito tunc in Ecclesia morabatur, quamuis etiam illuc eam comitarentur molestiæ infernales: sed tamẽ ibi cum ea mitius agebatur. Et si licuisset, imitando Hieronymũ, per valles fugisset & colles, vt tam abominabilia dæmonum monstra, monstrososq; actus vitare valeret. Semper nanq; quando reuertebatur ad cellam, tãtam reperiebat multitudinem dæmonum, dicentium verba, & facientium actus turpitudinis & luxuriæ, quod quasi muscæ importunissimæ se undiq; ingerebant. At illa mox ad orationem confugiens, tam diu clamabat ad Dominum, quousq; infernalis paulisper mitigabatur molestia. Cumq; mala hæc per plurimos durassent dies, semel dum esset ab Ecclesia reuersa, & in oratione prostrata, apparuit quidã sancti spiritus radius, simul & aperuit mentẽ eius, vt recordaretur, qualiter non multis ante diebus donum fortitudinis à Domino postulasset, & qualem doctrinam sibi Dominus dederat pro dono fortitudinis obtinendo, moxq; intelligendũ mysterium harum tentationum: exhilarata interius, cœpit cogitando proponere firmiter, molestias illas lætanti animo ferre, quàm diu sponso suo placuisset. Tunc vnus ex illis dæmonibus, forte sicut audacior, sic & perniciosior cæteris, sacram virginem alloquitur tali modo: Quid, inquit, misera es factura? Totam vitã tuã in hac miseria semper duces, nec vnquam desistemus citra mortem à tua molestia, nisi consentias nobis. Cui mox illa, doctrinæ sibi datæ non immemor, cum omni securitate respondit: Ego pœnas elegi pro refrigerio meo, nec difficile, imo delectabile mihi est, & has & alias pœnas pro Saluatoris nomine tolerare, q̃ diu eius placuerit maiestati. Quo dicto, immediate totus ille dæmonum conuentus confusus abscessit, & quædam magna lux de supernis totam camerulam illustrans, apparuit, ac in luce ipse Dominus Iesus Christus cruci affixus, sicut stabat, cũ per proprium sanguinẽ introiuit in sancta tabernacula cruentatus: vocauitq; de cruce virginem sacram, dicens: Filia mea Catharina, vides quanta ego sim passus pro te? Nõ sit ergo graue tibi sustinere pro me. Post hęc alia in figura virgini magis appropians, vt eam consolaretur, alloquitur dulciter de triumpho certaminis iam obtẽto. At illa, imitando Antonium, inquit: Et vbi Domine mi fuisti, dum cor meum tot turpitudinibus vexaretur? Cui Dominus: Ego in corde tuo. At illa: Salua sit veritas semper tua Domine, ac omnis reuerẽtia tuæ maiestatis. Qualiter possum credere quod tu inhabitares in meo tunc corde, quod non nisi spurcissimis & turpissimis cogitationibus abundabat? Cui Dominus: Causabant ne cogitationes siue tentationes illæ in corde tuo lętitiã, an tristitiam? delectationẽ, an mœrorem? Tunc illa: Summam tristitiam atq; mœrorẽ. Et Dominus: Quis ergo faciebat vt tristareris, nisi ego qui latebam in medio cordis tui? Si enim ego non affuissem, cogitationes illæ penetrassent in cor tuum, & fuisses delectata in eis. Sed prẽsentia mea displicentiam earũ causabat in corde tuo. Cumq; velles eas tanquam displicentes tibi procul ejcere, nec posses ad votũ, tristabaris pariter & mœrebas. Sed hæc omnia ego agebam, qui cor tuum tunc defendebam ab hostibus totum, ab intra latens & permittens te de foris cõturbari, quantum tuæ saluti expediebat. Sed cõpleto tempore per me ad prælium deputato, misi radios meos ad extra: & mox infernales tenebræ abscedentes, fugerunt: quia nõ possunt stare cum luce. Quis enim te instruxit nunc vltimo, quod pœnæ illæ erant tibi salubres pro fortitudine acquirenda, & quod debebas eas libenter portare, quantum mihi placebat, nisi radius meus? Et quia obtulisti te cordaliter ad ipsas pœnas portandum, mox fuerunt à te libere sublatæ per meæ ostensionem præsentiæ, quia non in pœnis, sed in voluntute sustinentis pœnas fortiter, est delectatio mea. Huius autem rei gratia, vt perfectius & delectabilius percipias quæ dicuntur, exemplum ponam tibi in corpore meo. Quis enim putasset corpus

meum, dum tam dure patiebatur & moriebatur in cruce, ac dum postea iacebat exanimę, vitam habere semper in se latentem, & vnione indiuisibili vnitam? Certe nedum extranei ac peruersi, sed nec ipsi apostoli mei, qui tanto fuerant mecum tempore, hoc credere potuerunt, omnes perdiderunt fidem & spem. Et tamē licet verissime hoc corpus meum non viueret vita, quam percipiebat ab anima propria, habebat tamen secum vnitam vitam interminatam, qua omnia viuentia viuunt. Cuius virtute tempore quo ab æterno fuit decretum, spiritus ei proprius fuit reunitus, cum lōge maiori vitę ac virtutis collatione, q̄ prius: quia cum immortalitatis, impassibilitatis & aliarū dotium dono, quibus prius dotatum non fuerat. Latuit ergo, cum voluit vita, diuina natura corpori meo vnita: & quando voluit, suam virtutem ostendit. Nunc igitur, quia vos ad imaginē & similitudinem meam creaui, & vestram assumendo naturam, similis vobis factus sum, semper vos assimilare mihi, quantum estis capaces, non desino. Et quod tunc gestum est in corpore meo, in animabus etiam vestris nunc, dum estis in via, satago renouare. Tu igitur filia mea, quæ mea, & non tua virtute tam fideliter decertasti, maiorem inde à me gratiam meruisti. Et ideo amodo frequentius & familiarius tibi memetipsum ostēdam. Sicq; finita est visio, sed ipsa mansit: cum tanta suauitatis & dulcedinis plenitudine, quod ridiculum foret, verbo vel calamo ipsam arbitrari perfecte posse describi. Singulariter autem remansit in corde eius dulcedo mirabilis de verbo illo, quo Dominus vocauit eam filiam suam, dicens: Filia mea Catharina. Vnde cum hæc confessori suo retulit, rogabat eum, vt quando eam vocare vellet, ipsam taliter nominaret, vt semper illa dulcedo renouaretur in mente. Ex illa ergo hora cœpit supersacratissimus sponsus cum ea tam familiariter conuersari, quod homini qui præcedentia ignoraret, aut incredibile, aut ridiculum videretur. Verum, animę gustanti q̄ super omnem existimationem humanā suauis sit Dominus & benignus, non modo possibile, sed etiam verisimile valde apparet & congruum. Apparebat igitur ei frequentissime Dominus, & diutius solito cum ea manebat, ducebatq; secum aliquando suam gloriosissimam genitricem, aliquando beatum Dominicum, quandoq; vtrunq;. Item Mariam Magdalenam, Ioannem euangelistam, Paulum apostolum, & aliquos alios coniunctim & diuisim, prout sibi placebat. Sed vt in pluribus, ipse absq; alijs veniebat, cum eaq; confabulatur, sicut amicus cum domesticissimo amico: in tantum, quod (sicut ipsa mihi secrete, verecunde confessa aliquoties est) frequenter Dominus & ipsa simul dicebant psalmos, ambulando per cameram suam, sicut solent duo religiosi vel clerici simul officium dicere. O stupor, o admiratio, o inaudita à seculis nostris familiaritatis ostensio. Et tamē incredibile lector esse nō debet, si bene considerare volueris, quæ supra dicta sunt, & quæ infra dicentur: nec non et si abyssum diuinæ bonitatis attente pensaueris. Cuilibet enim sanctorum suorum cōfert aliquod singulare, quod præ alijs gaudeat se possidere, vt nō tantum in omnibus, sed in singulis sanctis appareat suę supermaximę magnificentiæ altitudo, dicente propheta: Secundum altitudinem tuā multiplicasti filios hominū. Secundū altitudinē propriam suam filios hominum multiplicat Dominus, quia sicut ad sensum apparet, quod quilibet homo ab omnibus alijs per aliquod singulare dissimilis est, sic quilibet sanctorum ab omnibus alijs per aliquam singularem gratiam separatur. Quapropter mirandum non est, si aliquid de aliquo dicitur, quod de alijs nequaquam inuentum est.

Verum, quia mentio facta est hic de psalmodia, scire te lector volo, quod virgo hæc sacra literas quidem sciebat, sed eas homine viatore docente, nequaquam didicerat: & dico literas, non quod sciret loqui Latinum, sed sciuit lege literas & proferre. Narrabat etenim mihi de semetipsa, quod cum pro diuinis laudibus horis canonicis depromēdis, decreuisset addiscere literas, scripto sibi alphabeto, per quandam suam sociam docebatur, sed cum per plures hebdomadas laborasset, & nullatenus illud posset addiscere, cogitauit in gratiam adire cœlestem, pro perditione temporis euitanda. Vnde quodā mane se coram Domino, in oratione prosternens, ait sic: Domine, si placitum est tibi, vt sciam legere, vt psalmodiam & tuas laudes valeam decantare per horas canonicas, tu me docere digneris, quod per memetipsam ipsam apprehēdere nequeo. Sin alias, fiat voluntas tua: quia in simplicitate mea libenter permaneo, & tempus à te mihi concessum, in alijs meditationibus tuis magis libenter expendo. Mira res est, & diuinæ virtutis manifestum indicium, antequam de oratione surgeret, ita diuinitus est edocta, quod postquā ab ipsa surrexit, omnem sciuit literam legere tam velociter & expedite, sicut quicunque doctissi-

doctissimus. Quod ego ipse dum fui expertus, stupebam: potissime propter hoc, quod inueni, quia cum velocissime legeret, si iubebatur syllabicare, in nullo sciebat aliquid dicere: imo vix literas cognoscebat: quod æstimo pro signo miraculi ordinatum à Domino tunc fuisse. Hoc facto, cœpit libros quærere diuinum officium continentes, & in ipsis legere psalmos, hymnos, & reliqua quæ pro canonicis horis sunt deputata. Inter alia vero verba quæ tunc dicebat, signanter notanit & tenuit vsq; ad mortem verbum psalmi, per quod quælibet hora incipitur, scilicet: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Quod in vulgari reductum, frequentius repetebat. Demũ crescente anima eius in contemplationis perfectione, cessauerunt paulatim orationes vocales. Et tandem propter frequentissimum raptum mentis, venit ad tantum, quod vix poterat orationem dominicam vocaliter semel perficere, quin anima eius ab exterioribus sensibus raperetur. Quod, concedente Domino, explanabitur infra perfectius. Sed nunc finem huic capitulo faciamus, vt in sequenti etiã huic primæ parti tenacius Domini suffragante gratia, imponatur. Quæ autem continentur in eo, habui tam ex dictis eius, quæ suis confessoribus secrete protulit, q̃ ex scriptis epistolis eius. In quibus quandoq; ad aliorum exemplum, de se sicut de alio recitando narrat quædam, quæ sibi vitæ in huius stadio contigere.

¶ De mirabili desponsatione eius, qua fuit à Domino desponsata per anulum in fide. Caput XII.

CRescente quotidie amplius sacræ virginis anima in sui gratia conditoris, & in virtute plus volitante quàm ambulante, succreuit in eius mente desiderium quoddam sanctum, habendi scilicet & attingendi perfectum fidei gradum: quo mediante, sponso suo immutabiliter simul & inuiolabili fidelitate subiecta, gratior redderetur. Cœpitq; cum discipulis à Domino petere, vt sibi fidem dignaretur augere, & virtutis fidei largiretur perfectionem, quæ nula posset vi aduersantium concuti nec prosterni. Cui Dominus in sententia sic respondit: Desponsabo te mihi in fide. Cumq; virgo sæpe ac diu orationem eandem repeteret, & Dominus responsum semper idem reiteraret, accidit semel tempore quo quadragesimalia ieiunia appropinquabant, & fideles cibarijs carnium & de carnibus egredientium, finem ponunt, & vanum festum quodammodo ventri celebrant, quod virgo sacra in suo reclusorio se recolligens, vultumq; sponsi æterni orationibus & ieiunijs quæritans, præfatam orationem cum ingenti feruore instantissime replicabat. Cui Dominus: Quia vanitates omnes propter me à te abijciendo fugisti, & contemptis delectationibus carnis, in me solo tui cordis delectationem cordis fixisti, hoc in tempore quo cæteri de domo tua in suis gaudent conuiuijs, & festiuitates faciunt corporales, ego festum desponsationis animæ tuæ solenniter celebrare tecũ decreui: & sic, vt promisi, mihi te sponsare in fide. Adhuc eo loquente, apparuerunt virgo gloriosissima mater eius, beatissimus Iohannes euangelista, gloriosus apostolus Paulus, sanctissimusq; Dominicus pater suæ religionis, ac cum his omnibus Dauid propheta, psalterium musicum habens in manu sua. Quo suauissime ac sonore pulsante, virgo Dei genitrix, virginis dexteram sacratissimam sua cœpit manu, digitosq; illius extendens ad filium, postulabat vt eam sibi desponsare dignaretur in fide. Quod Dei vnigenitus gratissime annuens, anulum protulit aureum, habentem in circulo suo quatuor margaritas, ac adamantinam gemmam superpulcherrimam, etiam sua summitate inclusam. Quem digito anulari dextræ virginis, dextra sua supersacra imponens, Ecce, inquit, desponso te mihi creatori & saluatori tuo in fide, quæ, vsq; quoq; in cœlis tuas mecum nuptias perpetuas celebrabis, semper conseruabitur illibata. Age igitur filia viriliter amodo, absq; cunctatione quacunque, illa quæ ordinante mea prouidentia, tuas deducentur ad manus. Quia fortitudine fidei iam armata es, cunctos tibi aduersantes feliciter superabis. His dictis, disparuit visio, sed semper remansit anulus ille in digito, non quidem secundum visiondm aliorum, sed tantum secundum ipsius virginis visionem. Confessa etenim licet verecunde, mihi sæpius est, quod semper anulum illum videbat in digito, nec vnquàm fuit tempus in quo non videret.

Perpendis ne lector, si meministi alterius Catharinæ martyris & reginę, post baptismum (vt legitur) à Domino desponsatæ, quod nunc habes secundam felicissimam Catharinam, post tot carnis & hostis victorias, ab eodem Domino tam solenniter desponsatam? Verum si anuli conditiones consideras, videbis signum concordare signato vel significato. Fidem firmam petebat illa. Quid firmius adamante? Omni resistit duritiei, quodlibet durum domat & penetrat, solo hirci sanguine frangitur. Quia fidele cor ome aduersum vincit & supat fortitudine sua. s. ex memoria sanguinis Christi totaliter emollitur & frangitur. Quatuor etiam margaritæ, quatuor puritates designant in virgine. s. intentionis, cogitationis, locutionis & operationis. Quæ omnia tam per ea, quæ iam dicta sunt, quàm per illa, quæ concedente Domino infra dicentur, latius patefient. Ego autem puto quod hæc desponsatio diuinæ gratiæ fuerit confirmatio: & signum confirmationis fuerit anulus ille, qui sibi & non alijs idcirco patebat, vt inter fluctus seculi procurando multarum & diuersarum animarum salutem, de auxilio gratiæ diuinæ cõfideret, nec metueret dum alios de fluctibus eriperet, se quomodolibet per iacturam fluctuare. Hæc est enim secundum doctorum sententiam & doctrinam, vna de principalibus causis, quare omnipotens Deus aliquibus viatoribus ex singularissimo priuilegio reuelat, ipsos sibi fore gratos, & esse in statu gratiæ suæ. Quia .s. intendit eos mittere ad pugnandum cum hoc seculo nequam, pro sui nominis honore, & animarũ salute, sicut patuit in die Pentecostes de apostolis, qui tot signa receptæ gratiæ receperunt: & de Paulo, cui dictum est: Sufficit tibi gratia mea. Et signa quædam alia humanitatis gratia data sunt. Hæc autem virgo, quia vltra cæteratum mulierũ consuetudinem, mittenda erat ad publicũ ad honorem Dei, & salutem multarum animarum procuratura, prout infra latius (concedente Domino) patebit, signum accepit confirmatæ gratiæ, vt audacius & virilius exequeretur, quæ sibi diuinitus sunt commissa. Sed singularissimum hoc fuit in ea, quia cum aliorum signa transitoria fuerint, & ad tempus apparuerint, ipsius signum permanẽs fuit & stabile, semperq; apparebat ei. Quod ideo existimo à Domino factũ esse, quia sexus fragilior, nouitas notabilior, & seculi hodierni status decliuior, oia videbantur actus executionem sibi cõmissi diuinitus, impedire. Propter quod singularius & magis assidue fuit in sancto opere confirmando. Postremo, noueris lector hic finem primæ parti huius legendæ fore ponendum, vbi etiam finis est eius silentij & clausuræ, vt secunda pars recitanda, faciente Domino, habeat ea quæ sacra virgo inter homines gessit ad honorem Dei, & animarũ salutem, Regnante semper in omnibus factis suis Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre almoq; spiritu viuit & regnat per oia secula seculorum. Amen.

PARS SECVNDA.

De conuersatione huius sacræ virginis cum hominibus, & qualiter ostensa sunt mundo dona quæ acceperat in secreta clausura. Et primo, qualiter Dominus mandauit, quod inciperet cum hominibus conuersari. Caput I.

VOx supercœlestis sponsi sibi sponsam dilectam & placitam alloquentis in canticis, & quæ dicit: Aperi mihi soror mea, amica mea, immaculata mea, caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Cui sponsa respondet: Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Hæc idcirco adduxerim in huius secũdæ partis principio, quia cum hucusq; tractauerimus de viri Iacob & Rachelis amplexibus, Mariæq; optimam partem fuerimus prosecuti: tempus est vt iam ad fœcunditatem ac frequens ministerium Marthæ ordinarie procedamus: sicq; hanc Christi sponsam non tantum mentali facie sponsam, sed etiam in spiritali prole fœcundam ostendamus. Verum, quia cuilibet animæ gustanti quàm suauis est Dominus, difficile nimis est, à suauitatum eius plenitudine separari, aut quomodolibet elongari, fieri non potest, quin sponsa dum à Domino vocatur ad filios procreandos, vel eis necessaria ministrandum, paulisper submurmuret, quæ velando suæ querelæ causam proponat, quantum sibi permittitur. Propter quod vox sponsi superius est adducta, qua sponsam in loco contemplationis, temporalibus denudatam, & à cunctis sordibus lotam, suscitat quies-

tat quiescentem, ipsamq; vt ei aperiat non suum, sed aliarum animarum ostium, exhortatur. Suum quippe iam patens erat haud dubium, aliàs nec quiescere valeret in Domino, nec sponsa, loquendo proprie, dici posset. Illa vero ex notitia vocis pastoris sui & sponsi, ab illo intelligens se vocatam, de quietis dulcedine ad labores, de silentij solitudine ad clamores, & de cubili secretis ad publicum, voce querulosa respondit: Expoliaui me tunica omnis curæ temporalis iam hactenus, quomodo iam abiectam à me, iterum resumam? Pedes affectionum mearum, quibus feror quocunq; feror, laui ab omni sorde peccatorum & vitiorum: quomodo terrenis pulueribus illos iterum inquinabo? Porro hæc omnia reducēdo ad nostrum propositum, postquam saluator omnium Deus Dominus Iesus Christus, hanc sponsam suam suauitatibus dulcedinum suarum gratiose repleuerat, ipsam per diuersorum præliorum victorias exercitauit in spirituali militia, nec non & notabilibus informatam doctrinis, excellentibus donis dotauerat, nolēs tantum lumen latere sub modio, & ciuitatem supra montem positam decernens cæteris ostentare, vt ipsa sponsa cum vsuris talenta sibi credita, Domino reportaret, vocat eā & dicit: Aperi mihi, &c. vt supra. Aperi mihi, s. tuo ministerio animarum ostia, per quæ ingredi possum ad eas. Aperi iter, p quod oues meę ingredi possent & regredi, ac pascua inuenire. Aperi etiam mihi, id est, ad meum honorem, thecam thesauri supercœlestis, tam doctrinarum q̄ gratiarum, vt fidelibus effundatur. Aperi mihi soror mea per naturæ conformitatem, amica mea per intrinsecam charitatem, columba mea per mentalē simplicitatem, immaculata mea per vtriusq; hominis puritatem. Ad hæc virgo ista sacra respondit ad literam, prout in textu adducto subsequitur, & sicut superius est declaratū. Narrauit etenim mihi secrete, quod quandoq; cū ad iussum Domini de cella egredi cogeretur, & cū alijs cōuersari, tantus dolor cordi suo ingerebatur, q̄ videbat̄ sibi scindi aut frāgi debere: nec citra ipsum Dñm aliqd esse dabile, q̄d ipsam ad hoc faciēdū duxisset.

Igitur nostram inchoatam historiam prosequendo, post desponsationē superius recitatam cœpit Dominus paulatim sponsam suam, modeste tamen & cum mensura debita, trahere ad conuersationem humanam, non auferendo ei tamen diuinā, imo quantum ad mensuram perfectionis, potius accrescendo, sicut ipso auxiliāte patebit inferius. Et quandoq; cum ei apparebat, cum ipsam de regno Dei docuisset, postquam ostendisset ei quædam arcana sua, postquam cum ipsa psalmodiam & horas (vt supra dictum est) legisset seu recitasset, protinus subiungebat: Vadas, quia hora est prādij, & tui de domo iam volunt ire ad mensam. Vadas, & sis cum eis, & postmodum reuertaris ad me. Quod audiens illa, in singultuosos fletus prorumpendo, dicebat: Vt quid superdulcissime Domine, me miseram repellis à te? Si maiestatem tuā offendi, ecce corpusculum hoc puniatur corā pedibus tuis tad quod & ego libenter iuuabo. non me dura hac permittas affici pœna, vt seperer qualitercunq; seu quantulumcunq; à te superamantissimo sponso meo. Quid mihi & prandijs illis? Ego cibum habeo manducare, quem nesciunt ipsi ad quos me accedere iubes. Nunquid in solo pane homo vitam percipiet? An non in verbo quod de ore tuo ꝓgreditur, viuificabitur anima cuiuslibet viatoris? Ego, vt tu melius nosti, omnem conuersationē fugi, vt te inuenire possem Deum meum & Dominū meum: nunc autem ex quo misericordia tua inueni te, & dignatione tua gratiose possideo, indignissima licet, nunquam debeo, incomparabili thesauro relicto, humanis ambagibus me iterum immiscere, vt iterum accrescant ignorantiæ meæ, paulatimq; defluēs, efficiar reproba coram te. Absit Domine, absit à tuæ infinitæ bonitatis perfectione immensa, quod mihi vel alteri iubeat id, quo possit anima separari ab ipsa. Hęc & his similia virgine singultibus plus q̄ voce exprimente, ac ipse ad pedes Domini volutante, respōdit Dominus: Sine modo dulcissima filia. sic enim te decet adimplere omnem iustitiam, vt non tantum tibi, sed etiam alijs per meam efficiaris gratiam fructuosa. Non enim intendo te à me quomodolibet separare, sed mediāte charitate proximi, te mihi vnire fortius satago. Scis duo mea esse prȩcepta, dilectionis. s. mei, & proximi: in quibus, me teste, pendet lex & prophetę. Volo te horū prȩceptorū iustitiā adimplere, vt nō vno, sed duobus pedibus ambules, duabusq; alis voles ad cœlum. Memor esse debes, quomodo ab infantia zelus salutis animarum, me seminante simul & irrigante, creuit in corde tuo, in tantum quod proponebas te fingere masculum, & ignotis in partibus ordinem prædicatorum intrare, vt possis vtilis animabus effici: & ex hoc, quod nunc habes habitum, tāto cum feruore desiderasti, propter singularē amorē, quē ad seruū meū fidelē Dñicum

conce-

concepisti,qui propter animarum zelum præcipue,suum instituit ordinẽ. Quid ergo miraris & doles,si te duco ad id,quod ab infantia concupiuisti? At illa responsione Dominica paulisper confortata,quasi cum beata Maria respõdit:Quomodo fiet istud? Cui Dominus:Prout mea bonitas disponit & ordinabit. At illa sicut bona discipula,imitatrix magistri,Non mea,inquit,Domine voluntas fiat,sed tua in omnibus,quia ego sum tenebræ,& tu lux. Ego non sum,sed tu es ille qui es. Ego insipientissima,& tu sapientia Dei patris. Sed obsecro Domine,si non nimis præsumo,quomodo fiet istud quod modo dixisti.s.quod possum ego misella & omni ex parte fragilis,esse vtilis animabus? Sexus enim contradicit,vt nosti ex pluribus causis:tum quia contemptibilis est coram hominibus,tum etiam quia honestate cogente,non decet talem sexum cum sexu alio conuersari. Cui Dominus quasi cum Gabriele archangelo respõdit, quod impossibile apud Deum quodcunq; verbum esse non potest. Inquit enim:Nõne sum ille ego,qui humanum creaui genus,sexũq; vtrunq; formaui, ac gratiam spiritus mei,vbi volo, effundo? Non est apud me masculus & fœmina,nec plebeius & nobilis,sed cuncta æqualia sunt coram me,quia cuncta æqualiter possum. Sic enim agile mihi est creare angelum,vt formicã:& cœlos omnes,vt vnum vermiculum facere. Scriptum est de me, quod omnia quæcunq; volui,feci:quia nullum intelligibile,apud me potest esse impossibile. Vt quid igitur contaris de modo? Putas ne,quod inuenire modum nesciam aut non valeam ad id,quod disposui facere seu decreui? Verum quia scio quod non ex infidelitate,sed ex humilitate sic loqueris,volo te scire,quod isto in tempore tantum abundauit superbia,& potissime illorum,qui literatos & sapientes se reputant,quod iustitia mea nõ potest amplius sufferre,quin eos iusto iudicio confundat. Sed quia misericordia mea est super oia opera mea,primo dabo eis confusionem salubrem & vtilem,si voluerint se recognoscendo humiliare,sicut feci Iudæis & gentibus,quando misi eis idiotas,per me sapientia diuina repletos. Dabo,inquit,fœminas,de sui natura ignorãtes & fragiles,sed à me virtute & sapientia diuina dotatas,in confusionem temeritatis eorum. Quod si per hoc recognouerint se ac humiliauerint,faciam misericordiam meam pleniorem cum eis,id est, cum illis,qui doctrinam meam per vasa fragilia,sed electa,delatam ad ipsos,cum reuerentia qua decet,suscipient & sequentur,iuxta gratiam sibi datam. Si autem hanc medicinalem confusionem despicient,eos qui tali modo recusabunt confundi,ad tot alias confusiones iudicio meo iusto deducam,quod totus mundus contemnet & despiciet eos. Iustissimum enim est & consuetum iudicium superborum, vt qui per ventum superbiæ se volunt erigere supra se,deijciantur etiam infra se. Tu igitur absq; contatione obedias amodo,cum te ad publicum decreuero mittere:quia nec te,vbicunq; fueris derelinquã, nec etiam propter hoc in futuro dimittam,quin te solito more visitem,& dirigam te in omnibus quæ te oportuerit exercere. Quibus auditis,sacra virgo sicut vera obedientię filia,inclinata cum reuerentia coram Domino,cellam cum festinatione egreditur,& accedit ad domesticos suos,ibiq; cum alijs ponit se ad mensam, vt adimpleat mandatum Saluatoris. Hic paulisper fige pedem lector charissime,quia quod in principio corã Deo promisi,seruare intendo. Dixi enim supra,si oblitus non es,quod nihil fictum,falsum,vel adinuentum in hoc opere scriberem, nisi quod realiter ab ipsa vel ab alijs percepissem. Nunc igitur noueris,quod de quibusdam materijs ipsa mecum sæpe ac sæpius est locuta,nec memorari possum formaliter de omnibus verbis eius,tum propter negligentiã, & proh pudor ignauiam meam,tũ quia occupationes quæ mihi superuenerant postq; eam non vidi, hæc & alia sustulerunt de mente mea. Facit etiam satis ad hæc, vt puto, quia ætas corporis iam est in declinatione. Primum puto quod senescit,secundum Senecam,memoria est. Verum cum talia mihi occurrũt,pono verba quæ verisimilus mihi videntur fuisse dicta,iuxta ea quæ recolo,& iuxta cõditionem materiæ de qua loquor, quamuis ad honorem Dei omnipotentis, & virginis huius sacræ sponsæ eius, meam q; confusionem,confitear quod dũ scribo,ipsa faciente,multa & multa occurrant, de qbus prius nullatenus recordabar,ita vt frequenter mihi visum fuerit, ipsam quodammodo esse præsentem,& quasi mihi dictantem ea quæ scribo. Hæc igitur tibi lector sit regula, quantum ad verba,non quantum ad gesta:quia inter illa nihil pono, quod non perfecte nouerim,& à certo per testes,vel per scripturam,aut etiam per memetipsum. Item etiam de multis verbis formaliter recolo,& potissime illorum,quæ pertinent ad doctrinam. Sed timor offendendi veritatem,facit hic interseri quæ nunc legis. Nunc autem

adno-

ad noſtram hiſtoriam redeundo, ſtat virgo cum alijs corpore, ſed mente tota cum ſpõſo ſuo. Onerosa ipſi erant cætera cuncta, quæ videbat & audiebat, præter illum quem totis præcordijs diligebat. videbãturq; ei præ amoris magnitudine, horæ quibus ſtabat cũ alijs, nimis prolixæ, ac quodãmodo conuerſæ in dies vel annos: quantoq; citius poterat, reuertebatur ad cellam ſuam, vt inueniret quem diligebat anima ſua: quem dum inueniebat, amplexabatur dulcius, auidiuſq; tenebat, nec non etiam reuerentius adorabat. Tunc cœpit in ea oriri deſiderium, quod dũ vixit in corpore, ſemper creuit ſacræ. ſ. cõmunionis ſumendę, vt non tantũ ſpiritus eius ſpõſo vniretur ęterno, ſed & ſuper hoc, corpus poſſet corpori ſociari. Sciebat enim, q̃ quãuis ſupuenerabile ſacramentũ corpus Domini, ſpiritalem gratiã cauſet in anima, & ipſam ſuo vniat ſaluatori, q̃d eſt principale intentũ, quare ipſum ſacramentũ eſt inſtitutũ: tamẽ verũ corpus ipſius, veraciter à ſumẽtis corpore ſumitur, & corpus corpori abſq; cũ ãtione aliqua ſociatur, etſi nõ modo corporeo vſquequaq;. Propter q̃d volẽs magis ac magis ſemp vniri amoris ſui obiecto tã nobili, ſacrã decreuit cõmunionẽ, q̃ valeret, ſæpiſſime frequẽtare. Verũ qa de hac materia infra, Dño p̃ſtante, fiendum eſt capitulũ, hic ſup hoc me amplius non extendam.

Porro Dñs de die in diem ipſum ad conuerſandum modeſte cũ hominibus, inducebat & educebat, vt fructum animarũ ex ipſa tandẽ educeret quẽ volebat. Ex quo factũ eſt, q̃ virgo Dñi, ne appareret in cõſpectu domeſticorum ocioſa, cœpit in ſeruitijs domus quandoq; ſe iterũ occupare, ex quo ſecuta ſunt mirabilia plura & notanda, q̃ in ſequenti capitulo recitãtur huic primo finali poſito termino. Cuius quidẽ capituli teſtis nõ adducitur alius, quia cuncta per ipſam ſacrã virginẽ mihi reſerata fuere.

¶ De mirabilibus actibus quos exercuit, & de miraculis quæ contigerunt in principio conuerſationis eius cũ hominibus. Caput II.

VIdens virgo Deo dedicata, ſponſi ſui voluntatẽ omnino eſſe, vt quandoq; cũ hominibus conuerſetur, cogitauit taliter inter homines viuere, q̃ cõuerſatio ſua non eſſet infructuoſa, ſed potius ſecũ conuerſantibus eſſet exemplũ virtuoſe viuendi. Vnde primo actibus humilibus, deinde paulatim charitatiuis Pro ędificãdis proximis inſiſtebat, ſemp tã deuotę orationis & cõtinuę nõ oblita, nec nõ & pœnitentia incõparabili comitata. Cœpit ergo actibus ſeruilibus dare operam humiliter nõ modicã, & ancillarũ officia lętanti aĩo exercere, tã in ſcopãdo q̃ in lauãdo vtẽſilia, quæ ptinent ad coquam ſiue ad menſam, q̃ etiã cognæ vilioribus ſe actibus occupando. Hoc aũt faciebat ſingularius, quãdo ancilla domus aliq̃d patiebatur infirmitatis corporeæ. Duplicabatq; tũc ſeruitiũ conſuetũ, quia ſeruiebat ancillæ infirmæ in oĩbus, & loco eius cæteris de domo vices ancillaris ſeruitij rependebat. At quod mirum eſt dictu, nec propter hoc æterni ſponſi ſolatia relinquebat: tã eñ videbatur quaſi naturaliter inclinata omni hora & tempore ad vniendum ſe mentaliter cum æterno ſponſo, q̃ propter quẽcunq; actum exteriorẽ ſiue corpoream occupationẽ, nullo modo impediebatur ab eius caſtis amplexibus. Sicut enim ignis naturaliter ſurſum tendit, ſic ſpiritus eius igne diuini amoris ignitus, quadam viſibili conſuetudine quodammodo naturata, ſemper tendebat ad ea q̃ ſurſum ſunt, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Propter quod ipſa frequenter & ſupfrequenter exceſſum illum, qui dicitur ecſtaſis, patiebatur in corpore, ſicut mille (vt ita dixerim) vicibus vidimus & experti ſumus ego & fratres, qui ab ipſa eramus ſpiritualiter in Domino geniti verbo vitæ. Mox nanque vt ſacri ſponſi memoria pauliſper recentificabatur in anima illa ſancta, à ſenſibus ſe corporis, quantum poterat, retrahebat, & extremitates corporis, ſcilicet, manus & pedes contrahebantur. Primo quidem in digitis, ſed tandem etiam in ſe ipſis, lociſq; vbi applicabant ſe, tam rigide adhærebant, quod frãgi ſeu comminui potuiſſent potius, quàm inde quomodolibet amoueri. Oculi etiam claudebantur ex toto, & collum rigiditate tabefiebat, ita vt non paruum eſſet corporis eius periculum, collũ ei tangere illo tempore. Sæpe enim Lapa mater eius, huius ecſtaſis ex toto ignara, vidẽs eã ſic tabefactam & rigidã, collumq; parump inflexum, voluit collũ eius ad ſtatũ cõſuetũ reducere, ſed acclamante ſocia quę nouerat hoc, deſtitit. Poſtquam vero ſpiritus ad ſenſus corporis redijt, tãtus colli dolor ſecutus ẽ, ac ſi fuiſſet crebris ac magnis percuſſionibus collum alliſum. Dixitq; mihi ſacra virgo, dũ hæc coram ipſo recitarentur, quod ſi modicum plus mater ſua de violentia poſuiſſet tunc ad collum rectificandum, fuiſſet ex toto confractũ. Talibus igit mentis exceſſibus

dum ſa-

dum ſacra virgo frequẽter raperetur in altum, ſicut altera Maria Magdalena, ſæpe corpus eius cum ſpiritu eleuabatur à terra, vt quanta eſſet virtus ſpiritum attrahens cerneretur. quod duce Domino, infra latius patefiet. Sed nunc ad miraculum quod in principio huius ectaſis accidit, accedamus.

Contigit ſemel, dum ſacra virgo vilibus, vt dixi, ſeruitijs propriæ domus intenderet, ipſam iuxta prunas ſiue carbones ſedere ignitos, carneſq; in veru aſſandas vertere, iuxta morem vilium ancillarum. Sed dum hæc forinſecus agerentur, mens eius non minus igne ſancti ſpiritus aſſabatur interius. Cogitans nãq; de illo quem diligebat anima eius, ipſumq; mentaliter alloquens, in ectaſim facta eſt: propter quod ab actu exteriori totaliter deſtitit. Quod aduertens vxor germani ſui, quæ Lyſa dicitur, & adhuc hæc teſtatur, ſciens modum virginis, cœpit ipſa vertere veru, & permiſit eam cœleſtis ſponſi frui amplexibus. Cumq; coctis carnibus illis & facta cœna cunctorum domeſticorum, adhuc illa in ectaſi permaneret, Lyſa præfata perfectis cunctis, quæ virgo ſacra facere ſolebat, ſeruitijs, ipſam permiſit ad libitum diuinis potiri ſolatijs: & intrans interiora domus, marito & filijs ſeruitia exhibuit conſueta: quos dum ad ſtratus quietem ſeruiẽs deduxiſſet, ipſaq; proponeret vigilare, donec ſancta virgo rediſſet ad ſe, vt finem ectaſis videret illius, poſt non paruam moram egreſſa, venit ad locum vbi ſacram virginem Domini raptam dimiſerat, & inuenit corpuſculũ eius totaliter ſuper carbones cecidiſſe. Erat enim in illa domo copia magna prunarum, ex eo quod pro decoquendis tinctu-ris maximam lignorum copiam conſumebant. Quod videns, eiulans exclamauit: Heu Catharina eſt tota combuſta. Accedenſq; velociter propius, & ipſam de igne trahens, inuenit & corpus, & indumẽta in nullo penitus læſa fuiſſe ab igne, imo nec veſtigiũ nec odorem ignis apparere in eis. Et quod plus eſt, nec cineres applicati veſtibus apparebãt, dum tamen diligenti cõputatione facta poſtea, pluribus horis in igne fuiſſe credatur. Perpendis ne lector, quanta fuit virtus ignis interioris latentis in anima virginis huius ſacræ, cuius potentia vis naturalis exterioris ignis fuit ex toto ſublata? Nonne triũ puerorum miraculum, tibi videtur quodammodo innouatũ? Nec tantum ſemel hoc in ea ignis miraculum accidit, imo fuit ſæpius repetitum.

Semel enim dum in Eccleſia fratrum prædicatorum de Senis, caput iuxta cuiuſdam columnæ partem infimam reclinaſſet, in qua quidem columna erant quædam figuræ ſanctorum, vna candela cerea, quæ ibi accenſa fuerat per quempiã in alicuius ſancti honorem, cecidit ſuper caput ipſius virginis orantis, ſic accenſa, priuſquam cera totaliter eſſet conſumpta. Mira res, & noſtris maxime ſtupenda tẽporibus, candela ſuper velum capitis virginis cadens, lumen ſuum retinuit, quouſq; fomentum ceræ fuit ex toto conſumptum, & in nullo caput aut velum læſit, nec quodcunq; in ſacro eius velo veſtigium dereliquit. Cum autem cera fuit ex toto conſumpta, ita per ſe ipſum extinctum eſt, ac ſi ſuper ferrum vel durum lapidẽ cecidiſſet. Huius rei teſtes fuerunt plures ſociæ eius quę viderunt, & mihi poſtea retulerunt. Quarum vna fuit prędicta Lyſa, ſed alia vocabatur Alexia, tertia vero vocabatur Franciſca. Quarum prima viuit adhuc, reliquæ vero duæ poſt obitum magiſtræ ſuæ cito ſunt ſecutæ eam. Præter hęc ſæpius ac in diuerſis mundi partibus accidit, & potiſſime quando ipſa, imo gratia Dei per eam, animarum fructum faciebat aliquem ſingularem, quod ſerpens antiquus contra ipſam numium concitatus, permittente Domino, in præſentia plurium in Chriſto filiorum & filiarum eius, eam totam iactabat in ignem. Cumq; adſtantes eiulantes & flentes ipſam conarẽtur extrahere de igne, illa ſubridens vultu hilari, egrediebatur de igne, nullam habens in ſe aut in veſtibus propriis læſionem. Dicebatq; ſuis: Nolite timere, quia mala taſcha eſt. Sic enim vocabat diabolum, quia malus ſaccus eſt animarũ. In regione enim illa, taſcha paruus ſaccus vulgariter nominatur. Hoc quidam ex filijs eius, qui vocatur Nerius Landocciſ de Senis, mihi teſtificatus eſt, ſe duabus vicibus vidiſſe propriis oculis, ac cum pluribus alijs vtriuſq; ſexus interfuiſſe. & quia vitam cœlibem & quaſi anachoreticam ducit, & mihi notus diu fuit, fidem adhibeo indubiam dictis eius. Hoc idem teſtatur quidam Gabriel de Piccolominibus de Senis, aſſerens ſe fuiſſe præſentem. Et addit, dum ſemel coram lectulo ſacræ virginis decumbentis, eſſet grande vas teſteum plenum prunis ardentibus, taliter & tãta vi antiquus hoſtis ipſam impegit in ignẽ, quod capitis impetu percutiens ſuper prunas, vas in plura fruſta confregit, nec tamen caput aut velum capitis eius in aliquo fuit læſum ab igne vel ab impetuoſo caſu: imo ſubridens, pariter & deridens

malignũ

malignum persecutorem virgo, seipsam absq; nocumento erexit, replicando sæpius, mala tascha. Similia leguntur in vitis patrum de Euphraxia. Nec est mirum, si permittit Deus hoc desponsis suis, qui permisit super pinnaculum templi & super montem excelsum, per eundem malignum deferri filium vnicum cordis sui. Trāsiui fateor lector charissime, de primis quasi ad vltima, sed identitas materiæ me ad hoc coegit, & ne postmodum reiterare cōpellerer miracula, quæ Dominus per eam in ignis elemēto patrarat, hanc feci transgressionem. Sed redeundo ad ordinem nostræ historię, virgo sacra iam summo doctore docente, imo etiam compellente, addiscebat quotidie amplius, & in lectulo florido frui sponsi cœlestis amplexibus, & ad conuallem liliorum descendere, vt fœcundior redderetur, nec alterum pro altero dimittere aut diminuere, quod est summæ perfectionis, & plus q̄ perfectę dilectionis in via. Verum quia omnium operum eius, dilectio erat radix & causa, opera charitatis proximi, cętera eius cuncta opera excedebant. Hæc autem opera erant in duplici genere, sicut & proximus duplicem substantiam habere dinoscitur, spiritalem .s. & corpoream. Sed quia de imperfectis ad perfecta ascendere, est secundum ordinem naturalis doctrinę, idcirco prius dicemus de charitatis operibus eius, quæ operata est erga corpora proximorum. Secundo de his, quæ fecit pro animarum salute: si tamen istud secundum erit dicibile, quod non puto. Porro primum, propter excellentiam factorum oportet diuidere in opera, quæ circa ægrotātium exercuit corpora, & ea quæ pro subueniendis fecit necessitatibus proximorum, quia notabilissima sunt, & quodlibet tale opus eius, diuinum secum defert miraculum venerandum. Primum igitur sequens capitulum, erit de miris quæ gessit subueniendo necessitatibus egenorum. Secundum vero de mirabili charitate, quam ostendit erga corpora infirmorum. Et sic finem huic impono capitulo, cuius coutinentiæ testes, quia superius etiam nominatim posui, hic non putaui amplius repetendos.

¶De miris quæ gessit subueniendo necessitatibns egenorum. Caput III.

CErnens vlterius virgo Domino desponsata, se sponso æterno tanto effici gratiorem, quanto proximis se clementiorem redderet, ad subueniendum proximis in eorum necessitatibus largiter ex cordis profunditate se præparat & adimplet. Verum quia nihil tanq̄ suum in hoc seculo possidebat, sicut vera religiosa, quæ tria principalia vota statuerat obseruare, vt in prima parte dictum est, ne alienam rem inuito Domino contraheret, patrem adit & supplicat, quod de eius licētia & voluntate, possit de his quę ei & eius domui Dominus concedebat, pauperibus iuxta conscientiam suam, eleemosynam elargiri. Quod ille tanto concessit libentius, quanto tunc clarius cognoscebat, filiam per viam Dei perfectissime ambulare. Concessit igitur & non tantum per se in secreto, quinimo cunctis de domo sua publicum dedit mandatum, dicens: Nemo dulcissimam filiam meam impediat, cum vult eleemosynam facere, quoniam ego do ei plenariam potestatem, etiam si dare velit quidquid habeo in hac domo. Qua licentia tam plenarie obtenta, cœpit virgo sacra non tam dare, quàm dispergere bona patris. Attamen quia singulariter viguit dono discretionis, non quibuscunq; volentibus, sed indigentibus quos nouerat, etiam si non peterent, large subueniebat. Inter hęc venit ad notitiam eius, quasdam familias esse indigentes, non longe à conuicinio suo, nec tamen domui suæ appropinquantes, quæ magnam sustinebant penuriam, & erubescebant eleemosynā petere. Quod illa non aute surda pertransiens, imitata beatissimum Nicolaum, summo diluculo portans frumentum, vinum & oleum, & cętera quæ habere poterat, per se ipsam solam ad ostia domus ibat egenorum illorum, & Domino mirabiliter faciente ostia ipsa inueniebat aperta: ponebatq; infra ostia quidquid detulerat, retractoq; ad se ostio fugiebat.

Accidit autem eam semel corpore infirmari, ita vt à planta pedis vsq; ad verticem esset totaliter tumefacta, nec de lectulo surgere, aut super pedes stare valeret. Audiuitq; quandam esse pauperculam viduam, in secundo conuicinio domus suæ, cum filijs & filiabus esuriem patientem non modicam & penuriam. Quæ mox cordialli mota compassione, sponsum sequenti nocte suū orauit, vt sibi tantam valetudinem ad tēpus cōcedere dignaretur, quod posset illi pauperculæ subuenire. Statimq; surgens ante diluculum, & domum circumiens, impleuit sacculum quem inuenire poterat, tritico: flasconem

seu vas vitreum gratia de vino, vasculumq; aliud oleo, ac quæcunq; reperit esui deputata, & intra cellulam suam deportauit. Porro quamuis quodlibet eorum per se potuisset deferre ad cellam suam, simul tamen collecta, per tantum itineris spacium, non videbatur ei possibile, per eam portari ad domum viduæ supradictæ. Adaptans igitur nihilominus cuncta prædicta, suoque corpusculo applicans, aliquid scilicet brachio dextro, aliquid sinistro, quoddam humeris, quoddam aliud ligans ad proprium cingulum, sub spe cœlestis auxilij tentabat leuare onus. Et mox faciente mirabiliter Domino, tam agiliter leuat, ac si omnis ponderositas de rebus illis omnibus simpliciter esset abducta. Fatebatur enim tam mihi quàm cæteris confessoribus suis, quod ratione ponderis, res illas ita ponderabat agiliter, ac si vnam paleam detulisset: nec plus omnia ponderabant ei protunc, quàm si paleam vnam portasset: cum tamẽ discreto facto computo, centum libras vel circiter deberent naturaliter ponderare illa, quæ tunc portauit. Pulsata igitur summo diluculo campana diei, antequã non licet circuire, sancta virgo licet iuuẽcula, quamuis toto corpore tumefacta, mox sola propriam domũ egreditur cum pia sarcina sua, & versus domum pauperculæ sic velociter properat, ac si nihil pateretur, nihilq; super se ponderis baiularet. Cum autem appropinquaret habitaculo inopis, cœperunt res illę tam grauiter ponderare, quod nullo modo videbatur possibile, ipsas eam deferre posse per vnum passum. At illa perpendens ludum esse prędulcissimi sponsi sui, clamauit ad Dominum cum fiducia, & onus leuauit cum difficultate, vt amplius mereretur, & venit ad ostiũ habitaculi illius egenæ. Reperiensq; illud diuino nutu ex superiori parte apertũ, intromisso brachio ex toto aperuit & onus intra domum deposuit. Quod deponendo, tanto repletum est pondere, vt sono suo pauperculam excitaret, ex quo ipsa coacta est fugere. Sed ludente adhuc sponso cœlesti cum ea, non poterat. Nam virtus ei data, cum de lectulo surrexit orans, ibi quasi totaliter ablata est. Remansitq; grauis, vt prius erat, & debilis, nec poterat se mouere. Quapropter mœrens pariter & subridens, ludentem sponsum alloquitur, dicens: Cur me prædulcissime sic seduxisti? Nunquid bonum tibi videtur, si me hic deluseris, & confundas tenendo? Nunquid fatuitates meas vis cunctis hic habitantibus, & post modicũ hic transeuntibus propalare? An forsitan oblitus es misericordiarũ tuarum, quas indignissimæ ancillæ tuæ dignatus es demonstrare? Redde mihi, obsecro, vires, vt redire possim ad propriam domum. Hoc cum diceret, semper conabatur abscedere, dicens etiam corpori suo: Oportet quod vadas etiam, si mori deberes. reptans igitur magis quàm transiens parumper secessit: sed non adeo, quin egena illa surgeret, atque cognosceret habitum, suæ benefactricis, ex quo rursus coniecturauit personam. Sponsus autem æternus videns sponsæ suæ cordialem afflictionem, & quodammodo sustinere non valens, restituit ei virtutem quam ante tribuerat, sed non ita perfecte. Quapropter cum difficultate venit ad domum, antequam illucesceret dies clara, & decidit in lectum, sicut prius, debilis. Sic enim se eius corporales infirmitates habebant, non naturali ordine, sed iuxta quod mandabat altissimus, prout infra, concedente Domino, patefiet. Habes igitur lector innouatum opus beatissimi Nicolai, non semel, sed sępius, & cum graui corporis infirmitate completum. Sed prosequamur vlterius, & quęramus an gloriosi Martini largitatem valeamus quomodolibet reperire.

Semel existente ipsa in Ecclesia fratrum prædicatorum de Senis, venit quidam pauper ad eam, & petiuit pro Dei amore suis necessitatibus subueniri. At illa nihil habens ibi quod pauperi posset dare, quia non consueuerat aurum vel argentum deferre, monebat paupẽrem, vt prestolaretur quo vsq; domum ipsa rediret, quia libenter ei, & copiose de his quæ ibidem essent, eleemosynam facerer. Sed pauper ille, qui (vt puto) alius fuit, quàm apparentia demonstraret: Si habes (inquit) aliquid quod mihi des, hic illud peto, quia tantum expectare non possum. Illa vero nolens eum desolatum dimittere, cogitauit anxia quid pauperi elargiri valeret, vnde necessitati eius subueniretur. Et cogitanti occurrit crux quædam argentea paruæ quantitatis, quæ iuxta consuetudinem solet inser filo inter nodulos illos, qui Pater Noster vulgariter appellantur, eo quod ad ipsorũ numerũ oratio dñica replicatur. Hoc igitur Pater Noster sacra virgo habẽs in manibus, & ibidẽ crucẽ paruã argenteã, filũ festina fregit, & eã paupi cum lętitia ẽ largita. Qui cruce habita, totus iucũdus abscessit, nec à quoquã alio eleemosynã petijt, ac si tantum pro illa cruce habenda veniisset. Nocte autem sequente

oranti

oranti iuxta ſuam conſuetudinem virgine Domini, apparuit ei ſaluator mundi, habens crucem illam in manibus, ornatam multis lapidibus precioſis, & dixit: Agnoſcis ne crucem iſtam filia? Et illa: Optime agnoſco, ſed non fuit apud me ita pulchra. Et Dominus: Tu mihi hanc heſterna die dediſti cum charitatis & largitatis amore, qui amor deſignatur per hos lapides precioſos. Et ego promitto tibi, quod in die iudicij, coram vniuerſo angelorum & hominum conuentu, tibi eam talem vt vides, ad tui culmen gaudij præſentabo, nec occultabo, nec occultari permittam opus miſericordiæ mihi per te impenſę, in die qua patri miſericordiam & iudicium decantabo. His dictis, diſparuit, mentem relinquens virginis, gratiarum humiles actiones vndiq; deprementem, nec non & valde accenſam ad ſimilia peragendum: quod & ſequentis rei probauit euentus.

Allectus nanq; ſponſus ſuperamabilis animarum, ſponſæ ſuæ charitatiuis & miſericordibus actibus, ipſam propter noſtrum exemplum tentat & prouocat ad maiora. Et vna ſiquidem die, hora tertiarum iam in prædicta Eccleſia decantata, poſtquam cuncti receſſerant, & ipſa quæ diutius orare conſueuerat, ſola cum vna ſocia remanente in Eccleſia, & de capella ſororum, quæ in eminenti loco eſt, deſcendiſſet vt rediret domum: ecce apparuit ipſe Dominus ſponſæ ſuæ in forma iuuenis denudati, & pauperis ac peregrini, qui ætatis triginta duorum vel trium annorum, vel circiter apparebat, & petiuit vt ſibi pro Deo ſuccurreret pro aliquo indumento. At illa iam ad miſericordiæ opera ſolito plus accenſa. Expecta, inquit, chariſſime paululum hic, donec de capella illa reuertar, & ſtatim tribuam indumentum. Retrogreſſaq; ad capellam vnde deſcenderat, tunicam quam ſine manicis ſub exteriori tunica propter frigus interius deferebat, per pedes ſocia iuuante depoſuit caute pariter & honeſte, ac cum grandi lætitia pauperi tribuit. Qua recepta, repetit plus ille pauper, & ait: Eia oro Domina, ex quo mihi de indumento laneo prouidiſtis, vt de lineis tegumentis etiam mihi prouidere velitis. Quod illa libentiſſime annuens: Veni poſt me, inquit, chariſſime: quia quod petis, integraliter tibi dabo. Præcedit igitur ſponſa, & ſponſus ignotus ſubſequitur. Illaq; paternam domum ſubintrans, accedit ad locum vbi panni linei patris & germanorum erant reconditi. Acceptaq; camiſia & femoralibus, lætanter pauperi tribuit. Sed ille his habitis, adhuc non deſtitit à petendo. Sed obſecro, inquit, Domina, quid faciam de tunica iſta quæ manicas ad brachia non habet tegendas? Date mihi aliquas manicas, vt recedam à vobis totus indutus. Quod illa percipiens, in nullo attæ-diata, ſed magis accenſa, domum circuiuit, & diligenter quærit, ſi poſſit aliquas manicas inuenire. Caſuq; reperit tunicam ancillæ domus paternæ nouam, quam necdum induerat, ad perticam pendentem, quam feſtine deponens, & manicas inde velociter feſtine diſſuendo auferens, gratioſe tribuit pauperi prælibato. Quo pacto adhuc inſtat ille qui tentabat hactenus Abraham, & ait illi: Ecce Domina, induiſtis me, de quo vobis gratias referat ille, pro cuius amore hæc feciſtis. Sed ego habeo adhuc ſocium vnum, qui degit in hoſpitali, qui etiam multum indiget veſtibus, ſi velitis ei aliquam veſtem mittere, deferam ei ex parte veſtra libenter. At illa largitatis à feruore in nullo remiſſa vel mota propter petitionum replicationem egeni illius, cogitauit intra ſe, vnde poſſet habere veſtem ad induendum pauperem in hoſpitali degentem. Verum rememorans, quod omnes de domo præter patrem, ægre ferebant eleemoſynas ſuas, & ea quæ habebant, claudebant ſub clauibus, ne pauperibus daret: inſuper diſcrete conſiderans, ꝙ ancillæ ſatis abſtulerat, nec erat ei totum auferendum, quoniam etiam inops erat, non poterat eius conſideratio figi ſeu firmari in pectore virginis, in quo fuit facta diſputatio ſerioſa, vtrum vnicum quod ſibi dimiſerat, tunicæ indumentum deberet illi pauperi dare. Arguebat charitas ad partem affirmatiuam, ſed ad partem negatiuam ſe opponebat virginalis honeſtas. Quibus ſic concertantibus, vicit tandem charitas charitatem: charitas ſ. quæ reſpicit animas, charitatē, quæ corporibus proximorum compatitur. Cogitauit enim quod ſi abſq; veſte incederet, non paruum inde ſequeretur ſcandalū proximorum, quorum animæ plus erant diligendæ, quàm corpora: nec propter eleemoſynam corporalem erant ſcandalizandæ animæ quoquo modo. Vnde pauperi ſic reſpondit: Vere chariſſime, ſi liceret mihi abſq; hac tunica remanere, libentiſſime traderem eā tibi: ſed quia non licet, nec aliunde poſſum nunc veſtem habere, rogo vt non hoc graue

feras. Superlibenter enim tibi quæcunq; petis, tribuerem. At ille subridens: Bene, inquit, aspicio quod libentissime mihi dares quæcunq; posses. Bene vale. Viditq; quodammodo in recessu eius quędã signa, quod esset ille, qui tam frequẽter & clare apparere sibi solebat, secumq; tam familiariter conuersari. Ex quo remansit cor virginis ambiguum simul & ardens. Verum quoniam omni tali dono se indignissimam reputabat, reduxit se ad exercitia consueta, in quibus occupabat quotidie tempus suum. Nocte autẽ sequenti saluator mundi Dominus Iesus Christus ei oranti manifeste in forma pauperis illius apparuit, habens tunicam illam sibi per virginem datam in manu, ornatam margaritis & vernantibus ac coruscantibus gemmis, & dixit: Agnoscis ne dilectissima filia tunicam istam? Quę cum dixisset se ipsam agnoscere, sed non taliter dedisse eam ornatã, subintulit Dominus: Tu mihi tunicam hanc heri cum tãta liberalitate dedisti, meq; nudum tam magna cum charitate vestisti, vt frigoris ignominiæ pœnas à me fugares. Et ego nunc tibi vestem inuisibilem quidem hominibus, sed tibi etiã sensibilem de meo corpore sacro dabo, qua vterq; homo tuus ab omni nociuo frigore protegetur, quousque cum gloria & honore coram sanctis & angelis suo tempore vestietur. Moxq; de vulnere & cicatrice proprij lateris, suis sacratissimis manibus traxit quandam vestem coloris sanguinei, vndiq; radios emittentem ad mensuram virginalis corpusculi, qua virginem eisdem cum sacris manibus induit, dicens: Hanc vestem tibi trado dum es in terris, cum eius effectibus, in signum & arram vestimenti gloriæ, quo tempore suo vestieris in cœlis. Sicq; disparuit visio. Huius autem muneris adeo fuit efficax gratia, nõ modo in anima, sed etiã in corpore virginis sacræ, ꝙ ex illa hora nunq̃ plures tunicas hyemali tempore deferret q̃ æstiuo: sed vnica super tunicellam interiorem tunica exteriori contenta semper fuit; & omni tempore, nunquam propter intemperiem hyemalem, quam (vt mihi fassa est) nullatenus sentiebat, extũc quamcunq; sibi superaddidit vestem, vel operimentum corporeum augmentauit: imo vestem illam semper sentiens super se, in nullo se alia indigere tunica etiam ad sensum percipiebat.

Perpendis ne lector, quantæ fuerit excellentiæ virgo ista, quæ in occultis eleemosynis beatissimi sequens Nicolai vestigia, in propriarum vestiũ dono glorioso assimilata Martino, suorum operum approbationem non tantum per visionem saluatoris & acceptationem verbalem eius perciperet, sed rursus æterni præmij promissionem ab infallibili acciperet veritate, nec non & sensitiuo ac perpetuo signo in seipsam sentiret continue, q̃ grata fuerint donatori omnium dona sua. Quid enim tibi videtur, cũ dixit Dñs in die iudicij se crucem illam argenteam ostensurum, & iterum hanc sacrã virginẽ in cœlis indumẽto glorię vestiturũ, nisi eius finalem nõ modo salutẽ, sed excellentem gloriã patẽtissime reuelasse, ac p̃destinationem ipsius æternã absq; velamine reseraſſe? Quod de supra nominatis sanctis nequaq̃ poteris reperire, ꝙ s. dum eleemosynas illas fecerunt notabiles, fuerit reuelata eis p̃miatio ęternaliter secutura. Martinus (ait Dominus) adhuc catechumenus, hac veste me contexit, sed non addidit: Ego illi glorioſam vestem dabo in cœlis: quãuis ita finaliter fit secutum. Nec etiam tunc aliquod sensibile signum datum est ei de veste gloriæ secuturę, sicut huic sacræ virgini cernis fuisse factum. Nec paruipẽdas tales reuelationes & talia signa, qa securitas de finali salute tantũmodo, tantũ gaudium, tantamq; cõsolationem causat in anima, ꝙ nec lingua, nec calamo foret possibile declarari. Quid ergo tunc facit securitas de magna in cœlis gloria obtinenda? Hinc postea procedit virtutum cunctarum augmentũ, patientię. s. fortitudinis, temperantiæ, solicitudinis & diligentię in operibus sanctitatis, fidei, spei, & charitatis, & vniuersorum virtuosorun habituum indeficiens incrementum. Omniaq; prius difficilia, facilia fiũt: nec non & omnia potest anima illa portare vel agere propetr eum, q electionẽ ęternã sibi de se factã notificat, indicibiliterq; cõfortat. Habes igitur ex hoc in hac sacra virgine singulare quoddam ex his quæ superius percepisti, sed ęstimo quod maiora & magis singularia infra percipies. nunc aũt quod incepimus, prosequamur.

Alia quoq; vice virgo Deo accepta, igne compassionis indesinenter ardens interius, sensit pauperem quendam, qui voluntarie se tẽporalibns priuauerat propter Deũ, penuriam efibilium patit: quapropter quandã bursam lineã tunicę suæ consutã ab intra, quã ꝓpter casus cõsimiles deferebat, ouis gallinarũ impleuit, vt Christũ in suo pauperecrearet. Accedẽs igit ad locũ vbi pauper habitabat iã dictus, quandã intrauit Ecclesiam,

vbi mox

vbi mox ſpiritus eius memorans quod domus orationis erat, cœpit ſurſum orando aſcendere ad eũ, cui vnitus ſemper manebat, & ſic corporeos relinquere ſenſus, modo quo ſupra in prȩcedenti capitulo dictum eſt. Sicq; facta in ectaſi, corpus ad illam partẽ ſe reclinauit à caſu, vbi plena ouis burſa pendebat: totũq; corporis pondus ſup eandẽ burſam reductum eſt, in tantum, quod anulus quidam cupreus & latus, quem ſolent ſartores, dum ſuunt, tenere in digito, qui & in eadem burſa ſimul cum ouis tunc erat, cõminutus & fractus eſt in tres partes. Oua vero, quæ charitas ibi reconderat, cupri fortitudinem excedentia, in nullo fuerunt nec aliqua ex parte læſa, ſicut ſi non fuiſſent ibidem. Mirum dictu, ſed mirabilius factu nimis: pluribus horis ſuſtinuerũt oua illa totum pondus virginalis corpuſculi, nec ipſorum tenuiſſimi cortices in aliquo ſunt confracti: & ꝙ non potuit anulus cupreus ſuſtinere, ouorum teſta fragiliſſima ſuſtentauit. Nec fuit quomodocunq; poſſibile, quod pondus virginei corporis totum ſuper anulum imminerer, ſi quis quantitatem tam ouorum, q̃ incũbentis corporis, velit diligenter quãtitati anuli cõparare. Faciebat ergo quaſi continue charitas infuſa cordi virginis huius ſacræ, non tantum auxilium proximo per opera pietatis, ſed etiam honorem Altiſſimo per miracuioſa opera deitatis. Quod vt apertius demonſtretur, vnum intendo narrere mirabile, de quo tot teſtes fuerunt, quot in domo paterna vtriuſq; ſexus homines habitabant. Qui, vt à multis fide dignis audiui, numerum circiter vigenarium faciebant.

Narrant ſiquidem mihi Lapa mater eius, Lyſa cognata, frater Thomas primus cõfeſſor eius, & q̃ plures alij, qui conuerſabantur in domo tunc Iacobi huius ſacræ virginis genitoris, ꝙ tempore quo ex eiuſdem Iacobi larga licentia, ipſa largiſſime pauperibus eleemoſynas faciebat, contigit per familiam domus, eiuſmodi vegetis vinum potari, q̃d ex accidenti deterius factum erat. At virgo quæ panem & vinum, & cætera vitam corpoream ſuſtentantia, egenis non deteriora, ſed quantum poterat, meliora pro Dei honore dare ſolebat: hoc cernens, alterius vegetis vinum hauriens bonum, de quo nemo adhuc quidq̃ hauſerat, pauperibus quotidie propinabat. Veges aũt ſeu vas hoc vini boni tot continebat in ſe metretas ſeu menſuras, quod ſecundum omnem æſtimationem & conſuetam, debebat ſufficere domus familiæ per quindecim dies vel ſtricte diſpẽſando ad ſummũ per viginti. Verum antequã de hoc vaſe propinaretur familiæ, virgo Domini per multos dies pauperibus in abundantia quotidie propinarat: quia de his quæ in domo erant, nihil poterat prohiberi. Tandem poſt dies non paucos, cœpit qui de cellario curam gerebat, eodem de vaſe familiæ ordinarie miniſtraret nec propter hoc virgo deſtitit à conſueta largitione: imo tanto largius erogabat, quanto latentius, familia inde bibente, hoc abſq; animaduerſione domeſticorum ſe putabant facere. Tranſierunt non tantum quindecim dies vel viginti, potante familia idem vinum, ſed menſis integer & completus, & adhuc vas de quo hauriebant, non oſtendebat ſe plus ſolito diminutum. Mirantur germani virginis, cæteraq; familia, & cum patre conferunt, gratulantes quod vas illud tanto tempore familiam ſufficienter potaſſet, & adhuc ſe oſtendebat non paruo tempore duraturum. Addebaturq; omnibus de ipſo vino potantibus admiratio gratulabunda, quia nullus eorum recordabatur ſe vinum tam bonum, & tam boni & grati ſaporis bibiſſe. Lætificabat igitur vinum hoc illorum hominum corda, non modo ſua mirabili quantitate, ſed etiam ſua delectabili qualitate.

Porro illis neſcientibus vnde hoc eueniret, virgo ſacra quæ nouerat fontem boni, vnde prodibat tantum miraculum, cœpit largiſſima manu & manifeſte pauperibus omnibus quos reperire poterat, de dicto vino miniſtrare. Sed nec ſic etiam vas illud minui poterat, nec ſapor vini quomodolibet mutari. Tranſiuit ſic menſis ſecundus, aduenitq; tertius, & adhuc perſeuerauit vt prius, ita vt iam appropinquarent vindemiæ, vaſaq; noua vino replenda, inciperent præparari. Quamobrem optabant prȩpoſiti negocij domus, vt vas euacuaretur ex toto, nouoq; vino repleretur, quod iam ex torcularibus redundabat. Porro nec tunc ſe diuina largitas retrahebat. Præparantur igitur cætera vaſa, vino nouo replentur, ſed adhuc torcularia vinum habent. Ex quo ille iuuenis qui pro tũc præſidebat, mittit vt vas illud euacuaretur & præpararetur: ſed reſponſum accepit, quod veſpere præcedente immediate, magnus flaſco vini puri & albi, & clari, de vaſe illo exhauriendo eſt extractus, nec videbatur ſolito amplius diminutum. Propter quod ille quaſi ſtomachans, replicauit: Exhaurite vinum totum quod ibi eſt, & ponite alicubi, vaſaq; aperite, diſponite pro nouo vino recipiendo, quoniã amplius expectare non poſ-

ſumus. Mira nimium res, noſtriſq; temporibus qnodãmodo inaudita: Vas de quo vinum clarum p̃cedenti die abundanter egreſſum fuerat, apertum totaliter eſt, nec inuentum eſt in eo veſtigium vini, ac ſi per plures ante menſes nec gutta in eo vini aliqua remanſiſſet. Itaq; ac taliter deſiccatum ab omnibus viſum eſt, quod nulli dubium eſſe potuit, ex illo vaſe per longum ante tempus vinum hauriri non potuiſſe, de quo haud dubium ſtupor quemlibet cernẽtium non paruus arripuit. Cœperunt hic magis aduertere augmentum miraculoſum quantitatis & qualitatis vini, quod tam diu durauerat hactenus, dum ſiccitatem vaſis in præſentiarum aſpiciunt proprijs oculis tam patenter.

Hoc miraculum patratum & diuulgatum eſt Senis tunc tẽporis, cuius tot teſtes fuerunt, quot erãt domus illius habitatores, quãuis ego nominauerim ſuperius aliquos & aliquas nominibus proprijs, q vel q̃ mihi hoc retulerũt. Et ſic finẽ huic capitulo dabo.

¶ De mirabilibus factis quæ fecit ſeruiens neceſſitatibus infirmorũ. Caput IIII.

ADmiranda menti huius virginis inerat cõpaſſio egenorum, ſed longe mirabilior & excellentior pietas erga infirmantes, detinebat cor eius: propter quã inaudita quodammodo geſſit opera, quæ ignorantibus forſan incredibilia videbuntur. ſed nec propter hoc ſunt ſub ſilentio tranſeunda, imo potius pro maiori omnipotentis Dei gloria, integraliter recitanda. Fratris Thomæ prædicti, & fratris Bartholomæi Dñici de Senis, nunc ſacræ Theologiæ magiſtri, ac prioris prouincialis Romanę prouincię narratio & ſcriptura, qbus addunt q̃plures matronę, etiã p̃ter Lapam & Lyſam ſuperius nominatas, quæ dignæ ſunt omni fide, mihi neceſſitatem imponunt, vt recitem quæ ſequuntur.

Fuit in ciuitate Senenſi quædam infirma & inops, Tecca nomine, quæ ob temporalium rerum carentiam, coacta eſt hoſpitale aliquod petere, in quo infirmitatis ſuæ remedia inuenire valeret, quæ per ſeipſam habere non poterat. Vnde accidit in quodam eã hoſpitali admodum tenui receptari, in quo vix reperit ſuam neceſſitatẽ. Infirmitas vero eius increuit in tantum, quod leproſa in toto corpore facta eſt, ex quo in maiorem deuenit miſeriam, quia propter infectionem vitandã, non erat qui vellet ei ſe coniũgere miniſtrando: quin potius extra ciuitatem, vt moris eſt talium, eam emittere diſponebant. Hoc dum ſacra virgo ſenſiſſet, ad dictũ hoſpitale charitatis ardore plena feſtinanter acceſſit, p̃fatamq; leproſam domeſtice viſitans pariter & contrectans, non modo temporalium rerum auxilium, ſed etiã proprium miniſteriũ obtulit vſq; in finem abſq; defectu: ipſumq; quod verbo dixerat, factis perfectiſſime impleuit. Nam quolibet mane, & quolibet veſpe, dictam infirmam perſonaliter viſitabat, nec nõ & per ſe ipſam cuncta victui eius neceſſaria parabat & miniſtrabat, ſponſumq; ſuũ in leproſa illa intuens mẽtali oculo, cũ omni ei diligentia & reuerentia ſeruiebat. Quod quamuis magno virtutis culmine virginis ſacræ procederet, in ęgrota tamen ipſa vitium ſuperbiæ & ingratitudinis generauit. Sic enim ſæpe contingit in his, quorum mentes humilitatis virtus non poſſidet, vt .ſ. inde ſuperbiant, vnde humiliari amplius debuerũt: & vnde gratias agere debuerant, ad irrogãdas iniurias prouocentur. Sic ęgrota p̃fata ex humilitate ac charitate virginis huius beatę, ad arrogantis indignationis vitiũ eſt deducta. Vidẽs enim eã tam indeficienter ſeruitio ſuo deditã, cœpit quaſi ex debito exigere, q̃d ex charitatiua liberalitate fiebat: ſeruitricemq; ſuã verbis exaſperantibus obiurgare, ac obiurgatiõibus ſuis contumelias addere, cũ nõ exhibebant quę cupiebat, ad votũ. Cõtingebat quãdoq; virginẽ Dñi orationẽ ſuam de mane in Eccleſia protrahere pauliſp amplius ſolito, ac per cõſequens tardius ad ſeruitium exhibendum venire. Qua veniẽte, infirma illa impatiẽs, verbis eam iracundis aggrediebatur ſimul & deriſorijs, dicens: Bene veniat dña regina de fontebrãdo. Sic eñ vocatur regio, vbi domus paterna virginis erat & eſt. O q̃, ingebat, glorioſa eſt hęc regina, q̃ per totã diem ſtat in Eccleſia fratrũ? Nũquid fuiſtis p totũ mane cũ fratribus? Domina, non videmini poſſe ſaturari de fratribus illis. His & ſimilibus verbis, quantum ex ipſa erat, prouocabat ancillam Chriſti. Sed illa in nullo nec tenuiter mota, ſicut ſi genitrici propriæ reſpondiſſet, humiliter & dulciter cõſolabatur eã, dicẽs: Dulciſſima mater, propter Deum nolite turbari. quãuis enim parum tardauerim, cito tamẽ perficiã totum quod expedit pro ſeruitio veſtro. Feſtinanſq; igne accenſo, ollamq; ſuperponendo, cibũ parabat pro ſua obiurgatrice, ac cętera neceſſaria mira ac celeri diligentia miniſtrabat, ita vt etiam ipſa impatiẽs miraretur. Hoc diuturno durauit tempore, nec vnquã potuit mens virginea tædio affici, nec à conſueti feruore ſeruitij

tepeſcere

tepescere quoquo modo. Mirabantur plures, sed Lapa genitrix eius inde turbabatur, et clamabat, dicēs: Filia mea, tu eris leprosa indubie. Nullo modo assentiā ꝙ leprosæ illi seruias. At illa fiduciam suam totam habens in Domino, dulcibus verbis mitigabat matris furorem, vt suam infectionem non pertimesceret, admonebat: seruitium autem illud sibi concessum à Domino, se non posse dimittere testabatur. Ac sic cuncta impedientia charitatis seruitium submouens, in opere sancto incepto perseuerabat. Quod perpendens hostis antiquus, ad aliam se artem conuertit: & permittente Domino, pro gloriosiori sponsæ suæ triumpho, infectionem lepræ ad manus sacrę virginis deducit. Cœpere nanq; manus eius, quibus corpus contrectabatur leprosæ, lepra inficiri manifeste, ita vt cuicunq; manus sacrę virginis intuenti dubium non esset ipsam iam lepra infectā. Sed illa in nullo propter hoc à sancto suo recedens proposito, præeligebat potius totaliter leprosa effici, q̄ inchoatum dimittere officium charitatis. Spernebat igitur velut lutū proprium corpus, & quidquid illi contingeret non curabat, dummodo sponso suo æterno grato seruitio deseruiret. Stat igitur hęc infectio non paucis diebus: sed virgini sacrę prę amoris cœlestis magnitudine, pauciſſimi videbantur. Verum ille qui percutiendo sanat, deijciendo erigit, & diligentibus se omnia cooperari facit in bonū, postquā complacēter aspexit fortitudinem spōsæ suę, non diu passus est infectionē illam durare. Aduenit eñ non diu post tēpus consummationis infirmę illius, ac sacra virgine astante, ac etiam efficaciſſime cōfortante, ex hac luce migrauit. Quo facto, licet corpus eius aspectui esset horrendum, diligentiſſime lauit ipsa, vestiuit, in feretro decenter reposuit, nec non & post celebratas exequias proprijs manibus sepeliuit. Sepultura vero eius expleta, mox de virginis manibus ois infectio lepræ ita euanuit, ac si nunq̄ fuiſſent infectę: imo videbatur, q̄d manus eius decore suo cuncta corporis eius mēbra excederent, & quasi ex lepra nitorem suscepiſſent. Perpendis ne lector, in hoc vno sacrę virginis opere, omniū congregationē virtutum? Regina quipem virtutum charitas & forma earum, mouit eam ad hoc seruitium peragendum pariter & complendum. Charitatem autē humilitas sociauit, quæ tam despectæ infirmę ipsam subditam fecit ex integro: nec abfuit patientiæ virtus, qua cuncta eius improperia lætantiſſime sustinebat: corporisq; proprij morbum tam abominabilem, tam patientiſſime ferebat. Coniuncta est his haud dubium claræ fidei certitudo, qua non leprosam illam, sed sponsum suum, cui satagebat placere, semper intuebatur oculis fidei. Et nihilo minus spei fortitudo non deerat, qua facta est perseuerans vsq; in finem. Harum virtutum sacram congeriem, secutum est patens miraculum, vt .s. lepram, quam in manibus eius viuens leprosa iniecerat, mortua ipsa & sepulta, Christus in instanti mundaret. Quid horum non mirabile intelligētibus veritatem? Magna sunt hęc, sed maiora sequuntur, si attente noueris lector bone.

In eadem ciuitate Senensi sępius nominata, quędā fuit soror de pœnitentia sancti Dominici, tempore quo virgo Christi pauperum & infirmorum se mancipauit obsequijs propter Deum, quę domui misericordię obtulerat, iuxta morem patrię, se ac sua, & Palmerina dicebatur. Hęc quāuis duplici se religiōis nomine religaſſet, mirabili tamē ac horribili diaboli vinculo tenebatur. Tāto eñ inuidię simul & superbiæ fomite cōceperat odiū cordiale erga & cōtra hanc sacram virginē Christi sponsam, ꝙ non modo grauis ei erat ad videndū, sed nec nomen eius poterat absq; cordis turbatione audire. Detrahebat ei secrete ac publice, quantū poterat: nec detractionibus ac maledictionibus eius poterat satiari. omnia signa consummati odij ostendebat. Quod virgo cernēs, diuersis modis humilitatis & mansuetudinis eius conabatur placare iram. Sed illa omnes eius humiliationes contempsit: vnde arctata est virgo Domini sancta feruoris sui regula, spōsum ad suū habere recursum, & pro hoste sua singulares preces ad Deū emittere. Quod faciēs, carbones ignis super caput eius, secundū apostolicā sententiā, haud dubiū ingerebat. Oratiōes eñ illę sicut ignis euolans ascendebant ad Dñm, & misericordiā & iudiciū postulabant. Quāuis eñ ancilla Christi pro illa detractrice sua solam misericordiā peteret, qa tamen illi quē exorabat, misericordia & iudiciū decātat, absq; aliquo iudicio misericordia fieri non debebat. Fecit ergo Dñs magnum iudiciū, sed iudicādo, misericordiā lōge maiorē exhibuit precibus sponsæ suę. Percussit eñ prius Palmerinā prędictam in corpore, vt in aia sanaretur. Sed quāta esset obstinationis eius durities, quantaq; charitatis dulcedo, qua induerat sponsam suam, mediante iudicio illo declarauit. Insuper & animarū zelum augmentauit in virgine, per ostensionem inęstimabilis pulchritudinis illius animæ, suis

de meritis iam damnatæ,sed meritis & precibus virginis miraculoſe ſaluatæ. Percuſſa nanq; Palmerina infirmitate corporea,non ideo ſanatum eſt vulnus mentis:imo quodãmodo aggrauatum amplius, & odium quod gratis contra ſacram virginem cõceperat, plus oſtendit infirma,q̃ ſana. Quod illa comperiens,ſtuduit humilitatis & mãſuetudinis actibus eius ſæuitiam emollire. Præſentabat etenim frequenter ſe, & humiliter coram illa,amoroſiſq; verbis & actibus ſuam perſecutricem conſolari totis viribus nitebatur, eiuſq; ſeruitijs ſe mancipare omni modo quo poterat,ſatagebat. Sed illa ſaxo durior facta mentaliter,nec verbis, nec ſignis charitatem attendens dilectionis, nec obſequioſis actibus condeſcendens,corrupta mente omnes actus virginales horrebat,ipſamq; virginem de domo ſua expelli etiam rabioſe iubebat. Quod cernens iudex iuſtiſſimus, adeo ſuper hoſtem charitatis,manum ſuæ iuſtitiæ aggrauauit,quod repente viribus corporis quaſi totaliter eneruatis,ſacramentiſq; ſalutaribus non munita, ad mortem vtriuſq; hominis miſerabiliter propinquabat. Porro poſtquam hæc ad notitiam ſacræ virginis deuenerunt,mox ſuo ſe in cubiculo clauſit,ſoliciteq; ſui ſponſi cœpit aures orationibus frequentiſſimis pulſare, ne occaſione ſui anima illa periret. Inquiebat enim verbis mentalibus,vt ipſa mihi ſecrete confeſſa eſt. Nunquid Domine miſella ego ideo nata ſum,vt occaſione mei,animæ ad imaginem tuã creatæ,debeant æternis incendijs deputari? An forſitan permittere vis,q; ſorori meæ,cui debui eſſe ſalutis perpetuæ inſtrumentum,ſim æternæ damnationis occaſio? Abſit à multitudine miſerationum tuarum hoc horrendũ iudicium. Longe ſit ab æternis bonitatibus tuis permiſſio tam dolenda. Melius mihi forſitan fuiſſet non eſſe natam,quàm q; per me animę tuo ſanguine redemptæ, quomodolibet damnarentur. O me miſeram: ſunt hę promiſſiones, quas mihi tua largitate feciſti,cũ me prædixiſti futuram ſaluti animarum proximorum, iuxta meum deſiderium fructuo jam? Sunt ne hi fructus ſalutis à te per me inſtrumentaliter producendi,vt ſoror mea æternaliter pereat propter me? Et mihi quidem nullum dubium eſt, quin peccata mea omnia hæc producant & faciant, nec merear alium fructum de meis operibus obtinere. Sed nec propter hoc deſiſtam à requiredo miſerationes tuas æternas, infinitãq; bonitatem tuam non deſinã flagitare,donec mala quæ merui, conuertantur in bonum, ac ſoror mea de morte perpetua liberetur. Hæc & his ſimilia dum virgo ſancta orando, plus mente q̃ voce proferret, vt amplius accenderetur ad cõpatiendũ illi animæ pereunti,oſtenſa eſt ei diuinitus miſeria ſimul & periculum,quibus anima illa miſella detinebatur. Et cum ſponſi ęterni reſponſio ei dabatur,quod ſua iuſtitia ſuſtinere non poterat, quin tam obduratum & malitioſe conceptum odium puniretur: tunc virgo mente & corpore ſe in oratione proſtrauit,dicens: Nunquã ſum Domine mi de loco iſto,niſi mor tua,receſſura,quouſq; mihi pro ſorore mea miſericordiam facias,quam petiui. Punias ſuper me quodcunq; peccatum eius: quia ego,quæ ſum cauſa mali eius, puniri debeo, & non ipſa. Et ſubiungebat: Per omnem bonitatem tuam & miſericordiã te obſecro miſericordiſſime Domine,quod animam ſororis meæ non patiaris exire de corpore,quouſq; gratiam tuam recipiat,ſimulq; miſericordiã conſequatur. Quid plura? Tantę fuit hæc oratio efficaciæ,quod anima illa egredi de corpore illo non poterat,cum tamẽ tribus diebus & totidem noctibus agonizaſſet, Mirantur ſimul & condolent cuncti qui eam nouerunt,& aſpiciunt laborantem in extremis tam diu. Sed virgo ſacra toto iſto tempore orationem ſuam continuabat. Vicitq; (vt ita dixerim) inuincibilem & omnipotentem ligauit per humilem lachrymã. Vnde quaſi non valens amplius reſiſtere Dominus,luce ſua emiſſa de ſupernis,miſericorditer illuſtrat animam illã agonizantẽ,culpã ſuã agnoſcere facit,de ipſaq; ei præſtat conteri ad ſalutem. Quod vt virgo ſacra,ipſo reuelãte didicerat,mox ad domũ eius acceſſit. Quam cum illa cerneret,ſignis quibus poterat,gaudium & reuerentiã oſtendebat ei,quam prius horrebat,ſuamq; culpam vocibus & nutibus accuſabat. Sicq; perceptis ſacramentis,cum magna contritione cordis migrauit à corpore. Poſt cuius tranſitum, ſponſæ ſuæ oſtendit animã illam Dominus ſaluatam,& in tanto decore,quod (vt ipſa mihi confeſſa eſt) nullis vocabulis poſſet exprimi illa pulchritudo,cum tamen nondũ eſſet gloria beatę viſionis induta, ſed tantum pulchridinẽ quam ex creatione baptiſmiq; gratia conſecuta fuerat,oſtẽdebat. Dicebatq; Dominus: Ecce dilectiſſima filia,per te recuperaui animam iſtam iam perditã. Et ſimul iungebat: Nunquid non tibi videtur ſpecioſa & pulchra? Quis non ſubiret omnem laborem pro lucrando creaturam tã decorã? Si ego qui ſum ſumma pulchritudo, à quo eſt omnis alia

pulchri-

pulchritudo, ita amore captus fui de pulchritudine animarum, quod ad terras descendere, & sanguinem proprium effundere volui, vt ipsas redimerem: quanto magis vos debetis alter pro altero laborare, vt non perdatur creatura tam speciosa? Propter hanc igitur causam tibi animam istam ostendi, vt amplius accedaris ad salutē animarū omniū procurandā, aliosq; ad idem inducas iuxta gratiam tibi datā. At illa gratias agēs sponso supercœlesti, humiliter supplicabat cum toto cordis affectu, vt dignaretur sibi tantam gratiam facere, quod in posterum semper videret pulchritudinem animarum omniū cū ipsa conuersantium, & ad ipsam venientium, vt sic magis accenderetur ad procuran, dum salutem ipsarum. Quod Dominus annuens, inquit: Quia carne despecta, totaliter mihi qui summus spiritus sum, integraliter adhęsisti, & pro salute animę istius tā laboriose & fructuose orasti: ecce do animæ tuæ lumen, quo intueri poteris pulchritudinem & fœditatem animarū, se corā te p̄sentantiū, ita vt sensus aiæ tuę percepturi sint amodo ita cōditiones spirituū, sicut sensus corporei cōditiones p̄cipiunt corporū. Neq; solū se tibi p̄sentantiū, sed etiā oim, quorū salutē zelabis, & pro q̄bus feruēter orabis: posito, q̄ nūq̄ sensibus corporeis tuis se præsentauerint vel p̄sentent. Huius doni fuit adeo efficax & pseuerās gratia, q̄ ex illa hora oim ad se venientium, plus aiarum q̄ corporū actus percipiebat & qualitates. Vnde cum semel ei referrem secrete, q̄ qdam murmurabāt pro eo, q̄ videbant q̄ plures vtriusq; sexus corā ipsa genu flectentes, q̄ non prohibebantur ab ea, respōdit: Nouit Dñs quod ego de gestibus corporis illorum seu illarū, q̄ circa me sunt, parum vel nihil p̄cipio. Tantum enim occupor in cōsideratione animarū ipsorū, quod de corporibus quodāmodo nihil aduerto. Tunc ego: Nunquid ipsorū aias intueris? At illa: Pater, sub cōfessione vobis reuelo, quod postq̄ saluator meus tantā mihi cōcessit gratiam, q̄d quandā aiam iam proprijs de meritis ęternis incendijs deputatā, ad mearū precū instantiam de baratro ęternę damnationis eripuit, & eius pulchritudinē postmodū mihi ostendit, nunquā vel valde raro coram me apparuit quispiā, cuius animę conditiones non viderem. Et subiungebat: O pater mi, si vidisse tis pulchritudinem animę rationabilis, non dubito, quin si esset possibile, centies subiretis mortem corporeā pro animæ vnius salute. Nihil est enim in hoc sensibili mundo, quod posset illi pulchritudini comparari. Quo audito, popposci ab ea, vt mihi per ordinem historiā narraret. & tunc q̄dquid superiu⁹ scripsi, mihi ordinarie recitauit, quāuis peccatū quod cōtra se cōmiserat soror illa, breuiter & leniter enarrauit. sed ego postmodū grauitatē odiosi criminis eius percepi à plurib⁹ fide dignis sororibus, quæ vtramq; nouerunt. Cęterum ad ampliorem confirmationem eorū quę diximus, recolo me aliquoties fuisse interpretē inter felicis memorię dōm Gregoriū vndecimū, summū pontificē, & hāc sacram virginē, de qua sermo. Ipsa enim non intelligebat Latinum sermonem, & summus pontifex nō nouerat Italicum idioma. Dumq; me interp̄tante loquerentur ad inuicē, sacra virgo cōquesta est, q̄ in Romana curia, vbi deberet paradisus esse deliciarum virtutū, inueniebat fœtorem infernaliū vitiorū. Quę dum pōtifex percepisset, quęsiuit à me, quantū tēpus esset quod ad curiā peruenisset. Et cum intellexisset quod essent admodū pauci dies, respondit: Quomodo infra paucos dies potuisti curiæ Romanæ mores inuestigare? Tunc illa inclinationem corporis & abiectionē cōmutās in quandā subito qnodāmodo maiestatē, vt etiā corporeis oculis tūc p̄cepi, & erigēs se in altū, in hęc verba prorupit: Ad honorē oipotentis Dei audeo dicere, q̄ plus p̄cepi fœtorē peccatorū q̄ in Romana curia cōmittuntur, existēs in ciuitate mea vnde sum nata, q̄ p̄cipiant ipsi qui ea cōmiserunt & cōmittunt quotidie. Ad hęc pontifex subticuit. Sed ego stupefactus conferebā in corde meo, & signāter notabā, quanta cū autoritate proferebātur corā tanto pōtifice. Itē frequēter accidit tā mihi q̄ alijs, qui eam comitabantur itinerando per diuersas mundi partes, vbi nusquam prius fueramus ipsa vel nos, quod veniebant personæ penitus ignotæ, tam nobis quàm ei decenter indutę, quæ apparebant bonorum morum, sed in rei veritate in peccatis erant pertinaciter fundatæ: quarum crimina ipsa mox percipiens, nec loqui eis, nec faciem vertere quodammodo poterat ad loquentes. Quod si omnino instabāt parumper clamose, dicebat eis: Nos deberemus prius crimina nostra corrigere & de laqueo diaboli egredi: postmodum de Deo loqui. Hæc & similia talibus inquiens, quàmcitissime poterat, liberabat se ab eis. Nosque postmodum inuenieba-mus illas fœditatis ctimine irretitas, in quibus impœnitenti corde perseuerabant. Inuenimus semel quandam mulierem, quæ proh dolor cuiusdam magni prælati Ecclesiæ

continua

continua concubina. Hęc dum cum ea præsente me, loqueretur: & apparentiam ostenderet tam in actibus q̃ in vestibus honestatis, nũ quam tamen faciẽ virginis ex opposito prospicere potuit, quia semper auertebat vultum ab ea. Quod ego admirans, & diligenter inquirens de conditionibus eius, repperi quod dictum est supra. Quod cum postmodum ei retulissem, secrete respondit mihi: Si vos sensissetis fœtorem, quem ego sentiebam dũ loqueretur mihi, euomuissetis. Hæc tibi lector idcirco apposui, vt noscas quãtæ fuerint excellentię dona sacrę huic virgini concessa ex alto. Nec mireris si talia narrãdo paulisper diuertitur, quia materia hoc exigit, sicut cernis. Cæterum aduertens humani generis inimicus, sanctam virginem ex seruitio infirmorum magnũ culmen acquirere meritorum, nec non & spiritalem fructum non paruum producere proximorum, noua cogitauit arte ipsam inde retrahere. Sed mentita est iniquitas sibi: quia vnde machinatus est ligni plantati secus decursus aquarum cœlestium, fructum extinguere, inde amplius incrementum dante Domino, dilatauit.

Accidit nanq; alio tempore, quandam aliam sororem de pœnitentia beati Dominici, quæ iuxta morem proprię vocabatur Andrea, per nomen masculinum impositum fœminę, incurrere quandam infirmitatem. Habebat enim in pectore hulcus (iuxta medicorum vocabulum) cancrizatum, quod carnem circa se corrodebat, & cancri more perambulans, pectus eius quasi totaliter corrumpebat: ex qua cotruptione tantus fœtor etiam exhalabat, quod non licebat adstanti alicui nisi clausis ei naribus appropinquare. Qua ex causa paucas vel nullas poterat reperire, quæ sibi vellẽt assistere, vel etiam eam visitare. Quod virgo Domini dum percepit, intellexit infirmã illam derelictam pene ab omnibus, sibi diuinitus reseruatã. Vnde mox ad ipsam accessit, iucundaq; facie ipsam confortans, proprium ei seruitium vsq; ad finem infirmitatis, obtulit lętabunda. Quod illa tanto gratius acceptauit, quanto amplius se priuatam aliarũ seruitio sentiebat. Seruiuit igitur virgo viduæ antiquę iuuẽcula, & languẽs saluatoris amore, languidę mulieri. Nec quidq̃ omittit de fiendis pro eius seruitio, quantumcunq; fœtor abominabilis augmentaretur. Stat assidue apertis naribus iuxta illam, hulcus detegit, abstergit, lauat: ac panniculis circumligat, nec quocunq; signo vel nutu ostendit horrorem, nec diuturnitate temporis, vel seruitij grauitate attædiatur: sed cuncta lætanti animo & iucunda facie operatur, ita vt ipsamet patiens, stupens nimium, miraretur tantam in iuuencula constantiã, tantamq; plenitudinem dilectionis & charitatis. Hæc dum cernit virtutum omnium & humani generis inimicus, ad consuetas se fallendi artes conuertit, vt odiosum sibi charitatis actum annihilet iuxta vires. Et primo ab ipsa sacra virgine incipiens, quadam die dum detecto per ipsam languentis hulcere, fœtor nimius exhalaret, voluntatem eius in Christo petra fundatã mouere non valens, carnis eius stomachum mouit. Vnde cœpit stomachus eius ex fœtore illo nimiũ turbari, & quasi ad vomitũ prouocari. Quod vt Christi famula sensit, mox contra se ipsam in sanctam exarsit iram, & propriã alloquens carnem, inquit: Nunquid tu sororem tuã saluatoris sanguine redemptã abominaris, quæ in eandem & deteriorem infirmitatẽ possis incidere? Viuit Dominus, non transibis impunis. Statimq; faciem super infirmantis pectus inclinans, os & nares horrẽdo illi hulceri applicuit, ficq; diutius stetit, donec visum est ei spiritum rebellantem nauseã extinxisse, & carnem contradicentẽ spiritui, contriuisse. Hæc dum infirmans illa cernit, exclamat: Cessa filia, cessa charissima filia, noli te ipsam corrumpere fœtore huius putredinis tam horrendę. Virgo autem Domini, non nisi hoste superato surrexit, qui victus ab ipsa discessit ad tempus. Sed videns q̃ contra eam non poterat pręualere, ad languidam illam tãto plus insidiarum suarũ machinamenta cõuertit, quanto mentẽ eius magis reperit incautã & immunitã. Cœpit igitur tędium quoddam de virginis sacrę seruitio in mente sępe dictę infirmę sator ipse zizanię seminare, ac paulatim crescente cordis malitia, tędium in odiũ commutare. Verum quia clarissime nouerat, nullius prętereq̃ eius, se posse habere seruitiũ neq; astantiam cuiuscunq;, odium quod mentale latebat, per modũ ciuiusdã inordinatę zelotypię de foris ostendebat. Et quia mos est odientiũ, de his quos odiunt, quodlibet malum agiliter credere, infirmę anus infirmior mẽs, ad hoc est per serpentem antiquum deducta, vt de immaculata virgine, turpitudinis maculas inciperet suspicari, ac quandocunq; non erat secum, imaginari quod ad nefas aliquod perpetrandum iuisset: sic enim sunt incautarũ mentium casus, vt videlicet primo de bonis proximorum actibus, de quibus lætari consueuerũt,

ſueuerant,attædientur.Deinde illos odiant,dehinc iudicent malos eſſe actus & agẽtes, & iuxta vaticinium Eſaiæ excœcata mente,malum dicant bonum, & bonũ malum. Sed inter hęc perſiſtit,vt columna immobilis,virgo ſancta: & ſolum ſponſum ſuum habens præ oculis,cum conſueta ſemper lætitia perficit ſeruitium inchoatum, ſerpentemq; antiquum,à quo cernit iſta procedere, patiẽtia forti armata, deridet. Quantoq; ęrantius actum charitatis,quem ille odit,exequitur,tãto acrius prouocat iram eius. Vnde mentẽ anilem,cui iam p̃erat, excœcans,ad tantam iracundiã excitauit, vt palam mundiſſimam virginem de turpitudine infamaret.Sonuit aũt hęc vox inter ſorores adeo,vt aliquę de antiquioribus q̃ cęteris p̃erant,venirent ad ſæpe nominatam infirmam,vt explorarent rumoris,quem audierant,veritatem.Sed cum illa iuxta ſuggeſtionem hoſtis antiqui,ſacram virginem turpiter & fallaciter infamaret,ipſam virginẽ ad ſe, nimis prouocatę, vocauerunt. Cui cum multis ampullofis & opprobriofis verbis inſultare ac exprobrare cœperunt,& quęrere,qualiter ita ſe decipi permiſiſſet, q̃ ſuam perdidiſſet virginitatẽ. Quibus illa patienter ac modeſte reſpondit: Veré dominæ & ſorores meæ, gratia Ieſu Chriſti ego ſum virgo.Nec quidquã aduerſus aliquam contra ſe obloquentem aut mentientem proferens,pro ſua excuſatione ſæpius replicabat hoc idem, Vere ego ſum virgo,vere ego ſum virgo.

His itaq; geſtis,nequaquã conſuetum obmittit ſeruitium : & quãuis abſq; graui cordis dolore audire nõ potuerit tam turpem infamiã,infamatrici tamẽ ſuæ,vt prius, diligentiſſime deſeruiuit:& poſt hoc ad cameram ſuam rediens, ad cõſuetum orationis refugium ſe contulit abſq; mora, hæc vel ſimilia verba plus mentaliter quàm vocaliter proferens: Omnipotentiſſime Domine,ac p̃amantiſſime ſponſe mi, tu noſti tenerã eſſe virginis cuiuslibet famam,& pudorẽ ſponſarum tuarum nimis periculoſe quamcunq; recipere maculam:propter quod etiam voluiſti,tuam glorioſiſſimam genitricem ſponſum putatiuum habere. Tu etiam ſcis,quod hęc omnia confinxit pater mendacij,vt me retrahat à ſeruitio,quod tuo amore incepi. Adiuua igitur me Domine Deus meus, qui ſcis innocentiam meã,& non permittas ſerpentem antiquum tua paſſione proſtratum, aduerſum me præualere.Hæc & his ſimilia dum flens huberrime Domino loqueretur orando,ſicut ipſa mihi ſecrete confeſſa eſt,apparuit ei ſaluator,habens in dextra coronã auream,margaritis & precioſis lapidibus adornatam, & in ſiniſtra ſpineum diadema, qui taliter allocutus eſt eam: Neceſſarium noueris pręchariſſima filia,te vtraq; harum diuerſis vicibus vel temporibus coronari. Elige igitur quod plus vis, aut in huius vitæ curſu ſerto ſpineo coronari, & aliam ſpecioſam coronam tibi ſeruabo in vita durabili:aut nunc habere hanc precioſam, & poſt tranſitum ſeruabitur tibi hæc de ſpinis. Tunc illa: Ego Domine iam voluntatem meam denegaui à longo tempore,& ſolam tuam voluntatem elegi ſequi:quapropter non eſt meum quidquã eligere. Verumtamen quia vis vt reſpondeam, dico ergo quod in hac vita eligo ſemper tuæ paſſioni beatiſſimæ conformari, & propter te pœnas pro refrigerio ſemper amplecti. Et his dictis mox ſpineum diadema vtraque manu de ſaluatoris manibus feruenter arripuit, & capiti ſuo violentia cum tanta impoſuit,quod ſpinæ violenter caput vndiq; perforabant, adeo vt poſt hanc viſionem dolorem capitis ex ſpinarum illarum punctura ſentiret, vt ipſa teſtata eſt oraculo viuæ vocis. Tunc Dominus inquit: In poteſtate mea ſunt omnia,& ſicut permiſi hoc ſcandalum euenire, ſic poſſum agilime illud extinguere. Tu igitur perſeuera in ſeruitio quod cœpiſti, nec cedas diabolo, qui te vult impedire. Ego autem dabo tibi plenam victoriam de maligno, ita vt quidquid machinatus eſt contra te, totum in caput eius vertatur, ac in maiorem gloriam tuam. Sicq; ancilla Chriſti conſolata ac confirmata remanſit. Interim autem Lapa genitrix eius, ſenſit rumorem qui de filia ſpergebatur inter ſorores ex ore infirmantis Andreæ.Qua ex re licet de puritate filiæ certiſſima eſſet, tamen cõtra dictam Andream nimium conturbata,venit ad virginẽ,& turgido nimis aĩo cœpit cũ clamore dicere:Nunqd nõ toties tibi dixi,q̃ nõ amplius illi fœtẽti vetulę deſeruires? Ecce nũc quale p̃mium tibi pro ſeruitio tuo retribuit. Infamauit eĩn te turpiter apud oẽs ſorores tuas. Si amplius ei ſeruieris,aut ad eã acceſſeris,nunq̃ vocabo te filiam meã. Et hoc totũ arte inimici factũ eſt,vt ſanctũ illud impediretur ſeruitiũ. At illa,matre audita, pauliſper cõticuit:& tandem ad ipſam appropians,& coram ea genu flectens, humiliter inquit: Nunquid dulciſſima mater, propter ingratitudinem hominum dimittit Deus

quoti-

quotidie in peccatores exercere misericordiam suam? Nunquid & saluator, cum esset in cruce, propter improperia sibi dicta dimisit quin operaretur salutem mundi? Nouit charitas vestra, q̃ si ego infirmam illam dimitterem, nullus esset qui ei adstaret, & sic ex indigentia moreretur. Debemus ne nos eius mortis esse occasio? Seducta est à diabolo, nunc forsitan illuminabitur à Domino, & recognoscet errorem suum. His & alijs verbis benedictionem impetrauit maternam & ad infirmam accessit, & sic hilariter ei seruiuit, ac si nunq̃ quidquã mali de ipsa dixisset. Et stupet illa, & nec vestigium turbatiõis in ea perpendens, negare non potest se vndiq; superatã. Hinc cœpit intra seipsam cõpungi, & tanto amplius, quanto quotidie magis cernit perseuerantiam eius. Porro interim Dñs misertus vetulæ illi, & volens sponsam suam clarificare, talem ei visionem ostendit. Videbatur siquidem decumbenti quadam die, dum ancilla Christi camerã eius esset ingressa, & lecto appropinquaret, quod circa ipsum lectum quædam lux diffunderetur ex alto tantæ amœnitatis atq; dulcedinis, quod omnium miseriarum suarum eam faciebat penitus obliuisci. Cumq; causam tantæ nouitatis ignorans totaliter, hinc inde respiceret, vidit vultum virginis seruitricis suæ transfiguratum & transformatũ in tantum, quod non Catharina filia Lapæ, sed quædam maiestas angelica videbatur, luxq; illa eam quasi tegimen circumquaq; operiebat. Quod vt aspicit amplius & per amplius in corde compungitur, ream se mentaliter clamitans, quod contra tam excellentem virginem laxasset linguam maledicã. Cumq; visio hęc quæ corporalis fuit, & oculis istius infirmæ ostensa, perseuerasset per morulam, tandem sicut venerat, sic discessit. Anus autem illa post discessum lucis, & consolata remansit & tristis. Illa tamen tristitia, quæ secundũ Apostolum iustitiam operatur. Moxq; cum singultuosis eiulatibus veniam petit à virgine, se confitens nimis grauiter deliquisse, ipsamq; falsissime infamasse. Visa est enim lux illa exterior, lucem secũ inuisibilem attulisse, per quã infirma vetula omnem deceptionẽ sibi factã à Sathana, recognouit. Porro virgo Domini ruit in amplexus suę infamatricis, hoc audiens; ipsamq; modis omnibus consolatur, seq; in nullo ab inchoato proposito remotã esse testatur, nec in paruo aut in minimo fuisse offensam, dicens: Noui perdulcissima mater, hostem humani generis omnia hęc scandala perpetrasse, mentemq; vestram illusione mirabili decepisse. Vnde non vobis, sed ei habeo aliquid imputare: vobis vero habeo gratias agere, quod pro conseruatione honestatis meę, sicut dilectrix optima, zelabatis. His & similibus verbis sua consolata infamatrice, seruitioq; consueto diligẽter expleto, ne tempus sibi laberetur in vanum, mox ad cellam reuertitur propriam. Sed illa recognoscens culpam suam ex corde, pro his coram quibuscunq; venientibus cum lachrymis & singultibus exprimit, quantum errauerit suadente ac seducente diabolo, reamq; se clamitat, virginem autem contra quam locuta est, profitetur altis vocibus non modo puram esse, sed sanctã, nec non & sancto spiritu plenam. Asseritq; hoc omnino sibi constare. Cumq; secretius & seriosius ex illis quædam peterent, qualiter sibi cõstaret id, quod de sanctitate virginis testabatur, feruide constanterq; respondit, se nunquã sensisse nec sciuisse, quid esset suauitas mẽtis, quidue consolatio spiritualis, nisi quãdo vidit virginem eandem coram se transformatam, ac luce ineffabili circundatam. Porro illis petentibus, vtrum corporalibus oculis hoc vidisset, respondit quod sic: sed nullis vocabulis se exprimere posse dicebat illius pulchritudinem lucis, ac suauitatem quam tunc sensit in anima. Hinc cœpit fama sacræ virginis inter homines clarificari & augmentari. Atq; vnde antiquus hostis eam credidit & conatus est denigrare, inde spiritu sancto cooperante, coactus est quodammodo exaltare. His igitur gestis, sancta virgo sicut nec aduersis frangi, sic nec prosperis potuit eleuari. Prosequitur autem charitatis seruitium indefesse, totumq; cor apponit ad cognoscendum se nihil esse. Ipse qui solus est, decorat eam. Sed insatiabilis hostis, qui vinci quidem potest, sed non tamen occidi, iterum reuertitur ad tentamenta priora, vt per motum stomachi pugilem triumphantem deiciat.

Quadam igitur die dum ancilla Christi hulcus illud horrendum detexisset, vt ipsum lauando purgaret, mox tantus & tam horrendus fœtor exhalauit ex eo, nõ modo naturali defectu, sed etiam hostis effectu, vt cuncta interiora virginis naturaliter sint commota, & nimia nausea in eius stomacho generata. Quod virgo Domini tanto grauius mente tulit, quanto illis diebus per nouas victorias spiritus sancti gratia nouas virtutum perfectiones attigerat. Vnde aduersus proprium corpus per iracundiam sanctam insurgens, Viuit, inquit, altissimus sponsus dulcissimus animæ meæ, quia id quod tantum abomi-

abominaris, infra tua viscera recondetur. Moxq; illius fœdi vlneris soturã cum sanie in scutellam recolligens, ac seorsum abiens, totum bibit. Quo facto, cuncta cessauit abominationis illius tentatio. Recolo quod dum ipsa præsente, mihi hæc historia perfunctorie narrata fuisset, ipsa mihi secrete submissa voce subiunxit: Nunquam, inquit, postquã nata sum, cibum vel potum tam suauis & tam boni saporis assumpsi. Simile in scriptis fratris Thomæ primi confessoris reperi, de applicatione oris ad idem hulcus superius recitata, quod videlicet suauissimum tunc odorem inde perceperit, & delectabilẽ valde, vt ipsa ei tunc secrete confessa est. Ignoro lector, an cuncta quæ dicta sunt, ponderes: sed tamen hac narratione cõpleta, quod Dñs docuerit, q̃ breuissime potero, ego ipse subiungã.

His igitur victoriis Christi sponsæ, à sponso suo tam gratiose concessis, post hanc vltimam sequenti nocte apparuit sacræ virgini oranti saluator Dominus Iesus Christus, ostendens in corpore suo quinq; illa vulnera sacratissima, quæ quandoq; pro salute nostra pertulit crucifixus, & ait: Multa dilectissima mea, propter me percurristi certamina, & iuuante me, cuncta hucusq; vicisti, ex quibus reddita es mihi plurimũ gratiosa & accepta. Sed heri singulariter mihi nimis cõplacuisti, cum non modo delectationibus spretis corporis, non solũ abiectis opinionibus hominum, & hostis tentationibus superatis, qn-imo natura proprij corporis conculcata, ex charitatis meæ ardore sumpsisti potũ abominabilem tam lętãter. Propter q̃d dico tibi, q̃d sicut in hoc actu tuã excessisti naturã, sic ego dabo tibi potum, q omnem excedit humanã naturã & consuetudinẽ. Applicansq; dexteram ad collum virgineum, & ipsam ad lateris proprij vulnus approximans, Bibe, inquit, filia de latere meo potum, quo anima tua tanta suauitate replebitur, quod etiam in corpus, quod propter me contempsisti, mirabiliter redundabit. At illa cernens se positam ad fistulam fontis vitæ, sacratissimo vulneri os applicans corporis, sed longe amplius os mentis, ineffabilem & inexplicabilem potum hausit per non paruæ moręs spacium, tam auide q̃ abunde. Tandem innuente Domino, ab ipso fonte seiungitur, satiata simul & sitibunda: nec satietas fastidium, nec sitis pœnam eius generabat in mente. O ineffabilis misericordiæ Domine, quàm dulcis es diligentibus te, quàmq; suauis gustantibus, sed qd ore abunde potantibus? Potus enim & citius & facilius deglutitur, agiliusq; cõuertitur in substantiam sesumentis. Puto Domine, nec me, nec cæteros inexpertos, plene posse de talibus iudicare. Ignota sunt nobis, sicut & cœco colores, aut surdo melodiæ sonantes. Veruntamen vt non vsquequaq; inueniamur ingrati, ingentes gratias, quas sanctis tuis liberaliter concedis pro modulo nostro, & consideramus & admiramur, imparesq; gratias maiestati tuæ deferimus iuxta vires. Tu autem lector, ne inaduertenter, obsecro, transeas actũ tantæ tamq; singularis virtutis huius almæ virginis, Respice, oro, charitatis radicem, qua mota est ad tam abominabile, iuxta sensum corporis, seruitium assumendum. Intuere, rogo, feruorem charitatis eiusdem, quo in seruitio perseuerauit tã diu, non obstante etiam motu naturalis horroris. Cerne, supplico, incõparabilis cõstantiæ firmitatem, quæ nec frangi potuit infamatione tam turpi, nec quibuscunq; odiosis moribus infamatricis illius remitti. Vide tandem in Christo firmatam mentẽ, laudibus non extolli, ac etiam super, nõ tamẽ p̃ter carnem, sed cõtra omnis carnis naturam. quod visus horret, ventrem cogere ad sumendum. Hęc tam grandia, non solum non omniũ, sed nec paucorum esse puto, potissime tẽporibus istis, in quibus forsitan sunt phœnicibus rariores qui talia operantur. Verum notabilissimam conclusionem aduerte, quia post potum illum assumptum de latere saluatoris, tanta diffusa fuit abundantia gratiæ in mẽte virginis huius sacræ, quod etiam corpus superefluentiam eius percipiens, nunquam post illam horam cibum sumpsit eo modo quo prius, nec sumere potuit, vt infra latius et particularius differetur. Huic autẽ satis prolixo, sed non minus notando capitulo finem impono, prolixitate coactus. Cuius testes quia supra iam posui, non expedit amplius replicare. Veruntamen tam pro præsenti quàm pro futuro protestor, quod cuncta quæ scribo, aut mihi confessa est, aut in scriptis fratris Thomæ reperi, primi confessoris sui, aut à fratribus ordinis mei, vel matronis fide dignis sociabus eius, quas superius nominaui, & infra etiam cum necesse fuerit, nominabo, habui ea quæ scribo.

¶ De singulari modo viuendi, & qualiter refelluntur murmuratores de ieiunio huius sacræ virginis.

Caput V.

POstquam ſponſus incomparabilis & æternus ſponſam ſuam dilectam in fornace multiplicis tribulationis probauerat, diuerſiſq; pręliis eam antiquũ hoſtem docuerat ſuperare, reſtabat vt iam triumphi pręmium iuxta ſuam munificentiam condonaret. Sed quia viatrices aiæ p ipſam iuuandæ, fructũ eius nondũ iuxta decretum æternum ac promiſſum ipſius ſponſi plene pcc perant, neceſſe fuit pro diuinæ prouidẽtię cõplemento, vt ad hoc ſponſa remaneret in terris, & nihilominus arra æterni pręmij ei donaretur. Quamobrẽ volens idẽ ſpõſus & Dñs, in ſponſa ſimul & ancilla ſua, modũ vitæ cœleſtis etiã in hac valle miſeriæ inchoare, & cũ hoc ipſam tertæ habitatoribus ſociare, tali eam reuelatione inſtruxit. Nã dũ ſemel intra camerulam ſuam oraret, apparuit ei humani generis ſaluator & Dominus, qui nouitatẽ quam in ea facturus erat, talibus ei verbis prædixit: Scito, inquit, prænoſcens dulciſſima filia, q̃ peregrinatiõis tuę tempus futurũ, tã mirabilibus nouis donis meis replebitur, vt ſtuporẽ & incredulitatẽ generet in cordibus ignorantiũ & carnalium hominum, & q̃ plures etiã te amantes, dubitaturi ſint & putaturi fore deceptionẽ, q̃d accidet propter meam exceſſiuã dilectionẽ. Ego enim tantã abundantiã gratię infundã in aiam tuã, q̃ etiam in corpus ſupereffluendo mirabiliter redundabit, ex quo ipſum corpus tuum modũ inconſuetũ viuendi pcipiet & habebit. Inſuper erga ſalutẽ proximorũ tam vehementer accendetur cor tuũ, q̃ proprij ſexus oblita, quaſi ex toto cõuerſationẽ p̃teritam omnio immutabis, hominumq; & fœminarũ conſortiũ, prout aſſoles, non vitabis: imo pro ſalute animarum ipſorũ & ipſarũ, te ipſam expones pro viribus ad oẽs labores. Ex his ſcandalizabũtur q̃plurimi, à quibus cõtradicetur, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Tu aũt in nullo turberis aut timeas, qa ego ſemp tecum ero, & liberabo ſemp animã tuam à lingua doloſa, & à labrjs loquentiũ mendaciũ. Exequaris ergo viriliter q̃ vnctio te docebit, qa multas aias p te de faucibus eripiã inferorũ: & mea mediãte gratia, ducã ad regna cœlorũ. His dictis, & vt mihi ſecrete cõfeſſa eſt, frequentius per Dñm repetitis, quantũ ad illã partem potiſſime, in qua dicebat, Non timeas neq; turberis ſacra virgo reſpõdit: Dñs meus es tu, ego aũt vilis ancilla tua: fiat volũtas tua ſemp. ſed memor eſto mei ſecundũ magnã miſericordiam tuam, & adiuua me. Sicq; diſparuit viſio. Ancilla vero Chriſti cogitabat & cõferebat in corde ſuo, qualis futura eſſet iſta mutatio. Porro tunc de die in diem cœpit creſcere in corde ipſius gratia Ieſu Chriſti, ſpirituſq; Dñi abũdare in ea, ita vt ipſamet ſtuperet, & ſtupendo quaſi deficeret, ac caneret cum prophetis Defecit caro mea & cor meũ, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Et iterũ Memor fui Dei, & delectata ſum, & exercitata ſum, & defecit ſpiritus meus. Languebat ſiquidem virgo Chriſti eius amore, & languor eius non habebat remediũ, niſi fletũ mentis & corporis. ſicq; quotidie gemitus, quotidie lachrymæ, ſed nec ſic plene ſubueniebatur languori. Miſit igitur Dñs in mentem eius, viſumq; fuit bonum in cõſpectu eius, pergere frequenter ad altare Dei, & Chriſtum Dñm, in quem cor & caro eius exultabant, in ſacramento de manu ſacerdotis, quantũ valeret, ſępius ſumere, vt eum quo adhuc ſatiari nequibat, ſicut optabat in patria, ſaltem ſacramentaliter guſtaret in via. Verum & hoc maioris amoris, & per conſequens amplioris languoris ſeminarium fuit. Sed tamen ſati faciebat ex virtute fidei melius charitatis fornaci, quæ in corde ipſius ſpiritu ſancto ſufflante ſuccendebatur amplius q̃tidie ac continue. Hinc proceſſit & inoleuit ei conſuetudo communicandi quaſi quotidie, quamuis ex infirmitate corporea & pro animarum ſalute procuranda, frequenter impediretur. Erat tantum deſiderium ſacræ communionis frequentioris, quod niſi adimpleretur, dure corpus patiebatur, & quaſi deficiebat. Sicut enim corpus eius participabat ſpiritus abundantiam, ſic de anguſtia expers eſſe non poterat quoquo modo. ſed hæc aliàs latius, dante Domino, differentur. Nunc autem admirabilem modum viuendi eius corporis redeamus. Igitur ſicut in ſecreto ipſa mihi confeſſa eſt, & in ſcriptis reperi confeſſoris me præcedentis, tanta in mentem eius deſcendit copia gratiarum & cõſolationum cœleſtiũ poſt viſionem prædictam, & potiſſime quando recipiebat ſacram cõmunionem, quod redundans in corpus per ſupereffluentiam quandam, conſumptionem radicalis humidi adeo temperabat, ſtomachiq; naturam taliter immutabat, q̃ ſumptio corporalis cibi nõ modo neceſſaria non erat, ſed nec fieri poterat abſq; corporali eius impedimento & tormento. Et ſi violenter fiebat, corpus patiebatur grauiſſime, nec aliqua digeſtio ſequebatur: ſed oportebat quod totum quod ingreſſum fuerat, violenter etiam per eandem

viam

viam regrederetur. Non est fas exprimere calamo, quantas & quàm frequentes sustinuerat pœnas propter cibi sumptionem hæc sacra virgo. In principio nanq; huius cõditionis, ita fuit hoc viuendi genus incredibile cunctis etiam domesticis eius, atque ei magis per conuersationem assiduis, quod singularissimũ donum Dei, tentationẽ siue deceptionẽ inimici vocabant. Incidit in hunc errorem cum cæteris & confessor eius superius sæpe nominatus, qui ex zelo quidem bono, sed non secundũ scientiam, ipsam dubitauit esse seductã ab hoste in angelum lucis transfigurato, pręcipiebatq; ei vt cibũ sumeret omni die, nec crederet visionibus suggerentibus sibi oppositũ. Cui cũ illa diceret, experimentaliter se inuenire, q̃ sine sumptione cibi sanior esset & fortior: cum autẽ cibum sumeret, infirma efficeretur & languida, ille nec per hoc motus, assidue repetebat suum mandatũ vt ederet. Cui dum veræ obediẽtię filia, obedire toto conaretur ex posse, in tantum deuenit corporis languorem, vt pene mortem incurreret. Tunc accersiens confessorem suum præfatum, ait: Pater, si ego ex ieiunio excessiuo corporis mortem incurrerem, nõne vos prohiberetis me ieiunare, vt mortẽ euaderem, vt non essem mei homicida? Respondit ille: Vtiq; haud dubiũ. Tunc illa: Nõne grauius est ex comestiõe mortem incurrere, ex ieiunio? Illoq; affirmante, subintulit: Cum ergo videatis me propter comestionem deficere, quod experimento multiplici didicistis: cur non prohibetis comestionem, sicut prohiberetis ieiunium in hoc casu? Huic rationi respondere non valens ille, signaq; imminentis mortis clare prospiciens, Fac, inquit, prout spiritus sanctus te docebit, quia grandia sunt quæ cerno Deum in te operari. Nunc aduerte, rogito lector, ex quo se præbet occasio, quia (sicut ipsa in principio, cum conuersationẽ eius merui, mihi reuelauit secrete, ac postmodum frequẽter repetijt, cũ materia requirebat) nec verbo, nec calamo sufficienter posset exprimi, quanta ipsa passa fuit à domesticis & familiaribus proprijs, cum non intelligebãt dona singularissima ei diuinitus ministrata. Mensurabant autem facta & dicta eius mensura, non qua Dominus singulariter effundebat in animam sponsæ suæ, sed mensura vel cõmuni omnium, vel etiam propria. Et in valle positi, montium metiebantur cacumina, id est, principia ignorantes artis, conclusiones vltimas deducebant. Et præ fulgore lucis nimiæ quodammodo excœcati, de coloribus temere iudicabant. Hinc irrationabiliter moti seu motę, murmurabãt de radijs stellæ huius. Docebant eam, quam docentẽ intelligere non valebant: & in tenebris positi seu positæ, redarguebant luminis claritatem. Mordebant in silentio, sed non ideo minus detrahebant secrete proximę suæ sub zeli boni colore. Mouebant ad hæc confessorem, & inuitum licet, ad reprehensionem virginis concitabant. Quantę vel quot ei prouenerint inde mentis angustiæ, nec facile dixerim, nec etiam longo sermone agiliter recitarem. Cum enim tota esset obediens, ac in contemptu sui fundata, nec excusare se nouerat, nec voluntati aut verbo confessoris qualitercunq; resistere audebat. Quamobrẽ cum clarissime ei constaret, voluntatem altissimi esse ad oppositum iudicij prædictorum, & ex eiusdem Domini timore obedientiam relinquere, aut proximum scandalizare, omnino renueret, quid eligeret ignorabat. Angustiæ ei vndiq; causabantur, solum orationis refugium ei refrigerium erat. Fundebatq; coram Domino lachrymas mœroris & spei, obsecrans humiliter & instanter, quatenus ipse Dominus dignaretur contradictoribus suis suum volitum reuelare, potissime autem suo confessori, quem magis verebatur offendere. Non licebat ei verbum apostolorum adducere, qui dicebant principibus sacerdotum: Obedire oportet magis Deo quàm hominibus: quia mox ei ex aduerso respondebatur, diabolum in angelum lucis frequenter transfiguratum, & ideo nõ debere ipsam omni spiritui credere, nec etiã inniti prudẽtiæ suæ, sed sequi cõsilia sibi data. Exaudiebat autem vt in pluribus eam Dominus, & confessoris eius mentem sępius illustrabat, consiliumq; mutabat. Sed hoc non obstante, nec ipse, nec cæteri vtriusque sexus contra ipsam virginem murmurantes, spiritum discretionis induerant quoquo modo. Si enim diligenter considerassent & attendissent, quàm frequenter & quàm perfecte virgo hæc sancta edocta fuerat à Domino de cunctis deceptionibus inimici, quàm sæpe cum hoste ipso assueta fuerat dimicare, quàm complete, quàmq; innumeris quodammodo vicibus de humani generis aduersario triumphauerat, & insuper donum intellectus ei à Domino datũ diuinitus, in quo cum apostolo clamitabat: Non enim ignoramus astutias eius, superposuissent vtique digitum ori suo, & non præsumpsissent imperfecti discipuli, super perfectam magistram seipsos extollere,

nec ausi fuissent minimi gurgites, amnem tam ingẽtem sua exiguitate velle implere. Hęc & his similia sæpius contra murmuratores prædictos illo in tempore delatraui, & hic propter quosdam qui hoc nouerunt, non absq; mysterio annotauit: rediens autem ad hoc vnde digressus est sermo noster.

Noueris lector bone, quod tunc quando hoc accidit, prima vice stetit hæc virgo spiritu Dei plena, à quadragesimali tẽpore (infra quod, hoc quod contigit, diximus) vsque ad festum ascensionis Dominicę, absq; quocunq; cibo & potu corporeo, semper tamen alacris & iucũda: nec mirũ, qa fructus spũs est charitas, gaudiũ, pax, secundũ beatũ Apostolũ. Et iuxta primę veritatis sentẽtiã: Nõ in solo pane viuit homo ratiõalis, sed in oĩ verbo quod procedit de ore Dei. Et rursus scriptũ est: Iustus ex fide viuit. In die aũt ascẽsionis, sicut Dñs ei p̃dixerat, & ipsa votũ fecerat cõfessori suo, comedere potuit, & de facto comedit materialem panem hũc, & pulmentum olerum, vel herbas crudas, aut quadragesimalem cibum: quia fas non erat, delicatum cibũ illud corpus ingredi via miraculosa vel naturali. Post hæc autem redijt ad simplex ieiunium inchoatũ, & sic paulatim p̃ aliquas interpolationes ad continuatum ieiunium, nostris temporibus inauditum. Verum quia ieiunante corpore, spiritus sæpius & copiosius manducabat, dum hęc quæ retulimus, sic se haberent, sancta virgo sacram cõmunionem quàm frequentissime poterat, cum feruore sumebat: tantamq; abundantiam gratiæ recipiebat in qualibet sumptione, q̃ mortificatis quasi omnibus sensibus corporis, ac naturalibus quodãmodo motibus, sancti spiritus supernaturali virtute tantũmodo vterq; homo eius vegetabatur: ex quo potest spiritalis homo concludere, q̃ tota vita eius erat supra naturã tota miraculũ. Vidi ego ipse non semel, sed aliquoties corpusculum illud quod nullo corporeo cibo, nullo prẽterq̃ aquæ frigidę potu cõfortabatur, deduci vsq; ad extremã debilitatem, ita vt vltimũ exitũ spũs, tremẽtes putaremus adesse, tam ego q̃ alĩj: & tamẽ nacta seu p̃sentata ei occasiõe procurãdi aliquẽ nois diuini honorẽ, vel aliquã animarũ salutẽ, intra breuissimum spaciũ, absq; quocunq; corporali remedio, recuperare non modo vitã, sed vires: & vires non cõmunes tantũ, sed iuxta conditionẽ suã robustas & fortes, surgere, ambulare, laborare absq; difficultate, etiã vltra cęteros sanos se comitãtes, oĩ lassitudine ꝓcul pulsa. Et vñ hoc obsecro, nisi ab illo spũ q̃ talibus opibus delectat? Et q̃d natura nõ poterat, ipse miraculose supplebat: vegetabatq; nõ modo aĩam, sed & corpus. Porro illo in tẽpore q̃ cœpit sic absq; cibo corporeo viuere, petiuit ab ea cõfessor eius supra sæpe nominatus, vtrũ aliquãdo aliquẽ comedendi appetitũ haberet. Cui respõdit illa: Tãta est satietas quã mihi confert Dñs in sui sacramẽti venerabilissimi sumptione, q̃ nullo modo possum appetere cibũ aliquẽ corporalẽ. Illo aũt replicante, vtrũ die qua nõ sumebat sacramentũ aliqua ei esuries ꝓueniret, respõdit: Quãdo sacramentũ sumere nõ possum, sola me ipsius p̃sentia & visio satiat: imo, inquit, non tantũ sacramẽti, sed etiã sacerdotis, quẽ scio ipsum tetigisse sacramentũ, p̃sentia: adeo cõsolatur, q̃ cis cibi memoria recedit à me. Stabat igit virgo Dñi satura pariter & ieiuna: foris vacua, intus plena, exterius arida, interius aquę viuæ fluminibus humefacta, in oĩbus tñ euentibus alacris & iucũda. Sed antiquus serpẽs & tortuosus, tm̃ Dei donũ ferre nõ valens absq; venenoso furore inuidię, cũctos quasi tã spiritales q̃ carnales, tã religiosos q̃ seculares, propter hoc ieiuniũ cõmouit cõtra eã. Nec mireris lector de spiritalibus siue religiosis: & crede mihi, qa in talibus nisi ꝓprius amor sit ex toto extinctus, piculosior sępe regnat inuidia, q̃ in cęteris: & potissime, cũ videt aliquẽ facere qppiã, q̃d impossibile norũt sibi. Scrutare patrũ famosę Thebaidis actus & gesta. Nõne vno ex Macarijs, ꝓgente illuc in habitu seculari ad monachorũ multitudinẽ numerosam, cui Pachomius p̃erat, & ab ipso Pachomio post multã instantiã ad habitũ illius religiõis recepto, visa p̃ monachos eius mirabili & nõ imitabili pœnitẽtię austeritate, quadã die oẽs quasi seditiõe cõmoti aduersus Pachomiũ, & cõgregati dixerũt: Aut tolle eũ à nobis, aut scito oẽs nos ex hoc monasterio recessuros hodie? Hęc tũc dixerũt illi, q̃ reputabãtur viri perfecti. Quid putas hodie de spiritalibus nostris? & si me non prohiberet verborum prolixitas, plura narrarem, quæ nõ nisi experimentaliter didici. Hoc tamen dico ad propositũ, quod omnes de p̃fato ieiunio murmurabant cõtra hanc sacrã virginem. Et quidã dicebant, nullum esse maiorẽ Domino suo. Et si Christus Dñs manducauit & bibit, & hoc idem eius genitrix gloriosa, sed & ipsi sancti apostoli, q̃bus à Dño dictũ est: Edentes & bibẽtes quę apud illos sunt, eodẽ modo manducauerunt: quis ille qui possit eos excedere, imo nec adęquare? Alĩ dicebant, omnes sanctos docuisse verbo

verbo pariter & exemplo, neminem singularem in modo viuendi debere esse, sed communem modum in omnibus. Alij susurrabãt, extremitates vitiosas semp fuisse & esse, & p̃ consequẽs à Deũ timentibus fugiẽdas. Alij, vt supra tactũ ẽ, volentes seruare suã bonã intẽtionẽ, dicebãt deceptionẽ hãc esse hostis antiq: alij carnales & detractores notorij, dicebãt esse hãc fictionẽ ad gloriã acquirendã, & quod non ieiunabat, sed latenter optime comedebat. His tã falsis q̃ ineptis iudicijs, q̃ cõueniẽtia nullatenus erãt, si prout docuerit Dñs, iuxta modulũ meũ non obuiarẽ, reum corã prima veritate me reputarem. Quapropter aduerte obsecro bone lector, quia si primi qui saluatorem & gloriosam eius genitricem adducunt cum sanctis apostolis, dicerent veritatem: sequeretur optime', q̃ Iohannes Baptista maior ipso Domino Christo fuisset. Ipse nanq; Dominus ore proprio dixit, q̃ venit Iohannes, non manducans nec bibens, filius autem hominis virginalis venit manducans & bibens. Item etiam sequeretur, q̃ Antonius, Macarij duo, Hilarion, Serapion, & innumeri quodãmodo alij, qui longa & quasi assidua exercebant vitra cõmunem modum ipsorum apostolorum ieiunia, maiores essent eisdem sanctis apostolis. Quod si velint replicare murmuratores p̃fati, & Ioannem in eremo, & patres p̃nominatos in Aegypto, non simpliciter ieiunasse, sed aliquid aliquo tempore comedisse: quid dicẽt de Maria Magdalena, quæ triginta tribus annis sterit in rupe absq; cibo aliquo corporali, vt eius historia clare docet, & locus ipse vbi mansit, qui tunc inaccessibilis erat, indicat manifeste? Nunquid & hæc fuit maior virgine gloriosa, quæ nec in rupe stetit, nec tale ieiunium peregit? Quid etiam dicent de pluribus sanctis patribus, quorum q̃ plures diuersa pertransierunt tempora sine corporeo cibo? sed & de quodam singulariter legitur, quod sumpto dominico sacramẽto, nullo alio cibo sustentabatur. Discant, si non didicerunt, maioritatem siue minoritatem sanctitatis, non secundum ieiuniũ mensurari vel iudicari, sed secundum charitatis mensuram. Discant, neminem se facere iudicẽ debere de his quę ignorant. Audiant ipsam incarnatam sapientiam Dei patris, de ipsis & similibus eis dicentem: Cui assimilabo generationem istam? Puerorum ludo, dicentiũ ad collegas suos: Cantauimus vobis & non saltastis, planximus vobis, & nõ lamentastis. Et subdit quod superius tactum est. Venit Iohannes Baptista non manducans nec bibens, & dixerunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dixerunt: Ecce homo vorax & potator vini, &c. Hæc sola sentẽtia saluatoris, sufficit ad claudendum ora murmuratorum, de quibus prius ante omnes tactum est. Secundis autem singularitates detestantibus, facile respondetur, quod licet homo ex se facere singularitates non debeat, factas tamen à Deo, debet cum gratiarum actione recipere. Aliàs singularia Dei dona cõtemnerentur ex toto, sic enim docet sacra scriptura. Altiora supra se, iusto viro quærenda non esse. Sed immediate mox subdit: Plura supra sensum reuelata sunt tibi. Hoc est, per te ipsum nihil habes quærere supra te: quod si Deus supra te tibi aliquid reuelauerit, illud cum gratiarum actione debes suscipere. Cum igitur in casu nostro, prout est superius declaratum, à Domino factum sit istud ex singulari prouidentia eius: quis poterit hic singularitatis regulam allegare? Hanc eandem sententiam velatam tamen velo veræ humilitatis, respondendo adducebat ipsa ancilla Christi & virgo, cum petebatur ab ea, cur nõ sicut alij cibum sumeret corporalem. Dicebat enim: Deus propter peccata mea percussit me singulari quadam passione siue infirmitate, per quã à cibi sumptione sum totaliter impedita: & ego libẽtissime vellem comedere, sed nõ possum. Orate obsecro pro me, vt ipse indulgeat mihi peccata mea, propter quæ patior omne malũ. Ac si aperte diceret: Deus facit hoc & non ego: sed ne species appareret iactantię, propter peccata sua fatebatur hoc accidisse: nec tamẽ hęc contra mentem propriam loquebatur, quia firmiter reputabat Deum in hãc hominum murmurationem eam permisisse venire, vt sua puniret peccata. Quidquid enim mali eueniebat, imputabat totum peccatis suis: quidquid boni, Deo. Et hac semper veritatis regula vtebatur in omnibus. Porro per hanc responsionem refutantur & tertij, qui extremitates dicunt esse vitandas: quia extremitas vitiosa esse non potest, quæ causatur à Deo, & ab homine vitari non potest: quod in casu nostro fuisse, satis supra ostensum est. Verum quarti, qui deceptionẽ inimici hanc esse dicebant, respondeant obsecro mihi: si huc vsq; in omnibus deceptionibus inimici & tentationibus suprascriptis triumphauerit perfecte, qualiter verisimile est quod in hac fuerit sic decepta? Sed esto qud potuerit decipi, quis tenebat illud corpus in robore suo? Quod si totum hoc hosti tribuere volunt, dicant quis tenuerit mentem

eius in tanta lętitia & pace, cum esset priuata omni delectatione sensibili. Hic fructus spiritus sancti, diaboli esse non potest. Scriptū est enim, quod fructus spiritus sit charitas, gaudiū, pax. Non puto quod hæc omnia, veritate comite, possint attribuere inimico. Sed si velint omnino inficiari, quis nos securos reddet, quod ipsi, sic loquentes, non sint ab ipso antiquo serpente seducti? Si enim secundū eos, virginem, per quam & à qua toties victus est, cuius corpus super omnem naturalem virtutē viuit & vegetabatur, cuius etiā mens spiritali & nō carnali gaudio pseuerāter pacificat, potest decipere inimicus ac seducere: quāto magis eos, qbus nihil supradictorū ad notitiā venit? Veri similius, ipsos ab hoste (dū hęc dicūt) esse seductos, q̄ illā de qua, cp esset seducta, nō est visum adhuc. Postremo notoris illis infamatoribus, q docuerunt linguā suā loqui mendacia, melius silentio respōdetur q̄ verbo. Contēnendi sunt à prudentibus & virtuosis hominibus, & ęsti mandi omni responsione indigni. Cui enim quantumcunq; perfecto viro detrahere eodem modo nō possent? Et si similes eis, dominum & patrē Beelzebub vocauerunt mēdaciter: quid mirum, si domesticū eius sic infamant fallaciter? Quapropter silenter sunt cogendi vt sileant, & sic iuxta quod concessit Dominus, responsum sit detrahentibus modo singulari viuendi virginis huius sacræ.

Verum ipsa spiritu discretionis plena, sponsumq; suum imitari per omnia cupiens, recordata est, quod ipse Dñs & magister, cū peteretur à Petro de didrachma cēsus pro eo, q̄uis ad illud soluendum obligari non posset, ostēdisset q; Petro id peti ab ipso rationabiliter, etiā secundū homines nō debere, nihilo minus mox subiunxit: Vt autē non scādalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum: & eum piscē q̄ primo ascēderit, tolle: & apto ore eius, inuenies staterē: illū sumēs, da illis pro me & pro te. Hæc cōsiderans virgo sacra, vt murmuratores, quantū in se foret, extingueret: deliberauit omni die semel cū cęteris ad mensam venire, omniaq; conatu saltē experiri, si cibum capere posset sicut alij faciebāt, adhoc vt neminē scādalizaret ex ieiunio suo. Sane quāuis cibus quē si tentatiue sumebat, esset nō modo pręter carnes, vinū, pisces, oua, & p̄ter caseū, sed etiā p̄ter panē nihilominus tamen sumptio, imo verius tētatio illa sumendi cibū, in tantā cōuertebatur corporis sui pœnā, quod vnusquisq; vidēs, quantumcunq; crudelis ei fuisset ex corde cōpassus. Siquidem prout superius tactum est, nec stomachus eius quidquā digerere poterat, nec calor consumebat humidum radicale: propter quod, quidquid stomachū illum intrabat, totum regredi per eandem viam per quam ingressum fuerat, oportebat alias passiones acerbissimas generabat, & pene totius corporis inflaturas. Licet igitur sancta virgo nihil herbarum vel eorum quæ terebat dentibus, deglutiret: totam enim grossam substantiam expuebat, quia tamen fieri non poterat, quin de subtili substantia sine succo aliquid ad stomachum eius descenderet, ac insuper aquam frigidam libentissime bibebat pro faucibus refrigerandis & gutture: cogebatur omni die violenter emittere quod sumpsisset, etiam intromittendo vsq; ad stomachū virgulam fœniculi vel alterius virgulti, cum maxima sui pœna. Nec alio modo poterat educere illud quod sumpserat, vt in pluribus. Hoc ergo modo viuendi vsa est vsq; ad finē vitę, propter murmuratores, & eos qui scādalizabantur de ieiunio eius. Ego aūt cernēs aliquādo pœnā eius, quā sustinebat in emittēdo q̄d sumpserat modo p̄dicto, cōpatiēs ei, psuadebā cp pmitteret murmurare quoscunq;, nec tantā afflictionē subiret propter murmuratiōes eorū. Quę subridēs, lęta respōdit: Nunqd nō melius est mihi pater, cp in hoc tēpore finito puniātur peccata mea, q̄ cp reseruaretur mihi punitio sine fine? Murmuratiōes illorū admodū mihi sunt vtiles: quia propter eos soluo ego meo creatori pœnā finitā, cū debeā infinitā. Nunqd debeo fugere diuinā iustitiā? Absit. Magna mihi gratia fit, dū de me fit iustitia in hac vita. Quid ego ad talia responderem? Elegi silentium, qa non poteram digne vel apte loqui. Ipsa vero ex hac cōsideratione actū illū pœnosum vocabat iustitiā, dicēs sociabus suis: Vadamus ad faciendā iustitiā de hac miserrima peccatrice. Taliq; modo de oibus, tam insidijs dęmonū q̄ persecutionibus hominū, lucrabatur aliquē specialem profectū, & sic nos quotidie instruebat vt faceremus. Vnde semel mecū conferēs de donis Dei, dicebat: Si qs sciret vti gratia Dei à Deo data, de omnibus quę sibi accidunt cōtinue, lucraretur. Et subdebat: Sic vellē quod vos faceretis, quādocunq; aliquid vobis accidit noui, prosperū siue aduersum, quod cogitaretis intra vos, & diceretis. De hoc ego volo aliqd lucrari. Vere si sic faceretis, cito essetis diuites. Heu me miserum, qui nec ista, nec alia notabilia verba eius notaui. Tu autē lector non me in hac

segnitie

ſegnitie imiteris,ſed memor eſto illius verſus:

Felix,quem faciunt aliena pericula cautum.

Oro tamen vt te illuſtret,& meſuo radio trahat autor ipſe pietatis ad imitandū hāc virginē efficaciter & cōſtanter.& cū hoc finis huic capitulo imponatur. Cuius per ora teſtis eſt ipſa virgo,vel in dictis ſuis,vel in patentibus actibus ſuis, vnà cū confeſſore ſuo qui me præceſſit,prout ſuperius extitit allegatum.

¶ De mirabilibus exceſſibus mentis eius,& magnis reuelationibus ei factis à Domino. Caput VI.

SIcut ſingularem modū viuendi conceſſerat Dominus ſponſæ ſuæ, quantum ad corpus illo in tempore, ſic profecto mentem eius magnis & admirandis reuelationū conſolationibus viſitabat. Inde ſiquidem procedebat ſupernaturalis ille vigor corporeus,ex abundantia.ſ.ſpiritualium gratiarum. Narrata igitur ſingularitate vitæ corporeæ, operęprecium puto,vt ad recitandam ſupereffluentiā ipſius ſpiritus tranſeamus. ¶ Noueris igitur lector, quod ex quo virgo Deo dicata potauerat de ſaluatoris latere potum vitæ,tāta ſupabundauit in ea gratię plenitudo,ꝙd quaſi cōtinue in actuali contēplatione occupabatur,& ſpiritus eius tam fixe ſuo inhęrebat & omnium cōditori, ꝙ partem inferiorē & ſenſitiuā,pro maiori parte tēporis relinquebat abſq; actibus ſenſitiuis.Hęc,vt in prima parte tactū ē,millies ſumus expti,nos q vidimus & manibus cōtrectauimus brachia eius ita rigida,vnà cū manibus eius eſſe,ꝙ frangi oſſa potius potuiſſent,q̄ de loco cui adhęſerāt,remoueri,dū illi cōtemplatiōi actuali vacabat. Oculi clauſi erant ex toto. Aures nullū,quantū cunq; magnum ſonū percipiebāt,& oēs ſenſus corporei proprio actu pro tunc erant priuati. Nec mirū cuiq̄ debet eſſe, ſi attendantur cū diligentia q̄ſequuntur.Cœpit enim Dominus extunc non tantū in locis ſecretis,vt prius conſueuerat,ſed etiā in patentibus,palā & familiariter ſe oſtendere ſponſę ſuæ,tam eunti quàm ſtanti: tantumq; ignem ſui amoris in eius corde accendere,quod ipſamet quæ diuina hęc patiebatur, fatebatur ſuo confeſſori, ſe plane ad exprimendū quod ſentiebat,nulla vocabula inuenire.

Porro cum ſemel ipſa oraſſet feruentius cum propheta, Cor mundum crea in me Deus,& ſpiritū rectū innoua in viſceribus meis: ſingulariter depcans, vt Dñs auferret ſibi cor propriū & propriam voluntatē, per ſeipſum talicam cōſolatus eſt viſione. Videbatur ſiquidē ei,ꝙ ſponſus æternus ad eā ſolito more veniret, eiuſq; latus ſiniſtrum aperiens,cor inde abſtraheret & diſcederet:ſicq; ipſa ſine corde penitus remaneret.Quę quidem viſio fuit adeo efficax, & ita ſenſui carnis concors, quod ipſa dum confiteba-tur,confeſſori ſuo dicebat ſe cor non habere in corpore. Quod dictū dum ille derideret, & deridendo quodammodo increparet,illa repetens quod dixerat,confirmabat, dicēs: Vere pater,quantum ſentire poſſum, ſecundum ſenſum corporeum mihi videor me omnino corde carere. Dominus enim mihi apparuit, & aperiens mihi latus ſiniſtrum, abſtraxit cor,& abſceſſit. Cumque ille aſſereret eſſe impoſſibile, ipſam viuere poſſe ſine corde, virgo Domini affirmabat omne verbum non eſſe impoſſibile apud Deum, ſeq; credere firmiter,eſſe corde priuatam:ac ſic pluribus diebus hoc idem repetens, ſe dixit viuere ſine corde.Quadam autem die dum eſſet in capella Eccleſiæ fratrum prędicatorum de Senis,in qua ſolent congregari ſorores de pœnitentia beati Dominici ſupradictę,& poſt oēs remanſiſſet orans,tandem de ſomno ſuę ſolitæ abſtractionis euigilans,ſurgeret vt domum rediret, ſubito circumfulſit eam lux de cœlo,& in luce apparuit ei Dominus,habens in ſacris ſuis manibus cor quoddam humanum, rubicundum & lucidum. Cumq; ad aduentum autoris & lucis tremebunda cecidiſſet in terram,appropians Dominus, latus eius ſiniſtrum aperuit,iterumque ipſum cor quod in manibus geſtauerat,intromittens,inquit: Ecce chariſſima filia,ſicut pridie tibi abſtuli cor tuum, ſic in præſentiarum trado tibi cor meum, quod ſemper viuas. Et his dictis, aperturam quam in carne fecerat, clauſit & ſolidauit, remanſitque in ſignum miraculi loco in illo cicatrix obducta, prout eius ſociæ mihi & pluribus alijs frequenter ſe vidiſſe aſſeruerunt,& ipſa me ſerioſe percontanti negare non valens, verum eſſe confitens confirmauit. Et addidit, quod poſt illam horam nunquam ſicut ſolebat, dicere potuit: Domine, recommendo tibi cor meum. Hoc ergo corde non minus gratioſe q̄ mirabiliter acquiſito, ex eius gratiæ abundantia, laudabilia nimis opera procedebant exterius,& ſuper admirabiles reuelatiōes pullulabāt interius. Nunq̄ enim

venit ad ſacrum altare, quin ſupra ſenſum ei plura oſtenderentur, & ſingulariter quando recipiebat ſacram communionem. Frequenter nanq; videbat latentem in manibus ſacerdotis infantem, quandoq; grandiuſculum puerum, aliquãdo fornacem ignis ardentis, quam dum ſacramentum ſumebat, ſacerdos ingredi videbatur: ſæpius ſentiebat tantum odorem & tam ſuauem, ſumendo ſuperuenerabile ſacramentum, quod fere deficiebat in corpore. Semper autem videndo ſiue ſumendo ſacramentum altaris, nouum & indicibile gaudium generabatur in mente ipſius, ita vt ſæpius cor eius præ gaudio ſaltaret in corpore, faciendo ſtrepitum ſonoroſum ſiue ſonantem, quem clariſſime audiebant ſociæ circumſtantes, quæ aliquoties hoc expertæ, retulerunt fratri Thomæ confeſſori eius: qui diligẽti facta inquiſitione, poſtq; cõperit ita eſſe, in ſcriptis redegit ad memoriam ſempiternam. Nec erat ſonus ille ſeu ſtrepitus ſimilis cuicunq; ſono, qui ſolet intra viſcera hominis naturaliter euenire: imo ſua ſingularitate mõſtrabat ſe aliquid extra naturam vel potius ſupra naturam ꝓtendere de virtute conditoris naturæ. Nec aliquid mirum erat, ſi cor ſupernaturaliter datum, ſupernaturaliter mouebatur, quia etiã prophera cantabat: Cor meum & caro mea exultauerunt (.i. extra ſaltauerunt) in Deum viuum. Vbi Deum ſingulariter nominat viuum ipſe propheta, quia ſaltus ille ſeu motus ille cordis, à vita cauſatus, non ſicut vult naturalis regula, mortuũ reddit hominem hoc patientem, ſed viuum. Cęterum poſt dicti cordis miraculoſam mutationem videbatur ei quodammodo quod non eſſet illa quæ fuerat. Vnde dicebat fratri Thomę confeſſori ſuo: Non videtis vos pater, quod non ſum illa quæ fui, ſed mutata ſum in aliam perſonã? Et addebat: O ſi ſciretis pater quæ ſentio, credo firmiter, ſi qs ſciret ea quæ ego ab intra ſentio, non eſſet ita durus quin emolliretur: nec ita ſuperbus, quin humiliaretur: quia quidquid dico, totum eſt nihil reſpectu eorum quæ ſentio. Narrabat autem vt poterat, & dicebat: Tantum gaudium tantaq; iubilatio poſſidet mentem meam, quod grandis ẽ mihi admiratio, qualiter anima poteſt ſtare in corpore. Et addebat: Tantus eſt ardor qui eſt in anima mea, ꝙ ignis iſte materialis exterior, mihi videtur reſpectiue potius refrigerans q̃ exurens, potius frigidus quàm accenſus. Et ſubiungebat: Ex iſto ardore producitur in mente mea quædam renouatio puritatis, ſimul & humilitatis, in tantũ quod apparet mihi, ꝙ redierim ad ætatem quatuor vel quinq; annorum. Hinc rurſus tantus proximi amor accenditur, quod pro quocunq; proximo libentiſſime ſuſtinerem mortẽ corpoream cum magna cordis lætitia & gaudenter. Hæc autem omnia ſub ſecreto ſoli confeſſori narrabat, cæteris vero quantum poterat, occultabat. Verum his & plurimis verbis alꝰ & ſignis demonſtrata eſt abundantia gratiæ, quam Dominus animæ ſanctę virginis tunc vltra ſolitum infundebat: quæ ſi per ſingula tractare velimus, plures inde conficiendi ſunt libri. Sed de multis pauca decreui colligere, quæ ſingularius teſtimoniũ eius afferunt ſanctitati.

Scire igitur te volo prærariſſime lector, quod dum hæc gratiarum abundantia in mente virginis huius ſacræ diffunderetur ex alto, multæ notabiles viſiões ei cœlitus ſunt oſtenſę, quarũ aliquas non eſt fas mihi præterire. Et primo quidem ei rex regum, cum regina cœli eius genitrice, ac Maria Magdalena ſemel apparuere, conſolantes & confortantes eam in ſancto propoſito: Tunc dixit ei Dominus: Quid vis, te vltra me? Cui illa plorans, humiliter reſpondebat cum Petro: Domine, tu ſcis quid volo, tu ſcis quia nec voluntatem habeo niſi tuam, nec cor habeo niſi tuum. Tunc venit ad memoriam eius, quomodo Maria Magdalena ſe dederat totam Chriſto, quando fleuit ad pedes eius, & cœpit ſentire ſuauitatis & amoris dulcedinem, quã Maria Magdalena tunc ſenſit: qua de cauſa reſpiciebat in eam. Vnde Dominus deſiderio eius quaſi ſatisfaciens, intulit: Ecce dulciſſima filia, pro ampliori tuo ſolatio trado tibi Mariam Magdalenam in matrem, ad quam cum omni fiducia poſſis recurrere, ei ſpecialem tui curam cõmitto. Quod virgo cũ omni gratiarum actione acceptans, cum magna humilitate ac reuerentia ipſi Mariæ Magdalenæ ſe deuote recõmendabat, ſupplicans humiliter ac inſtanter, quatenus diligentem curam de ipſius ſalute dignaretur habere, poſtquã per Dei filium fuerat ſibi recõmendata. & ex illa hora virgo accepit Magdalenam in ſuam, ſemperq; matrem ſuam ipſam uocabat, qnod tamen abſq; myſterio, mea ſententia, factum non eſt. Sicut enim Maria Magdalena triginta tribus annnis ſtetit in rupe abſq; corporeo cibo, ſed in contemplatione aſſidua, quod tempus plenitudinem ætatis ſaluatoris in ſe ipſo demonſtrat: ſic hæc virgo ſacra ab illo tempore quo hæc acciderunt, vſq; ad triceſimum tertiũ annũ

ætatis

ætatis,in quo ex hac luce migrauit,tãferuenter contẽplationi vacabat altissimi, quod cibi corporalis auxilio non egens,mentem reficiebat abundantia gratiarũ. Et sicut illa rapiebatur in aera septies in die ab angelis, vbi audiebat arcana Deitsic ista pro maiori parte tẽporis,ex vi spiritus cœlestia contemplantis,rapiebatur à corporeis sensibus, ac cum angelicis spiritibus Dominum collaudabat,ita vt frequenter corpus in aera leuaretur,sicut multi & multæ coniunctim & diuisim,perhibent se oculata fide vidisse,de quibus latius infra dicetur: Insuperq; mirabilia Dei cernens in ipso raptu,loquebatur quandoq; submisse mirãda notabilia & nimis altas sententias,de quibus quædam fuerunt scriptæ,prout infra loco suo patebit.

Sed vidi eam semel ego raptam à sensibus,modo quo supra dictum est,audiuiq; mussitantem vocem submissam. Cumq; appropinquassem, discreui verbũ eius formaliter & in Latino,videlicet: Vidi arcana Dei: & iterum atq; iterũ, Vidi arcana Dei, nec aliud quidq; subinferebat,sed illud tantũmodo repetebat. Cumq; reddita fuisset post magnũ spaciũ corporeis sensibus, non tamen ab isto verbo cessabat, continue repetens idem verbum: Vidi arcana Dei. Tunc ego volens causam huius tantæ repetitionis eiusdem verbi,ab ipsa requirere,inquam: Cur obsecro mater mea,tam assidue verbum hoc repetis,nec nobis(vt assoles)exponis quod dicis, nec aliud quid quam adiungis? At illa: Nequaquam est,inquit,possibile,me aliter aut aliud dicere. Cui ego: Et quæ tantæ nouitatis est causa? Tu etiam mihi non quærenti, multa consueuisti de his quæ tibi ostendit Dominus,declarare. Cur ergo nunc non simili modo ad quæsita respondes? Tunc illa: Tantam,inquit,conscientiam haberem,vobis illud quod vidi, defectiuis istis vocabulis explanare,quantam quodammodo ipsum Dominum blasphemare, vel verbis meis inhonorare: quia tanta est distantia inter id,quod intellectus à Deo raptus,illustratus & cõfortatus,intelligit,& id quod verbis exprimi potest,quod quasi contraria videntur: qua ex causa nullo pacto possem inclinari ad vobis aliquid differendum pro nunc de his quę vidi,quia ineffabilia sunt. Igitur congrue nimis omnipotẽtis Dñi prouidentia hãc virginem Marię Magdalenæ deputauit in filiam,illamq; dedit ipsi in matrem,vt s. ieiunatrix ieiunatrici,amatrix amatrici,contẽplatrix cõtemplatrici conuenientissime iungeretur. Verum ipsa virgo dum hæc recitabat,secrete superaddebat,vel potius hoc tantum dicebat,quod peccatrix peccatrici olim fuerat data in filiam, vt mater memor naturæ fragilis, ac largitatis misericordiæ sibi factæ à filio Dei, compateretur filiæ fragili, eiq; largitatem misericordiæ impetraret.

Narrat autem post hæc omnia frater Thomas, primus cõfessor eius, in cuius scriptis reperi dictam visionem de Magdalena,q; sicut ipsa secrete confessa est, post p̃missa ipsi videbatur,quod cor eius in latus saluatoris intraret, & vnum cor efficeretur cum corde Christi: tunc sensit animam suam totaliter quasi liquefieri ex vehementia diuini amoris. Vnde mentaliter exclamabat: Domine, vulnerasti cor meum, Domine vulnerasti cor meum. Et hoc dicit dictus frater Thomas factum fuisse anno Domini M.CCC. lxx. in festo Margaretę virginis & martyris. Eodem etiam anno in crastino sancti Laurentij,quia præfatus confessor eius,timens ne rugitus gemitus eius sacerdotes celebrantes molestaret,dixerat ei,vt quantum poterat,dum esset prope altare,gemitus prędictos compesceret. Ipsa vero sicut vera obediens, remote ab altari se posuit, orauitq; Dominum,vt confessori suo lumen infunderet,quo videret, qualiter tales motus spiritus Dei compesci possent. Quod vt ipsemet confessor scribendo testatur,tam perfecte ei ostensum est,quod amplius non est ausus ipsam de talibus admonere. Et licet hęc ipse scribat breuiter,ne cõmendare videatur seipsum: ego tamen puto quod didicerat experientia mediante,tales mentis feruores taliter ab intra retineri non posse.

Verum redeundo ad ipsam, dum sic à longe venerabis sacramenti altaris sumptionem summe sitiens mẽte fortissime,voce vero corporea plane diceret: Ego vellẽ corpus Domini nostri Iesu Christi: ipse saluator,vt eius desiderio satisfaceret,ei apparuit, iuxta quod sępius consueuerat,applicauitq; os virginis ad lateris proprij cicatricem, innuens vt se,quantum vellet,de corpore suo & sanguine satiaret. Quod illa nõ segniter exequẽs de sacratissimi pectoris fonte diu potauit fluenta vitæ. Ex quo potu tanta cordi eius infusa est dulcedo,quod ex puro amore putauit vitam corpoream terminare. Cum autem confessor ab ea peteret, quid haberet aut quid sentiret, respondebat se non posse narrare vel dicere illa quæ sentiebat.

Idem

Idem quasi acciderat anno eodem ante per mensem vel circa. s. in die beati Alexij. Nam dum nocte precedente oraret, orandoq; accenderetur desiderio sacræ cõmunionis, reuelatum est ei quod infallibiliter illo mane sacram cõmunionem acciperet. denegabatur enim ipsi frequentius, propter indiscretionem tam fratrum quàm sororum, illã congregationem regentium illo in tempore. Hac igitur reuelatione percepta, mox se contulit ad Dominum exorandũ, vt animam suã dignaretur mundare ac totaliter præparare, vt posset digne sumere tam venerabile sacramentum. Tunc adhuc ea orante, & hoc instantius postulante, sensit super animã suam cadere pluuiam per modum fluminis abundantem, non aquæ, nec alterius cuiuscunq; liquoris cõsueti, sed pcise sanguinis mixti cũ igne: per quam quidẽ pluuiã sentiebat animã suam purificari tam vehementer, cp sensus ille ad corpus transfundebatur, ita vt etiam eius corpus nouam purificationẽ reciperet & sentiret, licet non à corporeis sordibus, sed potius à fomitis corruptione. Post hæc adueniente mane, tantum aggrauata est eius corporalis infirmitas, quam illis patiebatur diebus, quod nulli vtenti ratione fuisset possibile visum, ipsam posse per vnum passum quomodolibet ambulare. At illa in nullo hęsitans quin diuinum promissum pficeretur, confidens in Domino, se cœpit erigere, & cunctis astantibus & admirantibus, versus Ecclesiam ambulare. Ad quam dum peruenisset, & in capella quadam se posuisset prope altare, occurrit eius menti, quod secundũ legem sibi datam à prælatis, non poterat à quolibet celebrante communionem accipere: quamobrem desiderabat vt confessor eius ad dictũ altare celebraturus accederet. Moxq; ostensum est ei diuinitus, ipsum iuxta suum desiderium aduenturum: de quo non modicum fuit consolata. Fatetur autẽ confessor eius, qui hæc in scriptis suis ponit, quod pro illo mane nõ dispositerat nec proposuerat celebrare, nec nouerat sanctam virginem aduenisse. Subito autem cor eius tetigit Dominus, & cœpit feruere desiderio celebrandi: qui suo desiderio mox satisfaciẽs, Domini nutu ad illud altare accessit, vbi sancta virgo tunc erat, expectans promissionẽ cœlitus sibi factam, cum tamen non esset suæ consuetudinis, ad dictum altare accedere. Inuento autem quod ibi sancta eius aderat filia, & cõmunionem petebat, perpendit Dei fuisse prouidentiam, & quod prẽter propositum celebrasset, & quod ad inconsuetũ altare nescius accessisset. Celebrauit igitur, & in fine sacram cõmunionem virgini obtulit. Illa vero ad altare accedẽs, faciẽ rubricantem pariter & micantem, nec non & lachrymis, & sudoribus opertã, ad sacramentũ se erigens, tanta cũ deuotione ipsum suscepit, cp stuporem & deuotionem nimiam confessori pstitit. Quo facto, ita fuit absorpta in Deum, & ad interiora cellæ vinariæ deitatis introducta, quod per totam diem illam, etiã postq; restituta est corporeis sensibus, nullum verbum poterat loqui alicui.

Post illam autem diem, petente confessore quid sibi acciderat, quod tam rubicundã eam videret dum caperet sacramentum: Ego, inquit, pater, cuius coloris essem, ignoro: sed hoc noueritis, quod dum ego illud ineffabile sacramẽtum de manibus vestris suscepi, nihil corporeum, nihil coloratum sensibus corporeis vidi. Verum illud quod vidi, taliter traxit me ad se, quod cętera cuncta quæ hic habentur, velut abominabilia stercora facta sunt mihi, non modo tẽporales diuitiæ vel delectationes corporeę, sed etiam quæcunq; consolationes seu cõplacentiæ, quamuis spirituales. Vnde optabam & orabam, omnibus talibus consolationibus etiam spiritualibus priuari, dũmodo Deo meo possem complacere, ac finaliter ipsum possidere. Propter quod orabam Dominum, vt auferret mihi oẽm voluntatem meam, & mihi tantum daret suam. quod & eius fecit misericordia. Nam respondendo dixit mihi: Ecce dulcissima filia, trado tibi voluntatem meã, qua ita firmata eris, quod de cętero quidquid acciderit quomodocunq; vel qualitercunq;, tu in nullo moueberis seu mutaberis. Quod & rei probauit euentus: quia (prout experimentaliter didicimus cuncti qui eius conuersationem habuimus) ab eodem anno semp contẽtabatur de omnibus, nec motũ turbationis habebat, quidqd quomodolibet accidisset. Insuper virgo post prędicta confessori suo loquens, addidit: Scitis pater, qualiter Dominus illa die fecit animę meæ: sicut mater facit filio suo paruulo, quem tenere diligit. ostẽdit enim ei vbera, & permittit stare à remotis, vt ploret, dumq; de fletu filij pauliſper risit, amplexatur eum, & deosculans, præbet ei vbera lætanter & abundanter. Sic, inquiebat, fecit mihi Dominus. Illa autẽ die ostendebat mihi latus suum sacratissimũ, sed à remotis. Egoq; præ desiderio ponendi os meũ ad sacrum vulnus, vberrime flebã. Ipse vero postquam per aliquam moram risit de fletu meo, vt videbatur, tandem accurrens,

accepit

accepit animam meam inter brachia fua,& ponebat os meum ad latus ſacratiſſimi vulneris ſui, ſiue ad vulnus lateris:& tunc anima mea præ deſiderio magno intrabat tota in latus eius,& ibi tantam inueniebat diuinitatis notitiam & dulcedinem, quod ſi ſciretis,miraremini quod cor mihi nõ frangitur præ amoris magnitudine, ac ſtuperetis qualiter poſſum viuere in corpore, cum tanto exceſſu ardoris & charitatis. Hæc facta fuerunt in die ſancti Alexij ſupra nominato.

Sed anno eodem,die xviij. menſis Auguſti, facta eſt ſuper eam manus Domini, dum eiuſdem diei mane ſacrã cõmunionem ſumpſiſſet. Nam primo ſacerdote tenente ſacramentum in manu ſua,& iubente vt diceret, Domine non ſum digna vt intres in me: tunc ſumpto ſacramẽto,videbatur ei,ꝙ ſicut piſcis intrat aquã, & aqua in ipſum, ſic aia ſua intraret in Deũ,& Deus in eã:& ſic ſenſit ſe totã tractã à Deo,vixq; poterat redire ad cellulam ſuã,vbi ſup ſtratulo ligneo ſuo, de quo ſupra mẽtio facta eſt, ſe ponẽs, permãſit diu immobilis. Sed poſt longã moram eleuatum eſt corpus eius in aera,ſtabatq; ſuſpenſum abſq; corporeo fulcimento, ſicut tres infra ſcriptæ teſtes teſtificatæ ſunt ſe vidiſſe: tandem deſcendit ad lectum prædictũ, & cœpit loqui ſilenter verba vitæ, ſuper mel & fauum dulcia pariter & profunda,quæ omnes ſocias audientes cõmouebant ad fletum. Deinde orauit pro pluribus,& pro quibuſdam nominatim, ſingulariter pro confeſſore, qui eadem hora eodemq; momento erat in Eccleſia fratrum, nec cogitauit actu pro tũc de aliquo ad deuotionem mouente:imo vt ipſe ſcribit, non erat pro illa hora diſpoſitus ad aliquam actualem deuotionem. Subito autem illa orante,ipſoq; hoc ignorante, facta eſt quædã mutatio mentis eius in melius,& ſenſit deuotionem mirabilem, ſibi hactenus inexpertam,ac nouitatem non conſuetam in corde:de quo nimium admiratus,conſiderabat attente,vnde proceſſiſſet hæc gratia illa hora. Sed ipſo hæc cogitante,caſu venit ad eum quædam ex ſanctæ virginis ſociabus,& dixit:Certe pater,multum pro vobis orauit Catharina tali hora. Quo audito,ſtatim cognouit ad deſignationem horæ, vnde proceſſerat illa inuſitata mentis accenſio, quæ hora eadem acciderat. Et interrogans amplius, audiuit quod petitio virginis, tam pro eo quàm pro alijs pro quibus tunc orabat,fuerat,vt Dominus promitteret ei,quod daret eis vitam æternam. Et ob hoc extenderat manum,dicens:Promittas mihi quod ita facies. Et dum ſic ſtaret cum manu extenta,magnum viſa eſt ſentire dolorem,ex quo vehementer ſuſpirans, ait: Chriſtus Dominus ſit laudatus,ſicut fuerat ei conſuetudo dicere in laboribus infirmitatum ſuarũ. Quamobrem idem confeſſor ad eam acceſſit, petiuitq; ab ea ſeriem factæ viſionis ſibi narrari. Quod illa obedientia coacta perficiens, poſtquam ea quæ dicta ſunt ſupra,narrauerat,addidit:Ego cum inſtanter peterem vitam æternam pro vobis,& pro alijs pro quibus orabam,ipſeq; Dominus mihi promitteret hoc, non ex incredulitate, ſed pro memoriali notabili magis,inquam:Et quod ſignum Domine das tu mihi quod hæc facis? Tunc ille inquit:Extende manum ad me. Quod cum feciſſem manu, protulit clauũ vnum,cuius cuſpidem vel acutiem in medio palmæ manus meæ appoſuit,tamq; fortiter manum clauo ſtrinxit,quod viſum eſt mihi manum meam eſſe perforatam ex toto. Et tantum dolorem ſenſi,quantum ſi fuiſſet clauo ferreo per malleum perforata. Itaq; gratia Domini mei Ieſu Chriſti,ego iã habeo ſtigmata eius in manu dextera: quod licet alijs ſit inuiſibile,mihi eſt tamen etiã ſenſibile & continue afflictiuum. Sane pro continuatione huius materiæ lector bone,vnum tibi narrare compellor, quod longo poſt hoc tempore accidit,me ꝑſente patiter & cernente,in ciuitate Piſana. Dum enim ipſa illuc veniſſet,& q̃plures cũ ea,quorũ ego extiti vnus,ipſa hoſpitio ẽ recepta in domũ cuiuſdã ciuis,q habitabat iuxta Eccleſiã ſiue capellã ſanctę virginis Chriſtinę. In hac Eccleſia quadam die Dñica ad eius inſtantiã celebraui,eamq; (vt dixerim cõmuni modo loquendi) cõmunicaui. Quo facto,ipſa iuxta conſuetudinẽ ſuã diu ibidem remãſit abſq; corporeorum ſenſuũ vſu:qa ſpiritus eius creatorẽ ſuum ſummũ. ſ. ſpiritũ, ſciens,quantũ poterat,ſe à corporeis ſenſibus elongabat. Nobis aũt expectantibus reditum ad ſenſus corporeos, vt quippiã ſpiritalis cõſolationis reciperemus ab ea,ſicut conſueueramus quãdoq;,ſubito nobis cernentibus,corpuſculũ eius ꝙd proſtratũ iacuerat,ſe pauliſp erexit, & ſup genua ſtans,brachia extendit & manus,facie rutilante. Cumq; ſic diu ſtaret totaliter rigidum & oculis clauſis,tandem ac ſi fuiſſet lætaliter vulneratum, nobis cernentibus cecidit quodammodo in inſtanti,& poſt paruam moram reducta eſt anima eius ad ſenſus corporeos. Poſt quod mox fecit me vocari, & ſecrete me alloquens, ait: Noueritis

pater

pater, quod ſtigmata Domini Ieſu miſericordia ſua ego iam in corpore meo porto. Cumq; reſpondiſſem, quod ad geſtus corporis eius, dum eſſet in ectaſi, perpendiſſem, petiui qualiter hoc à Domino factum fuiſſet. At illa reſpondens, Dominum, inquit, vidi cruci affixum, ſuper me magno cum lumine deſcendentem: propter quod ex impetu mentis, volentis ſuo creatori occurrere, corpuſculum coactum eſt ſe erigere. Tunc ex ſacratiſſimorum eius cicatricibus vulnerum quinque in me radios ſanguineos vidi deſcendere, qui ad manus & pedes & cor mei tendebant corpuſculi: quapropter aduertēs myſterium, continuo exclamaui: Ha Domine Deus meus, non appareant obſecro cicatrices in corpore meo exterius. Tunc adhuc me loquente, antequam dicti radij peruenissent ad me, colorem ſanguineum mutauerunt in ſplendidum, & in forma puræ lucis venerunt ad quinq; loca corporis mei, manus ſcilicet, & pedes, & cor. Tunc ego: Igitur non peruenit aliquis radiorum ad latus dexterum? At illa: Non, inquit, ſed ad ſiniſtrum, directiſſime ſuper cor meum. Nam linea illa lucida procedens à latere eius dextro, non tranſuerſaliter, ſed recto tramite me percuſſit. Et ego: Sentis ne nunc in locis illis dolorē ſenſibilem? Illa vero poſt magnum ſuſpirium ait: Tantus eſt dolor quem ſenſibiliter patior in omnibus quinq; locis, ſed ſpecialiter circa cor, quod niſi nouum miraculū Dominus faciat, non videtur mihi vitam corporeā poſſibileſtare poſſe cū tanto dolore, qn diebus breuibus finiatur. Hæc ego notans & mecum non abſq; mœſtitia conferens, attentus ſtabam, ſi viderem aliqua ſigna tanti doloris. Completis igitur omnibus quę voluit mihi enarrare, de capella egreſſi ſumus, & ad hoſpitium vbi hoſpitabatur, acceſſimus. Vbi cum eſſemus, mox vt ſacra virgo camerā, quā inhabitabat, intrauit, ex defectu cordis ſyncopizabat. Quamobrem omnes vocati ſumus, & nouitatem hanc intuentes, flebamus & timebamus ne nos deſereret, quam in Dño amabamus. Quamuis enim frequenter vidiſſemus eam ex tacito feruore raptam à ſenſibus, ſæpeque aſpexiſſemus ex abundantia ſpiritus multum debilitatam in corpore, nunqnā tamen ſyncopizantem tali modo hactenus intuiti fueramus. Verum poſt paruam morā redijt ad ſeipſam, & poſtq̄ omnes cibum ſumpſerant, iterū locuta eſt mihi, aſſerens ſe clare videre, quod niſi Dominus remedium nouum apponeret, cito erat à corpore migratura. Quod ego non ſegniter notans, eius filios & filias congregaui, rogans & cum lachrymis ipſos adiurans, vt eandem cuncti orationem vnanimiter faceremus ad Dominum, quod matrem & magiſtram noſtrā adhuc aliquo tempore concedere dignaretur, ne debiles & infirmi in his fluctibus ſeculi remaneremus orphani, nondū in ſanctis virtutibus confirmati ex alto. At illi & illæ vno animo & vna voce ſe hoc facere promiſerunt, ficq; omnes ſimul ad eā acceſſimus lugentes & flentes, ac dicentes: Scimus quidē mater Chriſtū te ſponſum tuū deſiderare: ſed ſalua ſint prę̄mia tua tibi. noſtri potius miſerere, quos deſeris adhuc nimis infirmos in mediis fluctibus. Nouimus rurſus quod nihil tibi negaturus eſt ſponſus ille dulciſſimus, quem tanto cū affectu amas ardenter. Supplicamus igitur vt ores eum, vt te nobis concedat ad tēpus, ne fruſtra ſecuti fuerimus te, ſi tam cito recedas à nobis. Et quidem preces noſtrę, licet fiant per nos iuxta modulū noſtrū, timemus tamen ne noſtris demeritis repellantur, quia proh pudor indigniſſimi ſumus. Tu quæ feruentius ſalutem noſtram deſideras, tu nobis impetra, quod poſſibilitas noſtra non obtinet. His & ſimilibus per nos lachrymoſe prolatis, illa reſpondit: Ego, inquit, iā diu propriæ voluntati renunciaui, nec in his aut in aliis volo, niſi quod Dominus vult. Veſtram autē ſalutem licet totis p̄cordijs ſitiā, tamen ſcio quod ipſe qui eſt ſalus veſtra & mea, melius ſcit eam procurare, q̄ creatura quęcunq;. Eius igitur voluntas fiat in omnibus. Verum libenter orabo vt faciat quod melius eſt. Quo dicto remanſimus tremebundi, lugētes & flentes, ſed non contempſit lachrymas noſtras Altiſſimus. Nam ſequenti ſabbato ipſa me accerſito, ait: Videtur mihi quod Dominus diſponit condeſcendere precibus veſtris, & ſpero quod cito habebitis intentum veſtrum. Dixit, & ſicut dixerat, facta ſunt. Nam ſequenti Dominico die ſacram cōmuuionem recepit de manibus meis indignis. Et ſicut in præcedenti Dominica fuerat corpus illud quaſi vredine percuſſum, dum ſpiritus erat in raptu: ſic illa die in raptu eodem videbatur veriſimiliter roborari. Tunc ſociabus eius mirantibus quod nihil conſuetarum pœnarum in illo raptu corpus patiebatur, imo potius videbatur quodammodo confortari, ac ſi ſomno naturali dormiret, & roborari. ego reſpondi: Spero in Deo, quod ſicut die heſterna promiſit mihi ipſa, lachrymæ noſtrę vitam eius corpoream petentes, iam corā Domino aſcenderunt. Et quæ feſtinabat ad ſpō-

ſum

ſum ſuũ propter ſubleuandam noſtram miſeriã, retrocedit ad nos. Sicut locutus ſum, ita poſt paruum ſpacium vidimus manifeſte. Nam ſpiritu redeunte ad corporeos ſenſus, ita inexhauſti vigoris apparuit, quod nulli noſtrum dubium fuit, quin eſſemus integraliter exauditi. O ineffabilis miſericordiæ pater, quid facturus es ſeruis fidelibus & dilectis filijs tuis, quãdo ſic benigne condeſcendiſti afflictis offenſoribus tuis? Ego igitur hæc conſiderans, pro maiori obtinenda certitudine, dixi ei: Nunquid, mater, dolor ille vulnerum inflictorum in corpore tuo, amplius perſeuerat? At illa: Exaudiuit, inquit, Dominus orationes veſtras, licet cũ meæ mentis afflictione, & vulnera illa non modo corpus non affligunt, ſed etiã roborant & confortant: & vnde prius prodibat afflictio, inde nunc confortatio, etiam me ſentiente, procedit.

Hæc tibi lector pro continuatione materiæ idcirco in præſentiarum narraui, vt noueris quanta excellẽtia gratiarum dotata fuit aia huius almæ virginis: Ac vt diſcas, quod cum pro his quę ptinent ad ſalutẽ aiæ ſuę, orent etiã peccatores, exaudiuntur ab illo, qui omnes homines ſaluos fieri, & omniũ vult ſalutẽ. Verũ ſi narrare voluerim oẽs ſacrę virginis huius mentales exceſſus, potius mihi tempus deficiet q̃ ſcribendi materia.

Quapropter ad vnã feſtino exceſſiui exceſſus hiſtoriã, quæ meo iudicio, cætera cuncta quę circa hoc narrari queunt, excedit. Et ſic dante Dño, finem huic capitulo imponemus. Enimuero plenos quaterniones per fratrem Thomã confeſſorem eius, ſ̃pe ſuperius nominatum, ſcriptos inuenio de excellentia viſionum eius & reuelationibus inauditis quodãmodo: & nunc ſaluator ipſe, vt videbatur, animã eius infra proprium latus introducebat, vbi reuelabat ei etiã vſq; ad myſteriũ Trinitatis: nunc autẽ eius genitrix gloriosa ipſam, vt apparebat, lacte ſuorum ſacratiſſimorũ vberũ ſatiabat, & ineffabili replebat dulcedine: nũc Maria Magdalena cũ ipſa familiariſſime cõuerſans pariter & aſſidue exceſſum mentis, quem in deſerto ſepties in die habuerat, ei cõmunicabat. Et nũc hi tres noiati, ſimul cũ ea domeſtice ambulãtes & colloquẽtes, diuerſa indicibilia menti eius ſolatia conferebãt: nec deerat apparitio & conſolatio cęterorum ſanctorũ, potiſſime Pauli apoſtoli, quẽ nunquã abſq; ſigno magnæ dulcedinis nominauit, Iohannis euangeliſtæ, quandoq; beati Dominici, crebro ſancti Thomę de Aquino, frequenter & in pluribus Agnetis virginis de monte Politiano, cuius Legendam ipſe conſcripſi ante annos xxv. de qua reuelatum eſt huic virgini, quod ſocia eius eſſet in regno cœlorum, ſicut infra latius, dante Domino, differetur. nec valeo cõſcientia mordente, ad vltimæ hiſtorię narrationem tranſire, niſi prius pręmittam pro vtilitate legentium notabiliſſima puncta, quæ ei circa viſiones Pauli apoſtoli acciderunt.

Contigit enim ſemel in feſto conuerſionis eiuſdem apoſtoli, virginem hanc tantum excedere, ſpiritumq; ipſius tam vehementer trahi ad ſuperos, quod tribus diebus & tribus noctibus integraliter abſq; vſu corporalium ſenſuum permanſit immobilis, ita vt aſtantes quidã eam putarent mortuã vel moriturã in breui: quidam aũt magis intelligentes, æſtimarent eam cum Apoſtolo raptam vſq; ad tertium cœlum. Tandem finito tẽpore & ſancta illa ectaſi terminata, ſpiritus allectus cœleſtibus quę viderat, tam inuite redibat ad vitam corpoream, q̃ ſtabat virgo quaſi continue dormiens, & in ſimilitudinem debacchati, qui non poteſt à ſomno euigilare, nec tamen perfecte dormit. Rebus ſic ſtantibus, frater Thomas confeſſor eius, & quidam frater Donatus de Florentia, volentes ire ad viſitandum quendam notabilem virum ordinis eremitarum, habitante in eremo, prius ad domum virginis acceſſerunt, ipſamq; reperientes ſacra ſomnolentia plenam, ſpiritu Dei quodãmodo madidam, ad excitandum eam dixerunt: Nos volumus ire ad talem virum habitantem in eremo, vis tu venire nobiſcũ? At illa, ſicut & ſanctorum & ſeruorum Dei dilectrix, quaſi ſomnians, reſpondit q̃: ſic. Sed mox vt protulit verbũ, tantus remorſus conſcientiæ ei de mendacio eſt exortus, quod præ dolore eſt reſtituta ſenſibus corporeis, & totidem diebus & noctibus, quot in raptu ſteterat, inceſſabiliter fleuit peccatum illud, dicens cõtra ſeipſam: O peruerſiſſima & nequiſſima omniũ mulierum, ſunt hęc illa quæ infinita bonitate ſua tibi iſtis diebus oſtendit Altiſſimus? Sunt hæ veritates quas didiciſti modo in cœlis? Eſt hęc doctrina, quam tanta cum dignitate ſpiritus ſanctus te docuit, vt ad terrã rediens, mentireris? Et tamen bene ſciebas quod cum fratribus illis ire nolebas: reſpondiſti tamen q̃ ſic, & mentita es confeſſoribus tuis, & patribus animę tuæ. O nefas, o iniquitas peſſima. In hoc igitur luctu perſeuerauit tempore ſupraſcripto, non manducans neq; bibens, ſicut prius in ectaſi eodem tempore & mo-

do perdurauit. Perpendis ne lector diuinæ prouidentiæ ſupmirabiles vias, & modos ſuperlaudabiles Nã ne magnitudo reuelationum nouiter habitarum, virginem iſtam extolleret, permiſit eam cadere in illud ſolatioſum mendaciũ, quia ibi nulla fallendi erat intentio, nec aliter intellexit audiens quàm proferens verbum illud: & ſic per humiliationem illã, quaſi per quoddã electi vaſis operculũ, id quod dederat, cõſeruauit: & corpus q̃d propter ſpiritus eleuationẽ iam quaſi defecerat, quaſi per reditũ illius refocillauit, quãuis enim gaudiũ ſpiritus redundat in corpus propter hypoſtaticã vnionem, nihilominus tamen nimia eleuatio ſpiritus, quæ fit in viſione tertŋ cœli, id eſt, in viſione intellectuali, adeo vegetatione propria priuat corpus, quod niſi Deus ſuccurrat nouo miraculo, non diu poteſt ſtare corpus, quin diſſoluatur ex toto. Conſtat nanq; quod actus intellectionis de ſe nullum corporeum requirit inſtrumentũ, niſi ad obiectum intelligibile pr̃ſentandum. Quod ſi de ſpeciali gratia omnipotens Deus tale obiectum ſupernaturaliter intellectui repr̃ſentet, mox intellectus propriã in Chriſto perfectionẽ inueniens, illi etiã relicto corpore, ſe conatur vnire. Sed ſuperoptimus diſpẽſator intellectũ à ſe creatũ hinc per ſui luminis reuelationẽ trahit ad ſumma, illinc, per alicuius ſtimuli pmiſſionem demergit ad ima, vt ſic tã notitia diuinæ perfectionis, q̃ ſuæ defectionis, hinc inde tractus ad medium, inter vtrunq; volet tutiſſime. Et ſic mare iſtud illæſus pertranſiens, ſoſpes ad æternæ vitæ littus & lætus perueniat. Hoc, vt arbitror, volebat Apoſtolus dicere cũ ſcribebat Corinthijs: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c. Et infra: Nam virtus in infirmitate perficitur, & reliqua.

Ad noſtrum autem propoſitum redeuntes, noueris lector bone, q; ea quæ virgo hæc ſancta tunc viderat, nullatenus confeſſori (vt erat ſolita) retulit: quia vt etiam mihi poſt ipſa tempora dixit, non quiuerat vocabula inueniri, quę illa exprimere poſſent: nec fas eſt homini cuiquam locutione humana illa referre, ſicut Apoſtolus ipſe docet: ſed feruor cordis eius, aſſiduitas orationis, efficacia eius admonitiõis, apertiſſime teſtabatur, ipſam arcana Dei vidiſſe, non cõmunicabilia niſi videntibus.

Cęterum alio tempore, vt ipſa ſuo retulit confeſſori, & ille redegit in ſcriptis, ipſe beatus Apoſtolus apparuerat, eamq; monuerat, vt aſſidue abſq; intermiſſione orationi vacaret. Quod illa non ſegniter audiente & opere complente contigit, q; in vigilia beati Dominici, dum eſſet in Eccleſia & oraret, multa de beato Dominico & de alijs ſanctis filijs eius, reuelata ſunt ipſi, erantq; reuelationes eius ſeu viſiones tam efficaces & fixæ, q; frequenter etiam dũ eas recitaret confeſſori ſuo, actualiter permanebant: quod puto fuiſſe ei ſignum datũ diuinitus, vt ſciret q̃d voluntatis erat diuinæ, confeſſori ſeu confeſſoribus talia reuelari ad aliorũ vtilitatem. Dum igitur dicta die modicum ante veſperas reuelationibus illis intenderet, caſu intrauit Eccleſiam quidam frater Bartholomæus Dominici de Senis, nunc ſacræ Theologiæ magiſter, & tunc ſocius confeſſoris, de quo in oibus ipſa, ſicut de cõfeſſore ſuo, cõfidebat, & quem in cõfeſſoris ſui abſentia eligebat in cõfeſſorem. Hunc dum magis mente q̃ corpore ſenſiſſet appropinquare, ſurrexit mox & obuians ei, dixit ſe velle cũ eo quædam ſecreta conferre. Cumq; pariter in Eccleſia cõſediſſent, & illa referret q̃ ſibi tunc actualiter Dominicus oſtendebat de beato Dñico, dicens: Ego clarius & perfectius nunc video beatum Dominicũ q̃ videã vos, & p̃ſentior eſt ipſe mihi q̃ vos: recitaretq; illius excellentiã ſingularem, prout infra dicetur, contigit germanũ eiuſdem virginis ſacrę, qui etiam vocabatur Bartholomęus, illac tranſire, vnde ad vmbram ſeu ſtrepitũ tranſeuntis, virgo pauliſper caput & oculos verſus tranſeuntẽ diuertit, ita vt vix decerneret ſuum eſſe germanum, & abſq; quacunq; mora ad ſtatum priſtinum eſt reuerſa: ſed mox prorupit in tantum fletum mentis & corporis, quod ex toto conticuit. Cumq; præfatus frater fletum diutius expectaſſet, & tandem rogaret vt proſequeretur quæ cœperat, illa ſingultibus & fletibus occupabatur, in tantum, quod nullum reſponſum ab ea poterat habere. Demum poſt longam moram talia vel ſimilia ſingultizans verba vix protulit: O me infelicem & miſeram, & quis faciet vindictam de iniquitatibus meis? Quis puniet peccatum tam grande? Illo autem petente, quod erat illud peccatum, & ſi erat de nouo commiſſum, illa reſpondit: Et nõne vidiſtis hanc iniquiſſimam fœminam dum actualiter ei Deus oſtendebat magnalia ſua, caput & oculos diuertentem, ac tranſeuntes reſpicientem? Tunc ille: Tu nec momentum, nec vix per inſtans oculos diuertiſti, ita quod nec ego de hac diuerſione aduerti. Et illa: Si ſciretis qualem reprehenſionem fecit de hoc nunc mihi

beata

beata virgo,vos etiam ploraretis peccatum istud. Nec locuta est amplius de materia visionis,sed flens stetit donec fecit confessionē sacramentalem,flensq; recessit ad cameram domus paternæ,vbi(vt ipsa postmodum retulit confessori)beatus Paulus ei apparens,eam de perditione illius modicissimi temporis,quo caput diuerterat,ita dure redarguit,quod affirmabat indubie se malle coram omnibus hominibus in mundo,qui nūc sunt,ignominiose confundi,q̄ semel iterum erubescentiam illam pati,quam habuit dum eam Apostolus reprehendebat. Licet forsitan hæc visio Pauli alio tempore fuerit,vt in quibusdam scriptis reperi nouiter. Quidquid tamen sit de ordine tēporis,istud constat esse verissimum,quod beatus Paulus eam de minimi temporis diuersione potius quàm perditione,durissime reprehendit: de qua reprehensione habuit confusionem in mente sua,quam diximus. Et dicebat postmodum confessori: Cogitate quid faciet redargutio Christi in extremo iudicio,quando vnius Apostoli sui reprehensio,tantam mihi confusionem fecit. Dixit etiam,quod nisi fuisset visio cuiusdam agni dulcissimi & splendidissimi,quē videbat continue dū Apostolus loqueretur sibi,defecisset cor eius ex toto prę magnitudine cōfusionis illius. Quapropter tunc cautior & humilior facta,dona grandia sibi data pfecte seruauit,&ad potiora feruentius &auidius anhelauit. Hęc duo puncta pro intermisso tibi lector in mensa huius capituli prius idcirco apposui,qa reputo ea pro addiscenda humilitate,notabilia nimis tam perfectis q̄ imperfectis.

Verum quia beato Dominico me,vt veritatem fatear,miraculose vocante,eius ordinem immeritus sum ingressus,ne ingratus inueniar tanto patri,si eius gloriam huic virgini reuelatā,silendo pertranseam visionem huius virginis superius tactam,inserere hic decreui. Narrat siquidē mihi supradictus frater Bartholomęus,qui nunc actualiter mecū est,quod dicta die virgo sacra dum sibi loqueretur,asserebat actualiter se videre in imaginaria visione summū & æternum patrem,de ore suo(vt videbatur)coæternū sibi filium producentem,qui etiam cum assumpta natura humana ei demonstrabatur aperte. Quod dum attenderet,ex alia parte vidit beatissimum patriarcham Dominicū ex eiusdem patris producipectore,luce ac splendoribus circundatum. Audiuitq; ex eodem ore prolatam vocem,quæ verba infrascripta formabat: Ego dulcissima filia istos duos filios genui: vnū naturaliter generando,alium amabiliter & dulciter adoptando. Cumq; illa nimium miraretur de tanta cōparatione,& tam alta ipsius sancti assimilatione,pro admiratione tollenda,taliter verba supradicta fuerunt exposita per ipsum qui protulerat ea: Sicut hic filius à me naturaliter & ęternaliter genitus,assumpta natura humana,in omnibus fuit pfectissime obediens mihi vsq; ad mortē: sic filius adoptiuus meus Dñicus, oia quę operatus est ab infantia sua vsq; ad terminū vitę suę,fuerūt regulata secundū obedientiam pręceptorū meorum: nec vnquā semel fuit transgressus quodcunq; pceptum meū,quia virginitatē corporis & aiæ illibatā seruauit,& gratiā baptismi, quo spiritualiter renatus est,semper conseruauit. Et sicut filius naturalis hic tanquā verbum ęternum oris mei,locutus est palam mundo ea quæ impposita sunt ei per me,testimoniumq; perhibuit veritati,prout ipse dixit Pilato: Sic filius meus adoptiuus Dñicus,veritatē verborum meorum pdicauit palam mundo,tam inter hęreticos q̄ inter catholicos,& non solum p se ipsum,sed etiam per alios: nec tantū dum vixit,sed & per successores suos,per quos adhuc pdicat & pdicabit. Nam sicut filius meus naturalis misit discipulos suos, sic iste adoptiuus misit fratres suos. Vnde sicut filius meus naturalis est verbum meum, sic iste adoptiuus est pco & portitor verbi mei: propter quod ex singulari dono datū est ei & fratribus eius intelligere veritatem verborum meorū,& ab ipsa non discedere. Item sicut filius meus naturalis, totam vitā & actus suos,tā doctrinales q̄ exemplares,ordinauit ad animarū salutem: sic filius meus adoptiuus Dominicus, totum studium & conatum suū posuit semper ad liberandū aias tā de laqueo errorū q̄ de laqueo vitiorū: & ista fuit eius principalis intētio,quare suū ordinē inchoauit & irrigauit, pro zelo. s. aiarum. Propter q̄d dico tibi,q̄ ipse assimilatur filio meo naturali quodāmodo in oībus actis suis. Et ideo tibi nūc ostendit etiā similitudo corporis eius, q̄ habuit multū de similitudine corporis mei sacratissimi filij naturalis & vnigeniti. Hęc dū virgo recitaret dicto fratri Bartholomęo,accidit casus supra diffusius recitatus. Sed nunc veniamus ad vltimā visionē,& finē huic capitulo imponamus. ¶Scire te volo dilectissime lector,q̄ abundantia gratiarū simul & reuelationū ac aptissimarum visionum,adeo animā huius sacræ virginis tunc tēporis adimpleuit,ac taliter,q̄ prę amoris magnitudine cœpit languere toraliter,& facta

est languida. Qui languor in tantum excreuit, quod amplius de lecto non surgebat, nec erat ei alia passio, nisi præcise amoris æterni sponsi, quem quasi amens assidue noiabat, dicēs: Dulcissime ac amantissime iuuenis fili Dei. Quādoq; addebat: Et Mariæ virginis. Sicq; in his cogitationibus & verba fulcita charitatis floribus, manebat insomnis, & cibo corporeo incibata. At sponsus qui sanctum illum ignem immiserat, vt vehementer accenderetur, ei quasi assidue apparebat. Sed illa tota quasi flammis amoris accensa, dicebat ei: Cur amplius superamantissime Domine mi, per istud vile corpusculum me permittis à tuis amplexibus impediri? Ego iam in hac ærumnosa vita, nulla penitus re delector, nihil nisi te quæro, nihil omnino diligo p̄ter te: quia quidquid aliud diligo, p̄cise diligo propter te. Vt quid ergo propter vnum corpus vilissimum priuor tua fruitiōe? Ah clementissime dominorū, educ de carcere hoc animā meā, & libera me de corpore mortis huius. His & similibus precibus non fine singultuosis suspiriis per ipsam expressis, Dominus respondebat: Ego charissima filia, dū fui apud homines, non meā, sed patris voluntatem curaui p̄ficere: & quāuis, sicut discipulis meis testatus sum, desiderio nō paruo desiderarē illud vltimū pascha manducare cū eis, tamen patienter sustinui vsq; ad p̄finitum tempus à patre. Sic igitur tu quāuis summe desideres mecū perfecte vniri, vsq; tamē ad tēpus à me determinatū oportet te patienter expectare. Tunc illa: Ex quo hoc placitum non est corā te, fiat voluntas tua. Verum vnā, obsecro, petitiunculam meā exaudire digneris, vt. s. hoc in tempore, quo in carne me p̄fistere decreuisti, concedas mihi passiones participare, quas tu pertulisti vsq; ad passionē tuā vltimam inclusiue: vt ex quo nō valeo tibi adhuc in cœlo vniri, saltem vniar in terris passionibus tuis. Quod Dominus annuit gratiose. Et sicut dixit, ita procul dubio factum est. Nam extunc ita cœpit quotidie amplius experiri, tam in corde q̄ in corpore passiones Domini saluatoris, quàm olim expta fuerit, vt ipsa mihi secrete retulit. Quod vt clarius pateat, q̄ mihi circa hoc dicere cōsueuerat, enarrabo. Docebat igitur frequenter me de passionibus saluatoris, asserens firmiter ipsum ab instanti suæ conceptionis semp portasse crucem in mente, propter excessiuum desideriū quod habebat de humana salute. Constat enim, inquiebat, quod mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, à primo instanti suæ cōceptionis, plenus extitit gratia, sapientia & charitate: nec oportuit q̄p ipse in talibus proficeret postmodū, qui ab initio perfectus erat. Cum igitur perfectissime diligeret Deū & proximū, videdo Deum priuatum honore suo, & proximum priuatū fine suo: summe cruciabatur, donec per passionem suā, & honorem obedientiæ Deo, & salutē restitueret proximo. Nec erat (dicebat ipsa) huius desideriī afflictio parua, sicut illi qui hoc experiuntur, nouerūt: imo erat maxima crux. Vnde ipse dicebat in cœna discipulis: Desiderio desideraui, &c. quod idcirco dixit, quoniā in illa cœna dedit eis arram salutis, quam erat operaturus, antequā manducaret iterum cum eis. Et adducebat ad hoc verba, quæ saluator dixit orando, secundum vnam expositionem, quam nunquā recolo me legisse nec audiuisse, nisi ab ea. Dicebat enim, quod in illis verbis: Pater, transfer calicem hunc à me, &c. Viri perfecti et fortes non debent intelligere, sicut debiles timentes mortem, quod saluator petierit passionem à se transferri vel amoueri: sed quia semper biberat à conceptione sua, & tunc propter propinquitatem tēporis cū anxietate bibebat calicem desideriī salutis humanæ, petebat quod cito perficeretur illud, quod tanto tempore cum tanto desiderio affectabat, vt sic calix ille potatus per eum tam diu, modo terminaretur: quod procul dubio non erat petere remotionem passionis & mortis, sed potius accelerationē. Quod satis clare ipse Dominus expresserat, cum dixit Iudę: Quod facis, fac citius. Verum quāuis prædictus calix desideriī esset ei grauissimus ad potandum, tamen sicut obedientissimus filius adiungebat: Verum tamen non mea voluntas, sed tua fiat: offerens se paratū ad sustinendum dilationem desideriī sui, quantum placeret patri: ita quod dum dicebat: Transfer calicem hunc, secundum hanc expositionem non intelligebatur de calice passionis futuræ, sed de calice passionis præsentis & præteritæ. Cum autem ego dicerem, quod communiter per doctores exponentes hunc passum dicitur, quod saluator mundi hoc fecit tanquam verus homo, cuius sensualitas naturaliter timebat mortem, & tanquā caput omnium electorū, tam fragilium q̄ fortium, vt imbecilles non desperent, si sentirent sensualitatem naturaliter mortem timere, sicq; omnibus daret exemplum. Illa respondit: Gesta saluatoris nostri sunt ita pinguia, si attente cōsiderentur, q̄p qlibet secundū suā considerationē inuenit in eis partē cibi sui, secundū quod expedit sibi vel suæ saluti,

Cum

Cum igitur debiles in oratione ipſius inueniant conſolationem ſuæ debilitatis, neceſſe videtur quod etiam fortes & perfecti poſſint in ea inuenire ſui roboris confirmationē: quod non fieret niſi per expoſitionem iam dictā. Melius eſt ergo quod multipliciter exponatur, vt omnes participent, q̄ ſi tantū vno modo exponeretur pro vno genere ſolū. Hæc audiens filui: quia quod replicarem, habere non potui, admirans ſapientiam eius & gratiam. Aliam etiam eorundem verborum expoſitionem inueni, legendo ſcripta fratris Thomæ primi confeſſoris eius, quæ fecit de verbis & geſtis eius. Narrat ſiquidem quod ipſa in quadam abſtractione didicit, quod ſaluator triſtitiam & ſudorē ſanguineū paſſus eſt, orationemq; illam fecit propter illos quos prę̄uidebat fructū ſuæ paſſionis nō debere participare: ſed quia diligebat iuſtitiā, appoſuit conditionē. Veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat. Quā ſi non appoſuiſſet, dicebat ipſa, quod omnes ſaluati fuiſſent. Impoſſibile namq; erat, orationem filij Dei fruſtrari ſuo effectu. quod bene concordat cum verbo Apoſtoli ad Hebræos: Exauditus eſt, inquit, pro ſua reuerentia. Quod exponunt doctores cōmuniter de oratione facta in horto. Itē dicebat mihi præter hoc & docebat, quod paſſiones quas in corpore ſuſtinuit filius Dei & hominis pro noſtra ſalute, nullus hominum ferre poſſet, quin ſæpius, ſi eſſet poſſibile, moreretur. Nam ſicut amor, quem gerebat & gerit erga nos, inæſtimabilis eſt: ſic paſſio quæ ſolo amore iubēte pariter & cogente portabatur ab eo, inæſtimabilis fuit: & non tantū quantum natura rerum & malitia inferentium potuit facere, ſed etiam multo plus. Quis enim crederet quod ſpinæ perforarent os capitis vſq; ad cerebrū? Aut quod oſſa viui hominis tracta diſiungerentur? Scriptū eſt quippe: Et dinumerauerunt omnia oſſa mea. Sed quia maximus erat amor, propter quem ſolum portabat hæc omnia, maximas etiā adinuenit pœnas, quibus ſe nobis perfectius demonſtraret. Hæc enim fuit vna de principalibus cauſis illius paſſionis, demōſtratio. ſ. perfectiſſimi amoris, quem habet ad nos, qui conuenientiori modo non potuit demonſtrari. Etenim claui non tenuerunt eū in cruce, ſed amor. Nec vires hominū vicerunt eū, ſed amor vicit. Quomodo autem viciſſent illū, ad cuius vnicum verbum omnes ceciderunt in terram? Hæc & ſimilia per altiſſima & aptiſſima verba virgo prudentiſſima perorabat de paſſione Dñi ſaluatoris. Addebatq; fuiſſe ſe in proprio corpuſculo expertā aliqd de qualibet paſſione Domini: quoniā ipſam experiri totaliter, impoſſibile reputabat. Et adiungebat, q̄ maior pœna q̄ ſaluator fuit paſſus in cruce, fuit in pectore, propter diſiunctionem pectoralium oſſium. Ad cuius rei probationem ſiue indiciū, dicebat cæteros dolores in ſuo corpuſculo pertrāſiſſe, illumq; tantūmodo remāſiſſe. Vnde quamuis quotidie pateretur dolores iliacos & dolores capitis inceſſanter, hunc tamen dolorem vehementiorē eſſe dicebat: quod propter propinquitatem cordis, mihi non inueriſimile videbatur, tam de illa q̄ de ipſo Dño ſaluatore. Cum enim oſſa illa videantur naturaliter ordinata pro cordis & pulmonis protectione, non poteſt ipſorum diſſipatio fieri abſq; cordis maxima paſſione: nec ceſſante miraculo, foritan in alio poſſet talis violentia fieri abſq; morte. Quidquid tamen ſit, ad materiam huius virginis redeundo, poſtquā hæc paſſio in eius corpore facta eſt, quæ pluribus diebus durauit, imminutæ ſunt haud dubiū vires corporeæ, ipſeq; amor cordis fuit multipliciter augmentatus. Experta namq; fuerat experimento ſenſibili, quantū eam ſaluator ſimul & humanum genus dilexerat, ſuſtinendo tam acerbiſſimā paſſionē: ex quo fiebat in corde ſuo tanta violentia charitatiua & amoroſa, quod fas non erat cor illud in ſua integritate manere, quin ſcinderetur ex toto. Sic enim cōtingit cum vas aliquod cōtinet liquorem magnæ virtutis ſiue vigoris virtualiter excellentis, quod ex vi contenti, frangitur continens & virtus arctata, diſſipato arctante, diffunditur, quia non erat inter locum & locatum æqua proportio. Quid plura? Quid amplius immorer? Tanta fuit vis amoris illius, quod cor virginis ſciſſum eſt à ſummo vſq; deorſum. Hoc eſt, ab vna extremitate ad aliā, ficq; fractis venis vitalibus, expirauit ex vehementia diuini amoris prę̄ciſe, nulla alia cauſa cogente. Miraris lector, ſed noueris de hoc plures fuiſſe teſtes & eſſe, qui & quæ in eius expiratione fuerunt prę̄ſentes, qui & quę primo mihi retulerunt hoc, quorum nomina infra ponentur. Tunc ego adhuc hæſitans, ad eam acceſſi, diligenterq; inueſtigaui quid ipſa de hoc ſentiret: tac ſupplicaui, vt ipſa mihi ſuper hoc plenarie diceret veritatem. Quę prorumpens in ſingultuoſos fletus, diutius reſponſionem diſtulit mihi dare, tandem poſt aliquantam moram inquit: Nunquid non o pater cōpateremini vni animę, quę fuiſſet liberata de carcere tenebroſo, & poſt viſam lucem gratiſſimā,

iterum recluſa eſſet in tenebris conſuetis? Ego, inquam, miſera illa ſum, cui hoc contigit, Dei ſic prouidentia diſponente, propter demerita mea. His auditis auidior factus ſum ad indagandum rei tam mirabilis veridicam ſeriē, ipſa narrāte, qua ex cauſa ſubintulit: Nūquid mater, veraciter anima tua ſeparata fuit à corpore? At illa: Tantus fuit ignis diuini amoris, & deſiderij vniendi me cum illo quem diligebam, ꝙ ſi cor fuiſſet lapideum ſiue ferreum, ſciſſum fuiſſet pariter & apertum. Nihil creatum, vt æſtimo, tantæ potuiſſet eſſe virtutis, quod cor meum integrum contra tantam vim amoris conſeruaſſet. Vnde teneatis pro certo, quod corpuſculi huius cor à ſummo vſq; deorſum ex pura violentia charitatis ſciſſum eſt, & tunc apertū, ita vt videar mihi adhuc illius ſciſſuræ ſtigmata in ipſo corpore ſentire. Ex quo poteſtis clare colligere, quod anima fuit totaliter à corpore ſeparata. Vidiq; arcana Dei, quæ non licet loqui cuiquā viatori, quia nec memoria eſt tantæ virtutis, nec vocabula humana poſſunt ſufficere ad ſignificandū tam alta entia cōuenienter. Quidquid enim dicerem, totum eſt lutum reſpectu auri. Hoc tamen mihi remanſit, qa ſemper cū audio de ipſa materia loqui, tā vehementer affligor, conſiderans quantū deſcenderim de illo nobiliſſimo ſtatu ad iſtum viliſſimum, quod non poſſim niſi lachrymis & ſingultibus dolorē meum exprimere. Hoc cum audiſſem, noſſe cupiens ordinem rei geſtæ particularius, inquam: Obſecro, mater mea, ex quo alia ſecreta tua mihi reuelas, vt iſtud non celes à me, ſed ordiuē tam admirabilis rei geſtæ narrare digneris. Ego, inquit, diebus illis poſt multas viſiones mentales & etiā corporales, poſt innumeras conſolationes mētis receptas à Domino, eius puro amore cogēte, in lectulū decidi languida, vbi non deſinebam orare ipſum, vt me de corpore traheret mortis huius, vt perfectius poſſem ei vniri. Quod cū pro tunc obtinere non potuiſſem, obtinui tandem vt paſſiones ſuas, quantū mihi erat poſſibile, cōmunicaret. Et hęc narrauit mihi circa paſſionem ſaluatoris, quæ paulo ſuperius latius recitaui. Et poſtmodum addidit ex his experientijs paſſionis eius perpendi lucidius & perfectius, quātum me dilexerat factor meus: factaq; ſum ex amoris augmento languidior, in tantum, quod nihil penitus animus meus appeteret, niſi exire de corpore. Quid plura? Ipſo ignem, quē miſerat in cor meū, quotidie amplus accendente, carneum cor defecit, & fortis fuit illa dilectio ſicut mors. Sciſſoq; corde, vt dixi, anima mea fuit ab hac carne ſoluta: ſed ad tempus nimis, proh dolor, exiguū. Tunc ego: quanto tempore, mater, ſtetit abſq; corpore anima tua? Et illa: Dicunt funeris mei obſeruatrices, quatuor fuiſſe horarū ſpaciū inter expirationem & reſurrectionem meam, vicinarumq; magnā partem conueniſſe ad conſolandum matrem & cæteros attinentes: ſed anima mea putans ſe æternitatem fuiſſe ingreſſam, de tempore non cogitabat. Et ego: Quid infra illud ſpacium mater mea vidiſti? Et cur reuerſa eſt ad corpus anima tua? Obſecro ne abſcondas à me quidquam. At illa: Noueritis pater, quod quidquid in alio inuiſibili nobis ſeculo eſt, totum vidit & intellexit anima mea, ſ. gloriam ſanctorum & pœnas peccatorum. Sed vt dixi, nec memoria nunc tenet, nec verba ſufficiūt ad totum exprimendū, ſed quantum eſt mihi poſſibile, dicam vobis. Pro certo igitur teneatis, quod anima mea vidit diuinam eſſentiā: & hæc eſt cauſa, quare tam impatienter maneo in hoc ergaſtulo corporis. Et niſi quia ligarēt me amor eius & amor proximi, propter quē ipſe me remiſit ad corpus, ego præ triſtitia deficerē. Summa vero conſolatio mihi eſt, quando patior aliquid mali: quia ſcio quod per illam paſſionem ego perfectiorem habebo DEI viſionem. Qua ex cauſa non ſolum mihi tribulationes non graues, ſed ſunt etiam delectabiles menti meæ, prout poteſtis perpendere quotidie vos, & alij, qui conuerſamini mecum. Vidi etiam pœnas tam damnatorum quàm illorum qui ſunt in purgatorio, quæ nullis vocabulis poſſunt dici perfecte. Et ſi miſerrimi homines viderent vnam minimā illarum pœnarum, potius eligerent decem mortes corporeas, ſi eſſet poſſibile, quàm illam minimam pœnam portare per diem. Singulariter autem vidi puniri eos, qui peccauerunt in matrimonio, non ſeruando ipſum ſicut debebant, ſed quæ ſierunt delectationes concupiſcentiæ ſuæ. Me autē petente, cur illud peccatum quod grauius cæteris non erat, tam grauiter puniebatur. Reſpondit, quia de illo non habuerunt tantam conſcientiam, conſequenter nec tantam contritionem, quantam habuerant de alijs. Et etiam frequentius ac pluries offenderant in illo peccato, quàm in alijs. Et ſubiunxit: Nimis periculoſa eſt illa culpa, quam cōmittens non curat remouere per pœnitentiā à ſe, quantūcunq; ſit parua. Poſt hęc incepta proſequēs, inqt: Dū omnia hęc aia mea cōſpiceret, ęternus quē plene poſſidere credebam,

debam,ſponſus ait aiæ meę:Vides quãta gloria priuantur, quantaq; pœna puniuntur, q̃ me offendũt:Redeas igitur,& oſtende eis errorẽ eorum pariter & periculum atq; damnũ.Cumq; reditũ hunc aia mea nimis horreret,addidit Dominus:Multarũ animarũ ſalus reqrit vt redeas,nec amplius modũ viuendi tenebis,quẽ tenuiſti huc vſq;,nec cellam pro habitaculo habebis de cętero,quin potius & vrbem te propriam egredi oportebit pro animarũ ſalute.Ego autem ſemper tecũ ero,& ducam & reducã: portabiſq; nominis mei honorẽ & ſpiritalia documenta corã paruis & magnis,tam laicis q̃ clericis & religioſis.Ego enim tibi dabo os & ſapientiã,cui nullus reſiſtere poterit.Adducã etiã te coram põtificibus & rectoribus Eccleſiarũ ac populi Chriſtiani,vt conſueto meo modo, per infirma fortiorũ cõfundam ſuperbiam. Hæc & ſimilia dũ ſpiritaliter ſiue intellectualiter loqueretur animę meæ, modo(q̃ ignoro)in perceptibili,ſe inuenit ſubito reductã ad corpus. Quod cum ipſa anima mea primo perpenderet, dolore intolerabili ſauciata eſt adeo,vt tribus diebus & totidem noctibus, in continuis &. aſſiduis fuerim fletibus: nec eſt poſſibile ab eiſdẽ me fletibus abſtinere, quandocunque mihi hæc ad memoriam reducuntur. Nec eſt mirum pater,imo potius mirum eſt,quia cor meum iterum dolore non frangitur omni die; conſiderata excellentia tantæ gloriæ, quam tunc quidem poſſidebam, ſed nunc longe proh dolor à me facta eſt. Totum autem mihi accidit propter proximorũ ſalutem.Nullus igitur admiretur,ſi exceſſiue diligo illos & illas, quos et quas cõmonefacere,ac à malis ad bonum conuertere mihi conceſſit Altiſſimus,quia nõ paruo precio emi ipſos. Propter eos enim anathema facta ſum à Domino, & à gloria eius ſuſpẽſa per tempus mihi adhuc incertum. Propter quod ſicut dicebat beatus Paulus: Ipſi ſunt corona mea,& gloria mea,& gaudiũ meũ.Hoc,inqt,dico vobis ad remouendũ de corde veſtro paſſionẽ,quã qdã patiunt,murmurãtes q̃ ita domeſtica oibus facta ſum.

His auditis & intellectis iuxta gratiã mihi datã,perpendi conferendo in corde meo, quod propter moderni temporis cęcitatem & incredulitatem hominum ſeipſos amantiũ,non eſſent hęc omnibus propalanda. Qua de cauſa prohibui fratribus & ſororibus meis,q̃ ipſa viuente nullatenus talia diuulgarent. Perpẽdi etiã aliquos, q̃ prius eius monita ſequebantur,hoc audito abire retrorſum,qa nõ poterãt capere verbũ. Verũ ex quo nunc in paradiſum,non reditura vſq; ad generalem reſurrectionẽ eſt iã rapta, & curſum huius vitæ fragilis terminauit,neceſſariũ me putaui & puto ad hoc reuelandũ, ne diuinę pietatis donũ,& tã ingens,tamq; apertũ miraculũ,mea ex negligentia occultetur.Porro vt cernas lector,q̃ clare diuina virtus ita fuiſſe oſtenderit,noueris q̃ appropinquãte hora expirationis p̃dictę,per adſtantes fœminas eius ſocias,& in Dño filias,confeſſor eius frater Thomas dictus de fonte,ſępe ſuperius nominatus,vocatus eſt vt migranti ſecundum morẽ adſtaret,& p̃cibus migrantem aiam Dño cõmendaret. Qui aſſumpto ſecũ quodã fratre,qui vocatur frater Thomas Antonij,cõcitus venit,& dolẽter adſtitit orãs. Quod dũſenſiſſet alter frater,q̃ vocatur frater Bartholomęus Montucij,aſſumpto ſecum fratre Iohãne Cõuerſo de Senis,q̃ nunc actualiter eſt in vrbe,feſtine venit & ipſe. Hi quatuor fratres,qui oẽs ſupſunt adhuc & viuũt,virgini ſacrę migrãti nimium dolentes adſtabãt. Sed dũ expiraſſet,dictus frater Iohannes Conuerſus,tanto eſt cordis dolore perculſus, q̃d ex violẽtia fletus & eiulatus,vena ſibi pectoris fracta eſt,& ex toto aperta,in tantũ q̃ cogente tuſſi,vt talibus accidit,frequẽtes & magnos coagulati ſanguinis cumulos p proprium os emitteret, & ſuffocationẽ cordis aut incurabilis infirmitatis detrimentũ veriſimiliter formidaret. Additur ergo dolor dolori adſtantiũ:& qui virginẽ deplorabãt defunctam, fratrẽ in breui moriturũ,coacti ſunt ſimul flere.Dum aũt hęc agerentur,frater Thomas cõfeſſor virginis,magna cũ fide dicto fratri Iohãni dixit:Cõſtat mihi hãc virginem magni eſſe meriti apud Deũ. Apponas igitur manus corporis eius ſacri ſuper locũ tuę tã horribilis paſſiõis,& indubitãter curaberis.Quod cũ ille cũctis q adſtabãt,cernẽtibus perfeciſſet,mox ita plene curatus eſt,ac ſi nunq̃ illa paſſiõe fuiſſet grauatus.Hęc dictus frater Iohãnes,adhuc cunctis audire volentibus recitat,& cũ expedit, etiã iuramẽto cõfirmat.Cæterum pręter fratres ſuperius nominatos,expirationi p̃dictæ pręſens fuit quædã ſocia eius,ſimul etiã in Dño filia,q̃ vocabatur Alexia:& vt firmiter puto, iã cũ ea viuit in cœlis,paruo enim tẽpore poſt eius tranſitũ ſuperuixit.Defunctã aũt ipſam virginem pene oẽs conuicinæ viderunt, & magis vtriuſq; ſexus notorum caterua, quæ vt moris eſt, in tali caſu concurrerat. Nec alicui ex ipſis poterat eſſe dubium, quin totaliter ex hac luce migraſſet. Porro ſuſpenſionis ſeu eleuationis corporeæ, ſupra circa

principium huius capituli recitatę, teſtes fuerunt quędã ſorores de pœnitentia beati Dominici, nomine Catharina, filia quondam Thecci de Senis, quę diu comes eius indiuidua fuit. Et niſi me fallat memoria, Lyſa cognata eius, quæ adhuc ſuperuiuit, & Alexia ſuperius nominata.

¶ De quibuſdam miraculis operatis diuinitus per hanc almam virginem circa ſalutem animarum. Caput VII.

INdubitatum apud te omnino lector eſſe cupio, quod ſi pręciſe illa recitare velim miracula, quę per hanc ſacram virginem operatus eſt Dominus, poſtquã eius notitiam merui ex quibus maiorem partẽ percepi propriis ſenſibus, non modo vnũ capitulum, ſed per me plura conficienda forent volumina. Verum vt legentibus non inferam tędium, ad vnius capituli methodũ, quantum valui, multa reduxi: vt ex his quę videris, indices qualia ſint, quæ breuitatis cauſa nunc ſilendo pertranſeo. Porro qa quantum ſpiritus corpus, tantum miracula ſpiritualia illa, quę circa corpus ſunt, antecedunt. Ideo prius ea quæ circa liberationem animarũ per ipſam operatus eſt Dominus, decreui deſcribere, ac conſequenter ea quæ corporibus ſalubria fuerunt proximorum. Inſcribendo autem hęc, quãuis ordinẽ temporis, quantũ mihi fas eſt, obſeruem, omnino tamen obſeruare non valeo, quia propter diſtinctionem iam dictã, miraculũ per ipſam circa liberationem ſpiritus patratũ nouiſſimo tẽpore, me prius recitare oportet, q̃ corporale miraculum primis temporibus operatũ, vt digniora minus digna præcedant ordine ſuo recto. Inſuper licet hunc ordinem ſeruare intendã, in qualibet tamen diſtinctione, quantũ ſciuero, temporis ordinem ſeruare conabor. Sane iſtorum miraculorum, et potiſſime ſpiritualiũ, quędam fuerunt ita ignota hominibus & ſecreta, quod teſtem non habent alium, niſi eius reuelationem mihi vel alteri factã, quamuis non ſint abſq; ſignis patentibus, quæ fidelibus & deuotis ſatisfaciunt ad credendũ. Scire igitur te volo peroptime lector, quod Iacobus huius ſacræ virginis genitor naturalis, poſtquã vt in prima parte tactum eſt cõperit filiam omnipotenti Domino cordialiter deſeruire, ſemper eam reuerenter & amoroſe tractauit, mandãs aſſidue omnibus de familia, ne aliquis eſſet auſus Catharinæ virgini natę ſuę pręſtare quodcunq; impedimentũ faciendi quęcunq; vellet. Quamobrem charitas magis ac magis augebatur quotidie inter patrẽ & filiã, illaq; ſalutem patris aſſidue Domino precibus cõmendabat, & ille de virtutibus ſuę in Domino exultabat, nec nõ & ſalutem ſe apud Deum conſecuturum meritis & orationibus eius ſperabat. Inter hęc autem completi ſunt dies huius tranſitorię vitę Iacobi, deciditq; in lectulum grauatus ęgritudine corporali. Quod vt filia comperit, mox ad conſuetũ orationis recurrit confugium, ſponſumq; ſuum pro ſalute patris orauit. Cui oranti reſpõſum eſt, terminũ vitę corporeę Iacobi adueniſſe, nec ei expedire quod amplius differretur. Tunc illa perſonaliter viſitans genitorem & diſpoſitionem mentis eius diligenter examinãs, reperit animum eius promptum ad trãſitum, nec huius vitę cupidine detineri: de quo immenſas gratias ſuo retulit ſaluatori. Sed nec adhuc de hoc dono contenta, iterũ totũ collegit ſpiritum ad Dominum exorãdum, vt ex quo genitori & nutritori ſuo tãtam contulit gratiam, quod libẽter abſq; culpa ex hac vita migrabat, velut fons omniũ gratiarũ, aliam addere dignaretur, vt. ſ. abſq; pœnis purgatorij ad gloriã euolaret. Cui reſponſum eſt, neceſſarium eſſe quod iuſtitia ſaltem in aliquo ſeruaretur: nec eſſe poſſibile, q̃ anima non perfecte purgata, ſplendorem tantæ glorię poſſideret. Quãuis enim genitor tuus inquiebat Dominus, inter cæteros matrimonij ſtatũ tenẽtes fuerit bonæ vitæ, pluraq; fecerit mihi grata, & ſingulariter quæ operatus eſt erga te: fieri tamen nõ poteſt, ſalua iuſtitia, quin anima eius ſalua fiat per ignem, propter terrenę conuerſationis puluerem habituatũ & induratum in anima eius. At illa: Superamantiſſime Domine, quo pacto potero ſuſtinere, q̃ anima illius qui te concedente, me genuit, & tam diligẽter nutriuit ac educauit, & tantas cõſolationes mihi fecit in vita ſua, quomodolibet ignibus illis atrociſſimis affligatur? Ergo te per omnes bonitates tuas adiuro & obſecro, vt animam illã egredi de corpore non permittas, niſi vno modo vel alio ſit ita perfecte purgata, q̃ igne purgatorij nullo modo indigeat. Mira res, obediente Domino Deo quodãmodo voci hominis atq; voto, defecerunt ex toto vires corporeę Iacobi, nec tamen anima corpus reliquit, quouſq; fuit ſancta & pia diſceptatio terminata, quæ diu durauit, Domino allegante, iuſtitiã, & virgine flagitante, gratiam. Tandem poſt multa virgo ſubiunxit: Si non poteſt hęc gratia fieri, niſi ſeruetur aliqualis iuſtitia, fiat tunc illa iuſtitia ſuper

tia ſuper me, quia pro genitore meo parata ſum omnem pœnam, quam tua decreuit bonitas, ſuſtinere. Quod Dominus annuens, inquit: Ecce ob amorem quem in me tota liter poſuiſti, acceptaui tuam petitionem, & animam tui naturalis patris immunē reddā à pœnis ſimpliciter & ex toto. Sed tu pro ipſo pœnā, quā tibi dedero, q̄ſq; vixeris, ſuſtinebis. Quod illa gaudenter ſuſcipiens, ait: Optimus, Dñe, ſermo tuus: fiat ſicut impaſti.

Poſt hęc ad patris lectulum, qui laborabat in extremis, acceſſit: & confortans eum, de perfecta ſalute pro parte altiſſimi, mirabiliter ipſum lętificauit: nec inde abceſſit, quouſque vidit ipſum ex toto migraſſe. Quid plura? Illius anima egrediēte de corpore, in eodē inſtanti apprehenderunt virginem dolores iliaci, qui nunquā vſq; ad terminum vitę eius diſceſſerunt: nec vnquā fuit ſpacium aliquod tēporis, in quo dolores illos aliqualiter non ſentiret, ſicut tā ipſa q̄ aſſiſtētes ei, mihi cētieſunt teſtatę, ac manifeſta ſigna doloris mihi & cęteris ſecū conuerſantibus patentiſſime oſtēdebat. Sed virtus patiētiæ eius, nō æquabatur doloribus, ſicut infra, dante Domino, patefiet, imo ipſos incomparabiliter excedebat. Hæc autem omnia ſupra ſcripta mihi ſecretē retulit virgo ipſa, dū ego doloribus eius ſupradictis cōpatiens, cauſam exquirerem tanti morbi. Sed hęc non debeo ſubticere, quod illa expirante, virgo ſancta magnā modeſti riſus iucunditatem oſtendit, dicens: Benedictus Dominus, vtinam eſſem ego ſicut vos. nec potuit alįs flentibus, niſi lætitiam et iucunditatem oſtendere per totum tempus quo fuerunt funeralia celebrata. Conſolabaturq; matrem ac cæteros, ac ſi ad eam nihil de illo funere pertineret. Viderat enim animam illam egredientem de tenebris corporalibus, mox æternam lucem ingredi abſq; dilatione, ex quo indicibili gaudio replebatur, potiſſime, quia nō multo tempore ante, ipſa fuerat experta, quid eſſet ingredi lucem illam, prout in ſuperiori capitulo eſt dictū. Dolores autem illos gaudenter accepit, quia nouerat eos ſibi ad culmen gloriæ illius p̄futuros. Vides ne lector diuina prouidentia q̄ fuit ſapientiſſime hic opata? Poterat haud dubium animam illam multis modis purgare, & ad ingreſſum glorię habilem reddere, ſicut de facto fecit animam latronis ipſum confitentis in cruce, ſed noluit abſq; pœna corporis virginis hoc petentis, nō in malum, ſed in augmentum boni ſpiritalis eiuſdem virginis. Dignum quippe fuit, quod virgo quæ tanta charitate diligebat animam patris, de ipſa charitate aliquid lucraretur: & ſicut ipſa plus dilexit ſalutem animæ illius quàm corporis, ſicut ipſa per pœnitentiā corporis ſalutē animę proprię cumularet. Propter quod ipſa ſemper dolores illos vocabat dulces, nec ab re. Sciebat enim ex doloribus illis dulcedinem gratię hic merentis, & glorię hic in futurum p̄miantis, ſibi ſemper augeri. Vnde non niſi dulces poterat noiare. Narrauit mihi ſecrete ſancta hæc virgo, q̄ per longum tempus poſt obitum dicti Iacobi, ſpiritus eius. ſ. Iacobi, quaſi aſſidue ſe ſibi p̄ſentabat, gratias agēdo de gratia, quā ipſa mediante receperat, & multa ſibi ſecreta reuelādo, ac ſup inſidįs inimici eā p̄monendo, nec nō ipſam à malis omnibus cuſtodiendo.

Cęterū audiſti hęc de aīa iuſti: attende nunc obſecro, qd acciderit de anima peccatoris. Erat tunc tēporis. ſ. anno Dñi m. ccc. lxx. in ciuitate Senēſi ciuis quidā, vocatus Andreas Naddini, diues quidē tranſitorįs & extrinſecis rebus, ſed bonis p̄manentibus & intrinſecis, ex toto priuatus. Nullo Dei timore vel amore fulcitus, omni quaſi detinebatur vinculo peccatorum ac vitiorū, ludo etiā taxillorū totaliter deditus, Dei & ſanctorum erat blaſphemus aſſiduus & deteſtabilis nimium. Hic anno iā dicto, qui ætatis ſuę quadrageſimus erat, menſe Decēbri graui corporis morbo arreptus, in lectū decidit, & deficiente medicorum auxilio, ad vtriuſq; hominis mortē, iuxta cor ſuū impœnitens, propinquabat. Hoc ſentiens proprius eius ſacerdos, acceſſit eum, monuitq; ipſum, vt ante vitæ corporeæ terminum, pœnitentiam ageret de cōmiſſis, domui ſuę diſponeret iuxta morem. At ille, q nec Eccleſiarū viſitator, nec ſacerdotum fuerat vllo tēpore vitæ ſuę deuotus, & monētem & monita ex toto cōtempſit. Quod vxor eius & cōſanguinei attendētes, zelo ſalutis eius moti, plures vtriuſq; ſexus religioſas p̄ſonas & Deo deuotas accerſierunt, vt obſtinatū eius animū immutarent. Sed ille nec minis æternorum incendiorum, nec blanditįs diuinæ miſericordiæ, ad confitendum peccata ſua potuit quomodolibet flecti per quemcunq; monentem: deſcendebatq; ad inferos, nihil ſecum portans niſi peccata. Hoc iterum cum dolore proſpiciens eius ſacerdos curatus, timens de morte propinqua, matutinali hora iterum acceſſit ad eum, prima repetens monita, & plura ſubiungens. Verum miſellus ille ita vltimo, ſicut primo, & loquentē, & verba deſpexit. Quid plura? In pœnitētia finali detentus, peccatum in ſpiritū ſanctum, quod in neutro ſeculo

dimit-

dimittitur,cõtinue cõmittebat,& ſic ad cruciatus interminabiles iuſtiſſime deſcẽdebat. Fiunt hæc nota fratri Thomę virginis confeſſori,ſępe ſuperius nominato,qui dãnationi hominis illius cõpatiens,feſtinus ad ipſius virginis domũ acceſſit, intendens eam pœm viam,tam obedientię q̃ charitatis arctare,vt orare non deſineret Dominum,quod infelici animæ illi dignaretur miſericorditer ſuccurrere,ne in ęternum periret. Sed cum pueniſſet ad domũ,inuenit virginem abſtractam à ſenſibus, nec fuit fas ipſam à ſuis intimis contemplationibus protunc reuocare. Quamobrem non valens eã alloqui,nec propter ſuperuenientem noctẽ diutius expectare,cuidã ſociæ virginis, quæ Catharina etiã dicebatur & dicitur(adhuc enim viuit) ſtricte mãdauit,quatenus cum virgo Domini ſenſus rediſſet ad proprios,ei flebilem caſum & intentionẽ ſuã plenius explicaret. Quod illa humiliter ſuſcipiens,promiſerat mandatum ſe impleturã apud virginẽ,ſicut & fecit. Virgine ſiquidem ſacra vſq; ad quintam horam noctis in ſuis contẽplationibus perdurante, mox cum rediret ad ſenſus corporeos exteriores,Catharina Catharinæ retulit, quidquid ei confeſſor mandauerat,& per ſanctam obedientiam ei impoſuit,vt animam illam omni cum inſtantia Domino cõmendaret. Quod illa percipiens,charitatis igne ac cõpaſſionis tota ſuccenſa,ad depcandum Dñm ſtatim reuertitur,& clamat validiſſimis mentis vocibus corã eo,dicens proximum ſuum conciuem & fratrẽ ſuum, redemptum quoq; tanti ſanguinis precio, nullatenus permittere ſe perire. Cui reſpondit Dñs: iniquitates illius vſq; ad cœlum iam aſcendiſſe,ſicut blaſphemi horribilis. Non enim,inquiebat Dominus, tantum ore me blaſphemauit,ac ſanctos meos,quinimo tabulã,vbi erat imago mea,matris meæ ſanctiſſimæ,ac aliorum ſanctorũ meorum,proiecit in ignẽ. Dignum eſt ergo quod æternis ignibus comburatur. Sine chariſſima eum,quia dignus eſt morte. At illa cũ lachrymis ad pedes ſui ſponſi dulciſſimi prouoluta,dicebat: Si tu amantiſſime Domine iniquitates noſtras volueris obſeruare,quis æternã damnationẽ euadet? Nunquid propter hoc in vterum virginis deſcendiſti,mortiſq; crudeliſſimæ ſuppliciũ pertuliſti,vt iniquitates noſtras obſeruãdo punires,an potius vt deleres? Quid mihi narras peccata pditi hominis,qui cuncta crimina ſuper ſanctiſſimos humeros tuos portaſti? An forſitan veni diſputare tecum de illius iuſtitia,& non tuã miſericordiam petitura? Recordare Domine quid dixeris mihi, quando pro animarũ ſalute me poſitam expreſſiſti. Ego refrigerium aliud hic non habeo,niſi videre proximos meos conuerti ad te. At propter hoc tantũ, abſentiam tui patienter ſuſtineo. Si mihi hoc gaudium non pręſtiteris, quid ſum infelix facturа? Non me repellas clementiſſime Domine. Redde mihi fratrem meum,qui eſt in barathro cordis obſtinati abſorptus. Quid verba multiplicem? A quinta hora noctis vſq; ad auroram ſtans inſomnis,& lachrymis plena, pro illius animæ ſalute cum Dño diſputauit,Domino allegante grauiſſima & multa illius crimina,de quibus iuſtitia petebat vindictã,& virgine adducente miſericordiam eius, qua fuerat incarnatus & paſſus, nec non & promiſſionem ſibi factam per eum de multarum animarum ſalute. Vicit aũt tandem miſericordia opera Domini,& iuſtitiam fons miſericordiæ indeficiens. Et inqt virgini: Dulciſſima filia,ecce ſuſcepi faciem tuã,eumq; pro quo tam feruenter poſtulas, mox conuertã. Eadem hora Andreæ decũbenti apparuit Dominus,dicens: Cur chariſſime offenſas quas contra me feciſti,non vis confiteri? Confitearis omnino,quia paratus ſum liberaliter tibi remittere culpas tuas. Ad quã vocẽ obſtinatũ cor mollificatũ nimiũ eſt,adeo ꝙ voce magna clamauit ad ſeruientes ſibi: Mittite pro adducẽdo ſacerdote,quia volo cõfiteri peccata mea: nã video Ieſum Chriſtũ Dñm & ſaluatorẽ, qui monet me vt peccata mea confitear. Quod adſtantes lætanter percipientes,feſtine pro ſacerdote miſerunt. Quo veniente,peccator perfecte confeſſus eſt,& cũ magno dolore cordis, Teſtamentumq; ſuũ completiſſime ordinauit,ac cũ magna cõtritione ſimul & deuotione hac ex luce migrauit ad Dominũ. O ineffabilis miſericordiæ pater,q̃ immenſæ ſunt clemẽtię tuæ, q̃ profundæ prouidẽtiæ tuæ,& nequaquã à nobis inueſtigabiles viæ tuæ. Permiſiſti hominẽ illum in peccatis ſuis indurari vſq; ad vltimũ,nec aliquã videbaris eius curã habere. Procurabas tamen cõtinue,vt eum curares. Accedebant ſerui & ancillæ tuæ ad eũ, nec quidquã ſalutis videbantur offerre. Immiſiſti in cor confeſſoris huius virginis ſacræ vt eam arctaret. Cor autem virgineũ accendiſti,vt inuincibilem te vincere conaretur humilibus lachrymis,ac omnipotentiam tuam ligare quodãmodo videretur. Et quis illi hanc accenſi cordis prębuit audaciam niſi tu? Quis ei cõpaſſionis fraternæ ignem miſit in mentem? Quis conferebat lachrymas illas,tuã clementiã inclinantes? Quis,inquam,

alius

alius q̃ tu? Erigebas ſpõſam tuam ad te, vt ipſa inclinaret te ad ſe. Tua hęc ſunt Ieſu Chriſte opera, qui ſanctos tuos ita glorificas. Tu hanc virginem ſacram ſponſam, vt oſtẽderes quãti meriti apud te eſſet, ignoti ei hominis, licet conciuis & Chriſtiani, periculum oſtendiſti, cui nullo alio mediante ſuccurrere voluiſti, niſi quã prędelegeras, ſponſa pro illo intercederet apud te. Quis ergo non debet tibi amoris glutinio copulari? Vidiſti lector magnas miſericordias Dei noſtri in peccatore vno, merito huius virginis liberato. Sed attende maiores in duobus quodammodo iam damnatis.

Accidit in dicta ciuitate Senenſi illo in tẽpore, duos famoſos malefactores per prędem iuſtitiæ captos, propter maleficiorum ſuorum enormitatem, morti duriſſimę deputari. Poſiti enim ſunt ſuper currus ligati ad palos, & carnifices forficibus ignitis ſiue tenaculis corpora ipſorum, nunc in vno membro, nunc in alio, aduſtionis violentia vulnerabant. Hi nec in carcere, nec poſtquam inde ſunt pro morte illa ſuſtinenda educti, potuerunt per quenquã induci, vt pœnitentiam agerent de cõmiſſis, nec ad confitendum peccata ſacramentaliter cuiquã ſacerdotiſſimo dũ ſecundũ morem ducebantur per ciuitatem ad aliorũ terrorem, non ſe cõmendabant orationibus fideliũ, quin potius Deũ & ſanctos aptis vocibus blaſphemabãt. Sicq; de tẽporalibus pœnis & igne, ad perpetuũ ignem ac interminabiles pœnas miſeri trahebantur. Porro ęterna illa bonitas, quę nemi nem vult perire, & q̃ non punit bis in idipſum, pſacrã virginẽ ſponſam ſuã ſibi dilectam cogitauit miſeras aĩas illas de inferni voragine liberare. Cõtigit enim diuina prouidẽtia diſpenſante, ſacrã virginem illa die pro ampliori ſua quiete, domum cuiuſdã ſuæ filiæ in Dño ac ſociæ acceſſiſſe, quæ Alexia dicebatur, & nunc cum ea regnat in cœlis. Huius domus erat ſita in vna de viis ciuitatis eiuſdem, per quã huiuſmodi damnati homines ptranſire ſolebãt. Cumq; mane illo Alexia tumultuantiũ turbarũ ſtrepitum ſentiret ab extra, mox ad feneſtram accedens, & de ipſa ſuſpiciens, miſeros illos parũper procul eſt intuita in curribus veniẽtes, qui modo ſupradicto à carnificibus vrebantur. Feſtinaq; acceſſit ad virginẽ, dicẽs: O mater mea, quanta cõpaſſio nunc ante oſtiũ domus noſtręſ Duo, inqt, viri dãnati ad forfices, in curribus tranſducuntur. Quo audito, ſacra virgo non curioſitate, ſed cõpaſſione ducta, ad feneſtrã prędictam acceſſit, viſiſq; miſeris illis, in ictu quaſi oculi retroceſſit, & ad orationem confugit. Vidit enim, ſicut mihi ſecrete confeſſa eſt, in circuitu cuiuslibet illorum ingentem malignorũ ſpirituum turbationẽ, qui mentes eorũ interius lõge plus incendebant, q̃ carnifices carnẽ exterius. Quamobrẽ duplici cõpaſſione cõmota, ad oratiõis refugiũ feſtina recurrit, p quã ſponſi ſui pietatem nõ minus feſtinanter vrgeret, vt pereuntibus illis ſuccurreret animabus. Ha, inquiebat, clementiſſime Dñe, vt quid creaturã tuã ad imaginẽ & ſimilitudinẽ tuã formatã, tuo quoq; pciioſiſſimo ſanguine redemptã clemẽter, ita contẽnis, vt ſupra tantã afflictionẽ corporẽ, tã crudeliter, tãq; dãnabiliter à ſpiritibus vexẽt immundis? Tu latronẽ illum q tecũ fuerat crucifixus, q̃ digna factis reciperet, tã abundanter illuminaſti, cp apoſtolis dubitãtibus, ipſe te clare cõfeſſus eſt in patibulo, & audire meruit vocẽ illã: Hodie mecũ eris in paradiſo. Et vt qd hoc, niſi vt ei ſimilibus ſpẽ venię largireris? Tu Petrũ te negantẽ nõ deſpexiſti, ſed miſericorditer reſpexiſti. Tu Mariã peccatricẽ non contẽpſiſti, ſed ipſam ad te traxiſti. Tu nec publicanũ Matthęũ, nec Cananęã, nec principẽ publicanorũ Zaccheũ à te repuliſti, qn imo ad te vocaſti. Per oẽs igit miſericordias tuas te obſecro, vt aĩabus illis feſtine ſuccurras. Quid amplius immorer? Traxit volentẽ trahi, & patentẽ miſericordiæ fontẽ ad miſellos illos mirabiliter declinauit. Nã cõceſſa eſt ei gratia, cp in ſpũ iret cũ eis, & ſociauit eos cõtinue vſq; ad portã ciuitatis, plorãs ſemp pro eis & orãs, vt emollirent & cõuerterent corda ipſorũ, qd vidẽtes dęmones, clare clamabãt contra ipſam, dicẽtes: Niſi deſiſtas, opabimur cp ſpũs eorũ & nos cũ eis, vexãdo faciemus te dęmoniacã. Quibus illa: Quidqd Deus vult, hoc ego volo, nõ deſiſtã propter hoc ab incepto. Cũ aũt eſſent in porta ciuitatis, apparuit miſellis ſaluator ſupmiſericors totus vulneratus, ſanguine vndiq; fluẽte, ipſos ad conuerſionẽ inuitãs, veniamq; promittẽs, ſicq; radius diuinę lucis intrauit corda illorũ, petiueruntq; cũ magna inſtantia ſacerdotẽ, & peccata ſua cũ cõtritione nõ modica ſunt cõfeſſi. Poſt qd blaſphemias mutauerũt in laudẽ, ſemetipſos etiã cõtinue accuſantes, & dignos ſe pœnis illis & maioribus proclamãtes, lętãriſſimi proceſſerũt ad mortẽ, ac ſi fuiſſent ad epulas inuitati. Carnificibus aũt ipſos vrẽtibus, ſicut ſolebãt primitus blaſphemare, ita nũc laudes ingeminãt ſaluatori, ſeq; p illas pœnas ad æternã gloriã clamitãt fiducialiter gueturos, magnãq; ſecũ miſericordiã fieri mediãtibus pœnis illis. Hęc dũ adſtãtes

confi-

considerant,nimio arripiuntur stupore de tanta mutatione,ita vt etiã ipsi carnifices dul cescant in corde,nec audeant addere vulnera,videntes tantam deuotionem. Nullus autẽ nouerat vnde mutatio hæc dextrę saluatoris excelsi prouenerat, aut quis pro animabus illis tam induratis ad Deum intercessisset. Verum sacerdos quidam deuotus,qui eos associabat,vt eos reduceret ab obstinatione tam dura,hæc omnia postmodum iurauit fratri Thomę confessori virginis huius sacrę,qui à dicta Alexia inquirens, inuenit ꝙ illa hora qua virgo sacra suam terminauit orationem,& ad sensus reuersa est,illi spiritũ emiserũt. Quod & perfectius postea sciuit ab ipsa virgine insecretis. Quæ cũcta supra narrata recitauit ei per ordinẽ,sicut in scriptis fratris Thomæ inueni. Vbi ad hoc adiungitur,quod p aliquot dies post obitum dictorum malefactorum,audita est per socias virgo sacra dicere dum oraret,gratias tibi Domine,quia liberasti eos de secundo carcere. Quod cum dictus frater Thomas percepisset,petiuit ab ea,quid sibi hoc voluisset. Quæ respondit,illorum latronum animas iam esse in gloria paradisi. Quamuis enim ad purgatorium transiuissent cum migrauerunt,ipsa tunc tamẽ impetrauit eorum ex toto liberationem. Hęc fortitan quoniã inuisibiliter fiunt, tibi lector modica videntur: sed si Augustini & Gregorij scruteris sententias,inuenies maius hoc fuisse miraculum,quam si post mortẽ hi fuissent resuscitati. Et vt verbo vtar Gregorij: In resurrectione corporea fuisset caro resuscitata iterũ moritura,in hac autem resuscitata est anima in æternum victura. Item in resurrectione corporis nullum habet obstaculum diuina potentia: in resurrectione vero animæ,propter legem liberi arbitrij datam,obstaculũ quodãmodo patitur,quoniã ille potest nolle conuerti. Propter quod dicitur, quod conuersio peccatoris etiam creationem mundi excedit in ostensione diuinæ potẽtiæ. Prædicatur,nec immerito, de sancto Martino,quod in virtute Trinitatis deificæ,meruit fieri trium mortuorum suscitator magnificus. Legitur etiam de sancto Nicolao,ꝙ tres innocentes morti addictos, mirabiliter liberauit,& hoc magno pręconio. Quid ergo dicemus de nouella nostra Catharina virgine,quę duos nocẽtissimos viros,mortuos quidẽ in anima,& æternę morti addictos, quasi ex toto suis precibus tam subito,tam mirabiliter suscitauit, & ab ęternis incendijs liberauit? Nonne stante sententia supradicta,quomodolibet prædictorum istud est maius & mirabilius? Mihi crede lector. Ego proprijs oculis vidi plura mirabilia in diuersis corporibus patrata per hanc sacrã virginẽ,sed omnia nihil reputo respectu istius. Nimis enim potenter hic egit Altissimi dignitas,nimis largiter myrrhã suæ gratiæ distillauit,vt homines omni nequitiæ deditos,qui perseuerauerunt & perseuerabant in suis nequitijs vsq; in finem quodãmodo in clusiue,nullo amplius inducente nec sperãte de salute ipsorum,sic ad se conuerterit gratiose,sic emollierit, sic virtute constantię in pœnitendo restituerit finali & glorioſæ saluti.

Aliud quoq; singulare conuersionis donum impetrauit à Domino, pro quodam qui adhuc supereſt,quod non puto silendũ. Erat in ciuitate prædicta Senensi quidam Franciscus de Tholomeis,qui viuit adhuc. Hic cum vxore sua quæ Rabes dicebatur, plures vtriusq; sexus genuerat filios,quorũ primogenitus Iacobus vocatus,nimis scelerate viuebat,fastu enim huius seculi turgidus,& crudelitatis veneno repletus, iam duos proprijs manibus occiderat homines adhuc iuuenis, criminumq; suorum immanitate ab omnibus ipsum noscentibus timebatur. Nulla ei cura erat de Deo, nullus timor, absq; freno quocunq; ducebatur quotidie de malo in peius,habebatq; vxorem Ginocciã nomine, quæ totaliter huic seculo dedita,licet corpore virgo esset,magis ex erubescentia hominũ q̃ ex Dei timore omnium vanitatũ opera exercebat in corporis proprij cultu & ornatu nimis excessiuo,horũ genitrix Rabes p̃nominata,timore Dei compuncta, damnationẽ metuens filiorum,virginem sacram adijt,ei supplicauit,quatenus cũ duabus filiabus suis, sed singularius cum Ginoccia,dignaretur loqui parumper de pertinentibus ad salutem. Quod illa omnium animarum zelatrix, annuit libentissime,diligentissimeq; perfecit nã orationibus & monitionibus eius taliter formatus est Christus in mente Ginocciæ, ꝙ cunctis spretis vanitatibus seculi,capillis capitis in quibus gloriabatur,ex toto pręcisis,habituq; sororũ de pœnitentia beati Dominici deuotissime sumpto,totum tempus quo superuixit,sicut mihi patentissime constitit,in meditationibus & sanctis orationibus occupauit,asperrimas etiam pœnitentias faciendo, de quarum excessu ego quandoq; ipsam redargui. Hanc secuta est Francisca eius soror germana in omnibus: habituq; pœnitẽtię simul sumpto,delectabile nimis erat videre,qualiter illæ duæ sorores,quæ paulo prius tã

ardenter

ardenter vanitates huius seculi diligebant, tam constanter tamq; perfecte ipsum seculũ cũ proprio corpore contemnebant. Porro in eodem conuersionis principio Iacobus supradictus, qui protunc in ciuitate non erat, hęc audiens, furibundus ad ciuitatem reuertebatur cum quodam suo germano minoris ętatis, cõminationes magnas eructãs ex superbię stomacho, detracturumq; se habitũ quẽ soror induerat, ac ipsam extra ciuitatẽ ad locũ vbi habitabat ipse, ducturũ se promittebat, vt neminẽ audire posset; q ad talia ipsam induceret. Cui respondit germanus puer, motus à cœlo empyreo: Vere Iacobe, si tu veneris Senas, tu etiã conuerteris, & cõfiteberis peccata tua. Maledixit ille puero nimis atrociter, asserens se potius occisurũ has atq; illos fratres & presbyteros, q̃ q̃ vnquã vellet alicui cõfiteri. Replicabat puer prophetiam veridicã, illeq; maledictiones & cõminationes ingeminabat, sicq; peruenerunt ad ciuitatem. Intrauitq; Iacobus furijs inuectus paternã domũ, horribiliaq; se facturũ denũciat, nisi soror habitũ illum deponat, ac secũ eat. Nec ista sanctam virginẽ latẽt. Rabes aũt genitrix cõpescit filiũ, vt saltẽ sequentẽ diem expectet. Mane igitur facto, mittit pro fratre Thoma confessore virginis. Qui assumpto fratre Bartholomęo Dñici, q̃si nutu Dei accessit ad domũ vbi erat Iacobus, ipsumq; alloquit̃, sed nihil videtur posse proficere. Porro sancta virgo sciens hęc oĩa nõ ab homine, sed à Dño, illa hora pro cõuersione Iacobi instãdo orabat. Quid plura? Illa orante, tetigit Dñs cor Iacobi; & alloquẽte ipsum fratre Bartholomęo supradicto, quẽ frater Thomas nutu Dei (vt dixi) duxerat sociũ, quod fratri Thomę negauerat induratus, ex toto cõcessit. Nã non modo sorori assensit vt Dño seruiret, sed & ipse humiliatus, cũ non paruo cordis dolore peccata sua cõfessus est. Et vt modo loquẽdi vtar, sacræ virgini vsitato, totũ virus q̃d in mẽte habuit, euomuit, etiã quędã peccata quæ nunq̃ alicui voluerat confiteri. Factusq; agnus de lupo, & catulus de leone, in breui tẽporis spacio admirationẽ dat cunctis noscentibus eũ. Stupet Rabes genitrix eius, cõgratulantur sorores, Deumq; laudat tota familia. Fratres aũt Bartholomęus & Thomas exultãt in Dño, festiniq; properant, vt sacræ virgini denuncient quod est gestũ. Porro illa q̃ cuncta in spiritu viderat, & hanc à Dño gratiã impetrauerat, adhuc erat in raptu, necdũ ad sensus corporeos ex ętterni sponsi amplexibus reuersa. Mox aũt vt reuersa est, antequã dicti fratres intrarẽt cameculã, dixit sociæ suæ: Laudes habemus referre creatori, qa Iacobus de Tholomeis, q catenis detinebatur diaboli, isto mane liberatus est, & fratri Bartholomęo cõfessus est oĩa peccata sua. Illis vero ingredientibus, & cũ lætitia hoc idẽ narrantibus, respõdit socia eius: Modo dicebat ipsa mihi quæ modo dicitis. At virgo Domini cum omni maturitate dixit ad eos: Laudes & gratias debemus patres mei nostro reddere saluatori, qui nunq̃ spreuit oratiões seruorũ suorũ, & desideriũ q̃d ipsemet inspirat, adimplet. Putauit hostis antiquus auferre nobis ouiculã nostrã, & pater misericordiarũ abstulit ei suã. Gredidit retrahere à Christo Ginocciã, & pdidit Iacobũ quẽ tenebat. Sic semp ei accidit, cũ caput erigit cõtra electos Dei. Non em̃ est possibile, de manu Iesu Christi rapi ouiculas quas elegit, sput ipse in euãgelio dicit. Attẽde lector, q̃ Ginoccia sępius noiata, cũ asprima pœnitẽtia, oratiõibus & meditatiõibus intẽta, pseuerauit in Dei seruitio vsq; ad mortẽ, longã corporis infirmitatẽ patiẽtissime & lętantissime ferẽs, cũ indicibili gaudio migrauit ad Dñm. In omnibus aũt supradictis Francisca soror eius est eã secuta, q̃ paruo post eã tẽpore superuixit. Et inter dolores corporis semp ridẽs, cũ iucundo risu migrauit à corpore. Rursum Matthęus primo nominatus post Iacobũ, seculũ ex toto relinquẽs, ordinẽ p̃dicatorũ intrauit, vbi adhuc deuote ac religiose viuit. Iacobus vero sępius nominatus, licet in cõmuni statu matrimonij viuat, nunq̃ tamẽ ad cõsueta mala reuersus, pacificũ & mansuetũ se oĩbus exhibet. Hęc aũt omnia operatus ẽ vnus atq; idẽ spiritus, per sponsam suam Catharinam, diuidens & prębens se singulis, pro quibus ipsa orabat.

Cæterum vt magis hoc pateat, rẽ narro nimis mirabilẽ, cuius solus testis fui. Sed ecce corã Deo, quia nõ mẽtior, cuius tamẽ rei effectus publicus fuit. Erat quidã in ciuitate Senensi p̃dicta vir admodũ famosus inter seculo deditos, carnis prudentia, q̃ Deo nõ subditur, plenus, vocatus Nãnes siue Vannis. Hic iuxta patrię illius abusum, inimicitias seu guerras particulares tenebat seu exercebat cõtra diuersos, occulte semp illis parãdo insidias, & fingẽs se longius ire. Verum quia in quibusdã ex illis guerris interuenerant etiã homicidia, autores criminũ custodiebãt se diligenter ab isto Nãne plus q̃ ab alijs, quia nouerant astutiã eius. Frequenterq; mediatores posuerant, vt inducerent ipsum ad pacẽ, sed ille in dolo semper cũ omnibus respondebat, se de illo negocio non curare, nec per ipsum

ſtare quin fieret pax, ipſe tamen ſolus pacem impediebat, vt vindictam poſſet facere ad votũ. Hæc audiens virgo ſacra, vt tantum malum extingueret, cupiebat ei loqui: ſed ille ita eam fugiebat, ſicut ſolet ſerpens fugere incantantẽ. Tandem quidã ſanctus vir, ſ. frater Gulielmus de Anglia, ordinis fratrũ eremitarũ ſancti Auguſtini, taliter locutus ẽ ei, quod promiſit ſibi, ſe venturum ad virginem, & ipſam auditurum: ſed noluit promittere, ſe quidquam de his quę moneret, facturum. Seruauit igitur promiſſum, & venit ad virginis domum hora qua ego illuc aduenerã, ſed ipſam nequaquam inueneram. Iuerat enĩ ad procurandam quarundam animarũ ſalutem. Me autem expectante, affuit nuncius, qui diceret Nãnem adeſſe, quærentem loqui virgini. Quod ego lætus percipiens, quia noueram deſiderium virginis circa hoc, cõcitus deſcendi ad eũ, notificaui abſentiã eius, & monui vt nõ tæderet ipſam expectare pauliſp. Sicq; introduxi eũ in cellulã pœnitẽtię Ieſu Chriſti ancillę, vt patiẽtius expectaret. Ille vero poſt paruũ tẽporis ſpaciũ attẽdiatus, dixit: Ego promiſi fratri Gulielmo quod huc venirem, & dñam hanc audirẽ, ex quo abeſt, & in multis occupatus ſtare nõ poſſum, ſupplico vt excuſetis me ei, quoniã habeo q̃pluribus intẽdere. Videns hęc ego, & dolẽs de virginis abſentia, cœpi ei loqui de materia pacis iã dictę. At ille inqt: Videte, vobis q eſtis ſacerdos & religioſus, vel huic religioſæ dñę, de qua magnã famã ſanctitatis audiui, mẽtiri nõ debeo. Veritatẽ dicã, ſed nihil intẽdo facere circa hęc de volito veſtro. Verũ eſt q̃ ego ſum q pacẽ illã & illã impedio, ſed ab alijs me occulto. Et ſi ego ſolus cõſentirẽ, totũ eſſet ſopitũ. Sed ego nullo modo cõſentire intẽdo, nec oportet mihi ſuper hoc p̃dicare, quia nunq̃ cõſentiã, ſufficiat vobis q̃ aperui nũc q̃d alijs occultaui, nõ moleſtetis me amplius. Cumq; vellẽ replicare, ille q; recuſaret audire, diſponente Dño, affuit virgo ſancta rediẽs de ſimili opere. Quã cum vidiſſemus, ille cõtriſtatus eſt, ego lętatus. Ipſa vero terrenũ hominẽ cœleſti charitate ſalutans, cõſedit, & petiuit de cauſa ſui aduentus. Qui cuncta quæ dixerat mihi ſingulariter, repetiuit & vltimã negatiuam. Virgo aũt ſacra cœpit ei periculũ eius oſtẽdere, & vndiq; ipſum vrgere pungẽdo pariter & vngẽdo: ſed ille more aſpidis ſurdę, aures cordis claudebat ex toto. Quod cernẽs ſapiẽtiſſima virgo, cœpit intra ſemetipſam orare, diuinumq; auxiliũ implorare. Hæc dũ perpẽdiſſem, ad illũ me verti: & ſperans de cœlo ſuccurſum, poſui & tenui eum in verbis. Quid plura? poſt paruam morulã dixit: Iam nolo ita eſſe ruſticus, vt oia vobis negẽ, ego volo recedere. Ego habeo quatuor guerras, de vna illa tali facite q̃dq̃d vultis. Quo dicto, ſurgebat vt recederet, ſurgendo aũt dixit: O Deus meus, quantã conſolationẽ ego in mẽte ſentio de verbo q̃d dixi pro pace, & ſubiunxit: Ha Domine Deus, quæ virtus eſt quæ me trahit & tenet? Non poſſum abire nec aliq̃d denegare. O quis me arctat? O q̃s me tenet? Hęc dicens, prorupit in lachrymas. Victũ me fateor, inquit, nec reſpirare valeo, & flexis genibus, flens dicebat: Faciã virgo ſanctiſſima quidquid iubetis, non modo de iſtis, ſed & de alijs quibuſcunq;. Cerno quod diabolus me tenuit catenatum, volo facere quidquid conſulitis. Conſulite animæ meæ, qualiter de manibus diaboli liberetur.

Adhæc ſacra virgo, quæ orando intrauerat iã in conſuetũ mentis exceſſum, reducta eſt ad ſenſus exteriores. Et gratias agẽs Domino: Modo, inquit, frater dilecte ꝓpendiſti de periculo tuo ex miſericordia ſaluatoris. Locuta ſum tibi, & contempſiſti: locuta ſum Dño, & nõ ſpreuit orationẽ meã. Pœnitentiã igitur age de peccatis tuis, ne repẽtina ſuper te veniat tribulatio. Quid amplius immorer? Cum magna cõtritione confeſſus eſt mihi cuncta peccata ſua, Cũ omnibus hoſtibus per manũ virginis pacem fecit, & cũ Altiſſimo quem offenderat longis tẽporibus, ſe reconciliauit iuxta conſiliũ meum. Sed poſt cõfeſſionẽ per paucos dies à ciuitatis Prę ſide capitur, arctæq; cuſtodiæ deputatur. Inſonuitq; vox quod debebat decapitari: quod ego percipiens, mœſtus acceſſi ad virginem. Ecce, inquam, dum hic diabolo deſeruiuit, nihil aduerſi paſſus eſt: cum autem ad Dominũ cõuerſus eſt, fremit contra eum cœlum & terra. Timeo mater mea, quia nouella eſt plantula, ne hac tempeſtate frangatur ex toto, & in deſperationem labatur. Ora, obſecro, pro eo ad Dominum, vt quem tuis orationibus liberaſti, eiſdem ipſum protegas ab aduerſis. Tunc ipſa: Vt quid, inquit, ita triſtamini de eo, de quo potius deberetis exultare? Nunc certus factus eſtis q̃ auertit ei Dñs pœnã ęternã, ex quo affligit eũ pœna tẽporali. Prius iuxta ſaluatoris ſententiã, mundus diligebat q̃d ſuũ erat: cũ aũt de mũdo egreſſus ẽ, mundus incepit eũ odire: Prius Dñs ſeruabat ei pœnã ęternã, nunc ęternam miſericorditer in tẽporalẽ cõmutauit. De deſperatione vero non dubitetis, quoniam ille qui liberauit eum de inferno, eruet eum de præſenti periculo. Et ſicut dixit, ita factum eſt, quia

poſt non

post non multos dies liberatus est de carcere illo, quamuis in temporalibus sustinuerit non paruam iacturam, de quo sancta virgo gaudebat, dicens: Venenum quo inficiebat, abstulit ei Dominus. Et tandē præmentibus tribulationibus, & ipsius deuotione crescēte, pallatium pulcherrimum quod habebat extra ciuitatem miliario secundo, ipsi sacræ virgini donauit per publicum instrumentum, vt ibi construeret monasterium dominarum. Quod ipsa de speciali licentia atq; autoritate felicis recordationis Gregorij, huius nominis papæ vndecimi, fundare cœpit & ædificare, imposuitq; ei nomen, Sancta Maria regina angelorum, me præsente cum filijs & filiabus suis. Cōmissarius autem prefati pontificis summi, fuit frater Iohannes abbas monasterij sancti Anthimi, diœcesis (vt puto) Elusinæ, ordinis sancti Gulielmi. Hanc dextræ suæ mutationem fecit Altissimus, per hanc sacram virginem, me teste, quæ per plures annos fui cōfessor dicti Nānis, & scio q̄ pro maiori parte vitam suam correxit, saltem pro illo tempore quo fui cū eo. Super hæc autem si velim conuersiones omnium malorum, profectum & augmentū bonorum, siue bene dispositorum, roborationem infirmorum, consolationes desolatorum siue tribulatorum, admonitiones spiritualium periculorum, quas vel quæ per hanc venerabilem virginem & sponsam suam mirabiliter operatus est Dominus, recitare, plures & grandes conficiendi sunt libri. Quis enim narrare sufficiat, quot sceleratos de faucibus inferni subtraxerit? Quot obstinatos ad sui cognitionē reduxerit? Quot seculo deditos, ad eius contemptum adduxerit? Quot tentationibus diuersis tentatos, suis orationibus pariter & doctrinis de laqueo diaboli liberauit? Quot rursum de cœlo vocatos, per viā virtutum direxerit? Quot etiam in proposito sancto fundatos, ad seruanda charismata meliora promouerit? Quot iterū de peccatorum voragine liberatos, ac per viā veritatis suis laboribus & orationibus quasi proprijs humeris deportatos, ad æternæ vitæ finem vsq; deduxerit? Vt enim verbis vtar Hieronymi, Paulam sanctissimā cōmendantis: Si omnia corporis mei mēbra verterentur in linguas, non sufficerent enarrare fructū animarum, quē hęc planta virginea per patrē cœlestē plantata, produxit. Vidi ego quandoq; mille vel eo amplius vtriusq; sexus homines, simul de montanis & alijs regionibus comitatus Senensis ad eam videndam & audiendam, tuba vocante inuisibili, concurrisse. Qui & quæ non modo ad verbum eius, sed ad eius aspectum, mox de suis compungebantur criminibus, flentes ac lugentes sua peccata: currebant ad cōfessores, quorū vnus ego fui: cum tanta contritione confitebantur, q̄ nulli poterat esse dubium, quin magna copia gratiæ in eorum cordibus esset ex alto diffusa. Nec fuit semel tantum vel bis hoc, sed frequenter valde. Propter quam causam felicis memoriæ dominus Gregorius, supradictus papa vndecimus, tanto animarū fructu exhilaratus pariter & delectatus, mihi & duobus socijs meis concessit per apostolicas literas, quatenus omnes venientes ad eā, & confiteri volentes, possemus absoluere tantum, quantum poterant prælati Diœcesani. Porro nouit illa veritas, quę nec fallit nec fallitur, q̄ plures venerunt ad nos criminosi, & grauibus vitijs onerati, qui vel nunquam fuerant confessi, vel nunq̄ debito modo pœnitentiæ sacramentū perceperant. Stabamus tam ego q̄ socij, ieiuni frequēter vsq; ad vesperas, nec sufficere poteramus audire confiteri volentes. Et vt meum fateor impfectum, & virginis huius sacræ profectum, tanta erat pressura volentium confiteri, quod pluries grauatus sum & attędiatus prę laboribus excessiuis. Ipsa vero sine intermissione orabat, & sic victrix, capta præda, in Domino exultabat vberius, iubens cęteris filijs & filiabus, vt ministrarent nobis qui habebamus rete, quod ipsa miserat in capturam. Nō est fas exprimere calamo plenitudinem gaudij mentis eius, sed nec etiam signa lætitiæ eius, quæ nos ita lætificabat interius, quod etiam memoriā cuiuscunq; tristitiæ perdebamus. Hęc de mirabilibus, quæ per hanc sacram virginem fuit omnipotens Dominus operatus circa salutem animarū, sint dicta, prolixa forsitan tædioso lectori, sed nimis breuiter mihi & operibus patratis per eam, quorū plurima obmittuntur. Nunc aūt ad ea quæ patrata sunt circa salutem corporū, transire decebat. Sed quia prolixe satis extendit se materia spiritalis, ne presens capitulum nimis extendatur, finem accipiat in hoc puncto.

¶ De quibusdā miraculis, circa corporum humanorum vitā vel sanitatē per sacram virginem actis, dū ageret in humanis. Caput VIII.

REm narro dilectissime lector, nostris stupendam temporibus, sed tamen valde facilē illi apud quē nulla impossibilitas reperitur. Lapa siquidem huius sacræ virginis genitrix, de qua superius frequenter facta est mētio, licet sicut in prin-

cipio dictū est) fuerit fœmina magnæ simplicitatis & innocentiæ, non fuit tamen illo tēpore de inuisibilibus bonis multū vel affecta, vel informata. Quamobrem transitus ex hac vita, ei erat nimis odibilis, prout res gesta, narranda inferius demonstrabit.

Contigit enim eam post obitum viri grauari languore corporeo, languorq; de die in diem augeri videbatur. Quod attendens virgo Deo dicata, suum ad consuetum cucurrit orationis refugium, Dominumq; interpellat precibus assiduis, vt illi quæ se peperit & nutriuit, succurrere cum salutis remedio dignaretur. Cui tandē cœlitus est respōsum, quod saluti eius consulebatur, si tēpore illo de corpore migraret, anteq̄ videret illa quæ superuentura erant aduersa. His auditis & intellectis, virgo Lapam adijt, genitricē ipsam dulcibus exhortationibus admonebat, vt si Dominus eam ad se vocare disponeret, eius voluntati se absq; tristitia conformaret. Quod illa, visibilium amore nimium implicata, horrens & fugiens, filiam precatur, vt pro salute corporea instaret ad Dominum, nec de morte sibi quomodolibet loqueretur. Hæc dum Christi sponsa cerneret & doleret, facta in agonia mentali, quodāmodo feruentissime Dominum exorabat, vt non permitteret eam ex hac luce migrare, nisi prius animum eius sciret diuinæ voluntati conformē. Obediente autem Deo, vt ita dixerim, virgineæ huius hominis voci, ad tēpus infirmitas Lapę poterat aggrauari, sed mors nequaq̄ valebat appropinquare. Factaq; ē virgo Dñi inter ipsum Dñm & genitricē propriā mediatrix, illū exorando, istā exhortando. Apud illū orabat, vt Lapā inuitā de hoc mūdo nō traheret: apud istā instabat, vt tractui Domini cōsentiret. Verū quę omnipotentē quodāmodo oratiōibus suis alligauit, nequit infirmam mentē suis exhortationibus inclinare. Propter quod Dñs sponsam suā taliter est allocutus: Dic genitrici tuæ q̄d ipsa non vult modo exire de corpore: sed tēpus erit, in q̄ magnis desideriis petet mortem, & eam non poterit inuenire. Quod verbū ita verificatum est corā me & pluribus alijs cōtestibus meis, q; eius veritas nulla potuit tergiuersatione celari. Contigerunt etenim tot aduersitates vsq; ad vltimā senectutē, tam personis q̄ de rebus quas diligebat, q; solebat cū tristis audiētibus dicere: Nunq̄ per transuersum posuit aīam meā Deus in corpore, vt inde non valeat egredi? Tot filij & filię, nepotes magni & parui sunt iā defuncti: ego sola mori non valeo, vt omnibus doloribus sauciet & affligar? Porro vt prosequamur quod cœpimus, indurato corde Lapę, ita vt nec confiteretur, nec cogitaret de animæ medicinis, voluit Dñs in spōsa mirabilior apparere negando, quę fuerant prius petendo concessa. Nam postq̄ diutius ad preces virginis mortem distulerat, vt ostenderet quanti esset meriti apud se virgo sacra, p̄misit Lapā inconfessam, mortē incurrere tēporalem. Quod cū sacra filia ppendisset, oculos ad cœlū leuās cū lachrymis, inquit: Ha Dñe Deus meus, sunt ne istę promissiones tuę, quas mihi fecisti, q; nullus de domo ista periret? Sunt etiā hęc q̄ mecū tua misericordia statuisti, q; matrē meā inuitā nō trahere de mūdo hoc? Nunc aūt cerno eā absq; sacramētis Ecclesię decessisse. Per oēs misericordias te obsecro, q; nō patiaris me taliter defraudari: nec hinc quantulūcunq; discedā viuens, quousq; matrē meā mihi restituas rediuiuā. His verbis & huic casui p̄sentes fuerūt tres mulieres Senēses, quarū nomina inferius annotantur, quæ firmiter & clare viderūt ipsam Lapā vltimū spūm emittentē, corpusq; ipsius post hoc ab omni signo vitali extinctū aspexerunt & palpauerunt. Ad aliaq; cōsueta p̄cessissent in talibus, nisi q̄ virginē orantē p̄stolabātur. Sicut ēm saluatore tangēte loculū, steterūt q̄ funus ferebāt: sic hac orāte virgine, adstātes in nullo mutationē fecerūt eiusdē saluatoris operante virtute. Quid in longū p̄trahar amplius? Orabat virgo, & magnis mētis clamoribus cœli fastigia penetrabat. Pręsentabatq; in cōspectu Altissimi anxietas cordis eius, simul cū feruētibus & humilibus lachrymis, q̄ deinde copiosę prodibāt. Quāobrē non fuit possibile orationē illam vacuā remeare. Exaudiuit igit ēā totius cōsolatiōis & misericordię Dominus, & p̄sentibus ac cernētibus testibus supradictis & inferius nominādis, cœpit corpus Lapę subito & totaliter cōmoueri, resumptoq; integraliter spiritu, opa vitalia libere exercere. Vixitq; ad annos octoginta nouē, cū multis afflictionibus cordis, propter ingruētes necessitates & aduersitates, quas passa est, vt ipsi fuerat p filiā, iubēte Dño, prophetatū. Huius aūt miraculi testes fuerūt Catharina Getti, & Angelina Vānini, nūc sorores de pœnitētia B. Dñici, nec nō & Lysa cognata virginis, Lapę p̄dictę nurus, q̄ supsunt adhuc oēs Senis. Istę viderūt Lapā post pluriū dierū grauē infirmitatē expirantem, corpus eius exanime, virginem orantem cuius quędam verba etiam perceperunt & audierūt, quando. s. dixit: Domine, istę nō sunt promissiōes quas fecisti mihi. Et tandē post non magnam moram

viderunt

viderunt corpus exanime cõmoueri, & recipere vitam, & omnes vitales operationes postmodum exercere. De sequenti autẽ tempore vitæ eius mille vel eo amplius sumus testes. Ex quibus omnibus potes perpendere lector bone, quanti meriti apud omnipotentem Dominum fuerit hæc virgo sacra, quæ genitoris animã de Purgatorij pœnis, genitricis vero corpus iam mortuũ, ad vitam naturalem tam miraculose reduxit. Verũ ne hoc putes tantum circa salutem corporum patratum fuisse per eam miraculum, attẽde ad cętera quæ sequuntur: & vt ampliorem præbeas fidem miraculo recitato, noueris verba Domini dicta virgini, ab ipsa virgine me percepisse, dum secreta eius secrete inquirerem: cætera vero reperisse in scriptis fratris Thomæ primi confessoris, sæpe superius nominati. Qui recitat hoc miraculum contigisse anno Domini m.ccc.lxx. mense Octobri, præsentibus testibus superius nominatis. Præter hoc autem vnum recitare intendo, quod prius cæteris quidem non contigit, sed magis notum fuit mihi, in tantum, quod præter illum qui recepit miraculum, nullus melius me nouit illud.

Accidit autem anno primo, vel circiter annum hunc nonagesimum, qui nunc currit, me, obediẽtia, quam promisi, iubente, in conuentu Senensi ordinis mei morari, lectorisq; officium exercere. Cumq; Deo seruirem debiliter, cõtigit pestem inguinariam, quæ tam crebro nostris tẽporibus orbẽ vniuersum vastauit, eandem ciuitatem Senensem graviter nimis opprimere, hominesq; vtriusq; sexus & cuiuslibet ætatis, mortis iaculo vulnerari, adeo vt quosdam intra diem naturalem, alios intra duos dies cõmuniter aut intra tres, de sanitate ad mortem, percussionis suæ veneno deduceret, non sine cunctorum terrore pariter & tremore. Quamobrem animarum zelo, super quem ordo ipse quem sum professus, fundatus est: fui coactus etiã vitæ corporalis subire periculum, vt proximorum animas adiuuarem. Hac igitur de causa, dũ per infirmantiũ domos die noctuq; pergerẽ circueundo, frequenter pro vtriusq; hominis pausa suscipienda ad domum sanctæ Mariæ de Misericordia, in eadem ciuitate sita, consueuerã declinare, potissime quia eiusdem domus rector & gubernator, protunc erat quidam Matthęus, qui adhuc superest, homo nimis laudabilis vitæ & claræ famæ, nec non & ipse sacræ virgini spiritu charitatis adstrictus, quem ob virtutes eidẽ ex alto cõcessas, nimis teneré diligebã, & diligo de præsenti. Hunc solebã semel in die tam ex causa quã dixi, q̃ pro subueniendo pauperum aliquorũ inopijs, visitare. Quodam aũt mane dum post Missam conuẽtus mei ad infirmos visitãdos fuissem egressus, transiens per dictam domum Misericordiæ, introgressus sum, vt scirem qualiter habitantibus in tantæ pestis intemperie successisset. Sed ingrediens, inueni dictum Matthęum rectorẽ, de ipsius domus Ecclesia ad cameram, in qua ipsius erat mãsio, manibus fratrum & clericorum eiusdem domus quasi mortuũ deferri. Colorem eñ faciei consuetũ quasi ex toto perdiderat, viribusq; corporis ac loquela vti nõ poterat, ita vt mihi percontanti quid pateretur, non posset aliqd respondere. Tunc ego ad deferẽtes & cõmunicantes me vertens, attonitus petiui quid obfuisset aut obesset Matthęo meo. At illi: Hac, inquiunt, nocte hora septima dum vigilaret ad quendã infirmum, pestis inguinaria ipsum percussit in inguine, breuiq; spacio ad tantum defectũ corporis est perductus. Quo audito, ipsos mœstus sum subsecutus vsq; ad lectũ. In quo dum reclinatus fuisset, resumpto spiritu, me vocauit, & peccata sua ficut frequenter consueuerat, cõfessus est. Absolutione autẽ peracta, petiui ab eo quid pateretur. In inguine, inquit, tam vehementi dolore afficior, q̃ non modo femoris diuisionẽ minatur: insuper capitis tantã sentio passionẽ, vt fere putẽ ipsum esse in quatuor partes diuisum. Post hæc verba tetigi venam pulsus, & manifeste reperi eum acerrimis febribus laborantem. Quãobrem induxi adstantes, vt signum vrinæ eius medico admodũ excellenti, cumq; diligẽti, qui magister Sensus dicebatur & dicitur, deferrent quantocyus, quo ego post moram modicã sum subsecutus. At medicus viso signo, mox indicauit morbum pestilentialem amicum pati, & mortis vicinæ signa testatus est se manifeste conñcere, mihiq; ait: Ebullitionem sanguinis in hepate, designat hęc aqua, cõmunem instantis pestilẽtiæ morbũ: & ideo vehementer timeo, ne domus Misericordiæ rectore tam bono citius viduetur. Tunc ego: Nunquid existimatis possibile, p artem medicinę ei aliquod remedium adhiberi? Et ille: Tentabimus hac sequenti nocte, si possemus cũ succo cassiæ fistulæ sanguinem illum purgare, sed modica spes est mihi in remedio illo, quia morbus est nimis grauis. His dictis per medicum abcessi tristis, pergens versus domum infirmi, semper tamen mentaliter inuocando Dominum, vt tam exemplarem virum pro aliorũ salute adhuc in hoc seculo dimit-

tere dignaretur. Interim autem ſancta virgo ſui Matthæi audiens paſſionem, quam ex eius virtutibus tenerrime diligebat, mox feruore charitatis accenſa, quaſi contra morbū illum turbata, feſtine acceſſit ad ægrum. Et antequam appropinquaret ei, à longe cœpit clamare: Surgatis Domine Matthęe, ſurgatis, quia non eſt tempus in lecto mollitiæ quieſcendi. Ad hanc virginis vocem abſq; temporis interuallo, in momento febris & inguinis apoſtema penitus Matthęum dimiſerunt, omniſq; dolor ita diſceſſit, ac ſi nunq̄ talis eum paſſio moleſtaſſet, Obediuitq; natura diuino imperio, eoq; per os virginis patefacto, & ad vocem eius facta eſt ei integraliter tranquillitas corporalis, ita vt Matthęus ridens de accubitu ſurgeret, & virtutem Dei experiens habitare in virgine, diſcederet exultando. Quo facto, virgo fauores declinando humanos, abceſſit. Sed ipſa domū egrediente, caſu ego mœſtus ingrediebar, ignorans quid actum eſſet, ac putans Matthæum prędictum peſtilentialibus febribus detineri. Viſaq; virgine, cogente cordis dolore, furibunde quodammodo dixi: Nunquid mater mea permittes hunc hominem, tam nobis charum & vtilem, modo mori? Illa vero, licet ſciret quid iam egiſſet, tamen ſicut vera humilis, modum loquendi quaſi abhorrens, ait: Qualia ſunt hęc verba quæ modo dicitis? Nunquid pro Deo ego ſum, liberans mortalem à morte? Tunc ego furijs doloris accenſus, inquam: Dic hęc verba cuicunq; volueris, mihi qui noui ſecreta tua, non dicas. Noui quod quidquid à Domino cordialiter petieris, obtinebis. Tunc illa, inclinato capite, paulisper ſubriſit: & tandem me vultu læto reſpiciens, inquit: Sitis bonæ mentis, quia iſta vice non morietur. Quo audito, triſtitiam mox depoſui. Noueram enim virtutem ex alto ei conceſſam. Et ſic illa relicta, ingredior æquanimiter ad infirmum, quem reperi ſedentem in lecto, ac cum magno gaudio miraculum virginis recitantem. Cui cum dicerem, quod à ſancta virgine promiſſionem habebam, ipſum non debere de illa infirmitate diſcedere, ille reſpondit: An ignoratis quid me perſonaliter viſitans, egerit? Me autem reſpondente quod ignorabam, & quod nec ipſa mihi aliquid inde retulerat, ille ſoſpes & hilaris totaliter, ſurgens de lecto, recitauit mihi quæ ſuperius ſunt deſcripta. Quid plura? In maius augmentum miraculi, menſa paratur, & recubuimus. Matthæuſq; nobiſcum recubuit, afferuntur cibaria non infirmantium, ſed ſanorum & fortium, legumina ſ. & crudum cepe cum eis. Manducat hic vnà nobiſcum, qui paulo ante nec delicatum cibum ſumere potuiſſet. Stat lætus & ridens, qui eodem mane vix poterat verba proferre. Miramur cuncti pariter & gaudemus, Dominum collaudantes, qui per ſponſam ſuam tam mirabilem nobis conceſſerat gratiam. Et in commendationem virginis, ad inuicem ſtupidi loquebamur. Huius autem miraculi conteſtis meus fuit frater Nicolaus Andreæ de Senis, ordinis fratrum prædicatorum, qui adhuc ſupereſt, & mecū illo mane omnibus ſupradictis interfuit. Sed & omnes qui habitabant in domo illa, tam clerici & ſacerdotes, quàm alij circiter viginti & vltra, cuncta quæ nunc recitamus, ſenſibiliter peceperunt, & manifeſte viderunt. Sed obſecro lector aduerte, ne infidelitas incircumciſorum corde & auribus, te nunc fallat. Dicent forſitan hi quorū Deus corda non tetigit: Quid magni, ſi curatus eſt vnus homo à morbo quantumcunq; grauiſſimo? Tota die naturaliter hoc contingit. Quibus econtra reſpondeo quærēdo: Quid mirum ſi curauit Dominus ſocrum Simonis, quæ magnis detinebatur febribus, Euangeliſta teſte? Tota die naturaliter hæc contingunt, quod homines curantur a febribus quantumcunq; grauiſſimis, vt quid nobis euangeliſta pro miraculo recitat? Sed attende o infidelis, qui nihil percipis vltra ſenſum: attende quid voluerit euāgeliſta denotare. Stans, inquit, ſuper eam, imperauit febri, & dimiſit eam: & continuo ſurgens, miniſtrabat illis. Hæc fuit nota miraculi, quod imperio Domini abſq; dilatione ac remedio naturali febris abceſſit. Illaq; tam dure febricitans & proſtrata, mox ſine alio confortante ſurrexit. Sic & in propoſito clare cernis, niſi obruaris cæcitate mentis. Stetit hæc ſacra virgo, in cuius pectore Dominus habitabat, & ille Dominus qui ſocrum Simonis tunc curauit, ſtetit nō de propinquo, ſed à remotis, & imperauit febri ſimul & inguinariæ peſti. Et abſq; quocunq; remedio corporali, ſine dilatione patientem dimiſere Matthęum. Qui mox ſurgens, nobiſcum legumina & cepe comedit illæſus, ac ſi nunquam tali paſſione grauatus fuiſſet. Aperi ergo mentis oculos, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

Porro ex quo de domo Miſericordię fecimus mentionem, vnum mirabile, quod in eiuſdem conuicinio contigit, licitum eſt recitare: quanquam per ſacram virginem prius patratum

patratum fuerit,quàm prçcedens immediate miraculum. Ego tamen tunc didici, cum in dicta domo Misericordiæ conuersabar cum Matthço prædicto. Referebant etenim mihi, tam frater Thomas supra sçpissime nominatus,quàm idem Matthçus, rector dictæ domus Misericordiæ,ac quasi omnes qui facta eiusdem virginis nouerant, quod in eius vicinio illo quædam habitabat mulier Deo deuota, quæ,si memoria me non fallit, habitum gerebat sororum de pœnitentia beati Dominici.Hæc auditis & forte visis virtutibus virginis,ei domestica facta est,& libenter auscultabat monita eius, & attendebat exempla,nec non & deuote ipsam venerabatur. Accidit autem vt quadam die, dum eadem mulier esset super quoddam solarium domus suç,subito solariũ grauitate mole sustentati ponderis caderet,& dicta mulier cum solario ruens,grauissimis allisionibus & cõtusionibus,tam carnis quàm ossium læderetur,adeo vt vicinia concurrente, ad ipsam de sublignis & lapidibus extrahendo,mortua vel in breui moritura indicaretur ab omnibus conuicinis. Tandem iuuante Deo,in lectulo adhuc viuens reposita, resumpto paulatim spiritu,cœpit dolorem allisionum sentire,magnisq; vocibus & fletibus,astantibus suas miserias indicare. Hinc aduocantur medici, curaque possibilis adhibetur: sed tamen illa se mouere in lectulo nullatenus poterat per se ipsam, doloribusq; diuersorum membrorũ fine intermissione cruciabatur. Quo audito, virgo Deo dedicata,sorori ac domesticç cõpatiens ex corde,ipsam personaliter visitauit,& sanctis monitis eam ad patientiam hortabatur. Sed cum videret eius excessiuam afflictionem,loca doloris quasi liniendo & palpando contingit. Quod & infirma libenter acceptabat,sciens non nisi bonum euenire posse de illo contactu. Mox autem vt manus virginea locum doloris cœpit contingere,dolor ex toto recessit. Quod infirma perpendens,rogauit eam vt alium locum doloris sic etiam deliniret palpando. Quod virgo tanto libentius annuit, quanto eam amplius consolari optabat:sed cum factum esset, etiam inde remotus est dolor totaliter. Quid plura? Infirma petente,sacraq; virgine annuente,ac loca cuncta doloris manu virginea liniente,totus à corpore dolor abcessit. Quo facto,illa quæ corporis membra,nec ipsum corpus poterat paulo ante per se ipsam mouere,iam se vertit hinc inde, signaq; sanitatis recuperatæ manifeste cunctis ostendit. Siluit tamen vsque ad virginis sanctæ discessum,ne turbaret eius humilitatem. Sed postea cunctis dixit,tam medicis quàm vicinis: Catharina filia dominæ Lapæ,suo me contactu curauit. Mirantur omnes, & laudes referunt creatori,qui virtutem talem virgini Catharinæ concesserat gratiosè. Notum enim erat eis clarissime,quod sanitas illa non nisi ex diuina virtute poterat processisse. Hoc miraculum relatu aliorum didici,quia prius factum est, quàm ego sanctæ virginis haberem notitiam,aut etiam moram contraherem in ciuitate Senarum. Nunc autem ad ea quæ ipse percepi & vidi, pro Dei & virginis gloria transeamus.

Durante peste,de qua superius fecimus mentionem,quidam anachoreta re sanctus & nomine,qui longo tempore pauperem & laudabilem vitam duxerat in dicta ciuitate Senensi,pestilentiali iaculo est percussus. Quod virgo sentiens,mox de cellula vel eremitario,vbi extra ciuitatem habitabat,ad domum Misericordiæ superius nominatam, fecit eum transferri. Et personaliter cum sociabus suis ipsum visitans, ordinauit de cunctis necessarijs ad curam infirmi. Et tandem appropians, ad aurem ipsius silenter dixit eidem: Ne timeas,quantumcunq; te senseris morbo grauari,quia ista vice non morieris. Nobis autẽ qui eã rogabamus,vt pro eius liberatione oraret, nihil voluit aperire: imo videbatur quodammodo de morte eius nobiscum dubitare, ex quo nos omnes amplius tristabamur, qui simul cum dicto Sancto ex vnione dilectionis patiebamur. Tandem morbo per singulas horas quodammodo augmentum capiente, de salute corporis cœpimus desperare, & ad animæ salutem tantum attendere. Demum virtute corporea ex toto quasi deficiente,vltimum transitum mœste præstolabamur. Virgo vero Domini veniens, etiam in hoc puncto ad aurem accessit infirmi,& dixit: Ne timeas, quia non morieris. Illeq; quamuis sensibus videretur iam esse priuatus, ipsam optime intellexit. Plusq; verbis eius credebat,quam morti quam actualiter sentiebat. Sicq; opere factum est, verba virginis vincerent facta naturæ: & cunctis experientijs certior virtus diuina super omnem hominum çstimationem, corpus iam quasi mortuum suscitaret. Nobis autem expectantibus vltimum spiritus exitũ,& parantibus q̃ ad funeralia necessaria erant,prçterijt terminus,intra quem cõmuniter moriebantur illi qui morbum illum patiebantur, & pluribus diebus nos tenuit transitus ille. Sed vltimo adueniente

virgine,& ad aurem infirmi dicente: Ego mando tibi in nomine Domini nostri Iesu Christi,quod non transeas:mox spiritus rediit ad corpus,& vigore assumpto,surrexit Sanctus in lectulo,cibumq; petijt. Sicq; in paruo spacio temporis totaliter est curatus. Vixitq; postmodum multis annis,& prę sens fuit,cũ ipsa sacra virgo migrauit à corpore, annisq; pluribus postea superuixit. Hic re sanctus & nomine, qui frater sanctus ab oñibus dicebatur,post dictam curationem narrauit nobis verba,quæ sacra virgo sibi ad autem dixerat,& qualiter sensserat virtutes eius potentiæ spiritum volentem egredi retinentes. Omnibusq; affirmabat nullam naturalem causam ipsum tunc liberasse,sed prę cise diuinam potentiam. Addebatq; quod non reputabat minus miraculum, q̃ si mortuus surrexisset. Cui sanctitas vitæ atq; naturalis prudentia,iubebant fidem in omnibus adhiberi:nam triginta sex annis vel circiter, in dicta ciuitate Senarum vitam anachoreticam duxit sine querela, cũctisq; ipsum agnoscentibus erat in veneratione non parua, propter eius virtutes. ¶ Cæterum qui de alijs recitaui, quæ in me ipso sunt per sanctam virginem mirabiliter operata,non debeo sub silentio præterire. Sicut autem supra narraui, adueniente pestilentiali morbo in ciuitate prędicta,disposui pro salute animarum periculo mortis corpus exponere,& nullum vitare infirmum. Constat enim quod morbus ille contagiosus est,& aerem & homines inficit circumstantes. Verum considerans, quod multo plus potest Christus quàm Galenus,& plus gratia quàm natura: attendens etiã, quod cæteris fugientibus,animæ transeuntes absq; consilio &auxilio remanebant,charitate qua teneor plus diligere animã proximi q̃ proprium corpus:sacra etiam virgine ad hoc me inducente,omnino decreui omnes quos poteram, visitare, confortare ac informare: quod iuxta gratiam mihi datam Domino auxiliante,perfeci. Verum quia solus quasi eram in ciuitate tam grandi,vix tempus aut cibi,aut somni mihi relinquebatur,quo paulisper respirare valerem,tot infirmantium nuncijs domum exire cogebar. Quadam autem nocte dum more solito quieuissem, & pro laudibus Dei perficiendis vellem de lectulo surgere,sensi dolorem non paruum in inguine:manuq; palpans, reperi apostematis inflaturam,ex quo non modicum territus, non sum ausus surgere,sed cœpi de huius vitæ transitu cogitare. Optabam diem cito fieri,vt virginẽ sacram possem adire, priusquam amplius aggrauarer. Inter hęc superuenit febris & dolor capitis, iuxta morem illius morbi, egoq; supra modum affligor,conor tamen laudes diuinas perficere. Adueniente q; die,accito socio,domum virginis adeo sicut possum. Sed frustra protunc. Aberat enim,quia quendam infirmum iuerat visitatum. Sed ego ipsam omnino determinãs expectare,nec valens me ipsum quomodolibet sustinere, coactus sum in quodam ibi posito lectulo reclinare, rogans existentes in domo,quod pro ipsa mittere non tardarent. Quod & factum est. Ipsa igitur veniente,meq; ita grauatum inueniente,audito quod patiebar,mox coram lectulo fixit genua: manuq; sua frontem meam cooperiens, cœpit modo consueto sibi orare mentaliter. Orando autem, à sensibus vidi raptam, iuxta q̃d aliàs sępius videram. Expectabam aliquod singulare videre pro bono animæ & corporis mei. Igitur dum sic stetisset quasi per dimidiam horam vel circiter,sensi totaliter corpus meum cõmoueri per omnes partes. Putauiq; quod vomitus me tunc inuaderet,sicut plures qui eodem morbo extincti fuerant,videram inuasisse:sed sic non accidit, imo visum est mihi,quod de qualibet extremitate corporis,ad extra aliquid traheretur quodammodo violenter. Cœpiq; me melius sentire,ac paulatim semper melius me habere. Quid plura? priusquam sacra virgo ad sensus rediret corporeos,ex toto fui curatus, debilitate tamen aliqua remanente, vel in signum morbi curati,vel propter debilitatẽ fidei meę. Virgo autem Domini postquam obtinuerat à sponso perfectam gratiam,sciens me fore curatum,ad sensus corporeos est reuersa:mandauitq; cibum infirmis dari solitum, pro me parari. Quo facto,& sumpto de sacris manibus eius, iussit vt paulisper quiescerem. Quod & ei obediens,feci. Surgẽs autem,adeo fortis fui, ac si nihil passus fuissem. Quod ipsa cernens,inquit: Vadatis ad laborandum pro salute animarum,gratiasq; referatis Altissimo,qui vos de præsenti periculo liberauit. Sicq; accessi ad onera consueta,magnificans Dominum qui talem potestatẽ dedit huic homini virginali. Porro simile miraculum operata est virgo sancta eiusdem pestilentiæ tempore in fratre Bartholomęo Dominici de Senis,tunc & nunc socio meo, qui Romanam prouinciam actualiter nunc gubernat:sed tanto maius,quanto idem frater grauius & diutius fuerat isto morbo pestilentiali oppressus. Quod propter breuitatem extense non recito, quia tendo ad alia

clariora

clariora,& iudicio meo maiora, licet q̄ plura eadē breuitatis causa dimittā. Volo tamē te scire lector dilecte,q̄ non tantū tēpore pestis virgo Dñi has miraculosas sanitates efficiebat,& non solū in propria ciuitate Senarū,sed etiā alibi & alio tempore,sicut vnum quod in prȩsentiarum refero,tibi pro multorū exemplo satisfacere poterit,si aduertis.

Contigit temporibus illis post finē pestis superius recitatæ, q̄ plures vtriusq; sexus homines,tā religiosi q̄ alij,sed specialiter quædam moniales ciuitatis Pisanæ,audita virginis sacrę fama laudabili,magno æstuabant desiderio ipsam videndi,& ipsius doctrinā, quæ dicebatur & erat mirabilis,audiendi.Et quia non licebat quàmpluribus ex desiderantibus illis,nec fas erat ad ipsam accedere, fecerunt ei tam per literas q̄ per nuncios frequentius supplicari,quod Pisas accedere dignaretur,promittentes & scribentes,vt eā magis allicerent, quod magnus animarum fructus ibi per eius præsentiam esset dispositus fieri,& magnus inde honor Domini sequeretur. Virgo autem sacra, licet semper vitasset circuitus,tot tamen & tam frequentibus pulsata precibus, coacta est ad spōsum suum recurrere, & ab ipso iuxta consuetudinem suā declarationē huius dubij humiliter postulare.Domesticorum enim eius quidam consulebāt, & quidā omnino dissuadebant. Factū est aūt vt post plures dies,prout mihi retulit in secreto, Dominus ei more cōsueto apparēs,mandauit quod desiderio seruorum & ancillarum suarū in dicta ciuitate habitantiū,satisfacere non tardaret.Quod illa sicut vera obediēs,mandatū cū humilitate suscipiens,postquā mihi retulit,de licētia mea iter arripuit,& ad ciuitatem Pisanam accessit,quo ego cū aliquibus fratribus ordinis mei,pro confessionū audientia sum eā secutus. Multi enim ex his qui ad eam veniebant,auditis feruentibus verbis eius, conterebantur ex corde:quos ipsa,ne per antiquum hostē raperētur de manu sua, iubebat ad cōfessorē, absq; dilatione accedere,sacramentalemq; confessionē pficere sine mora. Et qa propter confessorum absentiam differebatur & impediebatur quandoq; desiderium eius, libenter habebat iuxta se aliquos confessores, qui possent talibus de pœnitentiæ remedio prouidere. Propter quam etiam causam felicis memoriæ dominus Gregorius papa vndecimus, mihi & duobus socijs meis per bullam suam cōcessit, quod autoritatem episcoporum suæ diœcesanorum haberemus plenariam absoluendi cunctos,qui per huius sacrę virginis ministerium fuissent ad confitendum inducti. Postquam igitur Pisas peruenimus,& ipsa fuisset recepta in domo cuiusdam ciuis,qui Gerardus de Bunecontibus dicitur,idem hospes eius Gerardus quadam die secum adduxit quendā iuuenem viginti annorum vel circiter,quem sacrę virgini præsentauit,supplicans vt pro eius salute vellet orare. Narrabat siquidem,per xviij.menses quotidianas febres fuisse passum, ita quod nunquam fuerat dies, in qua febres non habuisset. Quæ quāuis tunc non adessent, ante tamen fuerant ita continuatæ, quod robustissimū prius iuuenē,omni virtute fortitudinis iam priuauerant, nec aliqua poterat medicina curari: quod & facies eius macilenta & pallida,notorie indicabat. At virgo iuueni iā ex corde cōpassa, mox cū interrogauit,quantū tempus erat quod peccata sua per confessionē sacramentalē diluerat.Quo respōdente, quod plures iam tranſierant anni, virgo subintulit: Ideo,inquit,hanc disciplinam te sustinere voluit Dominus, quia non purgasti animam tuam per sanctam confessionem à tanto tempore.Vnde igitur cito fili charissime ad confessionem accede, & euomas putredinem peccatorum, quæ animam infecerunt & corpus. Quo dicto, fratrem Thomam primum confessorem suum fecit ad se vocari, eiq; tradidit dictum infirmum,vt eius audita confessione, eum absolueret à peccatis. Quo peracto, cum ad eam rediisset infirmus,manu posita super humeros eius, inquit: Vade fili cum pace Domini Iesu Christi,quia nolo quod febres illas amplius patiaris. Dixit,& sic factum est.Ex illa enim hora nec febris venit vlterius,nec eius vestigium.Illius enim virtus latebat in virgine,qui dixit & facta sunt:qui mandauit,& cuncta protinus sunt creata. Post plures autē dies infirmus ille iā curatus,ad virginem redijt,gratias agens, & coram omnibus nobis asseruit,se nihil molestū ex illa hora sensisse.Huius autem rei ego ipse sum testis,ita vt possem dicere cū Iohanne:Qui vidit,testimonium perhibuit, &c.Contestes autē mei fuerūt dictę virginis hospes cum matre sua,totaq; familia domus eius, præfatus frater Thomas, tam virginis confessor quàm infirmi, frater Bartholomæus Dominici, tunc & nunc socius meus: cunctæq; mulieres, quæ cum sacra virgine venerant de ciuitate Senarum. Sed & ipse curatus, quasi per totam ciuitatem Pisanam hoc miraculum diuulgauit: imo post aliquos annos, dum per dictam ciuitatem Pisanam

transitum

tranſitum facerem, venit ad me: quę, quia factus erat robuſtus & pinguis, vix recognouit & coram pluribus qui mecum erant, iterum Deo & virgini gratias agens, recitauit miraculum, ſicut ſuperius eſt narratum.

Simile autem huic prius acciderat in ciuitate Senarum: ſed tanto mirabilius, quanto infirmitas periculoſior erat. Quędam namq; ſoror de pœnitentia beati Dominici, quæ dicebatur Gemina, erat ſacrę virgini multum domeſtica. Hęc ſemel paſſa eſt in gutture illam infirmitatem, quam medici ſquinantiã vocant. Quia enim in principio fluxus capitis deſcendentis ad guttur, adhiberi neglexit remedia, infirmitas erat adeo augmentata, quod illa quę primitus profuiſſent, iam non conferebant ad ſuſcipiendam ſalutẽ. Hinc partes illæ ſtrictæ gutturis, paulatim quotidie amplius ſtringebantur, ita quod ſuffocationem vltimam de proximo minarentur. Quod illa perpendens, ſe ipſam cum omni conatu violentauit, & acceſſit ad virginem quæ non remote tũc temporis habitabat. Quã cum inueniſſet, modo quo poterat, inquit: Mater mea ego morior niſi tu mihi auxilium prębeas. Tunc viſa grauedine morbi, ſorori compatiens, quę vix reſpirare valebat, mox plena cum fiducia manum appoſuit gutturi: ſignoq; crucis ędito ſuper illud, abſq; dilatione quacunq; totam illam paſſionem expulit & fugauit. Sicq; quę mœrens & tremens aduenerat, gaudens reuerſa eſt cum omnimoda ſoſpitate. Ne autem reperiretur ingrata, fratrem Thomam adijt, miraculum recitauit ei, quod ille redegit in ſcriptis. De cuius ſcriptura ſumptum per me, in hac pagina breuiter eſt deſcriptum.

Sed quia de ſignis patratis in corporibus familiariũ & domeſticorum eſt tactũ, occurrunt memorię quædam notabilia ſigna, quorum ipſe ſum teſtis, multoſq; mecum conteſtes adhuc viuentes habeo, prout infra dicetur. Tempore quo felicis memorię dominus Gregorius papa vndecimus, de Auinione tranſiuit ad vrbem, contigit ſacram virginem cũ ſua comitiua, in qua ego eram, prędecedendo dictum pontificem, ianuam prędenire, ibiq; moram trahens, donec prędatus ſummus pontifex cum Romana curia veniret ad eandem ciuitatẽ, diebus aliquibus requieuit, ac inchoatũ iter proſequens, inde vrbẽ verſus diſceſſit. Quę mora, vnius menſis & vltrà ſpacio tendebatur. Erant autem in ſocietate noſtra duo deuotiſſimi iuuenes, natione Senenſes, qui ſcriptores erant epiſtolarum huius almæ virginis, qui adhuc religioſe ac virtuoſe viuunt in corpore. Horum alter vocatur Nerius Landocciį de Pagliarenſibus, qui ſolitariam & quodammodo anachoreticam ducit vitam, ſpreto ſeculo & pompis eius omnibus. Alter Stephanus corradi de Maconibus, qui ex iuſſu eiuſdem virginis ſibi facto, dum ipſa tranſiret ex hoc mundo ad patrem, ordinem Carthuſiẽſem ingreſſus eſt, in quo diuina gratia ſe comitante, adeo iam profecit quod in Italia magna pars illius ordinis, eius viſitationibus, monitis & exemplis regitur & gubernatur: Priorq; factus eſt pluribus in monaſterijs ſucceſſiue. Nunc autem actualiter prior eſt in conuentu Mediolanenſi; prędicti Carthuſienſis ordinis, virq; non paruę operationis & famę habetur ab omnibus. Hi duo pariter teſtes ſunt & conteſtes, tam mei quàm aliorum & aliarum, de omnibus vel de maiori parte ſupraſcriptorum mirabilium, in hac tota ſecũda parte recitatorum. Sed tempore ſupra deſcripto, in dicta ciuitate Ianuę, in perſona vtriuſq; ipſorum, memorabile ſignũ operatus eſt Dominus per ſacrã virginem ſponſam ſuã. ¶ Contigit enim dum eſſemus ibi, dictũ Neriũ infirmari infirmitate quadã horribili, qua nõ tantũ ipſe, ſed nos oẽs incredibiliter vexabamur. Doloribus nãq; viſcerũ cruciabatur die noctuq; aſſidue: quibus cogentibus, voces cũ eiulatibus iugiter emittebat. Nec poterat in lectulo vno quieſcere, ſed manibus reptans & genibus, quia ſe nequibat erigere, totam camerã vbi plures erant lectuli, quaſi dolores fugiens, perquirebat: noſq; ac ſe ipſum flebiliter moleſtabat. Fiunt hęc nota virgini tã per me, quàm per alios: quę quãuis cõpaſſionẽ oſtenderet, non tamen mouebatur ad orandum more ſolito pro ſedatione paſſionis illius, nec fiduciam (vt aſſolebat) nobis dabat de liberatione infirmi: imo mihi impoſuit, vt medicos aduocarẽ, & medicinalia remedia infirmo adhiberentur. Quod & diligentiſſime feci, duos aduocans medicos, quibus obediebatur ad nutũ. Sed in nullo infirmus eſt releuatus, imo potius aggrauatus. Quod totũ (vt arbitror) factũ eſt, vt Dominus in ſponſa mirabilior appareret. Nã procedentibus & nihil proficientibus medicis, mihi tamen dixerunt, quod nullam ſpẽ vlterius habebãt de illius ęgroti ſalute. Quod cũ narraſſem fratribus & ſocijs exiſtentibus mecũ in menſa, præfatus Stephanus ſurrexit à cœna in ſpiritu feruoris & amaritudinis animi, & ingreditur cubiculũ virginis, ſeq; ad pedes eius proſternit cũ lachrymis, petens humiliter & inſtanter

ſtanter, quod non permitteret confratrem & ſocium ſuũ in via, quam propter Deum et charitatem eius aſſumpſerat, corporea vita priuari, cadauerq; eius in patria remanere peregrina. Cui benigna virgo cõpaſſa, materna charitate reſpondit. Vt quid fili mi turbaris & doles, ſi Deus vult Nerium fratrem tuũ de ſuis laboribus p̃miare? Nõ, inquit, debes dolere, ſed lætari. Ad quã ille: Dulciſſima mater, obſecro vt vocẽ meã audiatis, & eũ iuuetis, quia nõ dubito quin ſi velitis, poſſitis. At ipſa maternum affectũ cõtinere non valens, ait: Hortabar vt conformitatem haberes cum diuina voluntate. Sed ex quo te video taliter afflictũ, cum cras ad Miſſam acceſſero pro cõmunione ſancta, reducas hoc ad memoriã meam, & tibi promitto quod precem hanc Domino porrigã: tu vero Deũ orabis vt exaudiat me. Tunc Stephanus hac promiſſione cõtentus & lętus, mane ſequẽti tẽpeſtiue corã ſacra virgine, cum iret ad Miſſam, humiliter genu flectens, ait: Oro mater mea, ne ſim fraudatus deſiderio meo. Quę tũc in eadem Miſſa cõmunicauit. Et poſt moram & ſuæ ſanctæ mentis exceſſum iuxta conſuetudinẽ, tandẽ ſenſibus corporalibus eſt reſtituta. Et ſtatim dictũ Stephanũ expectantẽ ibidẽ, ſubridẽs allocuta eſt, dicẽs: Gratiam habes quam petis. Et ipſe: Nunquid, mater mea, liberabitur Nerius? Et illa: Firmiter liberabitur, quia Dominus eum nobis reſtituit. Tunc ille gradu non lento acceſſit ad ęgrotũ, ipſum in Dño confortãs. Et poſt paululum medici venientes, & ſigna ſua multipliciter conſiderãtes, de ſalute cuius omnino deſperãt, cœperunt inter ſe dicere, poſſibile fore q̃ adhuc ſanetur. Ipſe vero iuxta verbũ virginis, ſucceſſiue cõualuit vſq; ad ſanitatẽ perfectã.

His igitur ſic peractis, dictus Stephanus tã ex laboribus corporis, q̃ ex paſſionibus mẽtis, & quas paſſus fuerat, dicto Nerio miniſtrãdo, febres non paruas cũ vomitu & exceſſiuo dolore capitis incurrit. Quãobrem in lectum decidit. Et quia dilectus nimium erat ab omnibus, oẽs ei condolendo aſſiſtebamus. Quod dum ſacræ virgini notificatum eſt, nimis condoluit. Ad ipſum igitur perſonaliter acceſſit: petitoq; de qualitate languoris, & ex tactu percepto, q̃ valde febres cruciabãt eũ, mox in feruore ſpiritus ait: Pręcipio tibi in virtute ſanctæ obedientiæ, q̃ amplius iſtas febres nõ patiaris. Mira res, obediuit natura voci virginis, ac ſi de cœlo ab omnium conditore ſonuiſſet. Namq; abſq; naturali quo cunq; remedio, ipſe tunc antequã ſacra virgo diſcederet ab eiuſdẽ Stephani lectulo, pulſis febribus plene liberatus eſt: ſanumq; noſtrum Stephanũ fine dilatione recepimus cuncti gaudentes, Dominoq; gratias referentes, qui hęc duo ſigna infra paucos dies per ſpõſam ſuam, noſtris videntibus oculis fuerat operatus.

Porro his duobus ſignis addo & tertium, cuius ego nõ ſum teſtis de viſu, quia ego nõ fui p̃ſens, ſed illa in qua miraculum factum eſt, adhuc extat & teſtificatur aperte, ipſaq; indicante, didici q̃ nunc ſcribo. Sed & aliæ quæ fuerunt tunc in ſocietate virginis ſanctæ, & ſuperſunt adhuc, aſſertioni eius atteſtantur abſq; ſcrupulo. Hęc eſt ſoror de pœnitẽtia beati Dominici, natiõe Senẽſis, licet in vrbe nõ habitet, vocaturq; Iohãna de Capite, quæ recitat quę ſequũtur. Tempore nãq; quo felicis memoriæ dominus Gregorius xi. ſupius noiatus, habitabat in vrbe, de ipſius mãdato ſacra virgo acceſſit Florentiã, vt pacem inter patrẽ patrũ, & rebelles tunc filios procuraret. Quod & fecit, prout & in quodã diſtincto capitulo plenius diſſeretur. Draco aũt infernalis, diſcordiarũ nutritor & autor, ac hoſtis cuiuslibet vnitatis, tot ſcãdala ſuſcitauit in ciuitate p̃dicta, etiã cõtra ſpõſam Ieſu Chriſti, q̃ laborabat pro pace, q̃d prolixum nimis eſſet hic illud inſerere, nimiſq; diuerteremus à propoſito noſtro. Sed, concedente Dño, infra propter eius detractores fiet (vt dictũ eſt) vnũ capitulũ. Dum igitur ſacra virgo eſſet de apoſtolico mãdato Florẽtię, pluraq; ac grauia ſcãdala cõtra eã ſuſcitaret hoſtis antiquus: conſultũ fuit ei per fideles & deuotos eius, quod parumper ſecederet extra ciuitatem prædictam, locumq; furori daret ad tempus. Ipſa vero tanq̃ tota diſcreta & humilis, aſſenſit illorum conſilio: ſed dixit quod ex diuino mandato de dictæ ciuitatis territorio non erat finaliter receſſura, quouſque pax & concordia inter ſummum pontificem & illum populum eſſet ibidem præconizata. Quod rei poſtmodum probauit erentus. Parat igitur ſe, vt ad tempus diſcedat de ciuitate, ac ad quendam locum ciuſdem communitatis accedat. Sed inuenitur quod dicta Iohanna infirmitate graui laborabat. Nam pes eius ex cauſa mota ſibi erat inflatus ex toto, ac cũ dolore pedis inuaſerat eam febris non modica. Et ſic dupliciter erat afflicta, ac ab itinerando totaliter impedita. Quod virgo dum percipit, nolens eam ſolam dimittere, ne mali aliquid pateretur ab impijs, ad conſuetum recurrit orationis refugium, ſponſi ſui auxilium inuocans, vt illi caſui prouidere, miſericorditer dignaretur.

Nec

Nec passus est clementissimus Dñs sponsam suam illa diu perplexitate affligi. Nam ipsa orante, infirma illa cœpit suauiter dormire, ab ipsoq; somno excitata, ita se reperit perfecte curatã, ac si nunquam mali aliquid passa fuisset. Moxq; surgens, se parauit ad iter, & eodem mane vnà cum virgine & alijs sociabus ambulauit agiliter, sicut vnquã ambulasset suæ tempore iuuentutis. Quo stupentes cæterę quæ ipsam viderant patientem, laudes referebant omnipotenti Deo vnà cum ipsa, qui per sponsam suam operaretur miranda in corporibus assistentibus sibi.

Huic autem signo aliud addo, quod per eã operatus est Dominus in quadã ciuitate comitatus Prouinciæ, quæ vocatur Tolonum, cũ rediremus de Auinione, tempore quo dictus Gregorius papa vndecimus pergebat ad vrbẽ. Cũ enim ad dictã ciuitatẽ Toloni peruenissemus cũ ipsa, hospitiumq; recepissemus, in quo ipsa more solito mox cubiculum est ingressa, nobis tacentibus, lapides (vt ita dixerim) clamauerunt q; virgo sancta ad ciuitatem peruenerat eandem. Cœperuntq; primo mulieres, deinde viri ad dictum hospitium conuenire, ac petere vbi esset illa sancta domina, quæ de Romana curia remeabat. Cumq; hospite prodente nequiremus eam celare, oportuit quod saltem mulieres ingredi permitterentur ad eã. Quo facto, adductus est per quandã mulierem quidã infantulus adeo tumefactus & turgidus, in ventre potissime, quod monstrum quoddam vidẽtibus apparebat. Rogabantq; mulieres illę virginem Domini, vt eundem infantulum in vlnas suas recipere dignaretur. Illa vero licet prius renueret, fugiens humanum fauorem, tandem tamen victa cõpassione, videns fidem illarum, assensit. Mox vero vt puerum assumpsit in manus virgineas, cœpit magnas de corpusculo suo vẽtositates emittere, & cunctis videntibus omnis illa tumefactio recessit, restitutusq; ẽ plenariæ sanitati. Hoc autẽ signũ, licet me p̃sente factũ non fuerit, seu me vidente, fama tamẽ adeo certa fuit & publica, q; episcopus ciuitatis eiusdem miſit pro me. Narransq; prędictum miraculum, asseruit infantem illum esse nepotem vicarij sui. Et rogauit q; facerem vt posset virgini sanctę loqui. Quod & factũ est. Postremo vero multa quidẽ & alia signa fecit Dominus Iesus per sponsam suã in humanis corporibus, quæ non sunt in hoc libro conscripta. Sed hæc pauca conscripta sunt, lector bone, vt ex eis ad credendũ merito inducaris, q; in hac virgine habitabat Iesus, Dei & virginis filius, qui cuncta hęc opera principaliter faciebat.

Porro licet liberatio eorum qui obsessi à malignis spiritibus detinentur, inter corporis curationes debeant cõputari, quia tamẽ nimis est præsens capitulum protelatum, & hæc sancta virgo in hoc gratiam habuit specialem, hic huic capitulo decreui finem imponere, ac illa in sequenti capitulo recitare.

¶ De miraculis per hanc virginem operatis circa liberationem obsessorum à dæmonibus. Caput IX.

NOn cessabat sponsus æternus, vt ex supradictis potes perpẽdere lector amabilis, virtutem, quam interius copiose concesserat sponsæ suæ, per actus exteriores ostendere visibiliter: quia nec abscondi potest ignis in sinu, nec arbor plãtata secus decursus aquarũ aliquãdo deficit, quin fructuũ suũ producat tẽpore ordinato. Virtus igitur Domini Iesu, imo ipse Dominus Iesus latẽs in pectore virginis, diuersimode quotidie amplius pandebatur, non solum diuinam gratiam de cœlo pro omnibus impetrando peccatoribus, vt in septimo dicebatur capitulo, nõ modo terrena corpora infirma vel mortua reparando, prout octauum tibi demonstrauit capitulum, sed etiam infernalibus spiritibus imperando, ipsosq; de obsessis corporibus expellendo, vt sic in nomine Domini Iesu habitantis in ea, sibi cœlestia, terrestria & infernalia flecterentur. Quod vt percipias certius, attende quod sequitur.

Fuit in ciuitate Senarum vir quidam, vocatus iuxta patriæ nomen, ser Michael, ser Monaldi, arte notariorũ seu scribarum peritus non mediocriter, quem ipse centies vidi, de cuius ore cuncta percepi quæ scribo. Hic dum esset ætate grandęuus, haberetq; vxorem cum duabus filiabus, quas ex ea genuerat, decreuit ex consensu vxoris se Dei seruitio mãcipare, easq; virgines filias Christo Domino dedicare. Quamobrem ad quoddã monasterium virginum, sub nomine beati Iohãnis Baptistæ fundatum, in dicta ciuitate sitũ, accessit, seq; ac sua deuote obtulit Deo & beato Iohãni, filiasq; virgines alijs sociauit virginibus ibidẽ inclusis: & ipse cũ cõiuge ab extra inhabitans, curã temporalium rerum eiusdem monasterij, amore Dei gerebat. Dum aũt per aliquod tempus ibidem mãsisset, accidit iusto Dei iudicio, sed occulto, quod vna ex filiabus dicti ser Michaelis, quę dicebatur

cebatur Laurentia, ætatis octo annorum vel circa, arrepta est à dæmone & obsessa. Quã dum hostis antiquus frequenter ac dure vexaret, totum monasteriũ virgineũ horribiliter conturbabat. Factumq; est vt sorores dictam puellam amplius inter se nolentes retinere, prefatum ser Michaelem cogerent ad eam de monasterio educendã. Qua educta, inuentum est q̃ malignus ille spiritus, puellæ vexator per os eius Latinis verbis congrue loquebatur, cum tamẽ puella oẽm latinitatem penitus ignoraret. Respondebat ad quæstiones profundissimas & difficiles. Peccata & secretas conditiones q̃plurimũ detegebat. Multisq; alijs signis demonstrabat apertius, se esse spiritũ reprobum, qui permissione diuina, ex causa tunc hominibus ignota, vexabat puellam innocentẽ. Tristabantur igitur inde parentes simul & attinentes, remediaq; vndiq; laborando quærebant, vt spiritus ille nequã, à puella vexata posset eñci. Propter quod ad diuersas sanctorum reliquias adduxerunt, vt eorum meritis & virtute malignus spiritus fugaretur. Singulariter autem confidebant in reliquijs beati fratris Ambrosij, ordinis fratrũ prędicatorũ, quia centum annis & vltra, multis choruscauit & choruscat miraculis, singularemq; virtutem habuit & habet in effugatione spirituũ immundorum, ita vt eius cappa siue scapulare, quæ adhuc integraliter conseruatur, malignos spiritus de obsessis soleant corporibus effugare, vt ego ipse aliquando testis fui de visu. Quamobrem Laurentiam ad Ecclesiam prędicatorum ducentes, & super sepulchro dicti fratris beati Ambrosij ponẽtes, prædictasq; ipsius vestes puellæ applicantes, inuocabant virtutẽ Altissimi, vt vexatæ innocentulę subueniret. Verum protunc exauditi non sunt, quia vere (vt arbitror) neq; puella peccauerat, neq; parentes, vt sic vexaretur, quos noui fuisse laudabilis vitæ, sed pro gloria sanctæ virginis declaranda, si non fallor, Dñs hoc permisit. Propter quod etiam Ambrosius in termino beatitudinis positus, in hoc miraculo viatrici detulit Catharinæ, vt virtus eius declaretur fidelibus antequã etiã migraret de corpore. Quid plura? Suadetur parẽtibus à quibusdam noscentibus virginem, vt Laurentiam Catharinæ virgini debeant pręsentare. Quod dum implere vellent cũ affectu, & hoc virgo sacra sciens, nunciãti sibi respõdit: Ego prohdolor vexor nimis à spiritibus malignis quotidie, nunqd modo indigeo spiritibus alienis? Et hoc dicto, quia per ostium fugere non poterat, quin ab ingrediẽtibus videretur; quoddam tectum ascendit, clamq; fugit de domo illa, vt non posset quomodolibet reperiri. Illiq; protunc suo fuerunt intentu frustrati. Verũtamen quanto magis viderunt eius humilitatem & humani fauoris fugam, tanto magis conceperunt fiduciã de sanctitatis eius virtute, maioriq; feruore ipsius auxilium implorauerunt. Non valentes autem ad ipsam accedere, quia cunctis sociabus prohibuerat, ne aliqua sibi de hac materia loqueretur, habuerunt recursum ad fratrem Thomam eius confessorẽ, sæpissime superius nominatũ, cui nouerant virginem in omnibus obedire: narranteśq; suam miseriã, supplicauerunt, vt per obedientiam eam cogeret ad subueniẽdum eorum calamitati. Ille vero cordialiter eis cõpatiens, & nihilominus sciens se sup virtute miraculorũ nullã potestatem habere, humilitatemq; virginis nõ ignorãs, talẽ adinuenit cautelã. Accessit quodã sero ad domũ virginis, absente tũc ipsa casualiter, puellamq; dęmoniacam secũ duxit vsq; ad oratorium eius. Et tunc illi sociæ quę in domo remanserat, dixit: Dicas Catharinæ quãdo reuersa fuerit, q̃d ego per obedientiam ei mando, quod hanc puellã permittat ista nocte hic hospitari, eãq; secũ retineat vsq; ad mane. Et hoc dicto discessit, ibidem puella dimissa. Post paruã vero morã virgo reuersa, cum puellã in proprio cubiculo repperisset, ipsamq; mox cognouisset plenã esse dęmonio, suspicãs illã esse quã fugiebat, dixit ad sociã; Quis huc puellã hanc adduxit? Cui cũ illa narrasset cõfessoris mandatũ, videns se vndiq; coarctatã, ad consuetũ recurrit orationis refugiũ, puellãq; secũ flexis genibus orare coegit. Totamq; noctẽ illã in pugna cum hoste illo ac oratione vigil expẽdit. Quid plura? Pluśq; illucescere t dies, dęmon ille licet reluctaretur, virtute tamen diuina coactus, abscessit, puellaq; sine quacunq; corporis læsione remansit. Quod dũ socia virginis, quę dicebatur Alexia, percepisset, illucescente die indicauit fratri Thomę p̃dicto, puellã à vexatione diabolica esse liberatã. Qua ex causa ipse cũ parẽtibus Laurentiæ ad habitaculũ virginis accedentes, puellamq; simpliciter liberatam inueniẽtes, parẽtes p̃dicti gratiarum actiões oĩpotenti Deo & ipsi virgini lachrymabiliter reddiderũt. Quo facto, filiã secum ducere volebant ad ꝓpria. Sed virgo Dñi sciens, Dño reuelante, q̃d futurũ erat circa puellã, dixit ad eos: Sinite adhuc puellã diebus aliquot morari hic nobiscũ, qa sic expedit eius saluti. Quod illi gratissime acceptantes, dimissa filia, cũ nõ paruo gaudio recesserũt. Virgo autem

go aũt ſacra interim monita ſalutis dans eidẽ puellæ,ac ad frequenter &deuote orandũ inducens verbo pariter & exẽplo prohibuit ei,ne domũ illã p aliquẽ modũ egrederetur, q̃uſq; parentibus aduenientibus ex toto recederet. Quod illa pfecte ſeruauit, ſeq; melius diſpoſitã amplius quotidie demõſtrabat. Verum qa domus dicta nõ erat propria domus virginis,ſed erat domus Alexiæ ſupradictæ, q̃ tamẽ non multũ diſtabat ab eius propria domo,contigit diebus illis virginem Dñi,vnà cũ Alexia domũ ad propriã ſe transferre, ibiq; manere p diẽ,Laurẽtia pfata cũ quadã ſeruitrice in Alexiæ domo relicta. Cũq; poſt ſolis occaſum iã crepuſculũ fieret,& nox inchoaretur,vocauit virgo ſancta feſtinanter ſo ciam ſuã Alexiam,iubetq; vt recipiat palliũ,qa vult vnà ſecum ad domũ,vbi puella erat, accedere.Cui cũ illa diceret,decens nõ eſſe tali hora mulieres per ciuitatẽ incedere,virgo reſpõdit:Eamus inqt,quoniã infernalis lupus ouiculã noſtrã iam de ſuis faucibus liberatam,iterum eſt ingreſſus. Dixit,& feſtine domũ egreditur,Alexia comitante. Cumq; peruenisſet ad domum illam,inuenerunt Laurentiam totaliter in facie immutatã, rubicundã .ſ.&quodãmodo furibundã. Tunc virgo:Ha infernalis draco, qualiter,inqt,auſus es virgunculã innocentẽ ſecundo inuadere? Cõfido in Dño Ieſu Chriſto ſaluatore &ſpõſo meo, q̃ taliter expelleris iſta vice,q̃ amplius non redibis. Et his dictis,puellam ſecum traxit ad locum orationis.Ibiq; non magna mora contracta,ipſam foris reduxit ſimpliciter liberatã,iuſſitq; vt ad quietis locum deduceretur. Mane aũt facto, pro parentibus aduocãdis miſit,ac eis dixit:Ducite amodo filiam veſtrã ſecure vobiſcũ,qa nequaquã amplius patiet. Quod vſq; ad hodiernũ diem rei probauit euentus. Nam rediit tunc ad monaſterium ſuũ,vbi vſq; nũc in Dei ſeruitio perſeuerat illæſa,cum tamẽ tranſierũt ſedecim anni & vltra.Hęc oia percepi à fratre Thoma iã dicto, deinde ab Alexia ſupraſcripta, demũ à dicto ſer Michaele notario,patre dictæ puellæ,qui toto quo vixit tempore,ſanctam virginẽ vt angelũ Dei venerabatur,vt dictũ miraculum vix abſq; lachrymis poterat recitare. Porro factus ex hoc magis auidus inueſtigandi modum miraculi plenius, ipſam ſacram virginem ſecrete interrogaui,potiſſime quia dæmon ille tantã videbatur accepiſſe licentiã,quod nec reliquiarũ virtuti,nec alicui exorciſmo cedere videbatur. Ipſa vero reſpondit,q̃ nimis durus fuerat ſpiritus ille nequam,ita vt vſq; ad quartã noctis horam eam cum ipſo neceſſe fuerit decertare,ipſa ſcilicet ex parte ſaluatoris iubente vt egrederetur,& illo proteruiſſime renuente. Poſt longum tamen certamen videns ſe cogi ad exitum ſpiritus ille nequam, dixit:Si ego hinc exibo,introibo in te. Cui mox virgo reſpondit:Si hoc decreuerit Dominus,abſq; cuius licentia nihil poſſe te facere noui, abſit à me quod ego prohibeam,vel à ſancta ſua voluntate diſcordem aut diſcrepem quoquo modo. Tunc ſuperbus ſpiritus iaculo veræ humilitatis percuſſus, vires quas ſuper puellam aſſumpſerat,perdidit quaſi ex toto. Sed adhuc in gutture puellæ motus,& tumefactiones cauſabat,ipſa vero gutturi manu appropians, ſignumq; ſanctæ crucis imprimens cum plena fide vexationem eius ex toto fugauit. Habes igitur lector miraculum & modum miraculi, necnon & ipſius teſtes, qui videntes interfuerunt, & à quibus ego percepi.

Sed & aliud narrare intendo,per quod oſtenditur clarius,hanc almam virginẽ virtutẽ expellendi dęmones plenã à Dño pcepiſſe,huic tamẽ ſigno ego nõ interfui, q̃niã ipſa me tũc miſerat ad Chriſti vicariũ .ſ. dñm Gregoriũ papã xi. pro quibuſdã ſanctę Eccleſiæ negocijs.Sed frater ſanctus Anachoreta, de cuius miraculoſa curatiõe ſuperius facta ẽ mentio,ſimiliter Alexia,in proximo nominata capitulo,necnõ & aliæ q̃ tũc cũ eo erãt, infraſcripta me docuerunt.Narrant enim,q̃ dũ ſacra virgo eſſet cũ nobili ac venerabili muliere dña Biancina,relicta quondã Iohãnis Angelini de Salibenis,in quodã caſtro,q̃d Rocca vulgariter nuncupatur,vbi ego etiã cũ ea fuerã pluribus ſeptimanis:cõtigit quandam mulierem eiuſdẽ caſtri,ab hoſte maligno inuadi,ac nimis horrende vexari, ita vt toti caſtro nota fieret eius vexatio. Hoc dum innotuiſſet dñę Biancinę prædictę, ſubditę ſuæ cõpatiens,affectabat virginẽ depcari,vt illius miſerię ſubueniret.Sed ſciens eius humilitatem,& quantũ affligebatur quãdo ei talia dicebantur,habito cũ ſociabus eius cõſilio, fecit vexatã illã duci ad ſe in pſentia virginis,vt ſaltẽ viſa eius miſeria,ad cõpaſſionẽ eius animus inclinaretur, & ſic ad eius liberationẽ induceretur. Accidit aũt q̃ dum illa ſic duceretur,ſancta virgo in quadã pace fienda inter duos guerrãtes,tũc actualiter occupabatur. Volebatque ad quendam alium locum non multum diſtantem accedere,in quo pax illa perfici debebat. Quæ cum vidiſſet dictam obſeſſam ſic duci, nec fugere poſſet eius intui-

intuitum, mox ad dictã dominã se vertens, mœrorẽ cordis ostendens, inquit: Parcat vobis omnipotens Deus, dña quid est quod feciſtis? Nunquid non ſcitis quod ego frequẽter à dęmonibus vexor? vt quid alias vexatas adduci facitis corã me? Verũtamen ait, cõuertendo se ad dęmoniacã illam: Ne bonum huius pacis impedias inimice, caput deponas in gremio huius, & expecta me donec rediero. Ad hoc verbũ ſtatim mulier illa vexata, caput abſq; cõtradictiõe depoſuit in gremio fratris ſancti Anachoretę, cuius ſupra mẽtio facta ẽ, q tunc actualiter erat ibi p̃ſens, & hoc mihi retulit, vt iã dixi, quẽ etiã vexatę mulieri deſignauerat virgo ſancta. Tũc acceſſit virgo Dñi ad opus pacis illius explendũ. Interim aũt clamat dęmõ p os vexatæ: Quare hic me detinetis? Permittatis me obſecro egredi, q̃ crucior nimis dure. Reſpondebant adſtantes: Quare non egrederis? Ecce oſtiũ eſt apertũ. Quibus ille ſpũs nequam reſpõdebat: Non poſſum, quoniã illa maledicta hic me ligauit. Illis aũt interrogantibus, quæ eſſet illa, nullo modo noiare eã volebat, q̃ forſitan non valebat, ſed dicebat: Illa inimica mea. Tunc dictus frater ſanctus petebat: Eſt ne magna inimica tua? Et ille: Maior q̃ habeã iã in toto mundo. Tunc adſtantes hæc audientes, volentes ipſum à clamoribus cõpeſcere, dixerũt: Taceas, ecce Catharina venit iã. Ille aũt prima vice reſpondit, non venit adhuc, ſed eſt in Italia in tali loco, proprijſſime deſignãs vbi erat. Illis aũt petentibus quid faceret ibi, reſpondit: Rem mihi ſumme diſplicentẽ, iuxta conſuetudinem ſuã. Quo dicto, clamabat fortius: O quare hic detineor? Nec tamen mouit caput mulieris de loco, vbi virgo Dñi iuſſerat illud ſtare. Tandem poſt aliquã moram dixit: Modo iã reuertitur illa maledicta. Adſtantibuſq; petentibus, vbi eſt, reſpõdit: Nunc non plus eſt in loco illo, ſed eſt in illo. Et poſt parũ dixit: Nunc eſt in tali loco, & ſic ordinate media loca deſignabat. Vltimo dixit, nunc ingreditur oſtiũ domus huius, quod realiter ſic eſt inuentum. Ipſa vero cubiculum ingrediente, cœpit fortiter exclamare: Ha quare me hic detinetis? Ad quem virgo: Surge miſer & egredere citius, dimittaſq; hanc Dñi Ieſu Chriſti creaturã, nec eam audeas amplius vexãdo affligere. His dictis, malignus ille ſpiritus cęteras partes corporis ex toto relinquens, in gutture motus & tumefactiones faciebat horribiles. Virgo aũt ſacra gutturi apponens manũ virgineam, ſignumq; imprimens ſanctæ crucis, ſpũm nequã totaliter expulit, & fœminam illã ex toto ſanauit. Cernẽtibus omnibus qui adſtabãt. Verum quæ remanſerat afflicta & debilis ex p̃cedenti vexatione, ipſam per aliquã moram proprijs brachijs & pectore ſuſtentauit. Et tandem mandauit, vt cibus aliqualis pr opinaretur, vt confortata rediret ad propria. Quod & factum eſt. Illa vero curata, cum primo liberata eſſet, & poſt quietẽ aperuiſſet oculos, vidẽs ſe inter tantam multitudinẽ in domo ſeu caſtro dñę ſuę, petebat à ſuis q aderant: Quis me huc adduxit, aut quãdo huc veni? Illis ꝙ dicẽtibus, q̃ fuerat à maligno ſpũ vexata, illa reſpõdit: Nullam memoriã de hoc habeo, ſed bene ſentio me in toto corpore confractã, ac ſi q̃libet in mẽbro fuiſſem duro ligno p̃cuſſa. Poſt hæc liberatrici ſuæ humiles gratias agẽs, proprio greſſu remeauit ad propria, quę ad aliena paulo ante tracta fuit. Huius autẽ ſigni p̃ter dictã dñam Biancinam, quę adhuc ſupereſt, p̃fatum fratrẽ ſanctũ Alexiam & Franciſcam ſocias ſanctæ virginis, necnon & Lyſam cognatã virginis, quę adhuc viuit, plus q̃ triginta vtriuſq; ſexus perſonę fuerunt teſtes de viſu, quorũ noia non accepi, & ideo hic non ſcribo. Plura quidem alia ſigna circa fugationes dæmonum fecit dominus Ieſus per hanc ſacram virginem ſponſam ſuam, quæ non ſunt ſcripta in capitulo iſto. Sed hæc ſcripta ſunt lector, vt poſſis perpendere, quantũ donũ recepit de cœlo virgo, de qua eſt ſermo in effugandis ſpiritibus, tanquã illa quę plenã victoriã contra ipſorum nequitias fortiſſime pugnãdo iam obtinuerat Chriſti gratia comitante. Et ſic huius capituli finis.

¶ De dono prophetiæ, quo hæc virgo vigebat, & quomodo per illud plures liberauit à periculis vtriuſq; hominis. Cap. X.

INcredibile forſitan tibi videretur lector, id quod in p̃ſentiarũ narrare intendo, ſed illa nouit veritas, q̃ nec fallit nec fallitur, quod tã & taliter fuit mihi experimentaliter notum, vt poſſet apud me certius reperiri, quàm de actibus humanis vel propriis. Erat ſiquidem in hac ſacra virgine ſpiritus propheticus tã perfectus & tam continuus, quod nihil poterat eã latere, vt videbatur, de ptinentibus ad eã, ſiue ad eos q cum ea conuerſabantur, aut qui ad eã recurrebant proſalute aiæ ſuę. Nec erat nobis cũ ea cõuerſantibus poſſibile quidquã bonũ vel malũ alicuius ponderis agere in eius abſentia, quod eius notitiam præteriret, ſicut frequentiſſima, imo quaſi continua nos experientia docuit. Et quod mirabilius eſt, cogitationes cordis noſtri ſępe nobis ita perfecte dicebat,

ac si per eam, non per nos, cogitatæ fuissent. Scio ego de me ipso, & ipsum fateor coram tota Christi Ecclesia militante, q̃ cum sæpius me reprehenderet de quibusdam cogitationibus, quæ tunc actualiter mea versabantur in mente, egoq; (quod non erubesco fateri pro gloria eius declaranda) me vellem mẽdaciter excusare, Ipsa mihi respõdit: Quare mihi negatis illud, quod ego clarius video, q̃ vos ipse qui cogitatis? Ac post hoc saluberrimã addebat doctrinam circa eandem materiam, quam exemplo suo etiam demonstrabat. Hoc (vt dixi) sæpius mihi contigit, illo teste, qui nihil ignorat. Sed nũc magis ad particularia descendamus. Vt autẽ non fit ordo prꝑposterus, à spiritualibus inchoemus.

Fuit in ciuitate Senarum miles quidam nobilis genere, ac expertus in armis, qui dominus Nicolaus de Sarracenis, ab omnibus dicebatur. Hic postquã in diuersis partibus arti armorum inseruiendo, plurimum vitæ suæ tempus consumpserat, tandem lares ad proprios rediens, prope domus temporali vtilitati vacabat. Et conuiuans cum concinibus suis, putabat adhuc longo tempore se victurum. Porro æterna & omnipotens illa bonitas, quæ neminem vult perire, immisit in corda tam vxoris eiusdem militis, quàm aliquarum aliarum personarum & sanguine coniunctarum, quod eum inducerent ad confitendum peccata sua præterita, & pœnitentiam agendam de his quę cõmiserat in guerris seu prælijs, in quibus se tanto tẽpore occuparat. Ille aũt qui iã erat visibilibus istis totaliter immersus & alligatus, salutaria monita deridebat, & aure surda pertranfiens, se ad bonũ hortantes, propriam paruipendebat salutẽ. Sane tunc tẽporis sancta virgo florebat multis virtutibus in eadẽ ciuitate Senensi, sed singularius in peccatorũ etiam obstinatorum conuersione mirabili. Experiẽtiaq; docebat quotidie, quod nullus quantumcunq; induratus, loquebatur cum ea, quin vel conuerteretur ex toto, quod vt in pluribus accidebat, vel saltẽ à multis consuetis peccatis in posterum abstineret. Hoc scientes illæ personæ, quæ dictum militẽ de eius salute monebant, & se nihil proficere, manifeste videbant: inducebant eum, q̃ saltem vellet semel loqui cũ virgine Catharina. Quod ille plus despiciens, respõdebat: Quid mihi & mulierculæ illi? Quid boni posset mihi afferre in centũ annis? Tunc vxor eius, quæ sacræ virginis erat domestica, ipsam adijt, duritiam cordis mariti sui aperuit, eiq; supplicauit, vt pro ipso dignaretur Dñm exorare. Quid plura? dum hęc agerẽtur, virgo sancta militi quadã nocte in somnis apparuit, ipsumq; monuit, vt si vellet æternam damnationem effugere, vxoris propriæ monitis assentiret. Qui euigilans, dixit vxori: Ego vere hac nocte in somnis vidi Catharinam illam, de qua mihi toties locuta fuisti. Pro certo ego volo ei loqui, & videre si est talis qualis mihi apparuit. Quo audito, bona coniunx exhilarata, virginẽ adijt, gratias retulit, & horam impetrauit pro aduentu & locutione mariti. Quid amplius immorer? Venit, locutus est, & ex toto conuersus ad Dominum, promisitq; in proximo confiteri peccata sua fratri Thomæ confessori virginis. Quod & fecit iuxta gratiam sibi datam. Hoc aũt facto, idem miles qui mihi iam notus erat, me reperit quodam mane redeũte de ciuitate, ad conuentumq; properantẽ. Et petiuit à me, vbi posset tunc sacrã virginẽ reperire. Cui ego: In Ecclesia nostra puto q̃ sit. At ille: Rogo, inquit, vos, vt me ducatis ad eã, & faciatis vt ei possim aliqua loqui, quæ necessaria mihi sunt. Tũc ego libenter assentiẽs, simul cum ipso Ecclesiam sum ingressus, vocauiq; ad me vnã de sociabus virginis, dicens ei, vt desideriũ dicti militis ipsi sacrę virgini nunciaret. Quo facto, ipsa mox de loco surgens orationis, & militi obuians, suscepit eum gratanter. Miles aũt grandi ei exhibita reuerentia, dixit: Dña, ego feci mandatum vestrum. Confessus enim sum fratri Thomæ peccata mea ficut mandastis mihi, ipse mihi tribuit pœnitentiam salutarẽ, quam intendo perficere iuxta eius intentionẽ. Cui virgo inquit: Optime feciſtis pro salute animę vestrę, sed faciatis quod amodo cuncta opa vestra excludantur à vobis, & fitis miles in posterum Dñi Iesu Christi, sicut fuistis huius seculi vsq; nunc. Et addit: Nunquid Dñe dixistis oñia bene quę feciſtis? Illo respondente, q̃ omnia quæ memoriæ occurrerant, pro certo dixisset. Illa iterum replicauit: Videatis bene q̃d dixeritis omnia. Cumq; ille responderet, quod omnia de quibus fuerat recordatus, pro certo dixerat confessori, licentians se ab eo, permisit eum parũ per discedere, & mox p vnã de sociabus suis, fecit eũ ad se vocari, & dixit ei: Videatis obsecro conscientiã vestram, si obmisistis aliquid de præteritis peccatis. Illo aũt omnino affirmante se cũcta dixisse, traxit eum seorsum, & vnum graue peccatum, quod dum esset in partibus Apuliæ, secretissime fecerat, ei ad memoriam reuocauit. Quo audito, stupuit miles ipse, veritatemq; confitens, dixit se vere

fuisse

fuisse oblitum, confessoremq; petijt, & peccatum sacramentaliter confessus est. Sed hoc viso miraculo, tacere non potuit, quin cunctis audire volentibus nunciaret, & quodāmodo p̄dicaret, dicens quasi cum muliere Samaritana: Venite, & videte virginem quæ dixit mihi, quæcunq; in remotis partibus peccādo cōmisi. Nunquid ipsa est sancta pariter & propheta? Est procul dubio, est, inquiebat. Nam peccatum quod ad memoriā mihi reduxit, illud nullus hominum vnquā sciuit, excepto me solo. Ex illa hora virgini adhæsit obediendo, sicut solent discipuli suo adhærere magistro, prout sum egò ipse testis. Quantum autē ei necessaria fuerit illa conuersio, mors ostendit breui post tempore subsecuta. Nam eodem anno huius temporalis vitæ cursum, infirmitate corporis superueniente, finiuit, in bona dispositione migrans ad Dominum.

Vides ergo lector primo apparitionis miraculum, vides propheticā reuelationē peccati, vides & finalem salutem hominis in peccatis hactenus indurati per hanc sacrā virginē Dominū fecisse simul & ostendisse. Sed attende quod sequitur, & propheticū eius sensum simul cū miraculoso experieris auxilio, per eam cœlitus ministrato.

Eram ante annorum multa curricula, & antequā virginis huius meruissem habere familiarem notitiā, in castro quod mons Politianus dicitur, vbi prę eram monasterio virginum ordinis mei curæ subiecto, ibiq; circa quatuor annorum spacium moram traxi. Cumq; ibidem vno tantum fratre ordinis mei comitatus degerem, quia conuentus fratrum in eodem oppido ædificatus non est, libenter fratres ad me venientes ex conuentibus vicinis videbā, & potissime mihi familiariter notos. Quāobrem frater Thomas cōfessor virginis, sæpissime superius nominatus, vnà cum fratre Georgio Naddi, nunc sacrę Theologiæ magistro, cogitauerunt ad me venire de conuentu Senensi, vt aliquid consolationis spiritualis ad inuicem percipere valeremus. Et vt citius possent ad virginem redire, cuius curam dictus frater Thomas habebat continuā, equos acceperunt mutuo à ciuibus sibi notis. Cum igitur iter peragerent, & iam prope castrum dictum ad sex miliaria peruenissent, volentes tāse q̄ equos refocillare, parumper ibidem quieuerunt, licet incaute. Erant enim ibi quidam latrunculi, qui quāuis non exercerent publicam & cōtinuam prędā, quādo tamen videbāt aliquos incaute vel solitarios incedētes, libenter ipsos ad loca solitaria deducendo, quandoq; priuabāt spolijs, & quandoq; etiam vita corporea, vt eorum crimina per publicam iustitiā reperiri non possent. Hi videntes dictos fratres absq; societate incedentes, dum essent in quadam taberna, mox ipsorum decem vel duodecim numero discesserunt, & fratribus non perpendentibus per quædam sibi nota deuia, iter eorū dū quiescerent, præuenerūt, & in quodā obscuro passu ipsos expectauerūt. Ad quem dum dicti fratres venissent, subito aggressi sunt eos gladijs & lanceis more suo terribili, ipsisq; de propris equis tam velociter q̄ violenter depositis, ad loca nimis oppaca, nemoribus obsita, expoliatos & quodāmodo denudatos eos, crudeliter deducebāt. Cumq; inter se plura facerent secreta consilia, clare perpenderūt dicti fratres, quod ipsos volebant occidere, & corpora in locis illis occultissimis sepelire, ne illud facinus ad publicum deueniret. Huius periculi manifesta signa cum dictus frater Thomas singulariter aduertisset, nec preces ac supplicationes cū promissiōibus, quod nunquā aliquid dicerēt, sibi viderentur prodesse, quin quotidie ducerentur ad loca magis obscura, deficiente humano subsidio, ad Dñm recurrit in mente. Quia vero sciebat filiam & discipulā suā Deo nimis acceptam & gratā, sic mentaliter est locutus: O dulcissima filia Catharina virgo Deo deuota, succurre nobis in hoc tam crudeli periculo. Vix hęc mentalia verba perfecerat, & vnus ex his latrunculis, qui sibi erat propinquior, quē etiam ęstimabat sibi deputatum vt eum occideret, mox hanc prorupit in vocem: Quare volumus istos bonos fratres occidere, qui nunquam nos offenderunt? Vere magnum peccatū est. Dimittamus eos ire in nomine Domini, quoniam ipsi sunt boni viri, & nihil de hoc reuelabūt. Ad hāc vocem omnes alij adeo fuerunt concordes, quod non modo vitā eis dimiserunt illæsam: imo etiā pānos eis restituerūt ex toto. Et postmodum etiā equos ac omnia quę abstulerant, excepta parua quadā pecuniæ quantitate. Et sic libere dimiserunt eos. Qui venientes ad me illa die, quę superius scripta sunt, plenarie recitauerunt. Sed attende lector quod dicto fratre Thoma reuertēte ad ciuitatem Senarū, inuenit sicut ponit in scriptis suis, & ego ab ipsius ore percepi, ꝙ eadem hora, imo eodē quasi instanti, quo ipse mentaliter inuocauerat auxiliū, ipsa virgo dixit sociæ suę quæ tunc erat secum: Pater meus vocat me, & scio quod magna necessitas arctat eum. Quod dicens, surrexit & ad locum orationis

consuetum accessit. Nec dubito quin etiam illa verba dicendo, mentaliter pro eius auxilio oraret. Ex cuius orationis virtute processit mutatio cordium tam mirabilis latrunculorum illorum: nec ab oratione recessit, quousq; quasi plena restitutio rerum facta est fratribus supradictis, & liberi recesserunt.

Perpendis ne modo lector, q̃ perfecte propheticum spiritũ huius virginis anima possidebat, quę se inuocatam à viginti quatuor miliaribus, etiam absq; verbo vocali, continuo sensit, & tam festinanter & tam perfecte succurrit illi periculo? Vides etiam quod vtile sit talibus sociari, qui perspicitate dotati angelica, quasi prospiciunt, & potẽtia diuina muniti, malis omnibus obuiantes, in necessitate succurrunt. Ex his potes conijcere, quantum videat nunc & possit hęc sacra virgo in cœlis, quę tantũ vidit & potuit tũc in terris. Prę-ter iam dicta vnũ refero, cuius ego ipse sum testis, contestisq; meus fuit & est frater Petrus de Velletro, ordinis mei, qui nũc in Lateranẽsi ecclesia pœnitẽtiarij exercet officiũ: q̃d manifeste cuilibet intelligenti ostẽdit, hanc sacrã virginẽ mirabiliter claruisse ꝓphetię spiritu.

Tempore quo ex multorum Italicorum malitia omnes quasi ciuitates & terrę, quas constat pleno iure spectare ad Romanã Ecclesiã, Romano tunc Pontifici dño Gregorio xi. rebellauerunt, quod fuit anno Dñi m.ccc.lxxv. contigit virginem sacram esse in ciuitate Pisana, vbi & ego tunc erã. Et diebus illis, quibus superuenit nouum de rebellione ciuitatis Perusię, habitare in quodam hospitali nouiter inchoato apud quasdã domunculas, quæ adhuc sunt in platea sita circa Ecclesiam & conuentum Pisanum ordinis mei p̃dicti. Cum igitur nouo percepto, ego nimis mente amaricarer, considerans nullum iam esse in Christianis Dei timorem, nullamq; reuerentiam Ecclesiæ sanctæ Dei, & per consequens nullam curã de incidendo in excõmunicationum sententias, aut de rapiẽdo iura nõ modo aliena, sed etiã sponsæ Christi, tactus dolore cordis intrinsecus, mœstus & mœrens, ad hospitale prędictũ, vbi sacra virgo stabat, accessi, dicto fratre Petro de Velletro me sociante, eiq; dictum nouum cum lachrymis cordis & corporis nũciaui. Quo ipsa percepto, primo vnà mecum ex corde cõdoluit & cõpassa est animarum perditioni, ac tanto scandalo Ecclesiæ Dei. Sed videns me nimis lachrymis deditum, tandẽ ad refrenandum fletum meum subintulit: Non incipiatis fletum vestrum tã cito: quia nimis habebitis flere. Istud enim quod nunc videtis, est lac & mel, respectu eorum quæ subsequẽtur. Quo ego audito, lachrymas non ex consolatione, sed ex maiori dolore & admiratione continui, & ab ipsa petiui, dicens: Nũquid possumus mater mea, maiora videre mala, quando videmus Christianos erga sanctã Ecclesiam omnem deuotionẽ & reuerentiam perdidisse, nec sententias eius in aliquo timere, ac si eã factis ex toto negarent in publico? Nihil restat amodo: nisi vt Christi fidem totaliter negent. Tunc illa: Pater, hoc modo faciũt laici: sed cito videbitis quanto deterius erit illud quod facient clerici. Et ego plus admirans, inquam: O me miserũ. Nũquid etiam clerici Romano Pontifici rebellabũt? At illa: Bene videbitis vos, quando ipse voluerit ipsorũ prauos mores corrigere. Facient enim tunc scandalum vniuersale toti Ecclesiæ sanctæ Dei, quod tanq̃ hęretica pestis scindet & tribulabit eam. Ad quod ego quasi amens ex stupore iam facto, subiunxi: Et habebimus hæresim o mater mea, & hęreticos nouos? Et illa: Non erit prope hęresis, sed erit quasi hęresis, & diuisio Ecclesiæ ac totius Christianitatis. Itaq; paretis vos ad patientiam, quoniam oportet vos ista videre. Ad hoc ego conticui, & suspensus ad loquentẽ, perpẽdi quod dispositа erat ad plura dicenda. Sed ne meã angustiam augmentaret, se ipsam continuit. Fateor etiã q̃d tũc eam non intellexi, ob causam obscuritatis intellectus mei, quia putabam hæc omnia debere cõtingere tẽpore p̃dicti summi Pontificis, dñi Gregorij xi. qui tunc erat. Sed cum illo defuncto, iam quasi oblitus essem prophetiæ iã dictę, domino Vrbano VI. succedẽte, cũ vidi schisma p̃sens in Ecclesia inchoari, oculata fide percepi omnia quę mihi p̃dixerat fore verificata: & me ipsum redarguens de modico intellectu, expectabã eius p̃sentiam, vt possem iterũ cũ ipsa cõferre. Quod & Dñs mihi cõcessit, quãdo ad mandatũ dicti dñi Vrbani sancta virgo venit ad vrbem, iã inchoato schismate. Tũc aũt reduxi ei ad memoriã id, q̃d ante p aliquot annos mihi dixerat Pisis, cuius ipsa optime memor, adiunxit: Sicut dixi vobis ꝙ illud erat lac & mel, sic dico vobis, ꝙ illud q̃d videtis ad p̃sens, ẽ ludus puerorũ respectiue ad ea q̃ futura sunt,, & singulariter in prima circũstantia denotãs mihi regnũ Siciliæ cũ patria Romana, & regione circũ adiacenti. Quod sic postea rei probauit euẽtus. Inuoco testẽ cœlũ & terrã. Tunc em̃ adhuc viuebat Iohãna regina: sed quãtę postmodũ tribulationes tã ei q̃ regno & eius successori, nec nõ & his q̃ de remotis partibus aduenerũt, se-

curę

cutæ fuerint, quātæq; destructiones terrarū, nullus q patriā nouit ignorat. Ecce igit̄ perpēdis lector, si ex toto nō desipis, tantā fuisse in virgine sacra spūs prophetici abundantiā, ꝙ quasi nihil futurū latebat eā, ꝙd esset aliquo modo notabile vel insigne. Sed ne dixeris tan q̄ alter Achab de Michea, ꝙ nō ꝓphetauit nobis bonū, sed malū: post amara q̄ retuli, dulcia propinabo, vt de thesauro purissimo virginis proferam coram te noua & vetera.

Noueris ergo, ꝙ post q̄ in vrbe mihi p̄dixerat illa q̄ vltimo scripsi, ego curiosior factus, vlterius ipsa sciēdi q̄siui ab ea, dicēs: Obsecro p̄charissima mater, quid post hæc mala in Ecclesia sancta subsequet̄? Et illa: His tribulatiōibus & angustijs finitis, modo in pceptibili hominibus, purgabit Deus Ecclesiā sanctam suā, & suscitabit spiritū electorū suorū: sequeturq; post hæc tāta reformatio Ecclesiæ sanctæ Dei, & nouorū sanctorū reformatio pastorū, ꝙ ex solo cogitatu spūs meus exultat in Dño. Et sicut aliàs ſpius vobis dixi, sponsa q̄ est nūc quasi tota deformis ac pānosa, erit tūc pulcherrima & p̄ciosis iocalibus ornata, & oim virtutū diademate coronata: cunctiq; populi fideles gaudebunt se de tam sanctis pastoribus decoratos: ac etiā infideles populi bono Iesu Christi tracti odore, ad ouile catholicū reuertentur, & cōuertentur ad verum pastorē & episcopū aiarum suarū. Agite igitur gratias Dño, q post hāc tempestatē dabit Ecclesiæ suę nimis grāde serenū. Et his dictis cōticuit. Ego aūt q nouī omnipotentē Deū proniorē esse ad impendendū nobis dulcia q̄ amara, firmissime spero, ꝙ sicut mala p̄dicta per hāc sacrā virginē euenerūt, sic infallibiliter bona subsequētur. Ex quibus omnibus patefiet cuncto populo Israel, à Dan vsq; ad Barsabee, quod virgo Catharina Senensis verax fidelis Dñi extitit prophetissa.

Verum quia nō sufficit veritatem asserere, nisi contra & à suis calumniatoribus defendatur, operę preciū puto, vt dū loquimur de eius veridicis prophetijs, illorum refellamus ignorantiā venenosam, q non intelligentes propriā vocē, vera prophetica verba eius audent detrahere, & cōtra sanctitatem eius calumnioſas fallacias inuenire. Pro colore autē suę mēdacis detractiōibus assumūt cōmuniter, ꝙd ipsa p̄dixit sanctū & vniuersale passagiū fideliū ad partes vltra marinas cito futurū, & se cū suis sequacibus illuc transiturā, cū tamē transacti sint multi anni, quod ex hac luce ipsa migrauit, eāq; plures vtriusq; sexus ex suis sequacibus sint (vt pie creditur) ad cœlorū regna secuti, qui procul dubio transitum illum non sunt facturi. Ex quo volunt concludere verba eius non fore appreciāda, tanquam prophetica, sed potius tanquam muliebria contemnenda. Hinc quidam ex eis, cæteris nequiores, volunt arguere non solum verba, sed etiam facta eiusdem virginis sacræ, parum esse appreciāda, nec inter sanctorum gesta quomodolibet computanda. Quamobrem coactus sum contra eandem enormem calumniā duellum assumere. Primo falsitatē fundamēti taliū detrahentiū declarabo. Et tandē prout ipsa mihi impetrabit à Dño, aliqd de prophetiarum intelligentia, iuxta meum modulū enodabo, vt sic dupliciter pateat verbum inquinatum & lingua mendacij. Equidem fateor verum esse, quod hæc sacra virgo semper desiderauit, vt fieret sanctum passagium. Et pro desiderij sui complemento multipliciter laborauit. Istaq; fuit causa principalis quodammodo, quare ad dictum dñm Gregorium xi. vsq; Auinionem accessit, vt .s. eum induceret ad sanctum passagium ordinandū, quod & fecit, me teste, qui vidi & audiui, & p̄sens fui modis omnibus possibilibus ei. Recolo aūt quod dū ipsa semel circa materiā hanc apud dictū Pontificem multū instaret, me p̄sente & audiente, q̄niam interpres erā inter Pontificem qui loquebatur Latine, & virginē quæ vulgari Tusciæ idiomate vtebatur, idem Pōtifex ei respondit: Oportet ꝙ pacem primo inter Christianos faceremus, & postmodū passagium sanctū ordinaremus. Ad quod illa sic replicauit: Nullam pater sancte ad pacificandum Christicolas, viam meliorē inuenire poteritis, q̄ sanctū passagium ordinādo. Oēs em̄ istę gētes armorū, q̄ sunt fomentū guerrarū inter fideles, libenter ibunt ad seruiendū Deo de arte sua. Pauci sunt enim adeo praui, qui non libenter seruiant Deo de actu in quo delectantur, & qui p illum actū nō libenter velint sua peccata redimere. Remoto aūt fomēto, remoueri oportet & ignem. Et sic pater sancte simul & semel facietis q̄plura bona. Pacificabitis Christianos volentes quiescere: gentes aūt ipsas suis peccatis irretitas, saluabitis, quoniā eas pendendo lucrabimini. Et si faciant aliquam victoriam, procedetis vlterius cū alijs principibus Christianitatis. Si vero morientur, ibi lucratus estis aias illas quæ prius perditæ erant quodāmodo. Tria itaq; bona sequētur ex hoc, pax .s. Christianorū, pœnitentia istorum armigerorum, & salus multorum Sarracenorum. Hæc in præsentiarū ideo recitaui, vt intelligas pius lector, quanto zelo, quantisque laboribus hæc sancta virgo sanctum

passagium fuerit prosecuta. Hoc igitur sic prȩmisso contra viros mendaces, nunquã recolo me audisse secrete vel publice, ꝙ temporis determinationẽ in quocunq; futuro euẽtu ipsa prȩdiceret: imo in hoc singulariter ipsam reperi cautam, quod etiã quandoq; me petente super quibusdam dictis eius de tempore, nunquã potui determinatum tempus habere ab ea, sed totum diuinæ prouidentiæ relinquebat. Verum est tamen, ꝙ ipsa frequẽter de sancto passagio loquebatur, & ad illud, quoscunq; poterat, animabat & confortabat. Dicebatq; se sperare in Domino, quod oculo misericordiæ respiceret populum suũ, & multos per illam viam tam fideles q̃ infideles saluaret. Sed quod assereret tali tempore fieri debere passagium, aut quod diceret se cũ suis omnino illuc ituram, nullus potest q̃modolibet veridico sermone affirmare: licet quidã videantur forte intellexisse ab ea, ꝙ cito deberet hoc passagium ordinari, & alia quædam, quæ processerunt ex defectu audientium, & non ex lingua dicentis. Et quia iam tantum temporis transiuit, nec aliquis ordo datur adhuc, quodam modo scandalizantur ex hoc. Nunc ergo sublato fundamẽto falsitatis allatratuum seu allatrantiũ prȩdictorum, si aduertisti cuncta quæ superius sunt scripta, lector bone, clare cernis hanc sacram virginẽ cum spõso suo dicere verbum istud, quod recitat Matthęus euangelista saluatorem dixisse Iohannis Baptistæ discipulis, dum prȩmissis miraculis, quæ illis cernentibus fecerat, tandem subdidit: Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Cur enim cum miraculis scandalum iunxit, nisi quia cõditio prauorum de bonitate Dei atq; eius mirisoperibus, prauitate propria cogente, solet scandalizari? Sic isti non intelligentes, nec verba nec opera huius almæ virginis, de qua nobis est sermo, vnde deberent ædificari, scandalizantur. Sed esto quod ipsa dixisset, cito debere fieri sanctũ passagium. Nunquid possunt ipsi veridice dicere, hoc esse falsum: cum euangelista Iohannes recitet Dominum dixisse sibi in Apoaalypsi: Ecce ego venio cito: quod à nonnullis intelligitur de secundo aduentu? Et tamen cum omni veritate hoc dixit. Audi obsecro Augustinum exponentem psalmum illum: Noli æmulari in malignantibus. Quod tarde est (inquit) tibi, cito est Deo. Iunge te Deo, & cito etiam erit tibi. Et iterum alia scriptura prophetica dicit: Si moram fecerit, expecta eũ, quia veniens veniet, & non tardabit. Moram igitur potest facere Dominus, iuxta capacitatis tuæ paruitatem, sed tardare nullatenus potest. Attende rursus cum quanto studio promittebant prophetę saluatoris aduentum, celeritatẽ etiã nunciãdo, ita vt diceret vnus ex eis, videlicet Esaias: Prope est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Et tamen post hæc, annorũ centenaria plura pertransierunt, antequã videretur effectus. Vt quid igitur isti murmurant contra virginem Catharinã de decem vel duodecim annis, cum videant prophetas tam veteris testamenti q̃ noui, per annorum centenaria tam alta mysteria prædixisse, ac nihilominus cito ventura scripsisse? Si hanc pro duodecim reputant falsam, illos pro annorum centenarijs vt falsos iudicent est necesse. Amplius autem rogo, attende quid isti dixissent, si hęc virgo nunciasset vni regi vel pontifici debilitatem corporis patiẽti, quod ex infirmitate illa deberet decedere, sicut Esaias regi Ezechiæ legitur nunciasse, illeq; fuisset postmodum curatus. Item si nũciasset alicui ciuitati, quod deberet vniuersali clade subuerti, sicut Ionas legitur in Niniue prȩdicasse, nec postmodum hoc accidisset, sicut illi nõ accidit? O q̃ patentes irrisorias detractiones retorsissent in eam. Et tamen illi sancti prophetæ in nullo fuerunt falsi, prædicendo prædicta, nec aliunde moti sunt q̃ ab illa veritate, quæ nec fallere nec falli potest. Qualiter autem hoc fieri possit, quod comite veritate aliquid prædicant futurum, quod non videtur postmodum euenire: sacræ scientiæ doctores declarant, dicentes quod ad veritatem prophetiæ sufficit, quod verbum prophetiæ concordat cum dispositione causarũ mediarũ, quam Deus ipse prophetæ reuelat, & vult nunciari per eum: sicut in Ezechia rege prȩdicto patuit manifeste, qui absq; dubio mortali detinebatur infirmitate, omnesq; naturales dispositiones corporis eius tendebant ad mortem, quãuis forte ipse speraret per naturales medicinas curari. Hoc igitur nunciauit ei propheta, quia videlicet nulla via per naturam poterat euadere mortem. Sed nec per hoc tollebatur, quin posset diuina potentia ipsum miraculose curare, sicut post eius fletũ & deuotam orationem est factũ. Verum ergo dixit Esaias, quod ex causis naturaliter ordinatis, erat omnimode moriturus: nec contra hoc fuit, quod per aliam viam à morte liberaretur. Similiter Ionas propheta, qui dixit ciuitatem Niniuem subuertendã, & terminum præfixit xl. dierũ, grauitatem peccatorum Niniuitarum per hanc prædicationẽ expressit, & quam sententiam siue iudicium illis peccatis exigentibus meruerant, indicauit.

Nec tamen

Nec tamen per hoc ſpiritus ſanctus exprimere voluit, quod ſi peccata relinquerent, iudicium remaneret. Ex quibus potes perpendere luculenter, q̃ prophetarũ verba, & potiſſime horum, de quibus cõſtat per alia opera ſancta, q̃d iuncti ſunt Deo, cum magna reuerentia ſuſcipienda ſunt ſemper, & cũ diſcretione intendenda; q̃d in noſtro propoſito arbitror neceſſarium fore. Quis em̃ ſcit ſi ſancta virgo ſanctum paſſagiũ p̃uidit futurũ, licet poſt aliquos annos, & poſt eius tranſitum ex hoc mundo, tamẽ mediãtibus meritis & orationibus ſuis, quæ ſine dubio plus nunc vigẽt in cœlis, q̃ tunc vigerent in terris? Quis ite tum nouit, ſi quãuis ipſa corporaliter non debeat eſſe p̃ſens, ſpiritualiter aũt à Deo ſit deputata, vt cõfortet & roboret tranſeuntes tẽpore ſuo? Aut vt impetret refrigeriũ & ſolamen illis qui circa hoc laborant? Non ſunt hęc noua & inuſitata bonitati æternæ: quæ quamuis omnia per ſe ipſam poſſit, vt tamen ſe cõmunicet creaturis, quas ẽlegit ſibi, per ipſarum miniſteria nos gubernat & regit, & per creata media ad interminatum nos finẽ perducit. Hæc contra detractores ſuperius nominatos, tibi lector ad præſens ſufficiant. Et ad cætera narranda de hac eadem materia, tranſeamus. Sicut ſuperius diximus, cum de miraculis ageretur, quantum dignitas ſpiritus tranſcendit corporis dignitatem: tantũ miracula ſpiritui ſalutifera, ſigna quæ circa ſalutem corporis ſunt operata, tranſcendunt. Quapropter & in præſenti materia prophetiæ, illa magis notanda videntur, quæ ſalutẽ animarum concernunt. Ideoq; vnum narro, quod ille cui & de quo facta eſt prophetia, quotidie prædicat cunctis hoc audire volentibus.

Fuit in ciuitate Senarũ tẽpote quo virginis huius almæ merui habere notitiam, iuuenis quidã nobilis genere, ſed morum honeſtate pro tunc ignobilis, qui Franciſcus de Malauoltis dicebatur & dicitur. Hic in iuuenili ętate orbatus parẽtibus, ex nimia libertate vitia incurrit q̃plurima ſatis enormia. Et licet contracto matrimonio cum quadam iuuencula, ſibi neceſſitas immineret ſe à conſuetis vanitatibus coercendi, nihilominus prauam conſuetudinẽ ſuã relinquere neſciebat. Quod cernens quidã eius conſocius, qui ſacrã virginem ſequebatur, cõpaſſus animæ eius, aliquando ipſum ad audienda monita virginis inducebat & adducebat. ex quo idem Franciſcus frequenter cõpungebatur, & conſueta vitia ad tempus aliquod ſuſpendebat, quamuis non ex toto relinqueret. Sæpius etenim vidi eum nobiſcum ingredientem & egredientem, & paſcua doctrinę ſalutaris ac exẽpla ſalubria virginis huius almæ inuenientem, & ſaltem ad tempus in eis gaudẽtem. Sed poſt hęc redibat ad priſtinos malos mores, & taxillorum ludum, quo multum erat infectus. Quãobrem ſacra virgo quæ pro ipſius ſalute frequenter exorauerat Deum, tot eius recidiuas proſpiciens, vna die in feruore ſpiritus dixt ei ſententiam infraſcriptam: Tu frequẽter venis ad me, & poſtmodum more auis phreneticæ euolas ad diuerſa vitia tua. Sed valde volando quocunq; volueris, quoniã vna vice, Domino cõcedente, tale ponã ligamẽ in collo tuo, quod nõ poteris amplius euolare. Quod verbum ipſe Franciſcus notauit, & cuncti qui aderant. Sed poſt verba ſacra virgo migrauit à ſeculo, antequam veniret rei euentus. Illeq; redierat ad crimina ſua conſueta, & iam non habebat, vbi (vt videbatur) conſuetum remedium reperiret. Sed ſacra virgo plura & plus egit quando fuit in cœlis, quam fecerat, dum ipſum monebat in terris. Poſt tranſitũ eius virginis, defuncta eſt vxor Franciſci ſimul & ſocrus, ac quidam alij, qui præſtabant impedimentum eius ſaluti. Ipſeq; reductus perfecte ad cor, & relicto totaliter ſeculo, religionem fratrum montis Oliueti, cum non parua deuotione ingreſſus eſt: vbi per Dei gratiam & meritis huius virginis perſeuerat, recognoſcendo ſemper hoc mediantibus eius orationibus obtinuiſſe, ac voce prophetica ſibi per eam prædictũ fuiſſe, ſicut omnibus audire volẽtibus atteſtat q̃tidie, & nunciat viua voce. Mihiq; q̃plures, Deo & ſanctæ virgini agendo gratias, recitauit.

Deniq; vt ſpiritualem materiam ſpirituali ſociemus, rem narro me pręſente oſtenſam à Dño, quam (vt infra patebit) adhuc melius nouit dñs Bartholomęus de Rauẽna, tũc & nũc prior inſulæ Gorgonæ prope portũ Piſanum, ad xxx. miliaria Carthuſienſis ordinis, virtutiq; totius religionis & deuotionis ac prudentię diu probatæ. Hic dũ ex doctrina mirabili & factis admirandis ſacræ virginis, ad ipſam nimis afficeretur, & in ſancto propoſito firmaretur, ſępius & plures, & frequenter ſupplicauit, q̃ ad dictã inſulam vellet ſemel accedere, vt liceret ei fratres ſuos ad eam adducere pro ſanctæ ædificationis verbo percipiendo, meq; rogauit, quod hanc ſuam petitionem promouere apud eã pro poſſe curarem. Exaudiuit aũt ſancta virgo petitionem eius, & acceſſimus illuc fere xx. vtriuſq; ſexus cum ea. Cumq; dictus Prior locaſſet nocte qua peruenimus, ſanctam virginem cum

ſocia-

ſociabus ſuis per miliare diſtanter à monaſterio, noſq; ſecũ in monaſterio tenuiſſet, mane facto, volens deſiderium ſuum perficere, cunctos fratres duxit ad eã, rogans ædificatiõis verbum pro filijs. Illa vero licet renueret prius & excuſaret ſe, tum ratione defectus & ignorantiæ, tum etiam ratione ſexus, addens quod potius eam decebat doctrinam ſeruorũ Dei audire, q̃ in eorũ pręſentia qdquam loqui: victa tamẽ inſtantiſſimis precibus patris & filiorum, tandem aperuit os ſuum, & locuta eſt prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illi, tangens multiplices & diuerſas tentationes ac deceptiones, quas ſolitarijs viris ſolet ingerere inimicus, & vias euadendi laqueos eius, ac perueniendi ad perfectam victoriam, cum tanto ac tali ordine, ꝙ ſtuporerat tam mihi q̃ cæteris audientibus. Completo vero eius ſermone, dictus prior ſe vertit ad me, poſitus in admiratione non parua, dicens: Frater Raymũde chariſſime, noueritis ꝙ omniũ iſtorum confeſſiones ego ſolus audiui, iuxta morem ordinis noſtri: & ſcio illa in quibus vnuſquiſq; illorum defecit, & in quo proficit. Et nunc dico vobis, ꝙ ſi ſancta virgo audiuiſſet confeſſiones illas, quas ego audiui, non potuiſſet melius nec magis ad propoſitum cuiuslibet ipſorum loqui, nec obmittendo de his quibus indigent, nec diuertẽdo ad illa quibus nõ indigent. Ex quo clare perpendo, quod ipſa eſt plena ſpiritu prophetiæ, & ſpiritus ſanctus loquitur in ea.

Poſtremo, poſt omnia ſupradicta ſcio & vere ſcio ꝙ circa perſonã meã, me licet ignorante, plura prædixit, quæ in pręſentiarum manifeſte cernuntur. De quibus me idcirco particulariter non extendo, quia tam lingua q̃ calamus coram audientibus ſeu legentibus, nimis ſordida apparerent. Propter quod cæteris filijs & filiabus illa recitanda relinquo. De quibuſdam etiam qui ſanctam Eccleſiam ſunt perſecuti, quaſdam graues punitiones prædixit, quas propter malitias hominum modernorum ſubticeo, ne contra eius glorioſam memoriam, venenum excitem detractorum. Vnde finẽ huic capitulo, vt ad alia procedere poſſim, impono.

¶ De miraculis, quæ Dominus per ſacram virginem operatus eſt in rebus inanimatis. Caput XI.

QVia iuxta primam iuſtitiæ regulã, obedientibus Deo perfecte, neceſſe eſt vt cuncta obediant: decreui lector dilecte hoc in capitulo quædam inſerere, quæ clare oſtendent tibi, virginem hanc obedientiſſimã fuiſſe creatori, ex quo creaturæ ei obediebant ad nutum.

Tempore quo hęc virgo ſacra Senis degebat, priuſquam ego eius notitiã meruiſſem, contigit quandam iuuenem viduam, nomine Alexiam, cum tanto feruore virgini ſanctæ adhęrere, quod abſq; ipſa quodammodo viuere recuſabat. Qua ex cauſa habitum quem virgo geſtabat, deuote ſuſcepit, & propriam domum relinquens, in conuicinio eiuſdem virginis domũ conduxit, vt magis aſſidue frui poſſet conuerſatione ſua. Quo facto, virgo Domini cœpit ad fugiendum occupationes paternę domus, frequẽter in domo Alexiæ cõmorari per dies plures, quandoq; per ſeptimanas & menſes. Contigit aũt quodam anno in ciuitate Senarum eſſe penuriam tritici, adeo vt triticum exiccatum de terreis foueis, & terreo fœtore infectum, à maiori parte ciuium emeretur, quoniam aliud protunc nequibat triticũ reperiri pro precio quantocunq;. Vnde & oportuit Alexiam de ipſo tritico emere, vt ſaltem pane non priuaretur ex toto. Verum quia tempus meſſiũ erat propinquum, anteq̃ ydria farinæ illius infectæ deficeret, nouum & purum triticum eſt allatũ ad forum. Quod Alexia ſentiens, modicũ illud farinæ fœtentis diſponebat proijcere, & noui frumenti quod emerat, pane veſci. Sed quia tunc ſancta virgo eius habitabat in domo, cogitationem ſuam ei aperuit, dicens: Tam infectus & amarus panis, mater mea ex hac farina conficitur, ꝙ ex quo Dominus nobiſcum fecit miſericordiam ſuã, ego diſpono proijcere hoc modicum quod remanſit. Cui virgo reſpondit: Nunquid tu vis illud proijcere, quod Deus produxit pro cibo humano? Et ſi tu non vis de pane illo comedere, ſaltem da pauperibus qui non habent. Illa vero replicante quod haberet conſcientiã etiam pauperibus dare tam infectum panem & fœtidum, ſed potius de pane boni tritici vellet eis largiter miniſtrare, virgo ſubintulit: Para, inquit, aquam, & fer farinam quã diſponis proijcere: quia volo de illa panes ego ipſa pro pauperibus Ieſu Chriſti conficere. Dixit, & facta ſunt omnia. Intriuit ſiquidem virgo primo maſſam, & tandem panes de parua quantitate illius farinæ infectæ tam celeriter & tam abunde, quod ſtupor inuaſit Alexiam & eius miniſtram quæ hoc cernebant. Nõ enim de quadrupla, nec forte de quintupla quantitate farinæ potuiſſent tot panes formari, quot virgo ſacra virgineis manibus por-

nibus porrigebat Alexiæ, vt locaret in tabulis. Nec aliquis fœtor sentiebatur in panibus illis, sicut in alijs qui primo fuerant ex eadem farina confecti. Quo facto, missi sunt ad clibanum panes facti per virginem, & reportati ad domum Alexię, ac de mandato virginis ponuntur in mensa, quos cum discumbentes gustassent, nullam penitus amaritudinē vel infectionem senserunt: imo nunquā se tam sapidū panem comedisse fatentur. Fiunt hæc nota fratri Thomæ, virginis confessori, qui veniens cum aliquibus scientificis fratribus & deuotis, examinato negocio, stupent, videntes panes illos in quantitate tam augmentatos, & in qualitate tam mire melioratos. Sed ad hæc duo merita tertium additur, quia cum ex iussu virginis panes illi largissime ministrarentur pauperibus, & fratribus copiosissime donarentur, nec alius panis comederet in domo, semp tamē in arca ipsorū copia magna restabat. Quid plura? Tria signa non parua in vna panū materia p spōsam suā operatus ē Dñs. Nā primo infectionem & fœtorē ab illa farina remouit. Secūdo massam ex eo cōpositam augmentauit. Tertio in arca panes multiplicauit adeo, vt per septimanas q̄plures modo quo dictū ē supius, distributi, vix possent à p̄dictis oībus cōsumi. Quod cernentes hi & hæ, quorum Deus corda tāgebat, pane de illo pro reliquijs cōseruauerunt, ita vt adhuc aliq sint vel aliquæ, habētes in p̄sentiarū de pane ipso, cū tamē sint xx. anni vel circiter, q̄ hoc miraculū est patratū. Sed & ego quū ipsa viuēte in corpore, hoc primitus percepissem, factus sum curiosus & auidus sciendi p̄fectius, qualiter hoc accidisset, ipsamq; secrete interrogaui de modo & causa. Quæ ait: Zelus me ap̄phendit, ne datum à Dño despiceret, & cōpassio pauperū etiam me vrgebat: vnde accessi cū feruore ad arcā farinę, moxq; affuit dña mea Maria dulcissima, pluribusq; sanctis & angelis sociata, iussitq; vt q̄d proposuerā, agerē: & tantæ fuit dignitatis & pietatis, q̄ sacratissimis manibus suis cœpit mecū panes illos cōponere, quarū manuū sacrarū virtute panelli multiplicabātur. Ipsa nāq; dña mihi panes p se cōpositos dabat, & ego Alexiæ & famulę porrigebā. Tūc aio: Nullū igitur mater mea mirū, si tantā dulcedinē panes isti mihi & alijs propinabāt edētibus, ex quo manus illæ tornatiles supersacrę cōposuerūt illos illius reginę, in cuius sacratissimi corporis arca, summa Trinitatis arte cōpositus (vt ita dixerim) ē panis ille q̄ de cœlo dēscēdit, & vitā dat credentibus vniuersis. Aduerte igitur lector adhuc, & quāti meriti fuerit hęc virgo attende, cui assistere dignata est regina cœlorū, vt panes cōficeret filiorū, dans p hoc intelligere nobis genitrix verbi Dei, q̄ per illā virginē nobis porrigere intēdebat panē spiritalē verbi salutis, per quā nobis dederat panē corporalem tantæ virtutis. Vnde & nos oēs tanq̄ spiritu Dei cogēte, ipsam matrē appellabamus. Nec ab re. Verissime siquidē mater erat, q̄ cōtinue nos non absq; gemitibus & anxietatibus parturebat ex vtero suę mentis, donec formaretur Christus in nobis: & pane doctrinæ vtilis & sanæ, nos assidue nutriebat.

Porro ex quo de panibus multiplicatis inchoatus est sermo, pro cōtinuatione materię, non seruato tēporis ordine, ad illa trāfibo, quę in extremo vitę eius tēpore sunt patrata. Supsiuunt adhuc siquidē duę sorores de pœnitētia beati Dñici, & sunt p̄sentes in vrbe, quarū vna vocatur Lysa, quę fuit vxor germani virginis sacræ, & p cōsequens eius sororina vel cognata, de qua sępius superius facta ē mentio. Altera vero Iohāna, cognomento de Capite, ambæ natione Senēses, q̄ simul fuerunt cū virgine, quādo ipsa ex mādato felicis memorię dñi Vrbani, papę VI. ad vrbē p̄fatam venerat, ibiq; in regiōe Columnę residentiā faciebat, cū non paruo numero filiorū & filiarū, quos & quas in Christo genuerat, ac in sanctis moribus nutriebat. Hi & hę secutæ fuerāt eā de partibus Tuscię quodāmodo ipsa inuita. Aliquanti propter peregrinationem & sanctorum visitationem, aliquanti propter spiritales gratias impetrandas à summo Pontifice. Sed omnes, vt possent frui eius conuersationis dulcedine, quæ cunctos gestantes mirabiliter delectabat. Addita est etiam ad hoc occasio alia, quia videlicet summus Pontifex ad eius instantiam fecerat aliquos seruos Dei ad p̄fatam vrbē vocari, quos oēs hospitalitatis amore, lęto corde in loco habitationis suę recipiebat. Et cū nihil terrenū possideret, nec aurū ac argentū esset in zonis eius, imo cū suis intrinsecis de mendicitate pura victū reciperet, nihilominus ita centū hospites ficut vnū suscepisset, quoniā erat cor eius fiduciam habēs in Dño, nec dubitabat qn cunctis aduenientibus diuina largitas prouideret. His de causis illo tēpore minor numerus domus eius, erat xvi. hominū et octo mulierū, q augmentatus, aliquādo excedebant in vniuerso tricesimū, aliquādo quadragesimū attingebat, vel saltē ap̄ppinquabat. Ordoq; talis datus erat p virginē ipsam sacrā, q̄ q̄libet ex dictis mulieribus, septimana

vna

vna paratricis & dispensatricis exequiretur officium, vt alij & aliæ possent vacare Deo & actionibus seu peregrinationibus, pro quibus ad sanctam vrbem perficiendis accesserant. Sic igitur dum ageretur secundum hunc ordinem, cõtigit supradictam Iohannã de Capite, ministrare in ordine vicis suæ. Quia vero panis quem tota comedebat familia, non nisi de mẽdicitate quotidiana poterat prouenire, ordinauerat ipsa virgo, ꝙ quælibet dispensatrix sua septimana, cum panis deficeret, per diem ante deberet hoc virgini nunciare, vt posset aliquas ex alijs mittere, vel ipsamet ire ad mendicandum. Hoc aũt dicta Iohanna, Deo volente, forte semel oblita est. Et pane deficiente de vespere, ante notum non fecerat virgini, nec procurauerat aliunde. Quamobrẽ ventũ est ad horã prandij, & inuentum ꝙ tam parua quantitas panis erat in arca, quod vix quatuor ex illis hominibus sufficisset. Ex quo dicta Iohanna culpam suæ negligentiæ recognoscens, mox mœsta & verecunda virginem adijt, suamq; culpam & panis carentiam indicauit. Cui virgo: Parcat tibi omnipotens Deus, soror cur nos ad hanc extremitatem duxisti contra ordinem per me datum? Ecce quod familia nostra esuriens est, tarda est enim hora, vbi tam cito inueniemus panes sufficientes? Cumq; Iohanna se ream clamaret, & dignã pœna, & ex obliuione peccasse, ait virgo: Dicas famulis Dei quod ad mensam accedant. Illa vero dicente, quod panis modicus erat valde, nec sufficeret quod vnusquisq; modicum quid acciperet, respondit virgo: Dicas quod incipiant cum hoc modico, donec prouideat eis Dominus. Et hoc dicto, ad orationem accessit. Perfecit Iohanna mandatum, & modicum panem diuidit inter tantos. Illiq; sicut famelici, ieiunijq; quotidiani inedia macerati: nam vt in pluribus ieiunium obseruabant, alimentum minus sufficiens, sumũt auidius, putantes prandium illud mox extenuari debere. Quid plura? Edentibus illis, panis ille modicus non potest deficere. Fiunt ex eo per quemlibet pulmentariæ offæ. Quilibet saturatur ad votum, panis tamen semper restat in mensa. Nec mirũ, ille etenim hoc agebat, qui de quinq; panibus quinq; millia hominum satiauit. Mirantur cuncti, & quilibet tã de se q̃ de alijs vertitur in stuporẽ. Et petitur quid agat virgo. Dictumq; est eis quod orationi feruenter instaret. Tunc illi qui sedecim erant, vnanimiter concluserunt, dicentes: Oratio illa pstitit panem de cœlo. Ecce namq; nos oẽs saturati sumus, & panis qui appositus fuerat modicus, non est diminutus, sed potius augmentatus. Finito ergo prandio, tantus panis remansit in mensa, ꝙ sufficit sororibus cunctis, quę tunc erant in domo, post illos prandentibus abundanter, nec non & iussu virginis de eodem larga est elemosyna pauperibus erogata. Simile signum per omnia narrant Lysa & Iohanna præfata, quæ de his fuerunt & sunt contestes, eodẽ anno accidisse, ac per eandem virginem Dñm operatum fuisse in domo eadem, quadam temporis Quadragesimalis septimana, in qua ministratrix erat quædam Francisca, quondam soror de pœnitentia beati Dominici, quæ indiuisibiliter adhęrebat virgini, & vt pie credo, nunc est cum ea in cœlo.

Verum vnum similiter tacere non valeo, quod mihi contigit postquam ipsa transiuit ad cœlum, de quo tot habeo mecum contestes, quot erant tunc fratres in conuentu Senensi. Eram in eodẽ conuentu ferme ante annos hos quinq;, balneis naturalibus ibi propinquis indigens, secundum medicorum concilium: & ad instantiam filiorum & filiarũ eius, hanc Legendam scribere cœperam. Recordatusq; sum quod sacrum caput eius, q̃d fuerat translatum ab vrbe illuc, hactenus per me iuxta modulum meum ornatum nondum erat in patulo, nec quacunq; solemnitate receptum, cum tamen & ipsa funera mundanorum hominum, quando transferuntur de loco ad locum, cum accensis candelis & solemnibus precibus soleant vt plurimum recipi tam per populum quàm per Clerũ. Igitur cogitaui, & forte non totaliter à me ipso, ꝙ caput præfatum vna die quasi deforis veniens, reciperetur cum solemnitate à fratribus, diuinas laudes cõmuniter quidẽ cantantibus, quia particulares de ipsa non licet, quousq; sit sanctorum catalogo per Romanum Pontificem adscripta. Quod & factum est vno mane cum lętitia tam fratrum q̃ populi, et singulariter spiritalium filiorum & filiarum eius. Hac de causa omnes peculiares filios eius inuitaui ad prandium, ordinans etiam quod conuentui fratrum foret piaantia singularis. Consummato igitur officio diuino, cum iam hora esset accedendi ad mensam, frater qui cellario prẽerat, Priorẽ adijt & mœstus conqueritur, quod in cellario non sit panis, qui medietati fratrum in prima mensa possit sufficere, nedum qui possit dari Forensibus inuitatis, qui erant circiter viginti. Quod Prior audiens, primo ipsemet voluit hoc videre: & comperto quod sic esset, mox misit eundem fratrem cum fratre Thoma, primo vir-

me virginis confessore,ad quasdam domus singularium ordinis amicorũ,vt sufficientes inde panes deferrent.Qui euntes,moram nimiam contrahebant. Qua ex causa Prior Forensibus,qui mecum erant,sufficientes fecit panes portari, vt non expectarent diutius.Sicq; pauciſſimi panes in cellario remanserunt.Sed cum dicti fratres per eum missi, adhuc morã facerent, iussit fratres ad mensam accedere,& cum illo modico pane incipere. Quid plura? siue in cellario,siue in mensa,siue vtrobiq;,fuerunt panes illi meritis sanctæ virginis diuinitus augmentati,ita ꝙ conuentus totus de illis paucis panibus habuit abundanter,tã in prima mensa q̃ in secunda,& adhuc fuerant reliquiæ ad cellariũ reportatę,vbi affuerunt quinquaginta fratres vel circiter,cũ tamen nõ debuissent quinq; fratribus sufficere cõpetenter.Redeuntibus autem dictis fratribus,& panes portãtibus hora qua conuentus comederat,dictũ est eis ꝙ reponerent eos pro alia vice,quia Dominus iam prouiderat seruis suis abundanter.Cum igitur ego post prandiũ cũ inuitatis sedens, sermonem de ipsius virginis virtutibus prolixum haberẽ, nobis loquẽtibus, affuit Prior cũ aliqbus fratribus,& corã omnibus p̃dictum miraculum recitauit.Quod cũ audissem, vertens me ad inuitatos filios eius,subintulit Noluit nos in solẽnitate sua sacra virgo illo priuari miraculo,quod sibi dum vixit in corpore,familiarius fuit.Frequenter enim dum fuit nobiscum in vita,hoc miraculum repetiuit.Et ideo volens ostendere quod hodie acceptauit seruitiũ nostrũ, & adhuc est nobiscũ,iterũ miraculũ replicauit. Propter quod omnipotenti Deo & ei gratias referamus.Post hoc aũt occurrit,forsitan inspirãte Deo, menti meæ,ꝙ quia beatissimus Dñicus miraculũ de panibus bis replicauit dum viueret: hæc virgo, sicut peculiaris eius filia & perfecta,similitudinem patris in cunctis operibus demonstrabat. ¶ Præter hæc aũt omnia supradicta, q̃plurima mira per sponsam suam est Dñs operatus in rebus inanimatis,nunc in floribus,quibus admodũ delectabat virgo sancta & florida,nunc in vtensilibus domus deperditis vel destructis, nunc in his nunc in alijs insensatis,quæ propter breuitatẽ obmitto.Sed vnũ tacere nõ valeo,q̃d non solus ego pcepi,sed viginti vel circiter vtriusq; sexus habeo mecũ contestes de certa scientia,quãuis tota ciuitas Pisana perceperat famã eius. Erat,vt supra de prophetiæ spiritu capitulo tactũ est,virgo sacra in ciuitate Pisana,anno.s.Dñi m.ccc.lxxv. Et cũ primo ad dictam ciuitatẽ peruenit,hospitata est cũ sua comitiua in domo cuiusdam ciuis Pisani, qui G. de B. appellabat. Vbi dũ essem,quadã die ex nimio excessu mẽtis corpusculo eius superuenere debilitates,quæ quasi vsq; ad vltimũ spiritũ,vt nobis videbatur,deducebant eam.Propter quod ego timens ne nobis auferretur tam cito, cogitabã si esset aliqs modus nobis possibilis, per quẽ possemus corpus eius aliqualiter refocillare vel cõfortare. Carnes enim aut oua seu vinũ ita horrebat,ꝙ non erat sperandũ, quidqd horum ab ipsa sumi debere.Sed electuaria cõfortatiua multo minus sumpsisset.Rogaui ergo eã, ꝙ saltẽ in aqua frigida,quã sumebat,permitteret aliquantulũ de saccaro permisceri. Quæ mox mihi respõdit:Vos vultis illud modicũ vitæ q̃d remãsit in hoc corpusculo,ex toto extinguere.Nã quæcunq; dulcia facta sunt mihi mortifera.Tunc dictus Gerardus & ego, cœpimus simul anxij cogitare,quod remediũ cõtra illas debilitates inuenire possemus. Occurrit mihi q̃d sæpe videram,in talibus casibus pulsus brachiorum & tempora infirmantiũ vinu vernacino ab extra balneari siue leniri, & debiles inde confortationẽ recipere. Dixiq; dicto G. Ex quo non possumus ab intra remediũ ponere,saltem remediũ p̃fatũ modum ponamus ab extra,quod ille audiens,mox respõdit: Habeo hic quendam amicum vicinum domui meæ,qui solet habere vegeticulum vnum de vino illo, statim mittã ad eum,& scio quod mittet mihi libenter. Accessitq; nuncius, narrauitq; virginis debilitatem,ac ex parte G. petiuit amphorã sibi tradi de vino illo.Respõdit vicinus eius, cuius nomen non recolo:Vere charissime libenter tibi darem pro amico meo etiam vegeticulum totum,sed p tres menses fuit vegeticulus totus vacuus ab oñi vini liquore.Nec est in domo etiã mea vini illius gutta,de quo non modicũ doleo. Sed vt fis amico meo testis de visu,veni & vide.Duxitq; ipsum etiã inuitũ ad cellam propriã vinariam,& ad vegeticulum supradictũ,quem nuncius apte perpẽdit per q̃dam exteriora signa diu stetisse intactum. Ille tamẽ,vt nuncium de illius vacuitate redderet certiorem,accessit ad vas,& de quodam foramine,quod erat circa eiusdem vasis medietatem,traxit fistulã illam ligneã, per quam solet hauriri vinum de vegete,vt clare videret nullum esse intus liquorem. Sed dum hoc feciſſet mox vinum solenissimum vernaccinum abundanter egreditur,& tertã proximam madidat abundanter.Stupetq; ille,& vltra modum admirans,clauso foramine,

mine,vocat omnes vtriusq; sexus de familia propria,ac diligẽter examinat vnumquẽq;, si quis in illo vase vinum nouit positum fuisse. Iurant singuli se firmiter scire, quod vinũ in illo vasculo non fuerat à tribus mensibus citra,nec esse possibile q; absq; eorũ omniũ scitu aliquis liquor fuisset ibi infusus. Fiunt hæc nota conuicinis,& quilibet attribuit diuino miraculo. Nuncius autem ad nos lætus & stupens, vino plenam amphorulam deferens,narrauit omnia quæ gesta sunt. Ex quibus cuncti sanctæ virginis filij exultant in Domino,gratiasq; referunt virginum sponso mirabilia facienti. Sed & ciuitatem totam hæc fama tantum impleuit,quod paucis post diebus virgine conualescente,& accedente ad quendam patriarcham apostolicum nuncium,qui nouiter ad eandem ciuitatem aduenerat, commota est vniuersaliter,& cuncti etiam artifices proprijs officijs relictis, currebant ad eam videndam, dicentes: Qualis est hęc, quæ vinum non bibens, vas vacuũ miraculoso vino potuit adimplere? Hoc ex cursu virgo sacra dolore cordis intrinsecus tacta,percepta causa concursus illius,sicut ipsa mihi postmodum fuit in secreto confessa, mœrens & lugens ad consuetum accessit orationis refugium, dicens mentaliter plusquã uocaliter hæc vel æquiualentia verba: Vt quid Domine me misellam ancillam tuã,tanto cordis flagello affligere voluisti,vt facta sim opprobrium vniuersis? Omnes alij serui tui possunt viuere inter homines,præter me. Quis petiuit à clementia tua vinũ? Ego inspirante gratia tua corpus meum iam diu vino priuaui: & nunc propter vinum, facta sum omni populo in derisum. Propter omnes misericordias tuas pietatem tuã obsecro, vt vinum illud taliter euanescere facias,q; cesset hæc fama,quæ inter hos homines est diuulgata. Quid plura? Exaudiuit Dominus vocem eius,& quasi contristationẽ eius sufferre nõ valens,primo miraculo secundũ addidit,meo iuditio non minus notabile,imo magis. Nã postquam vas vacuũ,repletum pro magna sui parte fuerat illo vino miraculoso,multiq; ciues de ipso ex pura deuotione bibissent,nec esset propter hoc vas diminutũ: subito totũ vinum conuertitur in fęces: & quod erat prius dupliciter delectabile,fit postmodũ impotabile, propter suam fęculentã grossitiẽ. Sicq; tam Domino illius cellæ vinariæ, q̃ venientibus ad bibendum, silentium imponitur, & quod prius prædicabant, erubescentes non audent amplius enarrare. Erubuimus & nos sanctæ virginis filij hoc audito, cũ eis: sed ipsa virgo tota iucunda & læta efficitur, gratias referens sponso suo,quod eam liberauerat à publicis laudibus hominum.

Hic lector,obsecro,fige pedem,& considera mirabilia facta Dei, quæ vir insipiens nõ cognoscit,& stultus intelligere nunq̃ potest. Absq; prece huius virginis: imo absq; ipsius notitia,patrauit Dñs tam publicũ & tam magnum miraculũ. Et tandem ad preces eius, visus est,id quod fecerat,destruxisse. Cur hoc? quis finis horum duorum contrariorum actuum? Nunquid vt calumniatores tunc forsitan dixerunt,vel saltẽ mussitauerunt, primum mirũ processit ex hostis illusione,q̃d per corruptionẽ illius liquoris fuit postmodũ demonstratũ? Sed etsi totum hoc verum esset, adhuc cõtra sanctitatẽ virginis nihil cõcluderetur per calumniatores p̃dictos. Ipsa nanq; primũ mirabile simpliciter ignorauit,& in eius absentia factũ siue patratũ est. Si ergo fuit ibi illusio, nõ potuit hoc esse per culpã eius, nec ex aliquo dicto vel facto eius. Et si Dñs postmodum hoc detexit ad preces eius, manifestũ signũ fuit acceptationis & dilectionis diuinę,cũ Deus non permisit hostẽ illudere sponsæ suæ. Quocunq; igitur se vertat calũniator,sanctitatẽ huius virginis necesse ẽ vt fateat. Sed nos pharisæorũ calũnias,q̃bus manifestis Dñi Iesu Christi miraculis detrahebãt, cordialiter fugientes, videamus si maiorẽ gloriã conditori nostro possumus afferre,inuestigãdo iudicia & testimonia eius,q̃ sunt plus q̃ profunda iuxta modulũ meũ. Voluit siqdẽ,si non fallor, Altissimus,quantũ spõsam suã diligeret,demõstrare, quãdo id q̃d pro ea nõ reperiebat,ea etiã ignorãte miraculose produxit,ita vt ipsa verbũ sponsi sui dicere potuerit illi populo,cũ hoc sciuit: Nõ propter me vox hęc venit,sed propter vos,id ẽ, non mihi,sed vobis per hoc signũ notificare voluit Dñs quantum me diligat: nec ad hoc sciendũ indigeo ego quocunq; miraculo. Vobis autem expediuit hoc scire, vt salutem animarum vestrarum,hoc signo viso,quęratis feruentius. Sed quia dũ sum in hac vita, semp mihi timendum est, ne magnitudo donorum & reuelationum, siue signorum extollat me,orauit Dñm meũ,vt hanc ostentationẽ auferret: nec cõtempsit Dñs preces meas, simul prouidẽs vobis & mihi: Vobis in signo priori, mihi in posteriori. Quod si qs oñino voluerit adstruere, q̃d p secundũ signũ, primũ fuerit annihilatũ,dicat: vnde illa materia liquoris quantũcunq; fęculenti, in vas ex toto vacuũ,vel cuius ministerio venit. Scimus

quod

ꝙ non poterat illud dici esse nihil, & omnino aliquid erat, vbi nihil liquoris fuerat prius. Quis hoc fecit, vel cuius opere factū est? Si omnipotentis Dei iussu, habeꝫ propterea tū laudis vberioris diuinę. Sin aūt vertatur opus Dei ad Belial per eius imitatores, cū duo fuerint signa, quorū vnū fuerit absq; scitu sacrę virginis factū, alterū vero ad preces eiusde neutro poteſt eā calūniari detractor, quoniā in primo nihil egit, in secūdo habuit quod optabat. Sed ego mihi ipsi noto, quod in primo Dns ostendit, quantum sibi foret acceptum: in secūdo, quantū esset sibi per profundam humilitatē subiecta. In primo dedit nobis materiā, ipsam honorādi: in secundo, ipsam imitandi. In primo designauit, quāta fuerit gratia decoratā: in secundo, quanta fuerit sapientia firmata. Vbi enim humilitas, ibi sapientia. Porro si beatus Gregorius virtutē patientię signis & miraculis reputat maiorem: vt ipse testatur in primo libro dialogi fuit: quis non videat, ꝙ virtus humilitatis, sine qua sapientia esse non poteſt, quæ fuit causa secundi, p̄cedens signum incomparabiliter excessit? Sed animalis homo nullatenus poteſt hoc percipere. Nec mirum, quia sapientia carnis non est nec esse poteſt Deo subiecta, secundum beatum Apostolum. Sed si velimus reliqua signa quæ Dominus per sponsam suam in rebus inanimatis ostendit, singulatim ascribere, plures essent conficiendi libri. Vnde breuitati propter tædium legentium annuentes, finem huic capitulo imponamus.

¶ De huius sacræ virginis frequenti cōmunionis sumptione, ac de miraculis quæ fecit ei Dominus tam circa venerabile sacramentum, q̄ circa reliquias sanctorum. Caput XII.

NOuit Altissimus, lector bone, ꝙ Legendæ huic libenter finem imponerē, potiss. me propter multas aliorū negociorū occupationes, q̄ me vndiq; p̄munt. Sed tot mihi occurrunt, cū de factis huius sacræ virginis meditor, admiranda pariter & notāda, q̄d vrgēte cōscientia, cogor dietā dietis adq̄cere, ac prolixiorē q̄ intendo, reddere librum istū. Notū enim noui oībus, qui de ipsa notitiā habuere, q̄ circa venerationē simul & deuotionē venerabilis corporis Dñi fuit singulariter & excellenter affecta, ita vt propter eiusdem sacramēti frequentem sumptionē, nomen inter vulgares exierit, ꝙ virgo Catharina sacramētum Eucharistię sumeret quotidie, de ipsoq; absq; alio corporali cibo viueret incolumis. Et hi quidē, licet non vsquequaq; veraciter, pie tamē opinor narrabāt, dantes honorē Deo, qui semp in sanctis suis apparet mirabilis. Verū quia nō quotidie, sed frequēter hoc sacramentū cū magna cordis deuotione sumebat: quidā satrapę (plus Philistinorum, q̄ Christianorū in hoc) murmurabāt de hac sumptione frequenti. Contra quos pro innocente illa assumpti, nec potuerunt respondere rationibus adductis: qa confundebantur super factis & dictis tam sanctorū patrū, q̄ Ecclesiæ sacrosanctæ. Cōstat namq; secundū doctrinā Dionysij de ecclesiastica Hierarchia, ꝙ in primitiua Ecclesia, quādo feruor sancti spiritus abūdabat, fideles vtriusq; sexus q̄tidie sumebant illud superuenerabile sacramentū. Quod & Lucas sentire videtur in Actibus apostolorū, cū de fractione panis facit pluries mentionem. Et semel addit, cum gaudio: q̄d non, nisi de sacramēto intelligi digne possit. Sed & ipsa quarta petitio orationis dñicæ, vbi petitur panis q̄tidianus, de ipso eodem venerabili sacramēto intellecta, non est quomodolibet repudianda, sed potius cū deuotione cordis amplectēda. Insuper aūt in signū huius quotidianæ cōmunicatiōis fidelū, in canone Missæ orationē pro cōmunicātibus cū sacerdote apposuit sacrosancta mater Ecclesia, nec sine mysterio: Supplices, inquit, te rogamus omnipotēs Deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli, &c. Et subdit: Vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctū filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, &c. Item ex quo sanctorū patrum habet doctrina, ꝙ fidelis q̄sq; lętali crimine non detentus, si deuotionem habeat actualem, nō solū licite sed etiā meritorie sumit hoc saluberrimū sacramentū: qs audere debeat personā catholice ac sancte viuentē, q̄modolibet prohibere, ne meritū illud sępe ac frequēter acquirat? Nō dubito qn iniuria tali psonæ fieret, & non parua, si ei petenti humiliter memoriā dñicæ passiōis & viaticū suæ peregrinatiōis, à quocunq; denegaret, nisi forsitan cōtra supradicta omnia assereret q̄spiam, non esse licitū cuicunq; fideli, quantūcunq; perfecto siue deuoto, illud sacramentū sępius sumere, aut (sicut dicūt quidā, propriā vocē ignorātes) nisi semel in anno: q̄d plus reputo sacræ scripturæ repugnantiā, q̄ rationabilē causam dictā. Porro ad hāc probandā stoliditatem, q̄dam ex satrapis supradictis à deuotione nudi, & à sacrarū scripturarū sensu penitus alieni, adducunt pro se illud beatissimi Augustini dictū, quo inqt: Quia oñi die sacra-

mentum Eucharistiæ sumere non laudat,nec vituperat quoq; modo. Quasi dicat excellentissimus ille doctor,q; sumptio bona ē,sed taliter posset fieri,q; esset dānosa. Et ideo relinquit ipse diuino iudicio,cui patēt omnia,nec audet super hoc certā proferre sententiā. Quod si tam excellentissimus,imo doctorum eximius,non affectat iudiciū in hoc q̄mo/ docunq; ꝓferre:qua frōte allegantes hic eius verba,p̄sumant ipsi iudiciū sup hoc facere, videre nō possum. Vnde ad propositū istud occurrit mihi q̄dam respōsio,quā ipsa virgo fecit semel cuidā episcopo,me p̄sente,q; dictam autoritatē Augustī. allegauerat cōtra cō- municantes q̄tidie. Inqt enim virgo:Si beatus Augustinus nō vituperat, Dñe,quare vos vultis vituperare? Dum allegatis eum,facitis contra eum. Post hęc aūt oīa doctor sanctus & inclitus Thomas de Aquino,dū facit hic dubiū, an videlicet expediat catholico Christiano frequenter aut quotidie sumere hoc sacramentum:respondet,q; frequēs huius sacramenti sumptio deuotionem sumentis augmētat, sed reuerentiā quandoq; diminuit. Vnusquisq; aūt fidelis,ad tā venerabile sacramentū deuotionē & reuerentiam debet habere. Vnde si sentit ex frequēti sumptiōe diminui reuerentiā,debet aliquantulū abstinere, vt cū maiori reuerentia suscipiat ipsum. Si aūt reuerentiā non sentit minui, sed augeri, tunc debet secure sumere:qa indubitanter magnā acquirit anima bene disposita gratiā à sumptione huius mirabilis & excellentissimi sacramenti. Hęc est intētio & sentētia sancti Thomæ doctoris,cuius doctrinā de cętero tenuit hęc sacra virgo:qa frequēter sumebat, & tamen aliquando abstinebat,licet quasi semp desiderabat ꝑsōso suo,mediāte illo sacramento,cōiungi,propter ardentissimam charitatem qua trahebatur ad ipsum, quem viderat,quē amabat,in quē perfecte crediderat,quē totis p̄cordiꝫ diligebat. In tantū quādoq; hoc desiderabat, q̄d si priuabatur illa die sacra cōmunione, corpusculum illud plus patiebatur,q̄ si vehementi dolore vel febre fuisset pluribus diebus afflictū. Quod tamen totum procedebat ex passione mentali,qua passione ipsam longis tēporibus sæpissime afflixerunt quandoq; indiscreti fratrū prælati,quandoq; priorissæ sororū,etiā quādoq; hi vel hę,q magis domestice cū ea conuersabant. Et hęc fuit vna de causis,quare ipsa maiorē habuit consolationē de seruitio meo,q̄ de seruitio me p̄cedentiū:qa .s. conabar iuxta posse,non obstantibus quibuscunq; impedimentis, volentiū ipsam impedire circa sacræ Eucharistię sumptionē,vt consolationē suā haberet ad votū. Propter q̄d in consuetudinē duxerat,quādocunq; mens eius accēdebatur desiderio sacræ cōmunionis, & ego adessem,dicere:Pater,ego esurio,propter Deū detis cibū aiæ meæ. Hinc etiā ꝓcessit, q̄d fęlicis memorię dñs Gregorius papa xi. pro eius cōsolatione cōcessit ei p bullā,q̄d posset, q se absolueret,& sacrā hostiā ministraret,secū habere q̄tidie. Etiā cōcedendo ei altare viaticū,vt posset vbiq; Missam audire,ac sacrā cōmunionē recipere,absq; licētia cuiuscūq;.

His igit̄ taliter declaratis,vnū narro mirabile,q̄d mihi soli ostēsum est,nō ꝓpter aliq̄d q̄d esset in me vel ex me,sed qa locū tenebā confessoris p ipsam electi,& minister erā,licet immeritus,sępe dicti venerabilis sacramēti. Voluit,vt ęstimo, Dñs ꝓpter gloriā nois sui, mihi ostēdere q̄ grata sibi foret hęc sacra virgo. Nec talia,fateor,me deceret proferre aut scribere,si nō esset honor Dei & virginis huius sacrę, q̄ salua cōscientia obmittere neq̄o. Noueris igit̄ lector,quē nūc potissime postulo esse piū interp̄tem, q̄d postq̄ cū hac sacra virgine reuersi fueramus de Auinione,& pueneramus ad ciuitatē Senarū,accidit eā & nos visitare q̄sdam seruos Dei extra ciuitatē eandē,vt ad inuicē in Dño cōsolaremur. Quo facto, in die S. Marci euāgelistę de mane reuersi sumus ad ciuitatē. Et cum pueniſſemus ad domū habitatiōis eius,hora tertiarū quasi transacta,ipsa se vertēs ad me, ait: O si sciretis pater quantū esurio. Ego vero intelligēs eā, dixi:Iā hora celebrandi quasi trāsiuit, & ego sum ita fessus q̄d ad celebrandū vix me possem disponere. Quo audito,ipsa parump cōticuit. Sed post paululū desideriū suū celare vō valens,iterū dixit se nimiū esurire. Propter quod annui,& accedēs ad capellā quā intra domū propriam de licentia dicti summi pōtificis ordinauerat,purgata mente per sacramentalem confessionē, indui me vestibus sacris,& ipsa p̄sente,Missam de beato Marco celebraui. Cumq; consecrassem hostiā vnā paruam pro eius cōmunione, ac postquā ego sumpserā sacramentū,& me verterē ad faciendū ei generalē absolutionē secundū morē, vidi faciem eius sicut faciē angeli,emittentē radios & splendorem,habentemq; figuram quodammodo aliam, ita vt in mēte dicerēt Ista non est facies Catharinę. Propter quod in mēte tantum excepi hāc verborū sentētiā: Vere Dñe hęc est spōsa tua fidelis & grata. Et hęc cogitans,vertebā me ad altare,& eadē locutiōe mēntali tantūmodo dixi: Veni Dñe ad spōsam tuā, Nec scio qualiter hęc cogitaui.

Mox

Mox autem vt hanc cogitationem perfeci, ſacra hoſtia priuſquã eam contingerem, per ſe ipſam ſe mouit,& venit verſus me,vt clare vidi, per ſpacium latitudinis triũ digitorũ & plus,donec.ſ. peruenit ad patinam quam in manu tenebam. Ego autem tã ex prima claritate vultus,q̃ ex hoc ſigno ſecundo,adeo factus ſum ſtupidus,quod non recolo ſi ſacra hoſtia per ſe ipſam aſcendit patinam,an ego poſuerim eam.Sed vere, quamuis aſſerere non audeã,ego credo quod aſcẽderit per ſeipſam.Deus & pater Dñi Ieſu Chriſti ſcit & eſt mihi teſtis,quod non mentior.Si quis autem his dictis fidem adhibere noluerit, propter defectus meos & propter vitam prohdolor non virtuoſam,quam videt in me, memor ſit,quod pietas ſaluatoris ſaluat homines & iumenta,& non tantum maioribus, ſed etiam minoribus quandoq; reuelantur ſecreta Dei:& vlterius memor ſit illius ſentẽtiæ veritatis,qua inquit:Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam: vbi contemnentibus peccatores, veritas ipſa dicit: Euntes diſcite quid eſt, Miſericordiam volo,& non ſacrificium.His ergo excuſationibus, quæ peccatoribus omnibus competunt,me tantum excuſo.Parcant mihi Domini iuſti & ſerui Dei,& ſcio quia parcent,q̃ miſericordes ſunt ſerui Dei.Si qui autem alij iudicant me,pro minimo mihi eſt,Domino meo ſto,& Dño meo cado.Ipſe qui nouit ſeſſionem meam & reſurrectionem meã, ipſe quærat & iudicet,quia Dominus eſt:ipſe nouit quia veritatem dico. Nec volo credere me fuiſſe paſſum illuſionẽ hoſtis corã & in tam venerabili & terrifico ſacramento: imo ſcio & ſum certus,quod vidi ſacratiſſimam hoſtiam abſq; tactu ſeu motu cuiuſcunq; ſe mouentem,& verſus me venientem,dum ſolo cogitatu dicerem: Veni Domine ad ſponſam tuam.Qui vult,credat.& Deum laudet:qui non vult,quandoq; errorem ſuum videbit,non dubito.Nos autem ad alia tranſeamus. Et quoniam incepi ab his, quæ mihi ſolum modo nota fuerunt, addam ſigno ſupra recitato aliud,iudicio meo,non minus notabile nec minus memoriæ commendandum.Propter quod ſi mihi credatur, vel ſaltẽ his qui mihi credent, demonſtrabitur manifeſte, q̃ placitum erat Domino ſaluatori ardens deſiderium, quod menti huius virginis inerat,ſumendi hoc venerabile ſacramentum.Fateor autem quod(ſi non male recolo)illud quod nunc ſecundo recito, prius fuit q̃ id, quod primo eſt recitatum,nec in hoc eſt magna cura de tempore, dummodo recitetur veraciter, ſicut fuit.

Eram in ciuitate Senenſi,ex obedientia ordinis mei poſitus vel aſſignatus pro lectoriatus officio,tempore quo ſacræ virginis huius notitiam recenter habuerã.Gonabarq; quantum potueram,vt ſupra dictum eſt,ipſam de ſacramẽti huius ſumptione,iuxta meũ poſſe conſolari.Propter quod,quando volebat ad ſacramentum accedere, confidentius ad me q̃ ad cæteros fratres ordinis mei recurrebat. Accidit quodã mane,quod ipſa deſiderante ſumptionem venerabilis ſacramenti,doloris iliaci &aliq; conſuetæ paſſiones eius corporeæ ipſam nimium opprimebant:ſed propter hoc non remittebatur deſiderium eius:imo magis accendebatur. Et confidens q̃ paſſiones illæ,facto alicuius temporis interuallo, remitterentur,miſit ad me de ſociabus ſuis vnam, me hora Miſſæ ingrediente ad Eccleſiam,& dixit mihi:Rogat vos Catharina,q̃ tardetis aliquantulum Miſſam veſtram,quoniã ipſa modo nimiũ patitur:&omnino vellet iſto mane ſumere ſacramentũ. Quod ego libenter annuens,acceſſi ad chorum.Et expleto toto cõuentuali officio, adhuc expectabam.Virgo vero Domini,me penitus ignorante, circa horam tertiarum ad Eccleſiam venit,vt ſanctum ſuum deſiderium perficeret:ſed ſociæ eius tarditatem horæ conſiderantes,& ſcientes q̃ quando cõmunicabat,tribus vel quatuor horis vel amplius ſtabat in raptu,nec de loco illo poterat ſe mouere, & ex hoc neceſſe erat vt tempore quo Eccleſia de more claudebatur,ſtaret apertatde quo quidam ignorantes fratres, pluries murmurauerunt & murmurabant:perſuadebant ei q̃ illo mane non communicaret,ne fratres murmurantes,ex hoc ſcandalizarentur.Quibus illa, ſicut tota humilis & diſcreta,contradicere non audens,aſſenſit.Sed propter deſiderium quod habebat,ad cõſuetum recurrit orationis refugium.Et proſternens ſe apud quoddam ſeſſorium,in extrema quaſi parte Eccleſiæ poſitum,cœpit accenſo corde orare ſponſum,vt ſicut ipſe deſiderium illud infundendo gratioſe donauerat,ita perficeret per ſeipſum,ex quo non poterat ab hominibus hoc habere. Tunc omnipotens Deus qui ſeruorum ſuorum nunq̃ ſpernit deſideria,ſponſam ſuã non modo miſericorditer,ſed etiam mirabiliter exaudiuit, infra ſcripto videlicet modo mirabili. Ego enim de his omnibus nihil penitus noueram, ſed putabam virginem in domo habitationis propriæ adhuc eſſe,cum poſt deliberatio-

nem factam de non communicando, vna ex sociabus eius venit ad me, adhuc in Ecclesia expectantem, & dixit: Catharina dicit quod celebretis quando placet vobis, quoniam ipsa non potest hodie cõmunicare. Quo audito, iui ad sacristã: & indutus vestibus sacris, accessi ad quoddam altare circa caput illius Ecclesiæ positũ, qđ (si non fallor) sub nomine beati Pauli apostoli est appellatũ. Et incepi Missam, vt moris ẽ. Ipsa vero distabat à me, quanta est illius Ecclesiæ longitudo, licet ego penitus ignorarem in Ecclesia tunc esse. Cum aũt post consecrationẽ ac post orationem dominicam, vellem sacram hostiam, vt ritus habet Ecclesiæ primo in duas partes, deinde in duas partes alias frangendo diuidere. In prima fractura non duæ tãtum partes, sed tres factæ sunt: duæ magnę, & vna parua, longitudinis (vt possum recolere) vnius communis fabæ, sed non tantæ latitudinis. Tanta tamen erat illa portiuncula, quod nullum mihi dubium est, quin ibi esset verissimũ sacramentum. Hæc autem portiuncula saltauit, oculis meis videntibus, & diligenter attendentibus, vltra calicem super quo faciebã illã fracturã, vt moris ẽ, & visa ẽ mihi cadere super corporale. Nam clare vidi eã non longe à calice declinantem ad partẽ inferiorẽ versus corporale: sed in corporali nunq̃ potui eã videre. Putãs aũt qp ratione albedinis corporalis non possem particulã albã discernere, perfeci sequentẽ fracturã. Et dicto, Agnus Dei, factaq; sacrosancta comestione, cũ habui dexterã expeditã, mox ipsam extendi ad locum corporalis vltra calicẽ, vbi videram dictã particulam declinantẽ: sed tangendo digitis, & hinc inde per corporalem palpando, nihil ibi potui reperire. Vnde tactus dolore cordis intrinsecus, perfeci cętera q̃ perficienda erant. Et sumpto sacramento, iterum quęro, totũ & vbiq; corporale tangendo, simul & palpando, sed nec sensu visus, nec sensu tactus possum aliquid inuenire, licet diligẽter & diu quæsierim. Ex quo amplius mœstus factus & dolens, quasi vsq; ad lachrymas, cogitaui propter adstãtes seculares Missam pficere, ac illis abeuntibus cum omni diligentia iterum quęrere particulam illam per omnes partes altaris. Quo facto, illisq; recedentibus, quæsiui non modo corporale, sed omnes partes altaris minutatim hinc inde: nec quidq̃ apparuit dictæ particulæ simile quis modo. Et quoniã ex oppositio mei erat tabula magna cũ imaginibus sanctorũ, nõ poteram suspicari qp sæpe dicta particula per illam viã potuisset altaris terminos transmeare, cum tamen ego vidissem eã clarissime versus eandem viam mihi oppositã, saltantem & declinantem. Ad maiorẽ aũt cautelam quęsiui partes collaterales, & adhuc descẽdi vsq; ad terram, hinc inde diligenter & caute quęrendo. Sed nihil inuentũ est. Quamobrem cogitaui totus anxius, qp de hac re consiliũ haberem cũ Priore conuentus illius, quẽ nouerã literatũ & Deũ timentem. Cooperuiq; altare diligenter, & aduocans sacristã, mandaui ei, qđ ad illud altare neminẽ pmitteret appropinquare, donec ego rediẽ. Sicq; totaliter mœstus & anxius, redij ad sacristã: & deposui sacras vestes, intendens statim priorem adire, & eius adhærere cõsilio. Sed mox vestibus depositis, affuit quidam Prior B. Rignardi (iste Prior B. Rignardi fuit dñs Christophorus, post Prior Carthusię, prout ipse narrauit successori suo, dño videlicet Stephano priori) Carthusiẽsis ordinis mihi notus, & amicitia non parua coniunctus, rogãs me quod facerẽ eũ loqui cum Catharina virgine. Cui cũ dicerem qp aliquantulũ expectaret donec expedirẽ aliq̃d negocium, quod habebã facere cũ Priore, respõdit: Dies est hodie solennis ieiunij, & necessarium est mihi sine dilatione ad monasterium redire: & vt noscis, per tãta miliaria disto à ciuitate, propter Deũ non retardetis, quoniã vrgente conscientia cogor omnino loqui cum Catharina. Quibus auditis, dixi sacristæ: Non discedas ab hinc, custodiendo (vt dixi) altare istud, quousq; rediero: & sic cum dicto priore accessi ad domum habitationis virginis Catharinę. Sed qui erant in domo, dixerunt ipsam iamdudum iuisse ad Ecclesiam fratrum, & ibidem adhuc permanere. Quo audito, miratus sum: & rediens cum ipso Priore ad dictam Ecclesiam, inueni socias eius in inferiori parte ipsius Ecclesiæ. A quibus dum petissem de virgine, vbi esset, responsum accepi qp erat ibi appodiata genibus flexis super quoddam sessorium, & erat in raptu iuxta consuetudinem suam. Ego autem qui semper pũgebar in corde de casu qui mihi acciderat, rogaui eas quod omnem modum tenerent ad excitandam eam, quia festinantiam nimiam habebamus. Quod cum factum esset, & dictus Prior & ego cum sacra virgine sedissemus ad colloquendum: ego qui doloris aculeo interius vrgebar, prius secrete in paucis verbis narraui virgini casum qui mihi acciderat, & dolorẽ quem patiebar. Quę mox parumper subridens, respondit tanq̃ omniũ cõscia: Nõne vos q̃siuistis vbiq;: Me aũt respõdente quod sic, subiunxit: Vt quid ergo tantam exinde cõ-

cepistis

cepistis tristitiam? Et his dictis, non potuit continere qn iterum aliqualiter subrideret. Quod ego nō segniter notans, conticui donec Prior p̄dictus dixit quæ voluit, responsumq; suū ab ipsa recepit, & abnt. Tunc ego lætificatus ex primo responso, ac suspicans id quod erat, dixi: Vere mater, puto quod tu es illa q̄ abstulisti particulā hostiæ meæ. Et illa cū risu inqt: Nō detis mihi pater hanc culpā, sed scitote q̄d alius fuit, ego nō fui. Tantum tamē dico vobis, quod particulā illā non inuenietis. Tunc eā adstrinxi, vt aperiret mihi clare quidquid inde sciebat. Et illa: Pater, nullam tristitiam habeatis de particula illa: quoniā vt verū vobis dicā, sicut cōfessori & patri spirituali, ipsa particula fuit ad me portata, & ego illam Iesu Christo ministrāte sumpsi. Cum enim sociæ meæ nollēt pro isto mane q̄d cōmunicarē propter murmuratiōes quorundā, nolēs eas contristare propter scandalum aliorū, recurri ad sponsum meū benignissimū, & ipse p̄sonaliter mihi apparēs, particulam illā à vobis sublatā, mihi misericorditer obtulit, & ego eā de eius sacratissimis manibus accepi. Gaudete igit̄ in ipso, qa nihil mali vobis accidit, & mihi factum est hac die tantū donū, in qua intendo p totū laudes & gratiarū actiones canere saluatori. Quibus auditis, ita fuit tristitia mea cōuersa in gaudiū, adeoq; facta est secura mēs mea ex verbis eius, q̄d non poterā amplius dubitare. Conferebā aūt in corde meo atq; dicebam: Nōne clare vidi particulā sup corporale declinantē? Sed tamē in corporali nunq̄ potui eā videre. Ibi nulla erat nec poterat esse spiratio venti, cum altare vndiq; sit conclusum, & nullus esset ventus tunc intus vel extra. Qui tamē si fuisset, vidissem vtiq; ad quā partē particula declinasset, cū attētos oculos haberē ad eā: nūc aūt nullo paruo vel magno flante spiramine, declinantē eā vidi, & locū ad quem declinabat, diligenter attendi. Sed dū declinaret, ita sublata est ab oculis meis, quod nec in illo, nec in alio loco ipsam vnq̄ potui reperire, cum tribus vicibus ita diligenter q̄sierim, q̄d debuisset etiā granū sinapis inueniri. Notabā etiā qualiter me dicēte virgini, q̄d in magna mentis amaritudine positus erā, nullā (vt assolebat) cōpassionem ostendit, imo subrisit. Et cū dicerē q̄d perdiderā quandā particulā hostiæ cōsecratę, mox in nullo mota, eodē vultu subiunxit: Nōne vos diligēter q̄sistis, & inuenire nō potuistis? Vt qd igitur in de habetis tristitiā. His & alijs indicijs q̄plurimis atq; signis ita fuit mea mēs certificata, q̄d tristitiā simul & q̄rendi solicitudinē deponere quodāmodo sum coactus. Hęc de his mirabilibus, q̄ me conscio Dñs est opatus circa venerabile sacramentū meritis huius sacratæ virginis, hic scripsi, ne ingratitudinis aut negligentiæ redargutione iusta possem à Deo vel hominibus reprehendi. Nunc autē ad alia transeamus, quæ de hac eadem materia percepi ab alijs.

Retulerunt enim mihi q̄plures vtriusq; sexus fide digni, qui aliquando Missæ interfuerant, quando ipsa sumebat hoc sacramentum: quod clare videbant sacram hostiam euolare de manibus sacerdotis, & in os eius volando intrare, etiam (vt dicebant) de manibus meis, quando ei consecratam hostiam porrigebam. Et ego quidē de hoc nō clare ppendi, sed bene semp sentiebā strepitum, quē faciebat hostia sacra quādo in os eius intrabat, ac si quasi lapillus fuisset in os eius à longe proiectus violenter. Frater aūt Bartholomęus Dñici, sacræ paginæ professor, & nunc Prior prouincialis Romanæ prouinciæ ordinis mei, etiā dicit q̄d quādo cōmunicabat eam, sentiebat duobus digitis, qbus hostiā sacram tenebat, in os eius volando intrare. Hæc aūt ego asserere non audeo, nec negare. Sed deuoti lectoris discretio iudicet, qd credendum in talibus, consideratis fundamentis gratiarum supra recitatarum. Porro plura sunt superius recitata, quæ replicare foret superfluum, & ideo huius sacramenti mirabilibus finem hic faciamus. Et de miraculis circa sanctorum reliquias contingentibus, breuiter differamus, vt finem huic secundæ parti ponere valeamus.

Reuelatum est huic sacræ virgini, prout ipsa tā mihi quàm alteri cōfessori suo secrete aperuit, quod in regno cœlorū cū beata sorore Agnete, de mōte Politiano, & in eodem grada locari deberet, ipsamq; habere consociam beatitudinis sempiternæ. Quamobrē desiderabat visitare ex corde eius reliquias, vt perpetui consortij q̄d in ęterna vita secum habere debebat, aras initiales in hac vita reciperet. Sed ne ignorātia sanctitatis dictæ sanctæ virginis Agnetis, te lector impediat ab intelligētia signorū inferius narrādorū: nosse te volo, q̄d dū ex obediētia sacri ordinis mei apud monasteriū, in q̄ sanctū corpus eiusdē virginis regescit Agnetis, p tres annos & amplius positus essem, p rectore, ex qbusdam scripturis q̄ibidē inueni, & ex relatiōe quatuor sororū quæ fuerūt eius discipulę, & adhuc superuiuebant, Legendam eius tempore iuuentutis meæ ipse composui, breuibusque

verbis pro tua informatione ſummam ſanctitatis & virtutũ eius hic inſerendo narrabo. Noueris igitur quod virgo illa, licet non ſit catalogo ſanctorum aſſcripta, tanta tamen fuit gratia in benedictionibus à clementia diuina ꝓuenta, quod dũ ex matris vtero naſceretur, lumina clare viſa ſunt in habitaculo vbi mater parturiens habitabat, à cunctis adſtantibus, quæ mirabiliter apparentia, & poſt eius natiuitatis perfectionem ceſſantia, illis qui aderant, oſtenderunt, quanti meriti apud Deum eſſe deberet puella quæ tunc naſcebatur. Tandem in qualibet ſui ætate, virtutibus ſemper potioribus decorata ſimul & augmentata, duo virginum monaſteria condidit: in quorum ſecũdo nunc requieſcit, vbi multis & magnis miraculis claruit adhuc viuens, quæ etiã poſt eius obitum ſunt clarius & multiplicius demonſtrata. Inter alia autem ſigna poſt obitum eius patrata, fuit & eſt ꝙ ſacrum corpus eius virgineum nuſq̃ fuit humatum, ſed adhuc integrum perſeuerat, ac non ſine magno miraculo. Cum enim terrigenæ propter miracula quibus in vita claruerat, vellent corpus eius balſamo condire, vt integrum diutius ſeruaretur, mox de manuum eius & pedum extremitate cœpit liquor preciofiſſimus exire guttatim, qui per ſorores collectus, adhuc in vaſe vitreo conſeruatur, populoq; monſtratur, habens balſami colorem, ſed puto ꝙ maiorem valorem: vt oſtenderet omnipotẽs Deus, quod ſacrum corpus eius virgineum, quod de ſeipſo balſamum mirabiliter & ſupernaturaliter producebat, naturali balſamo non egebat. Inſuper in hora exitus eius, qui fuit in noctis ſilentio, vtriuſq; ſexus infantes, parentum lectulis poſiti, clamabant: Nunc ſoror Agnes eſt egreſſa eſt de corpore, & eſt ſancta in cœlis. Et mane facto, magna turba virgunctularum infantium, ſolo Deo iubente, ſe congregauit, nullamq; corruptam ſecum admittere volentes, procuratis candelis, proceſſionaliter cum eiſdem accenſis acceſſerunt ad monaſterium eius, virgineam oblationẽ virgini offerentes. Multa quoq; alia ſigna Dominus per virginem oſtendit ſanctam in conſpectu omnis populi terræ illius. Propter quę miro quoſlibet anno à cunctis terrigenis honore memoria eius recolitur, & magnorum & multorũ cereorum oblatione deuotiſſime celebratur.

Ad huius igitur virgineum corpus intuendum ſimul & venerandum, virgo Catharina, cuius geſta in præſentiarum referimus, volens accedere, tamq̃ tota obedientiæ filia, prius tam mei q̃ alterius confeſſoris petiuit licentiã: & ipſa obtenta, ſecuti ſumus eam, vt cerneremus finem, & videremus ſi aliquod ſignum operaretur Altiſſimus in cõuentione harum tã electarum virginum ſponſarum ſuarum, ſicut poſtmodũ eſt ſecutum. Nã antequã nos fratres confeſſores eius ſequentes, peruenimus ad locum, hora qua virgo peruenit, mox clauſtrum monaſterij eſt ingreſſa, & ad corpus Agnetis virginis deuote acceſſit, præſentibus ſororibus quaſi omnibus dicti monaſterij, ac ſororibus de pœnitẽtia beati Dominici comitantibus. Cumq; flexis genibus ad pedes ſe poſuiſſet, & caput inclineret inclinare, vt deuote illos oſcularetur, ſacrum illud corpus exanime deoſculandum pedem alterum, videntibus cunctis, leuauit in altum, eiq; abſq; inclinantis iniuria porrexit. Quod illa perpendens, ex hoc magis humiliata, ſe amplius inclinauit. Sicq; pes virginis Agnetis, ad locũ priſtinũ paulatim reductus eſt. Vbi notanter aduerto, quod Agnes virgo non abſq; myſterio alterum tãtum pedem leuauit propter incredulos. Si enim ambos leuaſſet, credi potuiſſet in exanimi & rigido corpore, quod ex aliqua inclinatione caſualiter facta in parte ſuperiori eiuſdem corporis, partes inferiores naturaliter ſeu accidẽtaliter per ſe leuaſſent in altum. Nunc autem vno ſe tantũ pede leuante, manifeſte monſtratur quod diuina hæc egit virtus ſuper omnem naturam, nec aliqua fictio potuit interuenire. Sed non ſine cauſa hæc interſerere hic decreui. Cum enim ſequenti die peruenißemus ad locum, nos qui (vt dictum eſt) ſequebamur, inuenimus famã miraculi, quod ſponſus virginum, meritis vtriuſq; virginis erat operatus. Sed cum hoc etiam reperimus quaſdam ſorores monaſterij licet paucas, coram quibus miraculum fuerat patratũ, opus Dei calumniantes more phariſæorum, dicentium: In Beelzebub principe dæmoniorum &c. Quamobrem ego qui poteſtatem à prouinciali Priore illius prouinciæ ſup illud monaſterium acceperam, ſorores omnes iuxta morem ordinis in capitulo congregaui, faciens diligenter inquiſitionem de dicto miraculo ſub præcepto ſanctæ obedientiæ. Cumq; omnes quæ affuerant, hoc clariſſime faterentur, vocaui vnam coram me de magis calumniantibus, petens ab ea ſi res ita ſe habuerat, ſicut aliæ teſtificabantur. Quę mox ſponte confeſſa eſt coram omnibus, rem ita fuiſſe geſtam, ſicut illę dicebant. Sed volebat interpretari aliam fuiſſe intentionem beatæ virginis Agnetis in hoc miraculo, q̃ illam

quam

quam nos credebamus. Cui respondit: Charissima soror, nos de intentione Agnetis, àte non petimus quidquam: quia te nouimus nec consiliariam, nec secretariam eius: sed tantum petimus, si miraculosam illam pedis eleuationem vidisti: qua dicẽte, quod sic, de calumnia quam protulerat, pœnitentiam ei dedi, ad quam zelus Domini & aliarum exemplum expediens, me induxit. Propter quod magis hoc secure scripsi.

Cæterum post aliquod temporis spacium rediens eadem virgo Catharina iterum ad Agnetis beatæ monasterium, vt duas neptes suas, filias videlicet fratris sui vterini, eodem in monasterio collocaret ad seruiendum Altissimo: iterum in visitatione corporis Agnetis virginis nouum recepit miraculum, nullatenus silentio transeundum. Venit siquidem ad monasterium sæpe dictum, & sicut prima vice fecerat, mox vt monasterium est ingressa, ad visitandum corpus Agnetis virgineum properauit. Quam secutæ sunt sociæ eius quæ cum ea veuerant, & aliquæ ex sororibus monasterij. Cum autem peruenit ad corpus, non vt prima vice ad pedes posuit se, sed ad caput tota gaudẽs accessit, forsitan sicut tota humilis, volens eleuatiouem pedis vitare. Vel forte memor extitit Magdalenæ, quæ prima vice ad pedes Dñi effudit vnguentum, secunda vero ad caput discumbentis ipsum effudit. Peruento autem ad caput, posuit genas suas super genarum Agnetis operimenta serica & aurea quæ sunt ibi, diuq; sic stetit. Sed post aliquam moram, ad Lysam suam sociam & cognatam, quæ adhuc supererat, & mater erat puellarum quas duxerat, se vertens humiliter & gaudens, inquit: Cur non perpendis de dono quod nobis de cœlo transmittitur? Quare sic estis ingratæ? Ad quam vocem tam Lysa q̃ aliæ oculos leuantes in altum, viderunt albissimũ & minutissimũ man, seu (vt clarius loquar) mãna, more pluuiæ ex alto descendere, corpusq; Agnetis ac virginem Catharinam, necnon & cunctas adstantes suæ abundantiæ copia cooperire, ita vt Lysa prædicta manus impleuerit eiusmodi granis. Nec sine causa miraculum hoc ibi apparuit. Fuerat enim Agneti virgini, dum ageret in humanis, illud vsitatum signum de manna super eam pluente, potissime dum oraret, ita vt frequenter puellæ, quas Domino nutriebat, ignorantes mysterium, & videntes cùm ab oratione surgeret, eius pallium dealbatum, voluerunt illud excutere: sed ab ipsa modeste prohibitę, desistebant, prout in eius Legenda recolo me scripsisse. Sciens igitur Agnes virgo virginem Catharinam sociam ei futuram in cœlis, signo sibi consueto cœpit illam sibi sociare in terris pariter & honorare. Nec abs re. Nam illud manpuritatem & humilitatem ex albedine & paruitate granorum intelligentibus ostendebat. Quæ duo in vtraq; illarum virginum singulariter refulsere, prout mihi potissime constat per vtriusq; Legendam, quam non ex meis meritis, sed pura saluatoris misericordia scripsi, iuxta gratiam mihi datam.

Porro huius miraculi testes fuerunt omnes socię eius, quarum Lysa superuiuit adhuc, & plures sorores dicti monasterij, quæ omnes mihi & fratribus qui mecum erant, testificatæ sunt sic fuisse, narrantes & asserentes se hoc vidisse, quarum multæ iam ex luce migrauerunt, sed earum testimouium adhuc viuit, tam apud me, quàm apud illos fratres qui supersunt, & tunc mecum fuerunt. Lysa vero de manna quod collegit, pluribus dedit pariter, & ostendit. Multa quidem & alia ostendit Deus admiranda per sponsam suam, dum ageret in humanis, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hęc autem scripta sunt propter diuini nominis honorẽ & gloriam ac animarum salutẽ, necnõ vt nõ inuenirer dono cœlesti ingratus, aut talentum mihi traditum in sudario (quod absit) reposuisse, sed cum qualibuscunq; gratis vsuris, iuxta modulum meum, oñipotenti Domino assignasse. Et sic huic secundę parti finem impono, vt transeamus ad tertiam de transitu eius, ac miraculis tunc patratis & post obitũ eius, vt per ternarium numerum ęternę trinitati referantur laudes, & honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

TERTIA

TERTIA PARS.

In qua recitatur obitus ſacræ huius virginis, & miracula poſt facta. Et primo de teſtibus qui fuerunt præſentes in obitu eius, & informauerunt autorem, qui & quales fuerunt.

Caput I.



VOX eſt veteris ſynagogæ ſanctæ aſcenſum Eccleſiæ admirantis, ac aīæ cuiuſcunq; Chriſto Dño deſponſatæ volatū, cum ſtupore non modico, quæ dicit: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuū? Cuius quidem vocis ſententia, ſi huic vltimo noſtro applicetur propoſito, videbitur manifeſte prȩmiſſarum duarū vocum duas prȩcedentes partes, antecedentium fructum & finem perfectum, per hanc vocem tertiam demonſtrari ſeu etiā deſignari. Enimuero cuius finis bonus eſt ſecundū prophetam, ipſum quoq; haud dubie bonum eſt. Et à fructibus docet nos Dominus iudicare de arbore bona. Inter fructus aūt, vltimus tenere primatū dinoſcit: quia quod vltimum eſt in opere, primum in intentione eſt agentis: finisq; eſt ille, qui mouet agentem. Ex quibus omnibus apud intelligentem cōcluditur, q̄ hæc tertia pars cōtinens finem beatum & vltimum fructum bonum virginis huius almæ præcedentes partes roborat pariter & decorat. Eſt ſiquidem videre in hac virgine per verba propoſita, virtutum omnium decorem & excellentiam ſingularem, dum tam admirantur, dicitur: Quæ eſt iſta? Eſt videre adhuc ipſam volatu auium leuiorem per affluentiā ſpiritalem, dū ſubditur: Quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens. Eſt cernere rurſum eidem vnitum Dominum per feruorem & adhȩrentiam æternalem, cū vltimo ſubinfertur: Innixa ſuper dilectū ſuum. Primum patet in prima parte, in qua ſingularibus, imo ſingulariſſimis gratijs oſtenditur à Domino fuiſſe præventa, tam in infantili ætate, q̄ etiam in adoleſcentię ſuæ principio, q̄ etiā in deſponſatione miraculoſa, quæ in vltimo eiuſdem partis capitulo continetur. Secundum in ſecunda parte oſtenditur manifeſte, propter aſcēſum virtutum vel virtuoſorum actuum, quæ recitantur in ea. Ex quibus clare cōcluditur, ipſam in hac valle lachrymarum tales & tantas virtutum aſcenſiones, Dei gratia mediante, diſpoſuiſſe in corde ſuo amore diuino pleno, quod anteq̄ peruenire ad terminum viæ, ſatagebat quantū poterat anima eius, per frequentiſſimum actū quaſi ante tempus apprȩhendere brauium, & ſemper currens velociter, modis omnibus ad ſupernum prȩmiū vehementiſſime anhelabat. Hoc enim ſum in eius conuerſatione frequenter expertus, q̄ quādocunq; liberabatur ab occupatiōibus neceſſarijs vel vtilibus animabus, mox quaſi curſu quodammodo (vt ita dixerim) naturali mens eius rapiebatur ad ſummam: quod clariſſime indicabat, q̄ velociter anima eius volabat ad alta continue. Nec mirum, quia motus ille cauſabatur ab igne qui ſemper agit, & ſemper ad ſuperiora mouetur. Ab illo inquā igne, quem ſaluator mundi venit mittere in terrā, & voluit vehementer accendi. Quod luce clarius patuit, quando (vt diffuſe in ſexto ſecundæ partis capitulo recitaui) ex diuini amoris vehementia cor eius ſciſſum à ſummo vſq; deorſum, & anima eius à corpore ſeparata fuit, quod nuſquā de alio vel alia recolo me legiſſe. Tertium autem ex vtroq; prȩdictorum prȩcedens, in hac tertia parte aperte videbitur, quādo recitabitur qualiter ipſa in termino viæ huius, ſponſo ſuo in paſſionibus ſimilata, eiq; vnita, & ſuper ipſum ſemp innixa, glorioſa cum victoria de hoc ſeculo nequā lætabunda cœlos aſcendit. Quāuis ea viſa ſit oculis inſipientium mori, nec animalis homo eius gloriam in prȩſentiarū percipiat, ipſa tamen in pace in idipſum requieſcens cum ſponſo, quē toto corde dilexit, ſignis & miraculis patenter oſtendit, quanta cum gloria fuerit in cœlos recepta: quę oīa particularius infra patebunt.

Noueris igitur lector bone, quod cū hȩc ſacra virgo, me teſte, de mandato felicis memoriæ, dñi Gregorij huius nominis papæ xi. acceſſiſſet Florentiā, quæ protunc rebellis erat & contumax in cōſpectu Eccleſiæ, pro pace tractanda inter paſtorem & oues, ibiq; multas perſecutiones iniuſtas fuiſſet paſſa, adeo vt euaginato gladio quidam ſatelles diaboli venerit furibundus ad occidendū eam licet ſola Dei virtute prohibitus fuerit: tandē non obſtantibus minis aut perſecutionibus quibuſcunq;, nullo modo voluit inde recedere, quouſq; defuncto Gregorio, Vrbanus vi. ſucceſſor eius, pacem fecit cum Florentinis prædictis. Prȩconizata igitur pace, ad proprios redit lares, & circa compoſitionem cuiuſdam

luſdam libri, quē ſuperno ſpiritu afflata dictauit in ſuo vulgari, diligentius intendebat. Rogauerat ſiquidem ſcriptores ſuos, qui epiſtolas quas ad diuerſas partes mittebat, ſcribere conſueuerant, quod ſtarent attenti & obſeruarent omnia, prout ſupra diximus, quando iuxta conſuetudinem ſuam rapiebatur à ſenſibus corporeis, & tunc quod dictaret, ſcriberent diligenter. Quod illi ſolerter fecerunt, librumq; cōpilauerunt plenum magnis & vtilibus nimis ſententijs, ei à Dño reuelatis, & vocaliter ab ipſa dictatis in vulgari ſermone. In quo dictamine hoc fuit ſingulare & admirandum, quod totum dictamen fuit ab ea prolatum tunc tantummodo, quando ex mentis exceſſu ſenſus eius corporei actu proprio priuabantur: quia nec oculi viderunt, nec aures audierunt, nec nares ſenſerunt odorem, nec guſtus ſaporem, nec etiam tactus ad obiectum ſuum moueri potuerat pro illa menſura temporis, pro qua erat in illo raptu. Et tamen Domino ſic operante, virgo ſacra in illa ecſtaſi poſita, totum illum librū dictauit, vt daretur nobis intelligi, quod liber ille non ex aliqua naturali virtute, ſed à ſola ſancti ſpiritus infuſione proceſſit. Nec dubito quando quilibet intelligens & legens, ac diligenter ſcrutans ſententias libri illius, hanc eandem ſententiam proferet de ipſo. Sed dum hæc Senis agerentur, per ipſam, præfatus dominus Vrbanus papa VI. qui viderat eam in Auinione, dū eſſet archiepiſcopus Acherontinus, & magnam deuotionem in verbis & moribus eius concepérat, mihi quem nouerat eius eſſe confeſſorem, mandauit q̄ ei ſcriberem, vt veniret ad vrbem, eius ſanctitatē viſitatura, quod & mox feci. Sed ipſa tanq̄ tota plena diſcretione, infraſcripto modo mihi reſpondit: Pater, plures ex noſtris ciuibus & eorum vxoribus, & etiam ex ſororibus ordinis mei, propter nimium vt eis videtur, diſcurſum, quem hucuſq; feci ambulando, hinc mihi ſcandalum non modicum ſumpſerunt, dicentes non decere religioſam virginem ſic paſſim diſcurrere, quamuis autem nouerim me in illis diſcurſibus non offendiſſe, quia ex obedientia Dei & vicarij ſui, ac pro ſalute animarum iui quocunq; iui: ne tamen ſim iſtis materia ſcandali ex voluntate mea, non propono nunc hinc me mouere. Verum ſi Chriſti vicarius vult omnino quod veniam, fiat voluntas ſua, & non mea. Sed ſi ita eſt, faciatis taliter quod appareat per ſcripturam voluntas eius, vt hi qui ſcandalizantur, aperte videant quod nō ex voluntate mea hoc iter aſſumo. Hac reſpoſione percepta, ſummum Pontificem adij, & cuncta ad pedes eius narraui. Mandat ille, quod præceptum ſanctæ obedientiæ ei mittatur vt veniat, quod & per me factum eſt. Illoq; præcepto percepto, ſicut vera obedientiæ filia, feſtinauit & venit ad vrbem, cum comitiua vtriuſq; ſexus non pauca. Sed & longe plures veniſſent, niſi quia ipſa prohibuit. Illi tamen qui venerant, in voluntaria paupertate diuinæ ſe prouidentiæ cōmiſerunt, eligentes magis cum ſacra virgine peregrinari & mendicare, quàm in domibus propriis abundando, tam ſuaui & virtuoſa conuerſatione carere. Summus autem Pontifex ea viſa gauiſus eſt, voluitq; coram cardinalibus qui tunc aderant, quod verbum faceret exhortationis, potiſſime propter ſchiſma, quod tunc incipiebat. Quod & perfecte fecit, animando vnumquemq; eorum ad fortem conſtantiam verbis & ſententijs plurimis, ac oſtendendo diuinam prouidentiam ſemper adeſſe cuilibet, ſed potiſſime quum ſancta Eccleſia patitur. Et concludendo, quod propter inchoatum ſchiſma in nullo trepidare deberent, ſed agere quæ Dei ſunt, & nullum timere. Cumq; ſua verba compleſſet, Pontifex exhilaratus verba eius reaſſumpſit, vertens ſe ad cardinales, dicens: Ecce fratres dum timidi ſumus, quantum in conſpectu Domini reprehenſibiles reddimur. Hæc mulierecula nos confundit. Mulierculam autem voco non in contemptū eius, ſed in expreſſionem ſexus fœminei naturaliter fragilis, & ad noſtram inſtructionē. Iſta ſiquidem naturaliter timere deberet, etiam quando nos eſſemus bene ſecuri: & tamen vbi nos formidamus, ipſa ſtat abſq; timore, ſuiſq; perſuaſionibus nos cōfortat. Magna hinc nobis debet oriri confuſio. Et ſubiunxit: Quid debet timere vicarius Ieſu Chriſti, etiam ſi totus mundus ſe contra eum opponeret? Potentior eſt mundo Chriſtus omnipotens, nec eſt poſſibile quod derelinquat Eccleſiam ſuam ſanctam. His & alijs ſermonibus ſummus Pontifex ſe ac fratres ſuos confortans, virginem ſanctam commendauit in Domino, ac gratias quàmplurimas ſpirituales ei pro ſe ac ſuis cōceſſit. Quo facto, poſt dies aliquos intrauit in mente eius, vt ad Iohannam reginam Siciliæ regni, q̄ inſtigante diabolo, tūc manifeſte rebellabat Eccleſiæ, & ſchiſmati atq; ſchiſmaticis totalē dabat fauorē, ſacram tranſmitteret virginem Catharinam, vnà cum quadam alia virgine, quæ Catharina etiam vocabatur, & fuit filia beatæ quondā Brigittæ de Suedia,

quæ.s.Brigida fuit istis diebus per Bonifaciũ papã ix.catalogo sanctorum asscripta,vt videlicet ambæ q̃ notæ fuerant dictæ reginę,ipsam retraherent à tãto errore.Quod virgo dum sensit,nullatenus se ab obedientiæ iugo retraxit,imo sponaneã se obtulit ad euncũ. Alia vero Catharina,videlicet de Suedia,nullo modo voluit illud iter assumere,in presentia q̃ mea omnino negauit.Ego aũt vt fatear imperfectionem meã,tanq̃ modicę fidei,in hoc pontificis proposito plurimũ dubitaui,cogitaui nanq̃ ꝙ sanctarũ virginũ fama est nimis tenera:& apparens macula,etiã si nõ existat,eas nimis obumbrat. Illa vero ac quã virgines mittebantur,potuisset cõsilio satellitũ sathanæ,quorũ habebat copiã,ordinare, ꝙ per sceleratos viros in via fieret sacris virginibus insultus,vt ad ipsam accedere non possent,& sic frustrati fuissemus fine intento,ipsæq̃ virgines emu non parua infamia remansissent.Has cogitationes meas ipsi pontifici reseraui.Qui me audito, parump̃ deliberans intra se,subintulit:Tu bene dicis,melius est ꝙ non vadant. Hæc omnia dum audiente sacra virgine,decũbente in lectulo,recitassem,mox ipsa se vertens ad me,alta voce respondit:Si hęc cogitassent Agnes & Margareta,aliæq̃ virgines sanctæ,nunq̃ coronã acquisissent martyrij.Nunqd nõ habemus spõsum,q̃ nos possit eripere de manibus impiorũ,& inter fœdã hominũ turbã nostram pudicitiam conseruare? Vanæ sunt istę cogitationes,& à defectu modicæ fidei procedentes,potius q̃ à vera prudentia.Tunc ego, licet in memetipso erubescerem de imperfectione mea,tamẽ gauisus sum de magna perfectione eius notans & conferens in corde meo firmitatem & stabilitatem fidei eius.Verũ quia pontifex decreuerat iter illud virgineum fieri non debere, non fui ausus amplius de materia illa loqui. Sed hoc scripsi,vt lector q̃libet valeat cernere,in quãto pfectionis apice pedem fixerat virgo sacra. ¶ Cæterum his ita gestis,visum est bonum in conspectu summi pontificis dicti, me ad partes Galliæ destinare,putans per nuncios Carolum qui tunc erat rex Frãciæ, posse ab errore schismatis,cuius autor esse inceperat,reuocare:sed frustre,quia cor Pharaonicum induerat cum duritie eius. Ego aũt percepta eius intentione,cum sacra virgine contuli:quæ licet displicenter,præsentia mea careret,omnino tamen suasit,vt mandatis & votis Pontificis obedirem. Et inter alia dixit mihi: Habeatis pro certo pater,hunc esse verissimum vicarium Christi,quidquid dicant calumniatores schismatici,& ita volo ꝙ exponatis vos pro hac veritate prædicanda & defendenda,sicut exponere vos debetis pro veritate Catholicæ fidei. Quod verbum, licet prius hanc eandem veritatẽ nouissem,ita me firmauit in proposito laborandi cõtra schismaticos impugnantes hanc veritatẽ,q̃d hucusq̃ non cesso labores assumere pro veri Pontificis defensione,iuxta modulum meũ,& semp in angustijs & labyrinthis memoria huius verbi me consolatur.Feci igitur q̃d ipsa cõsuluit,& collum submisi obedientiæ iugo. Sed ante discessum per aliquot dies ipsa præsciã futurorũ,voluit mecũ conferre de reuelationibus & consolationibus receptis à Dño,oẽm quidem personã exclusit, non quidẽ à loco, sed à colloquio.Et postq̃ per plures horas sic contuleramus,finito colloquio,ipsa inquit:Vadatis modo ad Deũ,quia credo q̃d amplius in hac vita non loquemur ad inuicem tanta mora,sicut & modo locuti sumus.Quod & rei postmodum probauit euentus:quia me discedente,ipsa remãsit:& antequã redirem,ipsa trãsiuit ad cœlũ,nec merui amplius frui sacris colloquijs eius,saltem ita morose.Propter quod,vt puto,volens mihi ostendere vltimum vale,quando debui ascẽdere galeã,ipsa personaliter venit vsq̃ ad locũ vbi erat galea:& cũ cœpimus nauigare,genu flexit,& post orationem signum sanctæ crucis manu ꝙdidit,lachrymando,ac si aperte dixisset:Tu fili securus ibis,signo sanctæ crucis te protegente,sed in hac vita matrem tuam amplius nõ videbis.Quę omnia miro modo fuerunt cõpleta. Nam cum multi essent piratæ in mari,securi ab omnibus trãsiuimus vsq̃ Pisas. Et cum peruenissemus tute Ianuam,non obstantibus multis & pluribus galeis schismaticorum,quæ tunc transibãt versus Auinionẽ,tandẽ vlterius trãseuntes per terrã, & venientes ad ciuitatẽ quę Vintimiliũ dicitur,si p̃ modicum spaciũ processissemus plus vltra, incidissemus in insidias nobis p̃paratas à p̃fidis schismaticis, q̃ me potissime intendebant occidere. Sed volente Deo,nobis in dicta ciuitate contrahentibus moram per diẽ,q̃dam frater ordinis mei,de illis partibus oriundus, misit mihi quandam literam,dicens:Nullo modo transeas Vintimiliũ,quia paratę sunt tibi insidię:nec q̃quam,si capereris, liberare te posset à morte.Quo nouo ꝓcepto,retrocessi de consilio cõsocij,mihi per Pontificẽ dati,& Ianuę fixi pedẽ,misiq̃ ad Pontificẽ,nuncians q̃ contigerãt,postulãs quid me facturum esse iuberet. At ille iussit vt ibi morarer,& cõtra schismaticos crucẽ p̃dicarem.

Has

Hac igitur occasione dilatus est reditus meus,&interim sacra virgo cursum vitæ huius fœliciter consummauit,mirabili (vt infra patebit)martyrio laureata.Quamobrem de his quæ post hæc euenerunt,testimonium de visu perhibere non possum.sed illa quæ scribam,habui vel per epistolas eius,quas mihi sæpius tempore intermedio misit,narrãdo quæ sibi contigerant:vel habui à personis vtriusq; sexus,quæ fuerunt cum ea assidue vsq; ad exitum eius,& post exitum eius viderũt signa magna,que per sponsam suã ostẽdit altissimus :vel in scriptis reperi quorundam filiorum eius spiritualium intelligentium,qui quędam notabilia scripturæ conmendauerũt in latino &etiam in vulgari sermone,vt omnibus essent nota.

¶ Verum ne allegando testes in generali,lectorem videar subornare,ipsos & ipsas nominaliter hic exprimã,vt fides non mihi,sed eis tanq̃ dignioribus adhibeatur.Noui enim quod ipsi&ipsæ eam perfectius in sacris actibus sunt imitati,&ideo perfectius eius actus intellexerũt.Nomina vero sunt hæc, incipiendo à sexu fœmineo,quia magis assidue erant cum ea .Alexia de Senis,soror de pœnitẽtia beati Dominici,quæ erat licet posterior tempore in eius disciplinatu,prior tamen(mea sententia)in virtutum perfectione.Hæc iuuẽtutis suæ tempore viro nobili&sciẽtifico viduata,mox spretis oblectationibus carnis& mundi,sanctæ virgini tam feruenter adhæsit,q̃d habitum eius conuersationis accipiens,nunq̃ poterat separari ab ea.Vnde distractis cunctis quæ prius possiderat, & pauperibus iuxta eius consilium erogatis,ieiunijs,vigilijs & alijs asperitatibus propriam carnem affligens,orationi &contemplationi,magistram suam imitando, vacabat assidue.In hisq; taliter perseuerauit,& tam perfecte,q̃d (nisi nimium fallar)ipsa virgo sacra in fine vitæ cuncta secreta reuelans ei, voluit quod dictam Alexiam loco sui haberent post transitum eius,& eam imitarentur.Et hanc inueni viuentem in vrbe,quando primo reuersus sum,&de multis me informauit,sed paruo post tempore transiuit ad cœlum,sequens illã quã dilexerat tanto cum feruore in domino. Et hæc prima fuit informatrix eorum,quæ me absente contigerunt.Secunda dicebatur Francisca de Senis.hęc mentem deuotissimam habuit deo,& sanctæ huic virgini cordiali dilectione coniunctã. Quamobrem eadem Francisca mox viro defuncto,habitum quem sacra virgo gestabat assumens,tres filios qui de dicto viro suo sibi remãserant,ad seruitiũ dei in ordinem prędicatorum posuit,quos oñes præmisit ad cœlum,me teste,antequam moreretur:&tẽpore pestilentiali laudabiliter omnes vitam finierũt,vt mihi constat. nec sine miraculo sa operatione altissimi,precibus huius virginis impetrata,prout in capitulo de miraculis operatis circa salutẽ animarũ,in secunda parte huius operis memini me dixisse .Hęc etiam Francisca post Alexiam modico tempore superuixit,sed de multis me informauit vna cum alijs.Tertia vero sacræ virginis socia, adhuc supersest,quæ Lysa vocatur.cuius fama in vrbe noscitur,potissime à conuicinis vici vbi moratur .Hanc idcirco non cõmẽdo,quia viuit,& quia etiam fuit vxor germani eiusdem virginis: ex quo forsitan apud incredulos testimonium eius redderetur suspectum,licet nouerim eam in omnibus sempersse veridicam.

¶ Cæterum viros reperi post obitum eius q̃plures,qui consummationi eius interfuerunt .sed quatuor tantum nomino in prȩsenti,quos noui omni virtute conspicuos & decoros.Horũ autẽ duo iam secuti sunt eã ad cœlum:duo vero adhuc supersunt,quorum quẽlibet particulariter nominabo & describam propter incredulos .Et primus quidem horum certe sanctus fuit re & nomine.Vnde & frater sanctus dicebatur à nobis.Hic Teranensis origine,deserens parentes propter deum & patriam, Senas deuenit, vbi triginta annis vel eo amplius(si non fallor)anachoreticã vitam duxit,viuens sine quȩrela,cum consilio semper religiosorum literatorum& deuotorum .Hic in senectute sua inueniens preciosam hanc margaritam,virginem scilicet Catherinam, dimissa quiete cellę ac priori modo viuendi,vt non tantum sibi,sed & alijs vtilis esset,secutus est eam,potissime propter signa & miracula,quæ tam in se q̃ in alijs videbat quotidie,asserens q̃d maiorem quietem & mentis consolationem necnon & profectum virtutum inueniebat sequendo eam,&audiẽdo doctrinã ipius,q̃ vnq̃ reperisset in solitudine cellę Singulariter autem inueniebat profectum in patientia. cum enim pateretur continue quãdã infirmitatẽ cordis nimiũ afflictiuã,nõ modo patiẽter,sed etiã lętãter eã à virgine sacra didicerat tolerare.de q̃ altissimo gratias referebat.Hic me de pluribus q̃ me absente acciderãt informauit.Sed nõ post lõgo tẽpore dũ iterũ me absẽtassem,trãsiuit post

magiſtram ſuam ad cœlum. Secundus fuit quidam iuuenis ætate, moribus canus, Florẽtinus origine: ſed omnibus (meo iudicio) virtutum floribus cdornatus, qui Barductius dicebatur. Hic relictis parentibus ac germanis, ac propria patria, ſacram virginem eſt ſecutus ad vrbem, & vſq; ad tranſitum eius permãſit. quem ipſa ſacra virgo poſtmodum, vt comperi, tenerius cæteris diligebat. & puto propter puritatem eius, quam æſtimo eſſe virgineam. Vnde nõ mirum, ſi virgo virginem diligebat. Hinc tranſiens ex hoc mundo virgo ſancta, mandauit ꝙ mihi adhęreret, ac iuxta meam diſpoſitionem duceret vitam ſuam. Quod ideo puto eam mandaſſe, quia nouerat ipſum paruo tempore in corpore moraturũ. Mox enim poſt virginis obitũ Barductius infirmitatem incurrit, quam medici phthiſim appellant. & licet quandoq; melioratione videretur accipere, de illa tamẽ vltimo eſt extinctus. Timens enim ego ne aer Romanus ei noceret, miſi eum Senas, vbi poſt non longum tempus migrauit ad Chriſtum. Teſtimonium autem perhibent qui migrationi eius interfuerunt, ꝙ dum eſſet in vltimo ſpiritu, in altum ſuſpipiens, iocunda facie cæpit ridere, & ſic cum riſu lætitiæ tradidit ſpiritum, ita vt etiã extincto corpore apparerent ſigna iocundi riſus poſtmodum. Quod æſtimo accidiſſe, quia illã quam in hac vita veri cordis charitate dilexerat, in tranſitu ſuo ſplendore amictam ſibi cernebat cum lætitia occurrentem. Hic etiam me de pluribus que in abſentia mea contigerant, informauit, cui omnimodam adhibui fidem, ſicut ſi ego ipſe vidiſſem, propter magnas virtutes quas in eo fui expertus. Tertius horum fuit & eſt quidam iuuenis Senenſis, dictus Stephanus de Maconibus, be quo ſuperius memoriam feci: quem idcirco diffuſe non laudo, quia adhuc eſt in via, iu qua nemo tute laudatur. Sed vt ſaltem deſignem eum, Hic fuit vnus de ſcriptoribus virginis ſacrę, qui tã epiſtolas quas dictabat, q̃ librum quem conpoſuit, pro parte conſcripſit. Et intantum ei adhæſit, ꝙ vtroq; parente tribuſq; germanis relictis, vna cũ propria patria, virginem ſequebatur quocunq; iret. Hunc eadem virgo dum eſſet in tranſitu, aduocans, ait: Fili, voluntas dei eſt, ꝙ relicto totaliter ſeculo religionẽ Carthuſienſem ingrediaris. Quod prȩceptũ deuotus filius deuote aſſumens, executioni perfecte mandauit. Sed patẽtibus factis oſtẽſum eſt & q̃tidie oſtẽditur ampilus, prȩceptum illud de ore altiſſimi proceſſiſſe. Nunq̃ enim me recolo in ordine illo vidiſſe vel audiuiſſe tam celebrem profectum virtutum in vno ingrediente. Mox namq; vt fecit profeſſionem factus eſt Prior: taliterq; in illo prioratu ſe habuit, ꝙ poſtea non vacauit à prioratu: & nunc actu eſt prior in Mediolano, & cum hoc Viſitator multorũ conuentuum ordinis ſui, magnæ q; famæ vbiq;. Hic notauit & ſcripſit quædam, quæ contigerunt in trãſitu ſanctæ virginis, meq; verbo pelnarie informauit. Hic etiam totus qua ſi legendę huius teſtis eſt meus, ita vt dicere poſſum cũ euangeliſta Iohanne: Ille ſcit quia vera dicit. Ille ſcilicet Stephanus Carthuſienſis ſcit quia vera dicit. Raimundus ordinis prędictorum, qui licet inmeritus & indignus, compoſuit hanc legendã. Quartus & vltimus prȩmiſſorum virorum me informantium, fuit & eſt Nerius ſeu Rainerius de Pagla de Senis, filius quonqam Lãdcoij. Hic poſt tranſitum ſanctæ virginis anachoreticam vitam duxit, ſicut in prȩſentiarum etiam ducit. Hic fuit vna cum prędicto Stephano & Barduccio ſcriptoribus tam epiſtolarum q̃ libri eius. ſed prior tempore cæteris, ſecutus eſt ſponſam Chriſti, relicto patre qui tunc viuebat, & omnibus attinentibus ſuis. Et quia diuturno tempore nouit virtuoſos actus virginis almæ, idcirco ipſum inuocaui & habeo in conteſtem huius legendæ vna cum fratre Stephano ſupradicto Carthuſienſi. Hi pariter & hæ dicto & ſcripto informauerunt me de his quæ facta ſunt in abſentia mea, tã ante tranſitum q̃ in tranſitu huius ſacrę virginis, de qua ſermo. Vnde data tibi fide lector chariſſime de dicendis, finem huic primo capitulo imponamus.

¶ De his quæ contigerunt per annũ cum dimidio ante obitum ſacrę virginis, & de martyrio q̃d ſuſtinuit à dæmonibus, de quo tandem mortem incurrit corporalem Caput II

POſtq̃ vt ſupra retuli, à ſponſa Chriſti receſſi ex iuſſione ſummi pontificis, ea remanente in vrbe, plurima contigerunt narratione digna, quorum aliqua, licet pauca, ſuperius ſunt recitata. Sed nunc illa tantum, quantum conceſſerit dominus, recitabimus, quæ oſtendunt fidelibus fœlicis finis lucidam ſanctitatem, & quaſi quædam præludia introitum eius ad gloeiam præceſſerunt. Noueris ergo lector, quod ſancta virgo videns in eccleſia dei pro qua ſemper ardebat, tanta mala ſuccreſcere per illud nefandum ſciſma, q̃d (vt ſuperius diximus) ipſa præuiderat, cer uenſq; vicarium

Ieſu

Iesu Christi vndiq; vexationibus & persecutionibus circundatum: fiebant ei lachrymæ panes die ac nocte, nec cessabat clamare ad dominũ, vt pacem redderet ecclesiæ suæ sanctæ. Cõsolatusq; est eam aliqualiter dominus, quia per annum anteq̃ ipsa migraret, eodem die quo ipsa reuoluto anno postmodũ obijt, dedit duplicem victoriã ecclesię sanctę suæ ac summo pontifici, tã de castro scilicet sancti Angeli, qd in vrbe schismatici vsq; in illam diem tenuerant cum magno vrbis disturbio, q̃ de gentibus quibusdam armigeris quæ pro schismaticis patriam totam vexabant, & tunc fuerunt debellatæ totaliter, captis principalibus & multis occisis. Quo facto, põtifex qui non poterat habitare apud ecclesiam principis apostolorum, vt solebat propter castrum prædictum, de cõsilio sacræ virginis ad eandem accessit ecclesiam pedes & absq; calceamentis, quem vniuersus populus est secutus cum non parua deuotione, gratias agentes altissimo de his & alijs beneficijs eius. Et sic sancta ecclesia cũ suo pontifice cæpit aliqualiter respirare, virgoq; sacra ex his est paulisper consolata. Sed renouati fuerunt mox eius dolores, quia serpens antiquus quod non poterat per vnam viam attentare, attentauit per aliam magis periculosam & duram. Quod enim facere non poterat per extraneos & schismaticos, attentauit facere per intrinsecos & domesticos fidei. Nam cæpit seminare discordias inter populum vrbis & pontificem, qui creuerunt tantum, q̃ aperte cõminabatur populus intentare mortem pontificis. quod sentiens virgo sancta, nimis afflicta, ad consuetum recurrit orationis refugium, & totis conatibus assidue sponsum suum exorans, vt nullo modo permitteret fieri tantum nephas. Quod dum ageret, vt ipsa mihi scripsit per quandam suam epistolam, vidit in spiritu totam vrbem plenam dæmonibus, qui, vndiq; populum incitabant ad paricidij scelus, & contra orantem virginem horribiles dabant clamores, dicentes: Maledicta tu niteris nos impedire, sed nos te horrenda morte infallibiliter occidemus. Quibus illa nihil respondens, prolixius ac feruentius orationi instabat, petens à domino, vt pro nominis sui honore ac pro remedio ecclesię suæ sanctæ, que tunc tantis turbinibus quatiebatur, vellet dæmonum desideria ex toto frustrare, & vicariũ suum illæsum seruare, nec permitteret q̃ populus ille tantum peccatũ & tam inmane nephas committeret. Responsumq; semel recepit à domino: Sine hunc populũ qui quotidie nomen meũ blasphemat, cadere in hoc malũ, vt postmodum propter hoc grande crimen vindicem & deleam eũ, quia iusticia mea exigit, vt amplius non sustineã iniquitates ipsorum. At illa tunc magis orabat feruẽter his verbis in sententia vel in sensu: Clementissime domine, tu nosti qualiter sponsa, quã proprio sanguine redemisti, per totũ quasi orbem prochdolor laniatur: Nosti etiã quã paucos habeat adiutores & defensores. Nec latere potest, qualiter vsurpatores & hostes eius, desiderent vicarij tui mortem & scandalum. Si hoc malum eueniet, non tantum huic populo, sed toti populo christiano, & ecclesię tuæ sanctæ nocebit grauissime. tempera igitur iram animi tui domine, & noli despicere populum tuum, quem tam grandi pretio redemisti. In hac disputatiõe, si non male recolo, plures occupauit dies ac noctes, cum magna corpusculi sui afflictione pariter & labore. Illa semper orante, dominoq; suam iustitiam allegante, ac dæmonibus contra eam clamantibus, vt est scriptum. Tantus feruor erat orantis, q̃ sicut ipsa tunc mihi scripsit, nisi dominus (vt modo eius loquar) circulasset fortitudine corpus eius, sicut veges solet circulis roborari & stringi, absq; dubio corpusculum totaliter defecisset & concrepuisset. Sed finaliter in tam arduo bello cum eiusdem corpusculi tormento mortali, vicit & obtinuit virgo. Nam domino (vt dictum est) suam iustitiã allegante, respondit: Domine, ex quo aliter fieri non potest quin fiat iustitia ista, supplico non spernas preces ancillę tuę, sed quicquid pœnalitatis debetur super hunc populum, fiat supra corpus meum. libentissime namq; pro tui nominis honore ac pro ecclesia tua sancta bibam hunc calicem passionis & mortis, sicut semper teste tua veritate, optaui, ex quo tuum amorem te donante concepi toto corde ac tota mente. Ad hanc vocem plus mentis q̃ corporis huius virginis sacræ, conticuit vox diuina, quæ loquebatur in eius mẽte. Datur per hoc intelligi, q̃ ita fieret vt petebat. Factumq; est q̃ ex illa hora cessauit prim o paulatim & tandem totaliter murmur in populo illo: sed totam passionem virgo virtutibus plena portauit. Nam infernales illi serpentes super virginale corpusculũ licentia obtenta, ex diuina permissione, tanta cum crudelitate suum ostenderunt furorem, qd (vt retulerunt mihi præfati testes) non esset apud illos qui nõ viderunt, credibile id, quod ipsi oculata fide viderunt. Tantis enim illud corpusculum vltra solitum languoribus quotidie amplius angeba-

tur, quod fere pellicula sine medio ossibus adhęrente, non viuum, sed iam à terra cõsumptum potius apparebat: & cũ hoc nihilominus ambulabat, orabat & laborabat, assidueq; oculis videntium plus monstrum representabat, q̃ aliquid naturale. Crescebãt tormenta pœnarum in corpore illo continue, quibus consumebatur ad sensum, nec cessabat tamen virgo ab oratione continua, imo feruentius solito & diutius orationi vacabat. Filij vero & filiæ, quos & quas in Christo genuerat, secunq; tũc habebat manifeste videbant signa percussionum & verberum ab hostibus infernalibus illatorum, nec poterant aliquod remedium adhibere: tamen quia diuinæ voluntati non poterant resistentiam facere, tum etiam quia virgo ipsa licet corpore deficeret, granditate tamen animi lętantissime currebat ad pœnas, quas vtiq; (vt à predictis testibus habui, & per literas eius mihi transmissas percepi) quanto magis orabat, tanto acrius sustinebat. Nec deerant (vt ipsa mihi scripsit) voces terribiles inter ipsa tormenta, quibus eam dæmones singulariter affligebant, horribiliter exclamantes: Maledicta quæ semper & vbiq; nos es hactenus persecuta, venit nũc tempus, in quo sumemus de te plenam vindictam. tu nos hinc expellis, sed nos te de hac vita corporea excludemus. His autem verbis sociabãt etiam verbera, de quibus iam supra dictum est. Taliq; modo à dominica Septuagesimæ vsq; ad penultimam diem Aprilis, in qua migrauit, passa est sacra virgo passiones vsq; ad felicem eius migrationem, per dies quasi singulos capiẽtibus incrementũ. In quo tempore vnum (vt ipsa mihi scripsit) mirabile contigit, quia cum prius cõsueuisset ipsa propter iliacas passiones & aliquas alias, quas semper est passa, vsq; ad horam tertiarum auditum Missæ suæ differre illo tempore per quadragesimam cõtinuauit, q̃ semper omni mane accedebat ad sancti Petri principis apostolorum ecclesiam. Ibiq; Missa audita, prius diutius orabat, & tandem reuertebatur ad domũ in vesperis, vbi non nisi in lectulo decumbens poterat inueniri. In quo quidam lectulo si quis eam intuebatur, iurasset q̃ non posset se inde mouere. Cum autem sequens mane apparuisset, surgebat & ambulabat de loco, qui dicitur via Papæ. In qua domus habitationis eius erat, scilicet inter Mineruam & campum Floris, vsq; ad sanctum Petrum peditando velociter, q̃ iter quemlibet sanum notabiliter fatigaret. Sub hoc autem euẽtu vocata de cælis, aliquibus diebus decubuit inmobiliter. Et tandem die qua supradiximus, scilicet die vicesimanonc mensis Aprilis, quæ fuit dominica, scilicet anno domini M.CCCLXXX. qua die celebrabatur festum beati Petri martyris ordinis prędicatorum, circa horam tertiarum, migrauit ad Christum. Multaq; notabilia illo in tẽpore gesta sunt, quę in sequẽtibus capitulis, quãtũ cõcesserit dñs, eius meritis, breuiter disseremus. Vnde hic prędicti capitulo finem simpliciter iponamus.

¶ Qualiter hæc sacra virgo cupiebat dissolui & esse cum Christo, vt probatur per vnã orationẽ, quam fecit & posuit in fine libri, quẽ ipsa dictauit, cuius libri epilogus vna cum dicta oratione ponitur de verbo ad verbum in latino, sicut ipsa dixit in vulgari. Caput III

Appropinquante igitur termino cursus vitæ corporeq; virginis huius sacræ, p diuersa signa ostendebat dominus gloriam, quam consũmatis laboribus & languoribus in breui donaturus erat sponsæ suæ in cælis, correspodentem donationis gratiæ quibus dotauerat eam in terris. Inter alia vero signa quibus perfectionem mentis eius volentibus considerare ostendit, fuit, q̃ desiderium eius quotidie accẽdebat amplius, vt cuperet dissolui & esse cũ Christo: vt veritatem quam de ipso in via contemplabatur per speculum, clare & aperte intueretur in patria. Quod quidem desiderium tanto plus in corde ipsius crescebat, quanto perfectius lux supernaturalis eius in mẽte diffudebatur ex alto. Vnde circa biennium ante transitum eius, tanta claritas ei veritatis dininitus est aperta, quod coacta est ipsam per scripturam effundere, ac scriptores suos rogare, sicut superius tactum est, vt cum in extasi positam eam sentirent, ad scribendum essent parati quidquid ab ore ipsius audirẽt. Sicq; in breui tempore compositus est quidam liber, qui continet quendam dialogum inter vnam animam, quæ quatuor petitiones petebat à domino, & ipsum dominum respondentem, ac eam de multis vtilissimis veritatibus informantem. In cuius quidem libri vltimo duo ponuntur quę iudicaui fore perutile hic inserere: tum propter vtilitatẽ legentiũ, tũ etiam causa ostendendi desideriũ suprascriptũ fuisse pfecte in mẽte huius virginis benedictę. Nec ab re forsitan hic hæc duo ponunt, quia motus est naturalis conditio in finem intendi. Et finẽ dñm Iesum diligenter Iohannes euangelista testatur, nec non & vniuersi finem, primam veritatem esse, nullus sacræ scientiæ sciolus dubitat. Verum ne quisquam putet quod doctrinæ

ſeu orationi,quam vel quas de dicto libro ſumendo,huc tranſtuli,aliquid addam de meo, ipſam veritatem primam de qua eſt ſermo,inuoco teſtem & iudicem, ꝙ prædicta duo, ſicut ſtant in libro,quem ipſa dictauit,de vulgari tranſtuli in Latinum, nullam addendo ſententiam vel aliquid immutando,imo quantum ſciui & potui, ſeruaui ordinem verborum eius,& conatus ſum quantum Latina locutio patitur,transferre de verbo ad verbum:quãuis ſtrictiſſime loquẽdo,hoc fieri forſitan vſq; quaq; nõ poſſit, quin quando q; aliqua interiectio,copula,vel aduerbium in Latino ponatur, quod poſitũ non fuerat in vulgari.Sed hęc non habent ſenſum immutare,nec etiam augmentare, ſed potius locutionis per ordinẽ ornare ſenſum,ſeu ſententias apertius declarare. Duo vero illa inſerenda ſunt hæc,videlicet primo quidã epilogus dicti libri in fine poſitus, qui cuncta breuiter recitat,quæ in eodẽ libro prolixe ſunt poſita.Secundum aũt eſt quædã oratio,quã ipſa virgo fecit poſt omnia,per quã oſtenditur,quantum deſiderabat diſſolui & eſſe cum Chriſto. ¶Recitat igitur virgo ſancta in fine libri ſæpius nominati, Dñm Deum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſic animã illã allocutũ fuiſſe circa finẽ dialogi, poſtq; de obedientia perfectorũ fuerat diu locutus, dicendo: Modo dilectiſſima & chariſſima filia ſatisfeci deſiderio tuo,à principio vſque ad vltimũ finẽ,quẽ feci loquẽs de obediẽtia. Nam ſi bene recordaris,in principio tu petiuiſti à me cum anxietate deſiderij, ſicut ego te feci petere, vt facerẽ creſcere ignem charitatis meæ in aĩa tua. Tu,inquã,petiuiſti quatuor petitiones,quarũ vna fuit pro te ipſa,cui ego ſatisfeci,illuminãdo te lumine veritatis meę,& oſtendendo tibi modũ,ꝙ mediante lumine fidei, cũ cognitione tui & mei, per modũ quẽ tibi declaraui,tu veniebas ad notitiã veritatis . Secunda petitio quam tu petiuiſti,fuit,ꝙ ego facerẽ miſericordiã mundo. Tertia petitio fuit pro corpore myſtico,ſ. Eccleſiæ meæ,rogando me ꝙ ego auferrẽ tenebrã perſecutionis quã patitur, & petebas ꝙ ego punirẽ iniqtates illorum ſup te. Hinc ego oſtendi tibi, q̃d nulla pœna finita, ſiue data tẽpore finito,ex ſeipſa ſola poteſt ſatisfacere pro culpa cõmiſſa contra me,qui ſum bonum infinitũ:ſed tamen ſatisfacit,ſi fuerit vnita cũ contritione cordis & deſiderio aię. Modũ aũt qualiter ſatisfacit,declaraui tibi. Adhuc etiã reſpõdi tibi,quod ego volo facere miſericordiã mundo,oſtendẽdo tibi q̃d miſereri mihi propriũ eſt. Vnde propter inæſtimabilem miſericordiã & amorẽ quẽ gerebam ad hominẽ,miſi vnigenitũ filium meũ & verbũ,q̃d ſeu quẽ,vt tibi clarius demonſtrarẽ,aſſimilaui vni ponti, q attingit à cœlo vſq; ad terram:& hoc propter vnionẽ, quæ facta eſt in ipſo inter naturam diuinã & humanã. Item vt illuſtrarem te magis lumine veritatis meæ,oſtendi tibi qualiter ad iſtũ pontem aſcendebatur per gradus tres, id eſt,cũ tribus potẽtijs animę. Itẽ de iſto verbo põte tibi oſtenſo,feci aliam figuram,figurãdo in corpore eius dictos tres gradus,ſicut tu noſti. Primũ in pedibus,ſecundũ in latere ſeu coſta perforata,& tertiũ in ore. In quibus poſui tres ſtatus animę.ſ.ſtatum imperfectũ,ſtatum perfectum,& ſtatũ perfectiſſimũ: in quo attingit & peruenit ad excellentiam vnitiui amoris,oſtendẽdo tibi in quolibet,quid eſt illud quod aufert imperfectionẽ,& per quam viam itur,& de occultis deceptionibus dę monũ,& de proprio amore ſpirituali,loquendo etiã tibi de reꝑhenſionibus in tribus iſtis ſtatibus,quas fecit clementia mea. Et primam reꝑhenſionem poſui, quod facit hominibus in vita,antequã de corpore tranſeant. Secundã in morte, quantũ ad illos qui moriuntur in peccato mortali ſine ſpe,de quibus ego poſui tibi,quod ibant ſub põte per viã diaboli,tibi narrando miſerias talium. Tertiam vero reprẽhenſionem faciet in generali iudicio,& locutus ſum tibi aliquid de pœnis damnatorũ,& de gloria beatorum, quando vnuſquiſq; receperit proprium corpus. Item promiſi tibi & iterũ promitto,q̃d cũ multa ſufferentia ſeruorum meorum reformabo ſponſam meã,inuitando vos ad ſuſtinendum, & conquerendo tecum de iniquitatibus malorum miniſtrorum, & oſtendendo tibi in quanta excellentia ego poſui eos,& reuerentiam quam ego requiro & volo, quod ſeculares laici exhibeant eis. Reſpondendo tibi etiam, quomodo propter ipſorum defectus non debet diminui reuerentia erga eos,& quantum eſt diſplicibile & contrarium voluntati meæ. Et locutus ſum tibi de virtute illorum qui viuunt ſicut angeli,tangendo ſimul cum hoc de excellentia ſacramẽti altaris. Itẽ quia loquendo de dictis tribus ſtatibus aię, voluiſti ſcire de ſtatibus lachrymarum,& vnde lachrymæ procedunt, narraui tibi cõcordando ſtatus lachrymarum cum ſtatibus animæ: & dixi tibi, quod omnes lachrymæ exeunt de fonte cordis,& ordinate aſſignaui tibi cauſam huius & quatuor ſtatuum lachrymarum,& de quinto ſtatu qui generat mortem etiam tunc dixi tibi. Reſpondi

quartæ petitioni tuæ, qua me rogasti, quod prouiderem super casu quodam particulari qui contigerat. Nam ego omnia ista declaraui, & tibi disserui de prouidentia mea tam in genere quam in specie, incipiendo a principio creationis vsq; ad finem mundi, qualiter omnia feci & facio cum prouidentia summa & diuina, dando & permittendo quidquid datur uobis, siue tribulationes, siue consolationes spirituales atq; temporales, omnia propter bonũ uestrum, ut sanctificati sitis in me, & ueritas mea perficiatur in uobis. Veritas enim mea fuit & est ista, quod ego creaui uos, ut haberetis uitam æternam: quã quidem ueritatem uobis manifestaui cum sanguine unigeniti uerbi & filij mei. Itẽ in ultimis satisfeci desiderio tuo & prouisioni, quam feci tibi, narrando scilicet tibi de perfectione obedientiæ, & de imperfectione inobedientię, & vnde procedit, & quid est illud q̃d uobis aufert obedientiam. Nam posui eam pro una claui generali, & sic est. Et dixi etiam de particulari, & de perfectis & imperfectis, tam intra religionem q̃ extra, de quolibet loquendo distincte. Et de pace quam dat obedientia, & de guerra quam facit inobediẽtia, & quantum inobediens decipit semetipsum. Addendo & ponendo q̃ propter inobedientiam Adæ mors uenit in mundum. Modo ego pater æternus sũma & æterna ueritas concludo tibi, quod per obedientiam unigeniti filij & uerbi mei, uos habetis uitam. Et sicut omnes a primo ueteri homine contraxistis mortem, sic omnes qui uolunt portare clauem obedientiæ, contraxistis uitam a nouo homine Christo dulci Iesu. de quo ego feci uobis pontem, postquã fracta fuit uia cæli, ut possitis transire per istam dulcem uiam & rectã, quę est vna & recta veritas lucida, cum claui obedientię, & sic transitis per tenebras huius mundi absq; offensa, & ultimo claui uerbi mei aperitis cælum. Modo ergo inuito te & alios seruos meos ad fletum, quia cum fletu & cũ humili & cõtinua oratione, uolo facere misericordiam mundo. Curras mortua per hanc uiam ueritatis, & non postea reprehenderis de motu lento, quia plus requiram à te nunc q̃ prius, ex quo manifestaui tibi meipsum in veritate mea. Et aduertas ne egrediaris de cella cognitionis tui ipsius, sed in ipsa expandas & conserues thesaurum, quem dedi tibi. Qui quidem thesaurus est vna doctrina veritatis, fundata supra firmam petram viuam, Christum scilicet, dulcem Iesum, quę doctrina vestita est luce per quam discernuntur tenebrę. Istam ergo induaris in veritate dilectissima filia. Tunc anima illa, postq̃ viderat oculo intellectus, & mediante lumine fidei sanctissimę cognouerat veritatem & excellẽtiam obedientię, audiuisset q; eam cum recto sensu, ac gustasset eam cum affectu, & cum ineffabili desiderio, speculando se in diuina maiestate, gratias ei referebat, dicens:

Gratias tibi pater, quia non despexisti me facturam tuam, nec auertisti faciẽ tuam a me, nec desideria mea despexisti. tu enim lux, non attendisti tenebras meas: tu uita, non attẽdisti mortem meam: nec tu medice contemsisti grauem infirmitatem meam. Tu puritas ęterna, non contempsisti me plenam luto & multis miserijs: tu infinite me finitam: tu sapientia, me quę sum stultitia. propter ista & infinita alia mala & defectus innumeros q̃ sunt in me, non me spreuisti, nec me spreuit sapientia tua, bonitas tua, clementia tua, infinitum bonum tuum, imo in lumine tuo dedisti mihi lumen, in sapientia tua cognoui veritatem, in clemẽtia tua inueni charitatem tui & dilectionem proximi. Quis ergo te ad hoc coegit? non mea aliqua virtus, sed sola charitas tua. Hic igitur idem amor te cogat ad illuminandum oculum intellectus mei lumine fidei, vt intelligam & cognoscam veritatem tuam mihi manifesta tam. Da mihi domine, vt memoria mea fit capax ad retinendum beneficia tua: voluntas ardeat igne charitatis tuæ, qui ignis faciat corpus meum effundere sanguinem datum amore sanguinis, & claui obedientię aperiam portam cęli. Istud idem peto a te pro qualibet rationali creatura, tam generaliter q̃ particulariter, & p corpore mystico ecclesię tuę sanctæ. Ego cõfiteor & nõ nego, q̃d tu dilexisti me priusq̃ essem, & q̃ tu tam ineffabiliter diligis creaturam tuam, q̃ assimilaris quodammodo homini qui infatuatur ex nimio amore. O trinitas ęterna. O deitas quę per vnionem naturę diuinę fecisti tantum valere precium sanguinis vnigeniti tui filij. Tu Trinitas ęterna, es unum mare profundum, in quo quanto plus quero, plus inuenio: & quanto plus inuenio, plus quęro te. tu quodammodo insatiabiliter satias, quia in abysso tua ita satias animam, q̃ semper remanet famelica, & esuriens te trinitas æterna, desideratq; videre te lumen in lumine tuo. Sicut ceruus desiderat ad fontẽ aquę viuę, sic desiderat anima mea egredi de corpore tenebroso isto, & videre te in veritate sicuti es. O quamdiu erit abscondita facies tua ab oculis meis, O Trinitas ęterna, ignis & charitatis abyssus, dissolue

amodo

amodo nubem corporis mei. Nam cognitio quã dediſti mihi de te, in tua veritate arctat & cogit me deſiderare depoſitionẽ grauedinis huius corporeę, ac reddit auidam ad dandum hanc vitã pro laude & gloria nominis tui, quia guſtaui & vidi lumẽ intellectus lumine tuo abyſſum tuam trinitas ęterna, & pulchritudinẽ creaturę tuę. Vnde intuendo me ipſam in te vidi me eſſe ad imaginẽ tuã factam, donante ſcilicet mihi patre æterno de potentia tua, & de ſapientia tua in intellectu, quę ſapientia appropriata eſt vnigenito filio tuo. Spiritus autem ſanctus, qui à te procedit patre & filio tuo, dedit mihi voluntatẽ, per per quam me fecit aptam ad amandum. Nam tu trinitas ęterna es factor, & ego factura tua. Vnde cognoui te illuminãte in creatione, quã de me feciſti per ſanguinẽ vnigeniti filij, ꝙ amore captus es de pulchritudine facturę tuę. O abyſſus, o deitas æterna, o mare profundũ. Et quid maius poteras mihi dare, q̃ te ipſum? tu es ignis qui ſemp ardes & conſumis, & non conſumeris: tu es qui cõſumis calore tuo omnem proprium amorem animę. Tu iterum es ignis, qui tollis omnem frigiditatem, & illuminas mentes lumine tuo, cum quo lumine feciſti me cognoſcere veritatem tuã. Tu es illud lumen ſuper omne lumen, ꝺd cum tuo lumine das oculo intellectus: lumen ſupernaturale, in tanta abundantia & perfectione ꝙ etiã lumine fidei per ipſum magis clarificatur: in qua fide video animã meã habere vitã, & in iſto lumine recepit te lumen. Nam in lumine fidei acquiro ſapientiam: in ſapientia verbi filij tui. In lumine fidei effitior fortis & conſtans, ac ſum perſeuerans. In lumine fidei acquiro ſpem, ꝙ nõ permittis me deficere in via: Item iſtud lumen docet me viã per quã ambulem, & ſine iſto lumine ambularẽ in tenebris. Et ideo petiui iſtud pater æterne, ꝙ tu illuminares me lumine fidei ſanctiſſimæ. Vere iſtud lumẽ eſt vnum mare, ꝺd nutrit animam donec tota fit in te. O mare pacificũ trinitas æterna. Huius maris aqua non eſt turbida: & ideo nõ dat timorem, imo dat notitiam veritatis. Hęc aqua eſt diſtillata, & res occultas manifeſtat. Vnde vbi abundat abundantiſſimũ lumen fidei tuę, anima quaſi clarificatur de eo ꝺd credit. Iſtud mare, ſecundum ꝺd tu trinitas ęterna me facis cognoſcere, eſt vnum ſpeculum, ꝺd dum tenet manus amoris coram oculis animę meę, repreſentat me in te, quę ſum creatura tua. In iſtius ſpeculi lumine repreſentaris mihi, & cognoſco te ſummũ & infinitũ bonũ. Bonum ſuper omne bonũ, bonum fęlix, bonum inconprehenſibile, bonum ineſtimabile. Pulchritudinem ſuper omnem pulchritudinem, ſapientiam, ſuper omnem ſapientiam: quia tu es ipſa ſapientia. Tu cibus angelorum cum igne charitatis dediſti te hominibus: Tu veſtimentum cooperiẽs meam nuditatem, paſcis nos famelicos dulcedine tua, quia dulcis es abſq; vlla amaritudine. O trinitas ęterna, in lumine tuo ꝺd dediſti mihi & accepi, mediante lumine fidei ſanctiſſimę, te cognoui, declarantẽ per multas & admirabiles declarationes viã magnę perfectionis, vt cũ lumine tuo, non cum tenebris, ſeruiam amodo tibi, & ſim ſpeculum bonę & perfectę vitę, ac reſurgã de miſerabili vita mea, qua ſemper hucuſq; in tenebris ſeruiui tibi. Non enim cognoui veritatem tuam, & ideo non amaui eam. Sed quare te non cognoui? quia te non vidi. Quare autem te non vidi cum lumine ſanctiſſimę & glorioſę fidei? quia nebula ꝓprij amoris, offuſcauit oculum intellectus mei. Sed tu trinitas ęterna lumine tuo diſſoluiſti tenebras meas. Et quis poterit attingere ad altitudinem tuam, & referre tibi gratias de tam inmenſo dono, & de tam largis beneficijs, quę dediſti mihi, & de doctrina veritatis quam mihi nunc tradidiſti, quę quidem doctrina eſt vna gratia particularis vltra generalem gratiam, quam das alijs creaturis. Voluiſti enim cõdeſcendere neceſſitati meę ac aliarum creaturarum, quæ in futurum tanq̃ in ſpeculo in ea inſpicien do volent ſpeculari. Tu igitur domine reſpõdeas pro me tibi ipſi. tu qui dediſti, ſatiſfacias & reſpõdeas pro datis, infundendo videlicet in me vnũ lumen gratie, vt cum ipſo lumine gratias agam tibi. Veſti veſti me, & fac vt induam te veritatem ęternam, vt currã hanc vitam mortalem cum vera obedientia, & cum lumine ſanctiſſimę fidei.

¶ Hucuſq; verba virginis ſacrę q̃ potui propriſſime de dicto libro in latinũ tranſtuli, nihil ſentẽtialiter mutãdo, verbaq; virgis ſeruãdo, q̃tũ ſtilus latinitatis pmiſit. Ex quibus ſi lector aduertis, excellẽtiã venerari poteris virginis huius ſacrę, nõ modo quo ad modũ viuẽdi, ſed etiã (ꝺd in ſexu fęmineo admirabile eſt nimis) quo ad veritatis doctrinã. Vnde rurſus, quantum ad preſens propoſitum, concludere poteris ſi attendiſti quę ſuperius ſcripta ſunt, ꝺd ardentiſſime deſiderabat diſſolui & eſſe cũ Chriſto: quia ſciebat & intelligebat, maxime illo tẽpore, ꝺd eſſe cũ Chriſto multo melius eſt tanq̃ illud bonũ ꝺd

finis omnium bonorum & perfectio eſt, propter q̃d deſiderium hoc ſemper excreuit in ea, quouſq; id q̃d deſiderabat, plene obtinuit, de ſponſalicijs quę in adoleſcentia ſua cum Chriſto contraxerat, ſicut narrat vltimum capitulum primę partis, ad nuptialem ſpiritus vnionem, relicto corpore, tranſeundo. Vnde ad narrandum ipſum eius tranſitum, ad aliud capitulum tranſeamus.

¶ De trãſitu eiuſdẽ ſacrę virginis Catharinę de Senis, & de ſermone quem ante tranſitum ſuum fecit filijs & filiabus, quos & quas in Chriſto genuerat, tam in genere q̃ in ſpecie ipſos omnes & ſingulos inſtruendo. Et de viſione quæ in hora tranſitus eius fuit oſtenſa cuidam matronæ fœminæ

Caput IIII

Sicut paruitati meæ fidelis relatio teſtium ſupra nominatorũ & deſcriptorum tam per ſcripturam quam adhuc habeo apud me q̃ verbali teſtimonio hactenus reſeruaui: Beata virgo videns & intelligens, forſitan nõ abſq; reuelatione expreſſa, horam ſui exitus appropinquare, familiolam quę fuerat eam ſecuta, filiorum .ſ. & filiarũ, ſibi à domino conceſſorum ad ſe vocauit: quibus in generali loquendo, longum & notabilem fecit ſermonem exhortatorium ad profectum virtutum, in quo quędam notabilia expreſſit puncta, quę ſcripta reperi per teſtes prędictos pariter & notata, nec dignum arbitror ꝙ prętereantur a nobis ¶ Et prima ſiquidem & fundamẽtalis eius doctrina fuit, ꝙ accedens ad ſeruitium dei, ſi vult deum veraciter poſſidere, neceſſe eſt ꝙ denudet cor ſuum omni amore ſenſibili, non tantum cuiuſcunq; perſonę, ſed etiã cuiuſcunq; creaturę, & ſimplici ac toto corde tendat in deum creatorem. Nam vt dicebat cor non poteſt totaliter dari deo, niſi ſit liberum ab omni alio amore, apertũ & ſimplex abſq; duplicitate, aſſerẽs ſe principaliter ad hoc perficiendũ a ſua pueritia laboraſſe ac ſtuduiſſe. Item dixit ſe cognouiſſe, ꝙ ad ſtatum talem, in quo anima totum cor ſuum dat deo, abſq; medio orationis nõ poterat ipã venire perfecte: aſſerens ꝙ oportet omnino, ꝙ oratio ſit in humilitate fundata, & ꝙ non procedat ex aliqua confidẽtia cuiuſcũq; virtutis orantis, ſed ſemper cognoſcat ſe per ſe nihil eſſe: Addens, ꝙ magno ſtudio & ſollicitudine ipſa conata eſt ſemper ſe dare orationis exercitio, vt acquireret continuum eius habitum, quia videbat ꝙ ab ipſa oratione virtutes recipiunt incrementum & vigorẽ, & ſine ipſa virtutes debilitantur atq; deficiunt. Vnde inducebat eos & eas quibus loquebatur, ꝙ ad perſeuerantiam orationis omnino ſtuderent. Diſtinguendo duplicem orationis modum .ſ. vocaliter & mentaliter: Docendo eos ꝙ ad orationem vocalem ad tenderent horis determinatis, ad mentalem aũt ſemper vel actu vel habitu. Item dixit ꝙ per lumen viuę fidei, clare cõcepit & vidit in mẽte, ꝙ quidquid accidebat ſibi vel alijs, totum procederet a deo, non ex odio, ſed ex amore magno, quem habet ad creaturas ſuas. Et hinc acquiſiuit & concepit vnum amorem & vnam promptitudinem obediẽdi tam mandatis dei, q̃ prętorũ ſuorum, ſemper reputando ꝙ mandata eorum procederent a deo aut propter neceſſitatem ſalutis ſuę, aut propter augmentũ virtutũ in anima ſua. Item dixit, ꝙ ad acquirendum puritatẽ mentis, neceſſarium eſt ꝙ homo ſe cuſtodiat ab omni iudicio proximi, & ab omni vana locutione de factis proximi. Nam in quibuſcunq; creaturis ſolam dei voluntatem debemus reſpicere. Vnde multum efficaciter dicebat eis, ꝙ nullam creaturam pro quacunq; cauſa deberent iudicare, id eſt per modum iudicij deſpicere vel condemnare, etiam ſi viderent oculata fide ipſos facere peccatum. Si quando ſic eis conſtaret de peccato cuiuſcunq;, deberent illi peccanti conpati, & pro ipſo ad dominum preces effundere, & non ipſum deſpicere aut iudicando contẽnere. Item dixit ꝙ maximam ſpem & fiduciam ipſa poſuerat ſemper & habuerat in diuina prouidentia, & ad hoc idem inducebat alios, narrans ſe inueniſſe ac per expientiam cognouiſſe, ipſam diuinam prouidentiam nimis eſſe exceſſiue grandem & extenſam, q̃d etiam vt dicebat, ipſi quandoq; ſimul cum ea fuerant experti, quando mirabiliter in neceſſitatibus ſubueniebat eis dominus: Addens, ꝙ ipſa diuina prouidentia nun q̃ deeſt ſperantibus in ea, & ſingulariter ſemper adeſſet eis. Hęc & alia perſuadens eis virgo ſacra ſalubria, ſermonem ſuum concluſit cum ſaluatoris pręcepto humiliter & inſtanter eos rogãdo, ꝙ dilectionem haberent adinuicem, dicens cum dulci & feruenti modo loquendi ac ſępius repetendo ſic: Diligite vos adinuicem filij mei chariſſimi, diligite vos, quoniam in hoc potiſſime oſtenderent ſe fuiſſe & velle eſſe ſuos filios ſpirituales, ſi veram adinuicẽ haberent dilectionem: & ipſa ſe tunc reputaret & vellet oſtendere fore matrem. Imo di-

cebat

cebat, ꝙ ipſi ſi mutuò ſe diligerent, eſſent ſua gloria & corona, & ipſa recipiendo eos in perpetuos filios, oraret bonitatem diuinam, ꝙ abundantiam gratiæ quam dignatus fuerat in animam eius infundere, infunderet in animabus eorum. Item quadam autoritate charitatis mandauit omnibus eis, ꝙ ſemper eſſent deſideria eorum accenſa, & cũ humili ac deuota oratione illa coram deo offerrent pro reformatione ac bono ſtatu eccleſię ſanctę dei, & pro vicario Chriſti, aſſerendo de ſeipſa, ꝙ ſemper, ſed ſingularius à ſeptẽ annis citra portauerat hęc deſideria ſemper in corde, nec vnq̃ prętermiſerat ſaltem infrà dictos ſeptem annos, quin ea offerret in conſpectu diuinę maieſtatis & bonitatis. Confeſſaq; eſt de plano, ſe pro dicta gratia obtinenda, multas pœnas & infirmitates ſupra corpus ſuũ portaſſe: ſed ſingulariter tẽpore illo, quo hęc loquebatur, dicebat ſe pro hac cauſa pœnas acerbiſſimas pati. Addens ꝙ ſicut ſatan, accepta licentia à deo, ſuper corpus Iob poſuit infirmitates multas & pœnas, ſic videbatur à domino accepiſſe licentiam tormentãdi & vexãdi corpus eius multis ac diuerſis tormẽtis, ita ꝙ à plãta pedis vſq; ad verticem nulla ſanitas appareret in ea. Quodlibet enim membrũ eius corpuſculi, ſingulare per ſe patiebatur tormentum, quamuis aliqua membra pluribus ſimul tormentis affligerent, ſicut clare cuncti videntes, etiam ipſa tacente cernebant. Poſt hæc aũt omnia dixit: mihi dilectiſſimi, clare videtur ꝙ dilectiſſimus ſponſus meus omnino diſpoſuit & vult, ꝙ in prędicto & ex prędicto ignito deſiderio & anxio, poſt iſtas pœnas quas mihi ſua bonitas conceſſit, anima mea educta de hoc carcere tenebroſo, redeat ad ſuum principium. Et narrant interſerendo in ſcriptis teſtes prędicti, ꝙ eis videbantur illę pœnales afflictiones eius, horrendę & inportabiles cuicunq; non fulcito magna gratia dei. Et mirabantur q̃liter ipſa poterat eas ita æquo animo ferre abſq; ſigno etiam cuiuſcunq; triſtitię. Quibus ſic mirantibus, & prę triſtitia gementibus, ipſa ſubintulit: Non debetis filij chariſsimi de meo tranſitu contriſtari, imo potius congaudere mecum. Sed congratulamini mihi, quia dimitto locum pęnarum, & vado ad requieſcendum in mari pacifico deo æterno. Vobis aũt affirmatiue promitto, ꝙ magis vobis vtilis ero poſt tranſitũ q̃ vnq̃ fuerim vel eſſe potuerim, dum fui vobiſcum in hac vita tenebroſa plena miſerijs. Verum hoc non obſtante, vitam & mortem & omnia pono in manibus ſponſi mei æterni, vt ſi viderit me futuram vtilem alicui creaturę, velit me adhuc in laboribus manere & tormentis, parata ſum pro honore nominis eius & pro ſalute proximi, centies in die, ſi poſsibile ſit, mortem & tormenta ſubire. Si vero placuerit ei q̃d modo tranſeam, tenete pro firmo filij chariſsimi, q̃d ego vitam dedi pro ſancta eccleſia, q̃d ad ſingulariſsimam grãm reputo à domino mihi fore conceſſum. Poſt hęc aũt omnia vocans quemlibet & q̃libet particulariter ad ſe, vnicuiq; ordinauit modum viuendi, quem tenere deberet poſt eius tranſitum. Voluitq; q̃d omnia mihi referrentur, & loco eius haberent ad me recurſum, mittens quoſdam in religionem, quoſdam in anachoriticã vitã, quoſdam ad clericatum. Mulieribus vero de pœnitentia beati Dominici, maxime pręfecit Alexiam. Et ſic cuncta etiam in particulari diſpoſuit, iuxta q̃d ſpiritus ſanctus diſpoſuit, q̃d rei poſtmodum probauit euentus, quia cuncta fuerunt ſalubria quę mandauit. Quo facto, petiuit ab omnibus veniam, dicens: Licet dilectiſsimi ſemper ſitierim & deſiderauerim veſtram ſalutẽ, quod negare non audeo: nihilominus tamen ſcio, q̃d erga vos in multis defeci, tũ quia non fui vobis exemplum ſpiritualis lucis & virtutis ac bonorum operum, ſicut eſſe debuiſſem & potuiſſem, ſi fuiſſem vera ancilla ac ſponſa Ieſu Chriſti. tũ etiam, quia erga veſtras neceſſitates corporeas non fui diligens & ſolicita, put debui. Quamobrẽ ab omnibus & ſingulis vobis veniam peto & indulgentiam, humiliter & inſtanter vnũquemq; veſtrum hortans & orans, vt ſequamini vſq; ad finem, virtutum viam & ſemitam: quia ſic faciendo, eritis vt prius dixi, gaudium meum & corona mea. Et his dictis, finem fecit ſermoni ſuo. Deinde licet omni die vt mihi conſtat, aduocato confeſſore, generaliter fuit confeſſa, & ſacramentum ſuper dulciſſimum ſacrę euchariſtię humiliter petens, ac cętera ſacramenta, horis & modis debitis, ad votũ cuncta obtinuit, vt optabat: Quo facto petiuit indulgentiam plenariam ſibi dari, ſicut à duobus ſummis pontificibus, Gregorio .ſ. XI. & Vrbano VI. iampridem obtinuerat gratioſe. Quo facto cępit agoniſare, ac cũ hoſte antiquo bellum ingredi ſpeciale, q̃d aſtantes perceperunt ad actus atq; verba eius, nam quandoq; tacebat, q̃nq; reſpondebat, q̃nq; ridebat quaſi deridens quę audiebat, quandoq; accendebatur. Vnum tamen notauerunt q̃d mihi retulerunt, & puto q̃d dei voluntas fuit. Nam dum parumper conticuiſſet, quaſi audiens aliqua contra ſe, lęto vul-

tu respondit: Vanam gloriam nunq̃, sed veram gloriam & laudem dñi vtiq;. Nec sine causa prouidẽtia diuina hęc voluit sciri: Multi enim spirituales viri & etiã mulieres, ꝓpter affabilitatem charitatis ac excessus gratiarum ei diuinitus concessarum, putabant eã laudes hominũ querere, vel saltem in eis aliqualiter delectari: propter hoc taliter inter homines conuersari. Vnde plures qñq; de ipsa loquentes, etiam mihi dixerunt: Vt quid ista gyrouagando discurrit: mulier est. quare non manet in cella, si vult deo seruire? Quibus, si quis diligenter aduertat, sufficienter respondsum est. Vanam gloriam (inquit) nũquam, sed laudem & veram gloriam dei vtiq;. Ac si aperte diceret: Non ꝓpter vanam gloriam discurrebam, aut alia quęcũq; opera faciebã: sed ꝓpter laudem & gloriam nominis saluatoris omnia operabatur. Hoc etiã testimoniũ possum perhibere securus, qui confessionem eius generalem & particularem plusq̃ frequenter audiui, & oĩes actus eius diligenter consideraui, q̃d omnia facta eius ex speciali mandato dei & inspiratione diuina semper faciebat, & non modo de laude hominum, sed nec de ipsis hominibus q̃modolibet cogitabat, nisi quando orabat pro ipsorum salute, vel quando eandem salutẽ suis laboribus ꝓcurabat. Non esset credibile apud hominem, qui non eius mores expertus esset, quantum anima illa expers erat omniũ passionũ humanarum, alijs etiã virtuosis cõmunibus consuetarum. Videbatur siquidem in ea completum illud dictũ apostolicũ: Nostra conuersatio in cęlis est. Nec per instans poterat à suo desiderio elongari, nec à feruore charitatis q̃quo mõ remitti. Et ideo nec vanę glorię vento, nec vnq̃ irrationabili appetitui locus in mente illa poterat reperiri. Vnde redeundo ad premissa vnde discessimus, post agonẽ diutinũ & victoriã habitam, ad se reuersa, iterum fecit cõfessionem generalem, hoc est, illam quæ solet fieri publice, petens ad cautelã iterũ absolui, iter ũq; sibi indulgentiã dari, sequens (vt puto) doctrinã simul & exemplũ Martini, Hieronymi & Augustini, qui verbis & factis fidelibus ostenderunt, nullum christianũ, quantęcunq; excellentię vel virtutis, ex hac vita migrare debere absq; pœnitentiali lamento, aut sine cordiali pœnitentia de offẽsis cõmissis. In cuius signum, Augustinus in vltia infirmitate per quã migrauit, septẽ pęnitentiales psalmos sibi scribi fecit, & super parietẽ, ad quem de lectulo respiciebat, affigi: quos assidue legens, vbertim ac iugiter flebat. Hieronimus in extremis publice peccata seu defectus suos cõfitebatur. Martinus in eisdem extremis positus, verbo & facto discipulos docuit, Christianũ, in cilitio & cinere, in signũ humilis & cordialis pœnitentie, mori debere. Quos imitari gestiens sancta virgo, omnibus signis pęnitentiã cordialẽ ostendit, & absolutionẽ à peccatis & a pœnis pro eis debitis, humiliter semel ac iterũ postulauit. Quo facto, retulerũt mihi qui adstantes fuerunt, viribus corporis cæpit repente destitui: sed nec à sacris monitis poterat cessare, quin semper filios admoneret nõ modo pręsentes, sed etiã absentes, quos in Christo genuerat. Nam in extremitate illa mei (vt illi referunt) recordata, dicebat eis: Ad fratrem Raimundum in vestris dubijs & necessitatibus habetote recursum. eiq; dicite, q̃ in nullo deficiat aut trepidet ꝓpter concurrentia quęcũq; quæ viderit, quia ego secũ ero, assidue ipsũ à periculis liberando: & quando faciet quæ non debet, dabo ei disciplinam, vt se corrigat & emendet. Hęc dicunt eã frequẽtius repetisse, ac cũ istis verbis quasi ad vltimũ defectũ spiritus eloquentiæ peruenisse. Cũq; horam exitus appropinquare videret, inquit: Domine, in manus tuas cõmendo spiritum meũ. & hoc dicto, sancta illa anima (sicut diu desiderauerat) carne soluta est, & suo sponso quem tam ineffabiliter dilexerat, indiuisibili & perpetua vnione est coniuncta. ¶ Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo, die vicesimo nono, mensis Aprilis, quæ fuit dominica dies circa horã tertiarũ. qua hora mihi existenti protunc in ciuitate Ianuensi, spũs eius quasi locutus est omnia verba quæ supra scripta sunt, et ipsa mandauerat mihi debere referri, teste illa veritate quæ nec fallit nec fallitur. Sed excęcatũ cor meũ, tunc non intellexit vnde illa venirent verba, licet tã verba q̃ sensũ perfecte perciperem.

FRam enim in ciuitate Ianuensi prędicta, offitium gerens prouincialatus ꝓuincię illius, iuxta morem ordinis mei. Et quia instabat tempus generalis capituli, q̃d celebrari debebat Bononiæ vbi eligẽdus erat nouus Magister Generalis eiusdem ordinis, vna cum quibusdam alijs fratribus & magistris paraueramus nos ad recessum, siuę aditer sumendũ per mare vsq; ad Pisas, vt tandem deo duce, inde accederemus Bononiam, sicut & fecimus. Cunq; conduxissemus hac de causa quandã nauiculam, præstolabamur tempus aptũ ad nauigandũ, q̃d pro tunc nobis ad votum non arridebat.

Quam

Quamobrem illo eodem mane quo virgo migrauit, descenderam in ecclesiam ꝓpter festum beati Petri martyris, ꝙd illa die celebrabatur per fratres. & licet indignus, legeram seu celebraueram vnam missam. quo facto, redibam ad dormitorium, ad parandū sarcinulam secundum morem itinerantiū. Transiens aūt coram imagine virginis gloriosæ, iuxta fratrū consuetudinem, salutationem angelicam silenter dicebam: & casu fixi paulisper pedem. Moxq; facta est vna vox absq; sonoritate aerea, exprimens verba non auri corporeę, sed mentali, cuius tamen verba melius percipiebam in mēte, q̄ si sono exterioris vocis mihi fuissent prolata. Nec scio aliter describere vocem illam, si vox sit, dicenda, quę sono exteriori carebat. Quidquid tamen sit, vox illa hæc mihi sonabat verba vel exprimebat in mente: Nequa q̄ timueris. Ego sum hic ꝓte. Ego sum in cœlo ꝓte, protegam & defendam. sis securus & nihil timeas, ego sto hic pro te. His mente perceptis, fui (vt verum fatear) in agoma non parua, & cogitabā qualis esset consolatio ista seu securitatis promissio. Et quia pro tunc nisi de dei genitrice Maria, quam salutabā, poterā suspicari, ꝙd me sic alloqueretur, nihilominus pensata mea indignitate, hoc credere non audebam. Putabam ꝙ aduersitas aliqua grandis mihi esset superuentura, ꝓpter quod orabam vt mater misericordię iuxta consuetudinem suam, qua semper consolatur afflictos, vellet me per hanc consolatoriam promissionē reddere magis cautum, & magis paratum ad paciendum æquanimiter quęcunq; occurrerent. Suspicabar etiam, quod (quia prędicauerā in dicta ciuitate crucem contra schismaticos) possibile foret me in via maris aliquibus schismaticis obuiare, qui forsitā aliquid mali mihi & meis inferrēr. Sicq; his cogitationibus fui abstractus ab intelligendo mysterium, quod operabatur misericordissimus dominus per spiritum sponsæ suæ, ad subleuandum debilitatem pusillanimitatis męę, quā bene nouerat ipsa virgo, sed longe melius dominus sponsus eius. ꝓpter quod ego in horum recitatione, magis confusionis q̄ vanitatis materiam habere me video. Et ideo securus hæc scripsi, ne volendo confusionem meam vitare, sponsi & spōsę gloriam subticerem, quorum sum benefitio tam benigniter confortatus.

¶ Cæterum ne credatur ꝙd soli mihi absenti fuerit eius exitus patefactus, visionē quā dam narrare constringor, quæ hora qua sacra virgo migrauit, fuit ostensa cuidam matronę Romanę (ꝓut ipsamet quę vidit) seriosissime mihi recitauit, & cum non parua deuotione, cuius relationi nec leuiter nec ignorenter adhęsi, noueram enim eius conscientiam & vitam ferme per viginti annos vel circa, anteq̄ hęc omnia fierent, sicut illius quę solita erat mihi cōfiteri peccata sua, & de dubijs cōscientiæ suę me semper consulere, ꝓpterea securus recito ea quę scribo.

Erat igitur in alma vrbe tempore quo sacra virgo migrauit, quędam matrona, videlicet duorum filiorum mater, quę Semia proprio nomine dicebatur, nec obscuri multum generis, nec etiam valde clari, sed inter cōmunes ciues vrbis consanguineorū copia sociata. Hęc & ante mortē viri, & perfectius post, se disposuit ad seruiēdū altissimo, ac peregrinationibus seu visitationibus ecclesiarū vrbis, & orationibus se quodāmodo totaliter dedicauit, sicq; lōgo tpe ꝑseuerauit. Habebatq; de more oñi tpe de nocte cōsurgere. tūc autē paulisper caput declinabat in lectulo, breuiq; se reficiens sōno, vt ad labores peregrinationis fortior redderetur. Accidit igitur, ꝙd quādo sacra virgo (vt supra diximus) venit ad vrbem, ista eadē quæ de virtutū excellentia informata prius fuerat, tam à me, q̄ ab alijs, ad ipsam mox accessit, cepitq; cōuersationis eius dulcedinem degustare, ac mihi & alijs informatoribus suis dicere, ꝙd nec medietatem perfectionum eius sibi retuleramus. Facta est ergo ei familiaris, & domum habitationis virginis frequentabat. sed ꝓpter peregrinationes cōsuetas, & quia oportebat eā q̄nq; filijs deseruire, plures aliquando pertransibant dies, quibus sacram virginem non videbat, & ideo non putabat eā tam grauiter infirmari. In nocte igitur prędcedente mane illud, quo sacra virgo migrauit a corpore, Semia matrona superius nominata, iuxta morem suum ad orandum surrexit, & oratione cōpleta, circa diluculum cogitauit, ꝙd quia dies erat dominica, oportebat eā cito consurgere, tamen quia volebat interesse offitio Missę solēnis, tamen etiam quia sola existens tunc in domo, erat necesse vt etiam curam haberet personaliter de coquina pro prandio filiorū. Vnde reclinauit caput cū intentione modicū dormiendi, & cito surgendi. quamobrem sicut solet naturaliter facere solicitudo mentalis, etiam dormiens solicitabatur de cito surgēdo. Dumq; quasi sibiipsi loquens, in somnis diceret: Oportet te cito surgere, vt prius pares coquinā, & postea vadas ad ecclesiam

hora sua

horaſua apparuit quidam pulcherrimus puer ætatis octo vel decem annorũ, vt videbatur, & dicebat ei: Nolo ꝙ ita cito exciteris aut ſurgas, quouſq; videris illud ꝙd volo tibi oſtendere. Illa vero (licet in aſpectu pueri multũ delectaretur) ſollicita tamen de miſſa dicebat: Permitte me ſurgere bone puer, quia non licet me hodie negligere Miſſam ſolemnem. At puer: Nullo modo, inquit, volo ꝙd ſurgas, niſi prius videris mirabilia, quę volo tibi ex parte dei oſtendere. Et trahens eam, vt ſibi videbatur, per pannos, ducebat eam ad quendam locum latum & amplum, in quo apparebat eſſe forma cuiuſdam oratorij ſeu eccleſię, in cuius quidẽ ſummitate loci tabernaculum quoddam erat argenteum, decorum quidem & clauſum. Et tunc puer ait: Expecta pauliſper, & videbis quid eſt in tabernaculo illo. Et ſtatim apparuit quidam alius puer ſimilis illi, qui deferebat quandã ſcalam ad tabernaculum illud argenteum, ꝙd in eminenti loco ſituatum erat: & vt videbatur, aſcendit per ſcalã, & aurea quadam claui oſtium tabernaculi eiuſdem aperuit. Quo patefacto, mox apparuit matronę videnti quędã puella, nimio decore pulcherrime ornata, erat enim in veſte fulgenti & cãdida, monilibuſq; decorata, & in capite eius tres erãt coronę multum aptę compoſitę ſeu cõiunctę, ita vt quęlibet integraliter appareret, Inferior erat argentea, niueum candorem oſtendens: ſecunda erat argentea mixta cum auro, habens rubedinem ſicut ſolent quandoq; panni rubei deſuper filis aureis cooperiri: & tertia pure aurea erat, ſed intexta vndiq; & ornata margaritis & lapidibus pretioſis. Hanc cum vidiſſet deuota illa matrona, cogitabat quę nam eſſet hęc puella, tantis ornatibus decorata. & fixe reſpiciẽs in faciem eius, clare diſcernit effigiem virginis Catharinæ de Senis. Sed quia nouerat ipſam eſſe maioris ætatis ꝙ illa viſio demonſtraret, ſuſpicabatur aliam eſſe. Puer autem qui ei primo apparuerat, petebat ab ea vtrum illam cognoſceret quam videbat. Cui reſpondebat videns: Facies quidem eſt facies Catharine de Senis, ſed ætas non correſpondet. Cũq; ſic nutans diu in eãdem reſpiceret, illa quę intra tabernaculum erat, ſubriſit, & dicebat illis duobus pueris: Videtis ꝙd iſta me non cognoſcit: Poſt hęc venerunt alij quatuor pueri, ſimiles duobus prioribus, deferentes quoddam geſtatorium in ſimilitudine thalami, ornatum preciosis pannis purpurei coloris. quod cum depoſuiſſent prope tabernaculum ſupradictum, aſcenderunt in altum agiliter, & ceperunt in manibus dictam coronatam puellam, volẽtes eam deponere in thalamo ſupradicto. Sed dum hoc fieret, dixit puella: Permittatis me prius ire ad iſtam quę me nunc videt, & non cognoſcit. & hoc dicto, quaſi volans venit ad ſępedictam matronam, & ait ei: Semia, nõ me cognoſcis? ego ſum Catherina de Senis, ſicut apparet in facie mea. Cui illa reſpondit: Es tu mater mea ſpiritualis Catherina? Et illa: Ego ſum, ſed nota illa bene quę vidiſti, & quę videbis. quibus dictis, per dictos ſex pueros reducta eſt & locata in thalamo ſupradicto, ac ſubito leuata in altum. Cumq; Semia intueretur eunte illam, mox apparebat in cœlo ſedes, & ſuper ſedem ſedens rex gemmatus & coronatus, habens in dextera librum apertum. Pueri autem illi virginem cum thalamo eleuabant vſq; ad ſcabellum ſedis & pedes ſedẽtis, quo cum perueniſſent, depoſuerunt thalamum, moxq; virgo ad pedes regis procidens, adorauit. Quo facto, rex inquit: Beneuenerit dilectiſſima ſponſa & filia mea Catherina. Iuſſu aũt regis caput erexit, & legit in libro illo aperto, per ſpatium, in quo ſemel moroſe oratio dominica poſſet dici. & tandem eodem iuſſu erexit ſe ſtans circa ſedem, expectans reginam, quæ maximã cohortem virginum ſecum ducebat, & veniebat (vt videbatur) ad regem. Cunq; appropinquaſſet regina, virgo mox feſtina de gradu, in quo erat, deſcendit, & eam flexis genibus adorauit. quã domina cœlorũ obuijs manibus ſuſcipiens: Bene, inquit, venerit dilectiſſima filia mea Catharina. & eleuans eam, recepit eam ad oſculum pacis. Quo facto, poſtq̃ iterum adorauit Imperatricem cœlorũ, & iuſſu eius acceſſit ad cæteras virgines, & quælibet eã cũ magna hilaritate ad oſculũ pacis recepit. Cum aũt hęc fierent, Semia videns fortiter exclamabat: O Domina noſtra, o mater dñi noſtri Ieſu Chriſti, intercede pro nobis. Et iterum: O Beata Maria Magdalena, o beata Catherina, o beata Agnes, o beata Margareta orate pro nobis. Dicebat etenim mihi, (vt aſſerebat) ꝙd quãuis appareret ſibi, ꝙd hęc in cœlis fierent, tamen omnia particularia decernebat, ſicut ſi fuiſſent ad pedes aliquorum graduum, & diſcerniſſet ea quę fierent in ſummitate ipſorum. Et addebat ꝙd optime cognouit & diſcreuit, non ſolum beatiſſimam matrem dei, ſed & cunctas alias, quãlibet per ſe. Et ideo vocabat nominatim quãlibet, quia quælibet gerebat ſignum martyrij ſui. Puta Catherina Rotam, Margareta ſub pedibus habebat draconem, Agatha mã-

millas,

millas ostendebat præcisas. & sic de alijs. Postremo cunctis virginibus applaudentibus virgini Catherinę, inter eas est collocata, & in gloria coronata, vt diximus. Et Semia matrona sæpius nominata, excitata seu expergefacta fuit à somno, quæ aperiens oculos vidit solem iam ascendisse vsq; ad horam tertiarum vel circa. de quo admodũ dolens tam propter Missam q̃ propter filios, quorum cibus non erat paratus, cæpit cogitare quare vltra solitũ sibi hæc visio fuisset ostensa. Non enim sciebat nec credebat virginem sacrã obisse, licet sciret eã esse infirmã: tũ quia pluribus ante diebus occupata in alijs, non visitauerat eam: tum etiam, quia consuetum erat virgini, de grauissimis etiam infirmitatibus liberari. Vnde potius credebat virginẽ pro mẽsura illa tẽporis, qua ipsa visionem habuerat, fuisse iuxta consuetudinem suam in raptu aliquo singulari, in quo magnas reuelationes à dño percepisset. Verũ quia propter tarditatem horæ dubitabat se Missam pro illa die inuenire posse, suspicabatur illusionẽ fuisse hostis antiqui, vt eam faceret dominica die contra præceptum ecclesiæ Missa carere. Vnde mox festinauit, & posita olla super ignẽ, cucurrit ad parochialẽ ecclesiã, dicẽs in corde suo: Si priuata fuero Missa, signum mihi erit q̃ visio hæc fuit ab hoste antiquo: si vero Missam habuero: tũc dicam quod hæc fuit meritis matris meę Catharinę. Perueniens aũt ad ecclesiam, reperit quod offertorium post euangeliũ cantabatur. Vnde non parũ tristata, dixit: O me miseram aduersarius me decepit. Moxq; reuersa est domũ, vt habita cura paulisper coquinæ, per alias quæreret ecclesias, si posset habere integrã Missam. Sed dum ageret quippiã operis in domo, audiuit cãpanã pulsari ad Missam apud q̃ddã monasteriũ virginũ domui suæ vicinum, quæ letificata, festinauit ad illã ecclesiam accedere, ac ista de causa dimisit caules, quos mundauerat & lauerat, sicut stabant, nec misit eas in ollam, vt intendebat, clausitq; ianuam domus claui intus dimisso. Cũq; ad ecclesiam dicti monasterij peruenisset, inuenit q̃ tunc Missæ officium inchoabatur. de quo gauisa, dixit intra se: Non me decepit sathanas sicut putabam. Verum de filiorum turbatione, qui erant prouectæ ætatis satis timebat, quia bene sciebat quod cibus eorũ non erat paratus, nec poterat per eam congrua hora parari: totum tamen cõmisit domino, vt posset de Missæ officio consolari, orans nihilominus saluatorem, quod si visio illa fuisset ab ipso, præseruaret eã à scandalo filiorum, quos propter eorum austeritatem valde timebat. sicq; Missam solemnem cõplete audiuit. Qua cõpleta, dũ domũ reuerteretur inuenit filios in via, qui ei obuiãtes dixerunt: Mater, hora iam est tarda, faciatis quod possimus prandere. Quibus illa: Modicam dilecti filij expectate, quia in breui totum perficietur. Cucurritq; versus domũ, & inueniens eam clausam, sicut dimiserat, aperuit ostium: & putans perficere quod sibi restabat operis siue laboris, reperit quod totum perfecte erat completum, caules scilicet cũ carnibus, & omnia ita bene parata, quod statim poterãt ad mẽsam accedere. Stupet illa, & cognoscit se à domino mirabiliter exauditam. Proponitq; mox postprandiũ ad Catharinã, quam putabat adhuc in corpore viuentẽ, accedere, eiq; cuncta narrare. Filios autem qui non longe distabant, ad prandium vocat cum non parua lętitia. & illis edentibus, ipsa semper cogitat de visione tam grandi, duobus iam miraculis firmata. Sed & filij hęc omnia ignorãtes, cõmendabant cibũ solito meliorẽ. Ipsa vero cõferebat in corde suo cuncta quæ viderat & videbat: & vt mihi singulariter expressit, dicebat intra se: O mater mea dilecta, venisti ad domum meam clausis ianuis ad faciendum mihi coquinam, Nunc scio vere quia sancta es, & vera ancilla Christi. Nec propter hęc omnia suspicabatur eam migrasse à corpore, imo filijs sumpto cibo recedentibus, mox ad domũ habitationis accessit virginis, & solito more pulsauit ad ostiũ domus. sed non fuit qui responderet. Vicinæ aũt dixerunt ei, q̃ ad sanctuaria visitanda iuerat, & nemo erat in domo, q̃ illa credidit, & abcessit. In rei aũt veritate, omnes qui erant ab intra, flentes & lugentes spiritualem matrem, quæ ipsos in hoc seculo neq; reliquerat orphanos, mortem eius occultabant ab alijs: tũ ne fieret tumultus in domo aut congregatio popularis: tum etiam quia volebãt consilium habere cum discretis, qualiter eius exequias celebrare deberent: aliquos aũt, licet paucos, ab extra transmiserant, qui clauserant ostium à parte exteriori ac si nullus esset in domo, vt sic absq; impedimento possent & suo satisfacere dolori per fletum, & quietius de fiendis deliberare. Fuit tamen vltimum & determinatum consilium eorũ, quod sequenti mane corpus virgineũ ad ecclesiam prędicatorum quæ sancta Maria de Minerua vocatur à vulgo, deberet deferri: & ibidem, iuxta quod concederet dominus, exequiæ celebrari. Quid plura? satis suum obitũ celauerũt per omnẽ modum,

facta ſua ſecrete fecerunt: ſed non potuerunt tantum occultare, quin ipſos ſuus ſponſus ſciret magis manifeſtare. Mox enim vt corpus eius ad eccleſiam eſt delatum, totus populus vrbis uouit, conuenitq; maxima multitudo ad eccleſiam ſupradictam, cateruatimq; ruebant populi ad eius veſtes tangendas vel pedes, ita vt timerẽt filij eius & filię vna cũ fratribus, ne tã veſtes q̃ corpus ab irruentibus populis lacerarẽtur, & menbratim diſcerperetur. Propter quod poſuerunt ſacrum corpus intra cancellos ferreos cuiuſdam capellæ, quæ ſub beati Dominici nomine intra eandem eccleſiam eſt dedicata. Quæ aũt his patratis poſtmodum euenerunt, in ſequenti capitulo declarabuntur. Sed dum hæc agerentur, Semia matrona ſæpius nominata, caſualiter ſuperuenit. Videſq; popularem tumultum, petiuit de cauſa congregationis tam grandis. & ſubito dictum eſt ei, q̃ Catherina de Senis migrauit, & corpus eius aderat in ipſa eccleſia, propter quod populi confluebant. Quo audito, mox eiulans acceſſit ab locum, vbi ſacrum corpus iacebat, & ſpiritalibus filiabus virginis circumſtantibus eius feretrum, dixit: O crudeliſſimæ fœminæ, cur cælaſtis à me obitum dulciſſimæ matris meæ? quare me non aduocaſtis ad tranſitũ eius. Cunq; illę ſe ſuper hoc excuſarent, illa petiuit: Dicatis mihi quando migrauit a corpore. Cui illę dixerunt: Heri circa horam tertiarũ reddidit ſpiritum creatori. Tunc Semia exterminans vnguibus propriam faciem, exclamauit: Ego vidi eã, ego vidi dilectiſſimam matrem egredientem de corpore, quam vidente me angeli detulerunt in cœlum, tribus coronis precioſiſſimis coronatam, veſtibus candidis & fulgentibus decoratã. Nunc ſcio quod miſit dñs angelũ ſuũ, & oſtendit mihi exitum matris meę, ſeruauitq; mihi Miſſam vſq; ad horã tardã: ac q̃ amplius eſt, in miniſterio coquinę miraculoſe me iuuit. O mater o mater, cur non intellexi dum erã in illa viſione, q̃ tranſieras ex hoc mundo? Quibus dictis, cuncta quę viderat, recitabat filns & filiabus, qui & quę circũſtabant, ſacrũ corpus eius ſeruantes. Et hic finis ſit huius capituli.

¶ De ſignis & miraculis, quę operatus eſt dominus poſt obitũ ſanctę virginis, tam ante ſepulturam eius, quam poſt, videlicet de illis quę ſciri potuerũt per me, quia multa ſunt facta quę nõ fuerũt notata. Caput V.

COnſummato curſu peregrinationis virginis huius ſacræ, nõ defuit virtus diuina, quę comes eius ſemper fuerat in hac vita, quãdo ſanctitatis eius meritum etiam poſtq̃ conſecuta premium fuerat fidelibus declararet. Siquidem prout tactũ eſt ſuperius, nullo vocante ſeu procurante, imo pluribus (vt dictum eſt) querentibus occultare, totus quaſi populus vrbis Romanę ad eccleſiã, vbi iacebat adhuc inhumatum ſacrum corpus eius, concurrit, pedes ac manus eius cum reuerẽtia deoſculando, ſeq; eius orationibus commendando. Tantusq; fuit tumultus populi cõcurrentis, quod oportuit (ſicut dixi) ſacrũ corpus poni intra cancellos ferreos capellæ beati Dominici. Verum inter hæc cœpere plurimi, fiduciam de meritis ſanctitatis eius, habẽtes infirmos & inpotentes adducere, ſanitatemq; illorum à domino meritis huius virginis poſtulare. Nec ſunt fraudati à deſiderio ſuo. propter quod neceſſitor illa quæ in ſcriptis reperi, hic interſerere, ac quædã quę mihi plenarie cõſtant, etiã enerrare. ¶ Dum ſacrum corpus eſſet in eccleſia ſupradicta, quædam ſoror ordinis, qui dicitur tertius orbo beati Franciſci, quæ vocatur Dominica, oriunda de Pergamo ciuitate Lombardiæ, habitatrix in vrbe, quæ paſſa fuerat infirmitatem in brachio, tam diutinam & grauem, quod ſex menſibus ante obitũ virginis ipſo non potuerat vti, quia inualidũ erat & quodammodo arefactum. Acceſſit ad eccleſiam prædictam: & non valens ad corpus appropinquare præ turba, porrexit quoddam uelum ſuum, rogans vt illo virginis corpus tangeretur ſibiq; redderetur. quo facto, ſuper poſuit brachio, & mox abſq; mora fuit plenarie liberata. propter q̃ cœpit in medio totius piopuli illius exclamare & dicere: Ecce quod ſum liberata meritis huius virginis ab infirmitate incurabili, ex qua brachium totũ perdideram. Quo audito, maior factus eſt tumultus in populo, & cæperunt multi ſuos infirmos illuc adducere, vt ſaltem fimbriam veſtimentorum eius poſſent contingere.

INter alios adductus eſt quidam puerulus, ætatis quatuor annorum, qui contractionem neruorum colli ex quadã infirmitate incurrerat, ita caput ſuper humerum totaliter tenens declinatum, quod nullatenus ipſum valebat erigere. Hic cum deportatus eſt ab ſacrum corpus, mox vt manu virginea tactus in loco infirmo, ac quodam velo ipſius virginis circũdatus eſt circa collũ, cœpit meliorari, & infra ſpatium breue caput erexit, fuitq; perfecte curatus. Hac de cauſa non fuit poſſibile per dies tres corpus ſacrum tradere

dere ſepulturę,ſcilicet propter ſigna& miracula quæ fiebant per eam. Tantaq; populi congregatio dictis diebus tribus perſeuerauit in eadem eccleſia, quod cum quidam magiſter in ſacra theologia vellet illi populo de laudibus ipſius virginis prędicare,ac iſta de cauſa aſcendiſſet ambonem,nullo modo potuit populi ſedare tumultum,nec per conſequēs audientiā obtinere. ꝓpter q̄,audientibus multis,hoc verbum dixit: Hæc ſancta virgo non indiget prędicationibus noſtris. ipſa enim ſeipſam ſufficienter prędicat & declarat. Et hoc dicto deſcendit,imperfecto,imo nec inchoato ſermone. miracula vero creſcebant & augmentabantur: Nam quidam Romanus dictus Lucius Cannarolæ quadam infirmitate grauatus, nulla eum medicina iuuante, perdidit quaſi coxam cum tota tibia,ita vt etiam baculo ſuſtentante, vix ambulare valeret ad modicum ſpatium. Hic aūt audita fama ſignorum quæ per virginem Catharinam operabatur altiſſimus, cum magno labore ad eccleſiam prędictam peruenit,& auxilio aliorum ad locum vbi iacebat corpus,ductus eſt. Ibiq; cum magna deuotione manum virginis ſuperpoſuit cruri, & tibiæ ſuæ debilibus & infirmis,moxq; cœpit ſentire iuuamen & virtutem in membris illis: & anteq̄ inde recederet,plene curatus eſt ,cunctis qui aſtabent videntibus,& omnipotentem deum benedicentibus,qui in ſanctis ſuis ſemper eſt mirabilis.

ITem quædam puella nomine Rotozola, habens horrendam infirmitatem lepræ in facie,ita q̄ naſus & ſuperius labium oris horribili & fœtida lepra tegebatur, hac fama percepta,perrexit ad dictam eccleſiam. Cunq; conaretur ad ſacrum corpus accedere,pluries à circumſtantibus eſt repulſa. Ipſa vero importune inſtando, tandē ingreſſa eſt: & tanq̄ gratiæ auida,quam ſumme optabat,non modo pedibus & manibus virginalis corporis,ſed & faciei ſuam applicuit infirmitatem. Quid plura? mox ſuæ lepræ ſenſit releuationem,& infra breue tempus fuit perfecte curata,ita vt nec veſtigium in facie remaneret.

ITem quidam Romanus nomine Typreus,ex vxore que dicebatur Lella,quandam ſuſcepit filiam,quę in puellari ætate infirmitatē,que dicitur phthiſis,incurrerat,nulloq; medicinali remedio liberari potuerat. Parentes aūt miraculorū per ſacram virginem patratorum fama percepta,ipſam eidem virgini deuote recommendantes,fecerūt eam tangere velum ſeu pater noſter,quæ virginis corpus tetigerant. Mira res. cum de ſalute puellę quodāmodo deſperaſſent,cum tetigit res prędictas, abſq; interuallo quocunq; ſimpliciter eſt curata,& ſanitati priſtinę reſtituta.

ITem dum ſacrum corpus inhumatum iaceret,quidam ciuis vrbis vocatus Antonius Lelli Petri,exiſtens in eccleſia principis apoſtolorum,audiuit,famā miraculorū per huius ſacrę virginis merita patratorum. Ipſe aūt ex quodam exceſſiuo labore infirmitatem quandam incurrerat. ex qua factus eſt quaſi impotens ad ambulandum,nec potuerāt eum medici omnibus naturalibus medicinis nedum curare,ſed nec mitigare infirmitatem prædictam. Quamobrem audita prędicta fama miraculorum, ſanctæ virgini ſe deuote recommendauit,ac votum promiſſionis emiſit, ſi eius meritis liberaretur. Mira res. mox voto emiſſo,fuit ab illo grauamine q̄ patiebatur, perfecte curatus,nec amplius ſenſit illas grauedines,& agiliter ac libere ambulauit vt prius, venitq; ad ſuæ liberatricis reliquias. votum quod promiſerat reddidit. & omnibus audire volentibus, gratiam quam receperat,intimauit.

ITem quædam deuota matrona,quę ſanctæ virgini fuerat valde domeſtica,imo ipſius domeſtica ſeu hoſpita,quia in propria domo cum tota ſocietate ſua ipſam receperat, & vocabatur Paula: tempore quo ſacra virgo migrauit,per quatuor menſes grauiter vexata extitit,et doloribus iliacis ſiue lateris & podagræ. Et quoniam illorū duorum dolorum remedia ſibi inuicem aduerſantur,quia vnus requirit apertiua,alter oppilatiua, dicta matrona nimium vexabatur. & quandoq; vſq; ad mortem deducebatur. Migrante aūt ſacra virgine, petiuit cū magna inſtantia, quod poſſet habere aliqua de his quę ſacrum corpus eius tetigerant. Quod cum factum fuiſſet,veſpere ſequenti mane, de lecto, de quo quatuor menſibus ſurgere nequibat, liberata ſurrexit,& ambulauit libere, ſicut priuſq̄ infirmitatem incurreretet,ambulabat, ſicut ipſamet mihi recitauit, poſtq̄ veni ad vrbem. Hæc & quamplura alia ſigna,quæ neglientia ſcriptorum fuerunt obmiſſa,operatus eſt omnipotens dominus per ſponſam ſuam, anteq̄ corpus eius traderetur ſepulturæ: quę, vt dictū eſt ſupra,per triduū ,ppter concurſum populi eſt dilata.

POſtq̃ vero reconditum eſt in ſepulchro, non deſtitit virtus diuina ab operando infirmorum ſalutem, immo fuit quodammodo augmentata. Nam quidã Romanus dictus Iohannes Veri ſeu Neri, habebat quendã filium paruulum, qui nullo modo poterat ſtare rectus in pedibus, nec per conſequens ambulare. Audiens aũt famam miraculorum ſupra dictorũ, votum emiſit deo & ſacræ virgini Catherinæ pro liberatione filij ſupradicti. Quid plura? Ductus eſt puer ad ſepulchrum virginis, ſtatimq; cum poſitus fuit ſuper illud, conſolidatę ſunt plantæ eius & tibiæ, & cœpit per ſe ſtare rectus & ambulare, acſi nunquam fuiſſet paſſus.

ITem quidam Ioannes de Tozo, habebat in oculis horrendam infirmitatem, in tantum quod de vno oculo vermes ſcaturiebant. Hic vouit beatæ Catherinæ virgini de Senis, & fuit mox pleniſſime liberatus. venienſq; ad eius ſepulchrum, narrauit gratiam ſibi factam, & ſignum appoſuit ſuper ſepulchrum de cera, vt moris eſt.

ITem quædam peregrina Teutonica, cuius nomen neglexerunt ſcribere illi qui tunc adfuerunt, & iſta ſcripſerunt, patiebatur in oculis tam grauiter & tam diu, ꝙ quaſi ex toto vſum videndi perdiderat, & de recuperatione quodãmodo deſperabat. Hæc ſanctæ virgini deuote ſe reconmendans, votum emiſit, & in breui viſum recepit abſq; aliqua medicina. Vnde veniens ad eius ſepulchrum, clare videbat ſicut priuſq̃ pateretur.

ITem quædam domina Romana, quæ vocatur Maria, incurrit quandã infirmitatem capitis tam grauẽ, quod non obſtãtibus multis & varijs medicinis, quas fecerat, ex toto perdiderat vnum oculum. Propter quod tam ex triſtitia q̃ ex verecundia nolebat egredi propriam domum, nec etiam coram hominibus apparere. Hæc percepta fama miraculorum virginis ſanctæ, ſe ei deuote reconmendauit, & votum vouit. Nocte aũt ſequenti ſancta virgo apparuit in ſomnis ſeruitrici dictæ dominæ, & dixit ei: Dic domine Mariæ, quod non faciat amplius medicinas, ſed omni mane vadat ad audiendum officium diuinum, & liberabitur. Quod dum ancilla dominæ ſuæ retuliſſet, acquieuit, accedens ad officium diuinum. moxq; dolor ceſſauit, & cœpit videre oculo illo excæcato, ſicq; perſeuerando in audientia diuini officij, perfecte reſtituta eſt priſtinæ ſanitati & viſioni. Vbi lector obſecro nota, quid ſacra virgo hic fecerit, Imitata eſt enim in hoc opę ſponſum ſuũ, vel vt magis proprie loquar, ſponſus eius æternus ipſam ſibi in hoc opere ſimilauit: quia non ſuffecit ſibi curare corpus ſe inuocãtis, niſi etiã conferret animæ medicinam. Poterat ſiquidem iſti ſicut & cæteris fecerat, poſt inuocationem & votum, remedium cæcitati concedere: ſed cumulatius eã decreuit, q̃ peteret, exaudire. Iuxta conſuetudinem ſaluatoris, qui corpus ſine anima non curabat. Et illi qui pro cura corporis veniebat, prius peccata dimiſit, dicens: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

ITem quidam iuuenis dictus Iacobus, filius cuiusdam Romani, qui vocabatur Petrus Nicolai, infirmitate quadam graui fuit oppreſſus, & per plures menſes detentus. ſicq; nullis remedijs medicinæ iuuantibus, ad extrema deductus eſt. Cunq; ſpes nulla eſſet de vita, quædam deuota mulier, quę dicitur Tecchola Cartherina, deuouit cum beatæ Catherinæ virgini. moxq; reſumptis viribus, cœpit meliorari, & breuiſſime liberatus eſt ab illa infirmitate.

ITem quædam mulier, vocata Cilia Petrucij de vrbe, infirmitate grauata, poſt medicorum remedia deducta eſt ad extremum, ita vt ipſi medici diffiderent de ipſius ſalute omnino, & ſecundum naturalem curſum eam iudicauerunt indubitantiſſime morituram. Ipſa vero deuote ſanctæ virgini Catherinæ de Senis ſe recommendans, mox ſenſit ſanitatis auxilium: & meliorationem recipiens illa hora, intra dies paucos integraliter fuit ſanitati priſtinæ reſtituta.

ITem quædam domina nõbilis & deuota, quæ vocabatur Iohanna de Hilprinis, habuerat domeſticã notitiam ſanctæ virginis dum ageret in humanis. Et ideo viſis miraculis eius, maiorem fidem cõcepit de ſanctitate eius. ita vt ipſa apnd quoscunq; infirmos ſe reperiret, ſemper eis perſuadebat, vt ſanctæ virgini Catherinę de Senis ſe deuote reconmendarent. Ex quo procurauit plures infirmos curari meritis eiuſdem virginis ſanctæ. Accidit aũt vt ſemel vnus ex filijs eiuſdem nobilis dominę, puerilis ætatis, incaute incedens aut currens ſuper ſolariũ domus ſuæ, deorſum verſus terram, nullo impediente obſtaculo, precipitãter caderet coram oculis propriæ genitricis. Quæ hoc videns exiſtimauit ſicut veriſimile nimis erat, quod ex illo caſu puer mortẽ incurreret, vel ſaltẽ perpetuam debilitationem aliquorum membrorum. Vnde fortiter exclamauit: Sancta

Catherina

Catherina de Senis, tibi recommendo filium meum. Mira res, quamuis eminentia loci & conditiones tam pueri quã casus, repentinam mortẽ cadentis naturaliter indicarent, tamen puer nec in magno nec in minimo læsus est, tamq; incolumis fuit post casum, q̃ sospes erat antequam caderet. Quod cum inuenisset præfata mater eius, quæ festinantissime descendit ad eum, gratias omnipotenti deo & sponsæ eius Catherinæ reddebat deuotas & humiles, ac apud omnes sanctitatẽ virginis Catherinæ de Senis prędicabat.

ITem quædam mulier de seruitijs aliorum viuens, & potissime de lotione pãnorum, quæ vocabatur bona Iohannis. Dum semel ad ripam Tyberis pannos lauaret, contigit eam lauare quoddam coopertorium lecti, quod de lineo panno & bombyce conficitur, & vulgari vocabulo cultra vocatur. Hanc igitur cultram dum incaute lauaret, & magnam eius partem fineret cursu fluminis duci, pars illa grauitate sua traxit aliam, quę sub manibus eius erat: & sic tota cultra de ipsius manibus exiens, cœpit fluere cum currentibus aquis. Quod illa perpendens, & sciens se non posse satisfacere pro cultra, si perderetur, voluit cultram recuperare. Sed dum se nimis ad eam retinendum extendit, ipsa etiam ab impetu aquarum est rapta longe à terra. Itaq; omni humano ei deficiente auxilio, solum adiutoriũ ei restabat diuinum. Ad quod dum cogitaret recurrere, occurrit menti eius fama signorum & miraculorum illis diebus in vrbe per sanctã virginem patratorum. Vnde ipsam inuocans, dixit: O sancta virgo Catherina de Senis, succurre mihi in tanto periculo. Nec mora, statim virginis auxiliũ affuit. Nam mox sensit se sup aquas eleuari, & per inde ac si aquæ illæ non currerent, per seipsam cum tota cultra diuertit de recto cursu aquarum, & peruenit ad terram absq; quocunq; humano auxilio. Quo facto, ipsamet stupens considerabat, nec poterat imaginari qualiter periculum illud euaserat, nisi q̃ clare confitebatur sanctã virginẽ mirabiliter sibi adstitisse, eamq; suis meritis liberasse. His omnibus & quãpluribus alijs signis per omnipotentẽ deũ ostensis pro testimonio sanctæ virginis sponsę suæ, anteq̃ ego venissem ad vrbem, contigit me tãdẽ venire cũ importabili mihi onere, scilicet officij magisterij ordinis fratrũ Predicatorum: & tunc per fratres meos ac sorores filios & filias sanctæ virginis in Christo, cũcta suprascripta mihi fuernut relata. Sed vnum signum miraculi accidit post meum aduentum, cuius ego in parte sum testis, q̃ non licet mihi quomodolibet subticere.

ERam siquidem in vrbe, ac corpus sacrum eiusdem virginis trãstuleram ea die, qua ipsa per plures annos propheuauerat, vt clarius infra patebit, & infirmitatis corporeę causa indigni medico, qui & vicinus conuentui fratrum meorum, ac mihi domesticus & amicus non modicum erat, vocaturq; magister Iacobus de sancta Maria Rotũda. Hic dũ semel curę medicinalis causa me visitasset, narrauit q̃ iuuenis ciuis vrbis, vocatus Nicolaus siue diminutiuo noie Cola, filius vxoris cuiusdã nominati ciuis eiusdẽ vrbis, qui dicebatur Cincius Tancancini, & priuignus seu filiaster eiusdẽ, grauissime infirmabatur de morbo gutturis, qui dicitur squinantia, per medicos, & quod ipse nullam videbat curã possibilem per naturam. Qua de causa desperauerat ex toto de eo. Insuper sensi ab alijs, q̃ dictus iuuenis erat in mortis articulo, & expectabatur transitus eius. Verum Alexia socia sanctæ virginis, de qua pluries supra facta est mentio, hac fama percepta, considerans q̃ dictus Cincius cum tota domo sua fuit sanctæ virgini valde deuotus & charus, festina perrexit ad dictũ iuuenem, iam in trãsitu positum, deferens secum dentem virginis, quem sibi pro magno thesauro seruauerat: & inueniens eundem iuuenem iam pene deficientem prę clausura gutturis, quod apostema paulatim claudebat, & ipsum per consequens suffocabat: prædictum dentem apposuit gutteri eius, & mox ac si lapis aliquis cecidisset, factus est sonus grãdis, & fractum est apostema. Cępitq; infirmus caput erigere, & per os eius emittere putredinis magnam quantitatem. ficq; intra breuissimum spatium plene curatus est, gratias agens deo & sanctæ virgini, cuius dentis virtute fuerat illa vice à mortis dentibus liberatus. Hoc signum admirandum cunctis, sed potissime medicis, qui melius nouerant viam naturæ & patientis dispositionem ex toto mortalem, ipse Nicolaus seu Cola, omnibus publice narrabat, in tantum q̃ semel me verbum dei populo prędicante, & recitante magnalia quę per sponsam suam fecerat dominus, dum hoc signum enarrassem populo, ipse surrexit in medio populi, atq; clara voce dixit: Domine, verũ dicitis. ego sum ille, cui hæc sancta virgo fecit istud miraculũ.

HIs quoq; signis & miraculis, quæ particulariter recitauimus hic, noueris lector alia multa adiuncta fuisse, quæ in scriptis non fuerunt redacta: sed patuerunt per sig-

na,id est,per imagines ceræ,quæ in maximo numero positæ sunt super sepulchrũ eius, etiam tempore quo ibi personaliter eram prẽsens. Verum effrenata cupiditas,ne dicam malignitas quorundam latrunculorum, nescio si extraneorum, quibus semper vrbs est repleta,an internorum,nequaq̃ permisit imagines illas diu durare. Furtiue nãq; cunctæ absportatę fuerunt paulatim per fures:qui proculdubio aut sunt iam puniti, aut in posterum punientur cito. Ego aũt coram deo & angelis eius ac etiam cunctis fidelibus meipsum accusando confiteor, quod multi & multæ ad me venerunt, qui & quæ diuersas receperunt gratias admirandas meritis huius virginis sanctæ, quas mea negligẽtia plusq̃ alicuius alterius sepeliuit, quia non fui solicitus ad redigendum eas in scriptis, licet semel notariũ quendam ad hoc deputauerim, qui non fuit solicitus ad scribendum. Vnum tñ quod recolo,meipsum paulisper corrigẽdo,inserere non obmitto,videlicet quod tempore quo regina quondam Iohanna misit contra vrbem Rainoldum de vrsinis,cũ magna comitiua armatorũ, vt summũ pontificem Vrbanum sextum,capi faceret, vel expelli,aut(quod nequius erat)occidi,Romanis fortiter & prudẽter se tenentibus cũ pontifice suo:contigit q̃ plures de vrbe, potissime de inferioribus, capi ab hostibus : quorum quidam ligabantur ad arbores, & sic dimittebantur, vt crudelius morerẽtur: quidam vero ducebantur ad campum,&instrumẽtis ferreis captiuabantur,vt se redimerẽt. Prout aũt à quibusdam ipsorum,qui liberati sunt,habui, quotquot statim virginem inuocauerunt,mirabiliter sunt à vinculis liberati,nullo ipsos iuuante post deũ, & salui venerunt ad vrbem. Vnde retulit mihi vnus ex eis quod absq; quacunq; mora,mox vt ipsam inuocauit, reperit se vinculis liberatum, quibus ab hostibus ad quandam arborem fuerat ligatus. Reuertensq; ad vrbem,ipsam virginem inuocando,neminem reperit qui ei aliquot præstaret impedimentum. Quod cum non parua deuotione referens,rursum addebat quod aliquialq eandem gratiam receperant meritis sanctę virginis Catherinę. Sicut aũt de hoc genere signorum,sic & de pluribus alijs me recolo percepisse à multis: sed senescente memoria,non possum particulariter recordari de omnibus alijs. Oro aũt lectorem,vt deuota mente, non fastidiendo propter huius libri prolixitatem, nec proter styli ruditatẽ,flores & fructus colligat ad sui vtilitatem,frigidos semper & indeuotos ac malignos detractores vitando, sicut venenum pestiferum. Cæterũ hic finem huius operis facerem,nisi quia de patientia eius,quam ecclesia militans plus in sanctis suis notat, q̃ signa,iuxta doctrinam beati Gregorij, qui virtutem patientiæ signis& miraculis reputauit maiorem: vnum intendo dictare capitulum, ipsa impetrante, ac concedente sponso eius æterno,qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum amen.

¶ De forti patientia,quam hæc sacra virgo à prima ætate vsq; ad mortem inclusiue ostendit manifeste, per quam clare probatur, ipsam dignã esse nomine sanctitatis in ecclesia dei militante, ex quo tot gloriosis triumphis decoratur in ecclesia triumphante. Vltimum capitulum, in quo epilogatur quasi quidquid dictum est supra, propter fastidiosos lectores. Et vt si quis non potest totam legendam habere, hoc capitulo habito, substantiam quasi percipiat totius legendæ.

SEntentia est primæ veritatis,quæ propter nostram salutem carnem assumpsit,vt hi qui in corde puro & optimo verbum retinent, fructum afferant in patientia. Et vt paulo superius tactum est, in libro dialogorum dicit beatus Gregorius: Ego virtutem patientiæ signis & miraculis puto maiorem. Sed & apostolus Iacobus in canonica sua dicit, Patientiam habere opus perfectum. Non quod ipsa sit summa seu regina virtutũ,sed quia est comes indiuidua illius virtutis,quæ teste Apostolo,maior alijs virtutibus,nunq̃ euacuatur aut excidit. Hæc est charitas, sine qua nihil prodest homini quæcunq; alia virtus. De qua idem Apostolus,eam describendo, inquit, quod patiẽs est & benigna,nõ æmulatur, nõ irritatur,nec quærit quæ sua sunt. Hac de causa sacrosancta mater ecclesia,cum vitam sanctorum, qui in beatorum catalogũ referentur,examinat, non principaliter signorum operationem attendit,duplici de causa: Prima,quia plures mali fecerunt & facient signa,quæ apparent miracula, licet non sint,sicut magi Pharaonis. Simili modo magus & antichristus cum suis faciet tempore suo. Secunda,quia quãdoq; aliqui etiam virtute diuina miracula fecerunt, qui finaliter fuerunt reprobati,sicut Iudas, & illi de quibus dicitur in euangelio, quod in die iudicij dicent domino: Nonne in nomine tuo signa fecimus? Quibus ipse respondebit: Recedite à me operarij iniquitatis.

Per

Per quod manifeſte datur intelligi, q̄ ſigna ſiue miracula fint iuxta diſcretionē doctorum examinanda, quæ non poſſunt per ſeipſam certificare militantem eccleſiam, quod perſona per quam ſunt facta, ſit ad æternam beatitudinem acceptata ſiue prædeſtinata, licet faciāt magnam præſumptionem ſanctitatis, & potiſſime illa, quæ fiunt poſt tranſitum ex hac vita. Sed & iſta ex toto non certificant, quia etiam ſi non eſſent ſancti, ad quorum ſepulchra fiunt miracula, poſſibile eſſet q̄ deus miſericors reſponderet fidei eorum, qui credunt eos ſanctos, non propter illos, ſed propter gloriam nominis ſui, ne credentes in eum, ſuo deſiderio defraudarentur. Vnde ſacroſancta mater eccleſia, quæ regitur à ſpiritu ſancto, volens de merito ſanctorum certificari, quantum eſt poſſibile in hac vita, quærit de vita eorum, id eſt de his quæ in hac vita ſunt operati. Sic enim ſponſus eius docuit eam, dicens: A fructibus eorum cognoſcetis eos, id eſt, ab operationibus: quia ſicut ſaluator ibidem ſubdit, Non poteſt arbor mala fructus bonos facere, nec arbor bona etiam fructus malos. Hęc aut ſunt opera charitatis dei & proximi, in quibus (teſte ſaluatore) vniuerſa lex & prophęte pendent. Sed quia hæc opera, ſicut ſunt deo placita, ſic diabolo ſunt diſplicabilia: conatur eidem diabolus per omnem modum poſſibilem, illa impedire tam per ſe q̄ per mundum: id eſt, per homines mundo deditos. Propter q̄ ſanctis viris, qui volunt in bono perſeuerare, ſine quo non coronarentur, id eſt, ſi non p̄ſeuerarēt, eſt ſemp neceſſaria patiētia, per quā ſeipſos cōſeruant in bona dilectione dei & proximi, non obſtantibus perſecutionibus quibuſcunque. Vnde dicebat ſaluator diſcipulis: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et Apoſtolus primam conditionem charitatis aſſignat, dicens: Charitas patiens eſt. Hac igitur de cauſa plus inquiritur, vt dictum eſt, in canoniſatione ſanctorum, de operibus q̄ de ſignis. Et inter opera plus quæritur de operibus patientię, q̄ de alijs, tanq̄ de his quę maius teſtimonium perhibent charitatis & ſanctitatis. Hæc pro tanto dixerim: quia cum omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt, ſint per me dictata & ſcripta, vt ſanctitas huius virginis innoteſcat eccleſiæ ſanctæ catholicę ac rectoribus eius, operę precium putaui, propter caſus ſupradictos, vnum capitulum de pacientia dictare, ne aliquis de ipſius ſanctitate poſſit rationabiliter dubitare. Quia vero (vt infra, duce domino, oſtendetur) tota vita eius fuit patientia decorata, recitando actus eius patientiæ, totam quaſi hanc legendam epilogabo, quantum dominus duxerit concedendum: potiſſime propter faſtidioſos lectores, quibus in materijs deuotis videtur vna hora tota die prolixior. In fabulis aūt vel nugis, dies apparet breuior hora. Volentibus igitur de pacientia huius virginis breuiter pertractare, ordinate nimis eſt procedendum, vt ordo ipſe, prolixitate ſecluſa, breuitatem adducat. Porro virtutem patientiæ verſari circa ea quæ aduerſantur homini, nullus qui cōditionem virtutum nouit, ignorat q̄ & ipſum nomen eius deſignat, q̄ à patiendo ſe deriuatum oſtendit. Homini enim aduerſantia, generali diuiſione ſunt in duplici genere, iuxta duplicem ſubſtantiam eius, quædam enim aduerſantur animę, quædam corpori. In aduerſis aūt animæ nulla eſt patientia virtuoſa, imo ſemper eſt vitioſa. Quā reprehendit per ironiam & figuratiuam locutionem beatus Apoſtolus, ad Corinthios ſcribens: Libēter ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Sed in aduerſis corporis principaliter virtus patientiæ locum habet, intelligendo per corpus cuncta quæ ſenſibiliter patent homini viatori, ſiue pertineant ad corporalia procuranda, ſiue ad ſpiritualia promouēda, vt clarius patebit inferius. Verum bona quæ in hac vita poſſunt per hominem poſſideri, trifarie ſecundum philoſophos diuiduntur, quædam enim ſunt delectabilia, quædam vtilia, quædam honeſta. Et in horum priuatione perpetua, vel ad tempus, virtus patientiæ locum habere dinoſcitur. Bona delectabilia ſunt, vita corporis, ſanitas eius, deliciæ tam ciborum q̄ veſtium, & cætera quæ carnem delectant, inter quę etiam venerea numerantur. Vtilia vero ſunt diuitię, quę multas in ſe materias conprehendunt, ſcilicet domorum, agrorum, pecuniarum, animalium, localium, & omnium ex his deſcendentium, conſanguineorum & ſeruitorum copia, & cuncta quę adiuuant viuentem in hac vita mortali. Honeſta autem ſunt, bona quę reddūt hominem honorabilem in aliorum conſpectu, ſicut bonum nomen ſiue bona fama, honeſta amicitia, laudabilia ſtudia, & cuncta quę adiuuant ad exercendum actus virtutum. Prędictorum autem quędam ſunt omnino illicita, & illa ſunt prędicenda ex toto: quędam ſunt impeditiua de ſe perfecti ſtatus virtutum, & illa ſunt cauenda & (quod melius eſt) contemnenda: quędam ſunt licita, & quędam ſunt neceſſaria vitę humanę, & horum priuatio patienter eſt ſuſtinenda, ſicut

magis particulariter hæc omnia infra patebunt, dum actus huius sacræ virginis, iuxta præscriptum ordinem, magis particulariter differemus. Redeundo igitur ad propositum nostrum, quod est, epilogando, quæ dicta sunt de perfectione patientiæ huius virginis, iuxta quod concesserit dominus, pertractare: noueris lector bone, quod hæc sacra virgo, attendens quod patiẽtia nihil prodesse posset, nisi prius amoueret à se illicita, & potissime veneris voluptates, anteq̃ ad ætatem peruenisset, in qua eas experiri valeret, ipsas à se tam potenter q̃ prudenter abscidit. Nec hoc factum est absq; inspiratione diuina & notabili visione, qua in sexto ætatis suę anno corporalibus oculis suis vidit dominum in pontificalibus vestibus sedentem, atq; corona summi pontificis decoratum, in pulcherrimo thalamo supra fratrũ prędicatorũ ecclesiam situatum: necnon & Petro & Paulo atq; euangelista Iohanne associatum, qui clementibus oculis eam respiciens, regali dextera benedixit, tãq; perfecto sui amore animam eius repleuit, ꝙ euacuatis puellaribus moribus in illa ætatula, pęnitentię & orationi se dedit, & profecit in tantum, ꝙ in sequenti anno, qui fuit suę ętatis septimus, votum perpetuę virginitatis emisit coram beata virgine seu eius imagine, prędecedente prius deliberatione matura & oratione diutina, prout supra in secundo & tertio capitulis primę partis latius continetur. Verũ quia nouerat puella deuota ꝙ ad statum virginalem seruandum, nimis vtilis & forsitan necessaria erat parcitas victus, & abstinentia cibi & potus: tac ab ętate tenera inchoauit & in ętate perfecta non tantũ laudabiliter, sed nimis mirabiliter cõsummauit. Nam prout supra in dicto tertio capitulo primę partis est tactum, ac in sexto eiusdem partis capitulo distentius recitatum est, ab infantia cępit esu carnium vt in pluribus se priuare. Deinde crescente parumper ætatę, se carnibus priuauit ex toto, bibens vinũ ita lymphatum, q̃d vix saporem vini videbatur habere. In quintodecimo aũt ætatis suę anno, cœpit à vino totaliter abstinere, carnem suam, cunctaq; cibaria cuiuscunq; generis abdicãs à seipsa, solum panis & crudarum herbarum sibi esum & vsum retinuit. Demum in vicesimo anno ætatis, eiusdem etiam esu panis totaliter se priuauit, de crudis tantũ herbis proprium reficiens corpus: & sic perseuerauit vsq; ad tempus illud, in quo nouum & mirabilem modum viuendi ei concessit deus omnipotens, scilicet absq; cibo quocunq; manendi: ꝙ fuit, si nõ fallor, circa vicesimum quintum vel vicesimum sextum ætatis suæ annum, de q̃ latissime scriptum est in quinto capitulo secundę partis, vbi recitantur causa & modus, cur & qualiter ad hunc statum peruenit, & murmurrantibus ac contemnentibus modum illum viuendi, sufficienter (si non nimis decipior) respondetur. Quamobrem visis puritatis & parcitatis prędictis, per quæ prędiuntur carnis oblectamenta cuncta tanq̃ illicita. Nunc ad huius sacrę virginis patientiam descendamus. Sed noueris lector bone, ꝙ pro magna parte eius patiẽtia circa priuationem honestorum bonorum versata est, licet infrmitates corporis & mortis violentę pericula passa fit. sed hæc erant ei ad gaudium, vt infra patebit, illa vero nimium affligebant ipsam. Quæ vero persona fuit ei domestica vel coniuncta, quę ipsam non afflixerit illa priuatione à sua infantia vsq; ad eius transitum: Et prima fuit genitrix eius, & ipsius germani, qui eam volentes tradere nuptui in principio suę adolescentię, omni honesto bono (quantũ in eis fuit) eam priuauerunt, ita vt cellam habitationis ei auferrent, & ipsam coquinę squaloribus deputarent, vt nec orare posset, nec meditari, nec aliquem actum virtutis contemplatiuę seu speculatiuę exercere. In qua persecutione quanta fuerit eius patientia, & quam lęta, in quarto capitulo primę partis huius legendę plenius recitatur. Miro enim modo & mirabilibus vijs ac virtuosis, stans inmobilis in virginitatis proposito, corde ac vultu lętissimo seruiebat. Nec propter occupationem ministerij aut priuationem cellæ oratiõis instantiã relinquebat, nec (ꝙ plus est) diminuebat: imo semper augebat, donec vicit simul persecutiones & persecutores, vt patet in dicto capitulo. Sed post ista cum austeritates tam disciplinarum q̃ nocturnarum vigiliarum & strati duritiem vellet impedire hostis antiquus, matrem eius Lapam iterum contra eam concitauit, quasi vsq; ad rabiem inclusue. Ipsa vero patientia forti ac miranda discretione munita, quod mirum est dictu, & matris furorem placauit, & suum rigorem constanter seruauit, vt in sexto capitulo primæ partis plenius continetur. Pręter aũt omnia hęc, quanta ei procurauerit inimicus homo inpedimenta honesti boni, consistentis in continuę orationis deuotione, in sui corporis afflictione, in proximi subuentione, non est facile recitare: sed vbi hęc in legenda notata sunt, particulariter differã. Studuit igitur modis omnibus hostis antiquus sibi possi-

bilibus

bilibus, virginem ſacram à ſui æterni ſponſi amplexibus primo remouere, deinde ſubtrahere, tãdemq; ſaltẽ, impedire in parte ad tps. ſed illa remouentẽ forti feruore proſtrauit, ſubtrahentem ſapienti conſilio vicit, impedientem conſtanti virtute cõfudit Remouere ſiquidem eam à ſancto propoſito conatus eſt hoſtis malignus, primo per ſororem nuptam, quæ per vanam curioſitatem capillorum & veſtium, domino pro meliori hoc permittente, ipſam attraxit, vt in quarto capitulo primę partis latius continetur. Secundo per germanos & matrem, quibus inerat voluntas maritandi, vt in eodem capitulo plene narratur. Et tertio per ſeipſum, inferendo ei tentationum moleſtias, etiam vſq; ad illuſiones viſibiles procedẽdo, ſicut in quadã ſcriptura nouiter reperi, quę per ſcriptores epiſtolarũ eius fuit notata, anteq; habitũ ſanctæ conuerſationis acciperet, de cuius ſuſceptione fit mentio in ſeptimo capitulo primæ partis. Nam ipſa aliquando orante coram imagine Chriſti crucifixi, hoſtis antiquus ſe iniecit in medio, veſtem panniſerici habens in manu, & parans ſe ad induendum virginem illa veſte: quæ licet ipſum deridẽdo contemneret, cruciſq; ſigno ſe muniens, ad crucifixum ſe verteret, ille tamen poſtq; diſparuit, tantam ibi tentationem de veſtium pompis reliquit, quod mens virginis fuit nõ modicum perturbata. ſed mox recordata propoſiti virginalis, ſic allocuta eſt ſpõſum ſuum: Dulciſſime ſponſe mi, tu ſcis quod præter te nunq; ſponſum quem q̃ appetiꝫ. tu mihi ſuccurre, vt has vincam tentationes in nomine ſancto tuo. nec peto vt ipſas auferas à me, ſed vt miſericorditer victoriam de his mihi concedere digneris. Hoc ſermone completo, apparuit ei regina virginum mater dei, quæ de latere filij crucifixi pulcherrimã veſtem trahere videbatur, quam ipſa etiam ornabat vernantibus & coruſcantibus gemmis, & deinde virginem illa decora veſte induit, dicens: Sciens ſcito filia, quod veſtes quæ de latere filij mei procedũt, omnes alias veſtes excedunt in pulchritudine & decore. Quo facto omnis abceſſit tentatio, virgoq; remanſit nõ mediocriter conſolata. ſicq; factum eſt, vt forti feruore virgo triplicem aciem vinceret, quarum quælibet nitebatur eam à ſancto propoſito remouere. Porro ſubtrahentem cohortem (vt dictum eſt) ſapienti vicit conſilio, dum primo matrem volentem ipſam ab aſperitate vitæ retrahere, ſapienter placuit, nihil quodammodo de ſua pœnitentia minuẽdo, prout eſt ſuperius repetitum. Ideo cũ confeſſorem proprium & conſiliarios vtriuſq; ſexus, ſumptionem cibi ex ignorantia ſibi ſuadentes, ſapientiſſime declinauit, vt in quinto capitulo ſecundæ partis eſt dictum. Et tertio, tam ſuperiores q̃ alios prohibentes eam ad quædã loca ire, quo ipſam diuina reuelatio iubebat accedere, aut facere facta quæ dominus ipſam mandabat implere, non minus ſapienter q̃ mirabiliter mitigando, & diuinã obedientiam ſemper perfecte implendo. In quo quanta patientia ſua vſa fuerit, nec calamus nec lingua ſufficerent explicare. Noui ego circa talia tantas & toties virgini ſacræ illatas iniurias, etiam ab his qui magis eam conſolari deberent, quod ſufficientem me non reputo ad narrandum, nec licenciatum ad explicandum: ſed non minus noui, omnia hæc ipſam forti patientia & ſapienti conſilio ſuperaſſe. ¶ Cæterum videns ſerpens antiquus, quod nec remouere, nec ſubtrahere eam poſſet à ſancto propoſito, conatus eſt ſaltem ad tempus ei dare impedimentum, tam per ſe q̃ per diuerſas perſonas, de quibus particularius infra diſſeretur. Et primo per matrem, quę duxit eam ad balneũ, vt ſaltem eã ad tempus retraheret à diſciplinis, & à cæteris auſteritatibus: ſed ipſa magis auſteram ſciuit ibi inuenire pęnitentiã, quam in propria cellula, ſuſtinendo videlicet aquas feruentiores patienter & diu, prout in ſeptimo capitulo primæ partis plenius ſcripſi: quod tamen (vt ibi dixi) mihi non videtur eſſe potuiſſe abſq; miraculo, quod videlicet caro eius abſq; mortali vel ſaltem notabili aduſtione tranſierit. Secundo per indiſcretos prælatos & prælatas ſeu prioriſſas ignorantiſſimas, à quibus ſæpiſſime impediebatur, tam circa confeſſionem quam libentiſſime frequentabat, quam circa orationem, quam ardentiſſime cupiebat, quam etiam circa diuerſos actus ſuę frequentiſſimæ orationis, quos quia ſicut animales non intelligebãt, condemnabant lucem exiſtens in tenebris, & habitantes in vallis profunditate, montiũ cacumina metiri volebãt, prout in quinto capitulo ſecundę partis me recolo latius ſcripſiſſe. Verum vt melius pateat eius patiẽtię magnitudo, hic decreui aliqua particulariter ponere, quæ ibi recitata non ſunt. Licet enim abſq; aliquorum religioſorum rubore non valeant recitari, melius tamen eſt quod publicentur, quam quod dona ſpiritus ſancti conceſſa huic ſacræ virgini, occultentur. Nam hinc poterit lector intelligere timorem pariter & amorem: timorem, audiendo culpas offendentium: & amorem, cernendo patien-

tis

ti virtutem, vt ex vno recedat à malo, ex alio accedat ad operandum bonum in patientia forti.

NOueris igitur lector bone, ꝙ anteq̃ huius sacræ virginis meruissem habere notitiã, vix poterat vnum actum deuotionis exercere in publico, quando pateretur calumnias, impedimenta, & persecutiones, ab his potissime, qui magis debuissent ei fauere, ac etiam ad actus eosdem continue promouere. Nec mireris: quia (sicut dixi superius in quinto capitulo secundę partis) nisi spirituales personæ perfecte proprium amorem extinxerint, acriorem incurrunt inuidiæ foueam, q̃ quicunq; carnales: sicut exemplum posui ibidem de Pachomij monachis, qui propter abstinentiam Macarij, quam imitari non poterant, dicebant se de monasterio recessuros, nisi expelleretur Macarius. Sic ꝓfecto accidit & in proposito nostro, cũ enim sorores de pœnitentia beati Dominici, cernerent Catherinam puellam cunctas sorores in austeritate vitæ, morum maturitate, ac orationis & contemplationis deuotione præcedere, mox in quasdam ex eis, ingressus est serpens antiquus, sator inuidiæ, cæperuntq; pharisęorum more, actibus eius detrahere tam publice quam occulte, ipsamq; corrigendam esse, tam inter se q̃ apud prælatos ordinis frontose denunciare. Si qua vero forent, quę magnam excellentiã prętendebãt, imo clarius ostendebant, non valentes negare quod omnibus erat notum, phariseis se sociantes & scribis, in beelzebub principe dęmoniorum eam signa facere asserebant. Hæ mulieres tanq̃ Euæ filiæ, ita infecerunt & ad suum errorem traxerunt Adam, id est, ordinis prędicatorum quosdam rectores & patres, quod quandoq; conuersatione, quandoq; sacra communione quandoq; etiam confessione seu confessore ipsam fecerunt priuari: quod illa patientissime ac sine murmure supportabat & sustinebat, ac si non esset illa cui fiebant tales iniurię: nec quisquam potuit eã de talibus querulantem aut murmurantẽ audire vnquam, imo putabat cuncta illa fieri sancta intentione, ac pro animæ suæ salute: reputabatq; se amplius obligatam ad orandum pro eis, & non tanquam pro persecutoribus, sed tanquam benefactoribus singularibus & dilectis. Præter hęc aũt si permittebatur communionem accipere, volebant ꝙ cito de oratione surgeret & recederet de ecclesia: quod ei impossibile reddebatur omnino. Tanto nanq; feruore sacram sumebat communionem, quod spiritus eius rapiebatur à sensibus, nec corpus illud aliquid actualiter sentiebat. ficq; stabat per plures horas, prout supra in secundo & vltimo secundę partis capituli latius est narratũ. Illi vero qui per prędictas sorores erant seducti, adeo contra ipsam fuerant quandoq; accensi, quod illam in ea extasi positam capiẽtes, violenterq; leuantes, sic insensibilem & rigidam extra portam ecclesię proiecerunt, tanq̃ quodammodo abortiuum, vbi sub feruore solis socię eius hora meridonali eam custodiebãt, non sine lachyrmis, quousq; rediret ad sensus corporeos. Quidam etiam: (vt relatum est mihi) pedibus eam percusserunt, animo irato, dum esset in illo raptu, nec vsq̃ est auditum verbum de ore ipsius, ꝙ de omnibus his vel de aliquo talium se diceret esse grauatam, imo nec de illa materia vnq̃ faciebat sermonem, nisi forsitan excusando illos qui fecerant, cum suæ vel sui obloquebãtur de eis. Verum quanto ipsa magis iniurijs illatis patientiam seruabat perfecte, tanto amplius sponsus eius iudex iustissimus, contra iniuriantes irascebat, ipsosq; durius puniebat. Nã prout tã à cõfessore, q̃ me ꝓcessit qtã à pluribus alijs fide dignis percepi, cum primo eius merui noticiam: quędam domina eã seme sic in ecstasi positam, indignans pede percussit: sed cum reuersa esset ad propriam domum, subito mortali dolore correcta, absq; succursu sacrorum ecclesiæ infra breuissimam moram expirauit.

QVid iaũt alius misellus, cui melius extitisset si natus ex vtero nõ fuisset, qui etiãdictũ actum pedis fecit, & insuper ipsam semel extra portam ecclesię posuit iniuriose ac violenter, tam dure fuit punitus, quod vix audeo recitare. Hic infœlix quem optime noui, in tantum processit ad actum odiosum contra virginem sacram, ꝙ (vt mihi fuit à fide dignis relatũ) ꝓter actus suprascriptos, semel ipsam deliberauit occidere: nec defuit hęc quam nisi quia eam vbi credidit, non inuenit. Ipsa tamen hęc omnia ignorabat, sed sponsus eius qui nihil ignorat, hæc omnia vindicabat. Nam ille post non multos dies ad alium locum accessit, in quo nulla prędicente seu operante infirmitate corporea, factus est freneticus seu maniacus, ne dixerim, dæmoniacus. Clamabat die noctuq;, luuate me propter deum, quia ecce officialis vult me capere & decapitare. His auditis, illi qui aderant ei in domo, confortantes eum ne timeret, verbis & factis perpenderunt, quod non erat capax cu

iuſcunq; remedij,ſed ex toto amens fuerat effectus. Vnde cœperunt eũ diligenter cuſto dire,potiſſime quia verbis & ſignis oſtendebatſe ipſum velleoccidere. Quid plura? Dũ poſt aliquod dies videretur reuerſus in ſe, nec cuſtodia fieret ſicut prius, clam denocte diſceſſit,extra oppidum illud,tanq; alter Iudas,inter fruteta ſeipſum ſuſpendit,vel vt magis proprie loquar,ſe ſuffocauit.non enim in loco alto ligauit funem, quo ſe occidit: ſed ad ſtipitem cuiuſdam arboris,& ipſe ſedens in terra,cum altero eiuſdem funis capite ꝓprio collo colligato,ſeipſum pura violentia ſuffocauit,vt mihi retulit ille, qui eũ ſic ſuffocatum inuenit, & cadauer eius ad terram illam reduxit, licet in ſacro loco ſepultus non fuerit,nec quacunq; ſolemnitate,ſed in ſterquilinio humatum ſecrete fuerit,vt decebat. ¶Ex his omnibus poteſt lector perpendere,quanta fuſeit in hac virgine patientiæ virtus,& quam grata fuerint opera eius altiſſimo,qui tam dure vindicabat iniurias eius.

PRęter hæc aũt,quia inter bona honeſta,fama bona & amicitia virtuoſa noninmerito numerantur, hic neceſſitor ſuperaddere quædam grauiſſima, quæ paſſa eſt circa duo prædicta:& cum hoc incomparabilem patientiam eius,quæ forſitan dicenda eſt fortitudo & ſuperueniens charitas,quam patientia, ſicut in quarto capitulo ſecundæ partis eſt recitatum ad plenum. Fatentur ſiquidem omnes ſacri doctores,teneram eſſe virgineã famam,& puellarem pudorem nimis delicatum.propter quod nihil in eis durius quam infamię macula,nihil aſperius q̃ impoſitio corruptelæ.hac ex cauſa,inter cęteras,voluit dominus reginam virginũ matrem ſuam,ſponſum putatiuũ habere. Hinc etiã in cruce poſitus, eandem matrẽ virginem, virgini conmendauit Iohanni. Suſtinere igitur hanc infamiam patienter, plus oſtendit virtutem patientiæ in virgine, quæcunq; ſit illa, quã quodcunq; tormentum corporis violenter illatum. Quamobrem tria quæ continentur in prædicto ſecundæ partis capitulo quarto,quæ hanc tangunt materiam,hic epilogando repeto:quorum primum eſt mirabile,ſecundum mirabilius,& tertium nimis exceſſiue mirandum. Et primo quidem ibidem ſcribitur, quod dũ quædam mulier Tecca nomine,in quodam hoſpitali iaceret infirma, & facta eſſet leproſa, careretq; non tantũ rebus neceſſarijs,ſed etiam miniſtrante, quia nullus volebat ei miniſtrare propter lepręinfectionem:ſancta virgo hæc ſentiens,illuc lætanter acceſſit,ſeq; ei obtulit perſonaliter miniſtraturam & ſeruituram, ac de cunctis neceſſarijs prouiſuram.Et quod verbo dixit, facto perfecte impleuit.Quod dum fieret, infirma de beneficio recepto ſuperbiens, benefactricem ſuam verbis iniurioſis quodammodo infamatorijs iurgabat, & ſępiſſime ꝓuocabat.ſed illa armata patientia forti,in nullo eſt mota.Deinde cum ex contrectatione lęproſæ,manus virginis lępra eſſent infectæ,perſeueras conſtanter in ſancto ſeruitio,ꝓelegebat leprã incurrere,quã obiurgatricis ſuę ſeruitiũ relinquere:nec dimiſit eã, q̃ſq; ipſam ꝓprijs manibus ſepeliuit,& tũc miraculoſe de manibus virgineis lepra diſceſſit. Et oia hęc charitas,quæ patiẽs eſt & benigna,docuit eam pati& vincere,Secũdo ibi adducit quædam Pamerina,eiuſdem habitus religionis cũ ea,quæ odio peſſimo&indurato virginem ꝓſequẽs & infamans,ad infirmitatem corporis primo,deinde ad vtriuſq; hominis mortem ſuis demeritis eſt deducta nec euaſiſſet damnationem æternam,niſi eam orationes illius quam odiebat, potentiſſime adiuuiſſent. Miro etenim modo in hoc caſu operatus eſt dominus,vt ſimul& cor peccatricis per gratię ſuę priuationem induraretur, & cor virginis Catherinę ꝓ charitatis ſuę infuſionem accenderetur: quantoq; illa magis indurabatur,tanto magis iſta accendebatur. Vicit tamen in fine ſanctæ charitatis ꝓfectio,& mollificata eſt dura charitatis defectio. Vicit Catherina virgo feruenter & ꝓſeueranter orando, quidquid ſerpens antiquus operatus fuerat Palmerinam indurando: tantaq; gratia fuit in corde diffuſa&labijs Catherinę,quod quodãmodo damnatam animam ſaluauit Palmerinę.Sed & ſaluatori tantum placuit ſeruitium Catherinæ,quod expreſſe dixit precibus eius ſaluatam animam Palmerinæ.Et hoc totum perfecit perfecta patientia,quam charitas formabat in mente Catherinę,prout in dicto quarto capitulo ſecũdę partis plenius continetur. Porro licet in primo duorum actuum ſupraſcriptorũ, patiens admodum oſtendatur,in ſecundo aũt ſimul patiens & mirabilis videatur:in tertio tamen qui ſequitur,plusq̃ patiens & ſupermirabilis demonſtratur.Fuit ſiquidem,vt in dicti capituli parte vltma ſcribit,in ciuitate.Senenſi anus q̃dã eiuſdẽ religioſi ſtatus cũ virgine ſacra, quæ iuxta illius primæ morem, maſculino nomine, mutato in fœmininũ, vocabatur Andrea.Hec cancri morbum patiebatur in pectore,adeo corroſiuum & infectiuum, quob pręfœtore quem emittebat, nullus niſi clauſis naribus ei poterat appro

pinquare

pinquaret: qua ex causa, miniſtrante ſeu ſeruiente quaſi carebat ex toto. Quo percepto per virginem, non diſtulit ſe propter Chriſtum Andreæ ſeruitio mãcipare, nec prohibebat eam fœtor ſeu quęcunq; infectio, quando apertis naribus, læto corde ſimul & vultu, vlceroſæ illi appropinquaret, eiq; diligẽtiſſime miniſtraret, vulnuſq; detegeret, ſaniem abſtergeret & lauaret, ac omni morositate circumligaret abſq; quocunq; faſtidio. & ſi naturaliter naufia inſurgeret, tanq̃ perfecta propriæ carnis caſtigatrix, faciem ſupra vulnus ponebat, & tam diu ſuſtinebat horrendum illum fœtorem, donec pene propriũ corpus deficiebat. Ingreſſus eſt aũt ſatanas in Andream, ſicut prius in Palmerinam intrauerat, & paulatim contra ſibi ſeruientem virginem ſuſpicando & murmurando, ad tantam deducta eſt dementiam, quod falſo turpiter ſacram virginem infamauit, etiam apud ſorores eiuſdem religionis, dicens quod per carnalem corruptelam virginitatem perdiderat virgo pura. Illa vero perceptis his rumoribus, licet ex intimis cordis affligeretur pluſq̃ poſſet etiam credi, facta tamen ſuæ innocentiæ apud ſorores excuſatione veridica, ſponſoq; ſuo per lachrymoſam orationem in auxilium inuocato, in nullo infirmę ſuę neglixit ſeruitium, imo diligentius quam prius ei miniſtrans & aſtans, forti patientia vicit malitiam eius. Cuius quidem patientiæ meritis, in ſanctitatis eius teſtimonium, dicta infamatrix vidit eam coram ſe tranſfiguratam, & imaginæ lucis radiis circundatam, faciemque eius in vultum angeli tranſformatam, patenter aſpexit, inconſuetamque mentis conſolationem percipiens, vt ipſa poſtmodum teſtabatur, per grande donum dei ſuã recognouit iniquitatem. Vnde veniam ab ipſa petens cum lachrymis, cunctas apud quas eam infamauerat, aduocauit, & ream ac maledictam ſeipſam clamitans, q̃ viderat, cum lachrymoſis clamoribus recitauit: ac illa quæ prius falſo dixerat, reuocauit, aſſerens Catherinam nõ modo purã eſſe virginem, ſed magno ſanctitatis culmine apud deum floreret: hocq; ſibi conſtare, omni dubio procul pulſo. Sicq; ubi putauit ſathanas famam virginis maculare, vbi ſuis inuitis dentibus augmentauit. quod totum operatus eſt dominus, virtute patientiæ mediante. Hinc enim cœpit fama virginis creſcere amplius, quouſq; peruenit ad apoſtolicum thronum duorum ſcilicet ſummorum pontificũ & quam plurium cardinalium. Verum hac in hiſtoria vnum fuit additamẽtũ nullatenus obmittendum: Accidit namq; poſt omnia hæc, quod virgine diligentiſſime miniſtrante Andreæ illi quæ cancrum patiebatur, forte hoſte humani generis ſemel operãte, dũ vulnus illud fœtidum detexiſſet, ſtomachus eius mirabiliter eſt commotus, cum abominatione nõ parua. De quo ipſa contra proprium corpus iraſcens: Viuit inquit, dominus ſponſus meus, propter cuius amorem huic ſorori meę deſeruio, quod illud q̃ tu abominaris, intra viſcera tua claudetur. Et hæc dicens, vulnus lauit, loturamq; cum fœdiſſima ſanie in quadam ſcutella collegit, & bibit. Quo facto ſequẽti nocte ei apparuit dominus, dicens eam per illum actum exceſſiſſe cuncta quæ hactenus fuerat operata. Et addidit, quia tibi tantam violentiam feciſti, & amore mei tam abominabilem potum ſumpſiſti, dabo tibi potum mirabilẽ, quo mirabilis apud omnes homines efficieris. Et hęc dicens, vt ei videbatur, os eius applicabat ad proprium latus, inquiens: Bibe filia mea de latere meo abunde potum mirabilem ſimul & delectabilem, quo non tantum anima tua, ſed & corpus tuum ſatiabitur, quod propter me contempſiſti. Ex illa aũt hora cœpit ſtomachus eius non amplius appetere cibum naturalem, nec ipſum poſſe digerere: quod nec mirum: propinquante enim fonte vitæ, potum vitalem hauſerat abundanter. Illaq; ſatietate repleta, nullius alterius cibi egebat auxilio. Hinc venit & proceſſit illud ieiuniũ eius mirabile, de quo in quinto capitulo ſecundæ partis latiſſime ſcribitur, & ſuperius etiam tangitur ſub breuitate verborum. Sed hæc omnia de virtute patientiæ procedebant, quia charitas quæ diffuſa erat in corde virginis, ſuſceperat verbum vitę in terra bona & optima, fructumq; afferebat in patientia: tricesimũ quidẽ in ipſo ſigno Teccæ ſeu Franciſcę leproſę, ſexageſimũ aũt in ſecundo, quod fecit dominus circa Palmerinam per virginem Catherinam, & centeſimũ in tertio, quod vltimo ſcriptum eſt de Andrea, imo fas eſt dicere, plusq̃ centeſimum.

His igitur recitatis notabilibus ſignis, quæ in eius Legenda per me ſunt deſcripta latius: vtile reputo, vt ad quædam in præſentiarum nos extẽdamus, quæ in dicta legenda fuerunt obmiſſa. Mirum eſt enim dictu, ſed magis mirabile fuit facto. Vix nãq; fuit aliquis vel aliqua ex his, qui eius monita & exempla notando, cũ ea conuerſabantur, qui vel quæ non fecerit ei iniuriam vno vel alio modo, aut non notabiliter contriſtauerit

riteam: quia sic operabatur sathanas, ipsam etiam per eius uiscera p̃sequendo. Sed ipsa licet in talibus plus longe pateretur, quam iniurijs extraneorum, ut mihi confessa est: tam forti & cauta patientia cuncta uincebat, quod sicut tunc recolo me pluries dixisse, ac nunc coram tota ecclesia dei confiteor, plus me illa ædificauit patientia, quam quæcunq; uideram & audieram de moribus & actibus eius, siue essent signa, siue quæcunq; alia, q̃tumcunq; magna. erat columna inmobilis, pondere sancti spiritus fixa in charitate tam grandi, quod nullis persecutionum tempestatibus poterat etiam uultus eius in diuersa mutari. Nec mirꝫ, fundata enim erat supra firmam petram. Et iuxta dictum sapientis, fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata dei in corde mulieris sanctæ. Adeo nãque anima eius se summę petræ Christo coniunxerat super fundamenta æterna, quod sancta mulier, dei mandata in corde immobiliter retinebat. Sciui em̃ ego unum ex nostris quandoq; ita fuisse seductum a satana, ꝙ sæpe magna improperia & turpissimas iniurias ei dicebat, etiam in præsentia sociarum eius. Illa uero in tantum patiens fuit, ꝙ nullum uerbum aut signum turbationis aut contristationis erga illum quomodolibet ostendebat: Imo sociabus audientibus districtissime iniungebat quod in nullo turbarent illum, aut contristarent, prohibens quod nihil nobis reuelarende his quæ audierant uerbo uel signo. Ille autem ex eius patientia factus deterior, usque ad rapinam pecuniarum quæ uirgini eleemosynaliter dabant, ꝓcessit. Nec illa in aliquo mota est a charitate priori, nec permisit ꝙ aliquis ex nobis, quibus hęc rapina cõstabat, propter hoc moueretur ad uerbum uel ad factum cuiuscunque querelæ: sed in silentio & in spe fortitudo eius emper manebat, sicque cuncta uincebat, ac nos eodem modo uincere uerbo & exẽplo docebat. Præter omnia uero ista, si patientiam eius quam in infirmitatibus corporis habuit & ostendit, rimari uelimus, deficiet forsitan nedum calamus, sed intellectus. Patiebatur siquidem assidue, immo continue, dolores iliacos, (sicut in sexto capitulo secundæ partis circa principium clarius est recitatum, ubi ponitur etiã causa illius infirmitatis, q̃ fuit liberatio animæ Iacobi patris sui de purgatorij pœnis) ac cum hoc dolorem capitis quasi continuum. Et super hæc singularem & continuum dolorem habebat in pectore, ut ipsa mihi confessa est, dicens ꝙ ex illo die, quo saluator eã fecit pœnas suæ sacratissimæ passionis gustare, sicut in sexto capitulo secundæ partis superius est descriptum, remansit sibi dolor ille pectoris, quem asserebat excedere cæteros dolores suos corporeos. Item cum istis doloribus omnibus tam acerbis, frequentissime ut in pluribus patiebatur febres. Nec propter cuncta hęc unquam audita seu uisa est querulari, aut tristem uultum etiam ad horam ostendere, imo uultu lętissimo cunctos ad se uenientes recipiebat & consolabatur. Et si non sufficissent cõsolationes uerbales, opusq; foret ipsam aliquos labores assumere pro animæ salute, oẽs prædictæ infirmitates eam non poterant ꝓhibere, quin de lectulo surgeret & laboraret, ac si nunquam fuisset aliquid horum passa, ꝓut in dicto septimo capitulo secundæ partis est tractatum.

Cæterũ quid passa sit a dęmonibus, non agiliter potest referri. Tactum est enim & recitatum in secundo capitulo secũdæ partis, qualiter pluries ab eis fuit in ignem ꝓiecta, licet non in aliquo læsa, iuxta fidedignorum testium assertionem, qui fuere præsentes. Sed ego uidi & interfui, dum de itinere rediremus ad ciuitatem Senensem, & iam essemus ꝓpinqui ciuitati, ipsaq; super asellum sederet, quod impetuoso ictu proiecta est de animali, ubi sedebat, & cum capite deorsum pendente, non ad paruam ꝓstrata est profunditatem. quod ego cernens, cum beatam uirginem inuocassem, mox uidi eam in terra ridentem ac lætam, dicentemq; ꝙ mala tascha (id est, dæmon) hoc fecerit. Cum autem reposita esset super idem animal uix ꝓcesseramus ad iactum baliſtæ, & idem malignus spiritus ipsam cum animali proiecit in lutum, fuitq; talis casus, ꝙ animal super eam iacebat. Tũc ipsa subridẽs, ait: Iste asellus calefacit mihi latus ubi patior dolores iliacos. sicq; deridebat hostem, nihil patiens mali. Nos aũt cum uix eripuissemus eam de luto, ubi sub animali iacebat, noluimus ꝙ amplius ascẽderet animal. & quia propinqui eram̃ ciuitati, duximus eam peditem in medio duorꝫ ex nobis. Sed nec sic destitit hostis, quin eam trahere modo hinc, modo inde, ita quod nisi tenuissemus eam, cecidisset indubitanter in terram. Ipsa uero ridens & læta facie, hostem deridendo despiciebat & subsannabat. Verum hanc illusionem secutus est magnus animæ fructus, de quo in dicto capitulo septimo fit mentio, quem ꝑuidens serpens antiquus, dolorem quẽ inde habebat, ꝓdictas molestias exprimebat. Hæ igitur & aliæ dæmonum molestiæ, sicut patientem eã

teſtantur dum currebat in uia,uitæ præſentis,ſic martyrem ipſam,ſi non nimium fallor, reddiderunt & oſtenderunt, dum charitate operante, ipſam coegerunt eiuſdē uitæ curſum cum pœnis incredibilibus terminare, ſicut in ſecundo tertæ partis capitulo latius eſt & plenius enarratum. Et aduerte lector,quod beatiſſimus Antonius ſitiens martyrium & petens illud a domino,tali exauditus eſt modo,q̄ fuit duriſſime a dæmonibus uerberatus, ſed non fuit ex hoc corporea uita priuatus. Hęc autem ſacra uirgo,& uerberata frequenter,& flagellata, tandem in ultimis ex eorum flagellis fuit hac uita priuata: quod apud intelligentes demonſtrationem inſolubilem, de ſanctitate eius concludit uerum teſtimonium. Tamen tam ꝓpter fortitudinis eius oſtenſionem, quam ꝓpter linguarū detrahentium reprehenſionem,unum hic cogor apponere,quod eam demonſtrat ſimilem ſponſo ſuo, ſaltem quantum ad initium paſſionis. Et quia mihi notæ ſunt quædam illius paſſionis cauſæ,quæ alijs ſunt ignotæ, neceſſitatus ſum in fine huius ultimi capituli hanc narrationem annectere, ad incarnatæ ueritatis & Catherinæ uirginis ſponſæ eius gloriam & honorem: quidquid hi, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, detrahendo loquantur.

Sicut in decimo ſecundę partis capitulo, ubi de ſpiritu ꝓphetiæ huius uirginis agitur, eſt recitatum. Anno dñi M.ccc.lxxv. ciuitas Florentina, quæ ſolebat inter peculiares filias ſanctæ Romanæ eccleſiæ computari multiplici ratione, coopante ſatore Zizanię, humani generis inimico, ſiue ex culpa officialium eccleſię, ſiue forſitan ex ſuperbia ipſorū Florētinorum,aut ex utriuſq; partis defectu,ſe cum eiuſdem eccleſiæ hoſtibus colligauit, & ad deſtructionem totius temporalis potentiæ ipſius eccleſiæ, dedit cum dictis hoſtibus operam efficacem. Qua ex cauſa Romanus pontifex, qui dominabatur in Italia ſexaginta ciuitatibus epiſcopalibus, & decem millibus terris muratis, ut erat fama, quaſi totum perdidit, ita ut paucæ uel nullæ terrę remanerent ſub dominio eius. Dum aūt hęc fierēt, felicis memoriæ Gregorius papa huius nominis undecimus contra dictos Florētinos ſecit ꝓceſſus terribiles, ita ut per totum fere mundum caperentur,ac bonis omnibus ſpoliarentur p dominos & rectores terrarū, ubi ſuos exercebāt mercationes. Hac igitur pœna cogente, arctati ſunt ad ꝓcurandum habere cum ſummo pontifice pacem, per medias perſonas, quas nouerant ipſi ſummo pontifici gratas. Fuit autem eis notificatum, q̄ ſancta uirgo propter famam ſanctitatis ſuæ, in conſpectu ſummi pōtificis ad modū erat grata. Hac de cauſa prius ordinauerunt, q̄ ego ad dictum ſummū pontificem accederem ex parte ipſius uirginis Catherinæ, ut eius iracundiam declinarem, & deinde fecerunt eam uenire uſq; prope Florentiam. Et egreſſi priores ciuitatis ad eam, rogauerunt ab ipſa magnis præcibus poſtulantes, q̄ pſonaliter accederet Auinionem ſæpe dictū pōtificem, ut tractaret pacem inter ipſum & eos. Illa uero tota plena dilectione dei & ꝓximi, ac zelans pro bono eccleſię, iter aſſumpſit, & uenit Auinionem, ubi me repit. Fuiq; interpres inter ſummum pontificem & uirginem ipſam, illo latina uerba loquente, iſta uero in lingua Tuſciæ ſua uerba uulgariter depromente. Teſtisq; ſum coram deo & hominibus, quod benignus ille pontifex, me audiente & interpretante, poſuit pacem in manibus uirginis, dicens: Vt clare uideas q̄ ego uolo pacem, ego pono eam ſimpliciter in manibus tuis. tñ habeas tibi recōmiſſum honorem eccleſię. Verū quidam uiri qui regebant tunc ciuitatem p̄dictam, licet uerbo ſe dicerent petere pacem, intrinſecus tamen pleni omni dolo, non intendebant ad pacem, quouſq; tandem ad tantam paupertatem duxiſſent eccleſiam, q̄ nullam haberet temporalem potentiam, ne poſſet de ipſis uindictam ſumere quoquo modo, ſicut poſtmodum mihi cōſtitit ex ipſorū relatione uel aliquorū ex ipſis, q̄ poſt tēp⁹ ꝓpalauerūt ea q̄ tūc oīno celabāt. Agebāt em̄ ſicut ueri (ne dixerim, pfecti) hypocritę. Nā populo dicebant q̄ ipſi quærebant, quanūt poterāt, pacem habere cum ſummo pontifice ſeu eccleſia dei: ex alia aūt parte ſemper pacem impediebant, quod manifeſte patuit in deceptione, quam huic ſacræ uirgini tunc fecerunt. Nam q̄n ipſam uirginem rogauerunt, quod iter & laborem tantum aſſumeret, ꝓmiſerunt ei quod nuncios ſeu oratores ſuos poſt eam tranſmitterēt, quibus expreſſum darent mandatum, quod alte uel baſſe nihil agerēt, niſi ꝓut & q̄tum ipſa dictaret & diceret eis. Sed mētita eſt iniquitas eorū non uirgini ſacræ, ſed ſibi. Miſerunt etenim ualde tarde oratores poſt eam, ex quorū tarditate ſummus pontifex interim dicebat, quādo ſacram uirginem uidebat: Crede mihi Catherina, ipſi deceperunt & decipient te. Ipſi non mittent, & ſi mittant, talis erit miſſio, quod nihil ualebit. Quamobrem poſtquam

di-

dicti nuncij puenerunt Auinionem, uirgo sacra me presente ipsos accersiuit, dixitq; eis ea, q̃ sibi ꝓmiserant priores & rectores ciuitatis, quæ ipsos mittebat, ac narrauit qualiter summus pontifex posuerat pacem in manibus eius, & ꝙ ex eis concludebatur, ꝙ ipsi poterant habere bonam pacem, si uolebant. Illi uero tãquam aspis surda, obturantes aures suas a sono pacifico, responderunt ꝙ nullum mandatum habuerant de conferendo cum ipsa, nec de faciendo ea quæ ipsa diceret eis. Ex quo perpendens eorũ uersutias uenenosas, fassa est summum pontificem fuisse prophetam. Sed nec propter hoc destitit ipsum rogare iudicem, ut non crudeliter, sed misericorditer cum eis procederet, plus patrem quam iudicem se ostendendo. Demum quia uicarius Iesu Christi deliberauit tunc, ipsa eũ inducente, uenire ad ꝓpriam sedem Romanam, sicut & fecit, reuersi sumus omnes ad partes Italiæ: ac completis quibusdam negocijs in Tuscia quę concernebant animarũ salutem, uirgo post aliquod tempus me Romã ad sæpe dictum pontificem misit cum quibusdam bonis, si fuissent intellecti, tractatibus, ꝓ ecclesia sancta dei. Verũ dum essem ibidem, coactus sum ꝓ ordinem meum subire onus Prioratus conuentus Romani, quem alias gubernaueram tempore quo felicis memoriæ dominus Vrbanus quintus erat in urbe, propter quod ad uirginem redire non potui. Prius autẽ q̃ ad urbem uenirem, contuleram cum quodam ciue Florentino, fideli deo ac sanctæ ecclesiæ, qui uocabatur Nicolaus Sodermi, & erat sanctæ uirgini ualde deuotus, super negocijs ciuitatis Florentiæ, & potissime super malitia supra scripta, qua prætendebant se uelle pacem cũ sancta ecclesia, quam tantum offendebant, & nihilominus pacem fugiebant. De qua malitia cum ego conquererer, ille uir bonus, prudẽs & laudabilis famæ, respondit: Habeatis pro certo, ꝙ populus Florentinus uniuersaliter & omnes probi uiri ciuitatis eiusdem, uellent pacem: sed quidam maligni & pauci, qui peccatis nostris exigentibus hodie ciuitatem nostram gubernant, sunt qui pacem impediunt. Tunc ego: Huic malo non posset apponi remedium? At ille: Posset utiq;, si aliqui ex bonis ciuibus, feruenter appræhenderent negocium dei, & cum officialibus seu capitaneis partis Guelfę, facerẽt illos paucos priuari officijs, tanq̃ hostes boni cõmunis. Et non essent isti priuandi, ultra numerum quaternariũ uel senarium. Hoc ego cum audissem, tenui apud me sed eum ad uicarium Christi ueni, missus a uirgine, ei retuli quidquid a uiro illo audieram. Ipse autem qui mihi hęc dixerat, in ciuitate Senensi, reuersus est Florentiam: & ego, ut dixi, ueni ad urbem. Ibi cum pluribus mensibus laborassem in regimine Prioratus ac in uerbi dei ꝓdicatione, quadã dominica de mane nuncius quidam uenit ad me ex parte summi pontificis, mandans ꝙ essem cum sanctitate sua in prandio. Cui mandato cũ obedissem, facto prandio, summus pontifex accersito me, ait: Mihi scriptum est, ꝙ si Catharina de Senis ibit Florentiam, ego habebo pacem. Tunc ego nedum Catharina, sed omnes quotquot sumus, parati sumus pro obedientia sanctitatis uestræ, usq; ad martyrium ire. Ipse uero ait: Nolo quod tu uadas, quia ipsi male te tractarent: sed ei, tũ qa mulier est, tũ etiam quia reuerentiam habent ad eam, credo quod nihil mali facient. tu uero conspicias, quæ bullæ sint necessariæ ad hoc factum, & porta mihi cras de mane in scriptis in memoriali, ut cito expediatur negocium. Quod & feci, & tuli. Confectisq; literis, misi uirgini sanctæ, quæ sicut ueræ obedientiæ filia, absq; omni tarditate iter assumpsit, Florentiamq; perueniens, ibi a uiris deo & sanctæ ecclesiæ fidelibus, cum non parua ueneratione suscepta est. Et prædicto Nicolao Soderini operante, locuta est cum quibusdam probis ciuibus, persuadẽdo eis ꝙ nullo modo starẽt in dissensione seu guerra cum summo pastore animarum suarũ, sed quã citissime possent, reconciliarentur uicario Iesu Christi. Item eodem uiro faciente, locuta est cum officialibus partis Guelfę, qb⁹ dixit inter cætera, ꝙ si qui essent illi qui prestarent impedimentum paci & concordiæ inter patrem & filios, illi essent digni priuari omni officio: quia non uocandi erant rectores, sed boni communis & ciuitatis eiusdem destructores, nec debebant habere conscientiam liberandi ciuitatem suam a tanto malo ꝓ priuationem paucorũ ciuium: Addens, quod hæc pax non solum expediret corporibus & bonis temporalibus, sed quod plus erat & est, necessaria animarum saluti, quam habere nullatenus poterant absq; hac pace. Constabat nanq;, ꝙ ipsi operam dederant efficacem notorie ad spoliandam ecclesiam Romanam bonis suis, & ad eam pleno iure spectantibus. Vñ si etiam fuisse priuata ꝑsona, ipsi coram deo & quocunq; iusto iudice tenebantur ad restitutionem bonorũ, q̃ abstulerant, aut auferri ꝓ alios fecerant, ꝙ si ꝓ pacem poterant habere huius debiti remis-

sionem, sequebatur utilitas & ipsorum corporibus & animabus. His & alijs rationibus & psuasionibus tam dicti officiales, q̃ multi boni ciues, inducti sunt ad suadendum rectoribus siue prioribus, q̃ omnino facerent & peterent pacẽ, non uerbo tm̃, sed & facto. Quare uero quidam huic bono se manifeste opposuerunt, & potissime quidã qui hactenus deputati erant ad faciendum guerram contra ecclesiam, q̃ erant octo numero: dicti officiales Guelfæ partis, unũ & ex illis octo, & aliquos alios, paucos tm̃, sicut poterant officijs priuauerunt. Quo facto, mox accensus duplex ignis: unus ex parte illorũ q̃ sic erant priuati, & alius ex quorundam maleuolorũ parte, qui accensi sunt ad faciendum priuari quosdam sibi odiosos, ut uindictam facerent contra omne dei mandatũ de quibusdam proprijs iniurijs. Et iste secundus ignis plus nocuit quam primus, & multos contra sacram uirginem concitauit. Nam tantus factus est numerus prauorũ, quod tota ciuitas quasi de hoc clamabat. Sed sacra uirgo nec fecit hoc, nec uoluit facere: immo summe doluit q̃n̄ ꝓcepit, & statim dixit pluribus, & fecit dici alijs, quod pessime faciebant ad tot & tantos extendere manus: nec debebant illud quod fuerat factum, ad finem pacis habendæ, ad intrinsecam guerram per odia sua deducere tã iniq̃. Illis autem post malitiam suam euntibus & augmentantibus mala sua, hi qui p̃fecti fuerant guerrarũ directioni, gentes armorum congregantes, & pauperiorẽ populũ concitantes contra dictarum priuationum actores, ciuitatem in disturbio posuerunt. Sicq̃ per seditionem & incursum gentiũ inferiorum siue populi pauperioris & infirmi, illos qui dictarũ priuationũ fuerant autores, expulerunt de ciuitate, & spoliauerunt bonis, cõburentes domus ipsorũ, & quosdam (ut ꝓcepi) gladijs pemerunt. In hoc aũt turbine q̃ per homines irrationabiles excercebatur, plures innocentes sunt passi: & oñes quodammodo pacẽ optantes, coacti sunt exulare. Inter quos sacra uirgo, q̃ causa pacis tantũmodo uenerat, & consiliũ dederat in principio, ut dictũ est, q̃ qdem pauci pacis impeditores priuarentur, fuit principaliter per iniquos homines cõputata, taliterq̃ descripta, q̃ publice illi de inerudita plebe clamabant: Capiamus & cõburamus illam nequissimã mulierẽ, aut ipsam gladijs trucidemus. Hac fama percepta, hi quorũ domus inhabitabat cum suis, licentiauerunt eã & suos, dicentes quod nolebant quod ꝓpter eam domus illæ conburerentur. Ipsa uero conscia sibi de innocentia, pro ecclesiæ sanctę causa libenter patiens, in nullo mota est a consueta constantia: immo subridens, & suos confortans, imitãdo sponsum suũ, accessit ad locũ ubi erat hortus. Ibiq̃ post aliqualẽ suorũ exhortationem, orationi se dedit. Deniq̃ cũ sic oraret in horto cũ Christo, aduenerunt cum gladijs & fustibus tumultuantes satellites satanæ clamãtes & dicẽtes: Vbi est illa mala mulier? Vbi est? Quod illa percipiens, ac si ad delectabile conuiuiũ quęreretur, mox ad martyriũ q̃ diu desiderauerat, se parauit. Occurrensq̃ uni, q̃ cũ euaginato gladio fortius cæteris clamabat, Vbi est Catharina? læta facie genuflexit, & dixit: Ego sum Catharina, fac quodcũq̃ ꝓmiserit dñs super me, sed ex parte omnipotentis tibi præcipio, q̃ nullũ ex meis lædas. Quib⁹ uerbis ꝓlatis, ita consternatus est ille neq̃, & taliter ꝓdidit uires, q̃ nec ꝓcutere poterat, nec corã p̃sentia eius stare audebat. Et q̃ tã ferociter ac solicite eã q̃sierat, postq̃ inuenerat, expellebat eã a se dicẽs: Recede a me. Illa uero martyriũ sitiẽs, respõdebat: Ego bñ hic sto, q̃ debeo modo ire? Parata sum ꝓ Christo & ecclesia eius pati. Hoc est em̃ q̃ diu desideraui, & uotis oñibus exq̃siui. Nunqd modo fugere debeo, cũ repi q̃ optabã? Hostiam me uiuentem offero sponso meo ęterno. Si tu assignatus es, ut sis immolator, age securus, ego hinc nullatenus fugiam, tm̃ nullis ex meis inferas læsionẽ. Quid plura? non permisit illũ deus ultra seu amplius sæuire in uirginẽ, sed cũ omnibus sociis cõfusus abscessit. Quo facto, cũ spiritales filij & filiæ eam circundarent cũ aliquali congratulatione, qa euaserat manꝰ impiorũ, illa non paruam ostendit mœstitiã, dicens cũ fletu: O me miseram, putabam q̃ dñs oñipotens hodie cõpleret gloriã meam, ut sicut sua mĩ sericordia cõcedere dignatus est mihi rosam albã uirginitatis, sic rosam rubeã martyrij cõcedere dignaret: & ecce ꝓh dolor, inuenio me meo desiderio frustratã, q̃ totũ factũ est ꝓpter innumera pcta mea, q̃ iusto iudicio dei tãto priuauerũt me bono. O q̃ beata fuisset anima mea, si uidisset sanguinem meum effundi ꝓ illius amore, q̃ me sanguine suo redemit. Verũ licet furor ille protunc cessasset, non tm̃ remanserat uirgo sacra secura ex toto cum sua societate: immo tantus inerat tremor omnibus incolis ciuitatis illius, q̃ sicut fuit tempore martyrum, non fuit qui uellet eam in domo sua recipere. Propter quod dicebant ei filij & filiæ eius spiritales, quod rediret ad ciuitatem Senensem. Quibus illa

respon-

reſpondit, ſe non poſſe a territorio illo recedere, quouſq; pax eſſet p̃coniſata inter patrẽ & filios, ſicq; dixit ſe habere a domino in mandatis. Quod illi pcipientes, & ei contradicere non audentes, inuenerunt hominem bonum & timentem deũ, qui nihil metuẽs ſuſcepit eam in domo, occulte tamen propter furorem populi & hominum iniquorũ. Poſt dies aliquos cedentes furori, extra ciuitatem, ſed non extra territorium eius, ad quendam locum ſolitarium, ubi anachoretæ habitare ſolebant, mater uirgo & ſpirituales filij & filię acceſſerunt. Tandem diuina prouidentia terminato furore, omnibuſq; tumultuantibus illis per iuſtitiam punitis, ac hinc inde diſperſis, uirgo redijt Florentiam: ubi primo ſecrete, propter regnantes qui uidebantur eam habere exoſam, tandẽ publice habitauit, quouſq; Gregorio xi. defuncto, & domino Vrbano vi. electo, pax inter ipſum & dictos Florentinos fuit tractata, conſummata, & ex toto firmata, necnon & in ciuitate ſupra dicta p̃coniſata. Quo facto, uirgo dñi filijs & filiabus in Chriſto dixit: Amodo poſſumus de ciuitate iſta recedere, quia gratia Chriſti feci obedientiam eius ac uicarij ſui. Et quos inueni rebellantes eccleſiæ, dimitto pacificos, & reconciliatos matri tam pię. Redeamus ergo ad ciuitatem Senenſem, vñ huc uenimus, q̃ & factum eſt. Sicque euaſit manus hominum impiorũ in nomine domini, pacemq; obtinuit iuxta uotũ. Et hoc non ab homine, neq; p̃ homines, ſed Ieſu Chriſto tantummodo faciente inuiſibiliter p̃ angelos pacis illud, quod operantibus angelis ſatanæ, homines neq; impedire uolebant. In quo quilibet ratione utens, uidere poteſt apertius & pacientiam excellentem, quæ uſq; ad mortem quodammodo incluſiue ſe extendebat: & ſapientiam dirigentem, quæ ipſam docuit quid ageret in anfractibus & anguſtijs illis. Et ultra hac conſtantiam indeficientem, qua perſeuerauit ſemper ad oſtium pulſans regis pacifici, donec tam eccleſiæ quam illi ciuitati obtinuit pacem ad uotum. Vñ non modo patientię uirtus, ſed charitatis & perſeuerantis conſtantiæ ſplendores relucent in opere ſuperius recitato, ſi non fueris ſegnis lector bone. His autem uiſis, ad ultimam patientiam deſcẽdamus, quadiram & duram mortem ſuſtinens, inter Chriſtum & eccleſiam ſanctam ſuam, non ſolum merita martyrum adæquauit, ſed quoſdam ex ſanctis martyribus (ſi non fallor nimium) ſuperauit. Illi nãq; ſunt paſſi ab hominibus, qui q̃nq; temperantur, placantur, & fatigantur: iſta uero a dæmonibus, qui nũquam tepeſcunt aut remittuntur in ſua crudelitate, crudeliterq; agendo nunquam deficiunt. Illoꝝ aliqui, breui curſu & morte minus graui conſummauerunt martyrium: Hæcaũt tredecim ſeptimanis, a. dominica Septuageſimæ uſq; ad penultimã diẽ Aprilis, incredibiliter tormẽtata, per ſingulos dies augmentum capientibus pœnis eius, cum animi lætitia totum patientiſſime pertulit, ſemper gratias agens, uitamq; corpoream libens exhibuit, ut Chriſtum populo ſuo placaret, ac ſanctam eccleſiam præſeruaret a ſcandalo. Vñ nec cauſa nec pœna ei defuit perfecti martyrij, ſicut in ſecundo tertiæ partis capitulo latius eſt deſcriptum, ac in tertio ac quarto capitulis ſequentibus repetitum. Ex quo manifeſte concluditur, quod nõ modo auream per martyrij deſiderium, ſed etiã aureolam per actualem martyrij paſſionẽ eſt conſecuta in cœlis. Qua ex re deducitur ulterius apud intelligentem, quod in eius canoniſatione ſecurius & breuius eſt pcedendum, ſicut in canoniſatione martyrum fieri p̃ eccleſiam conſueuit. In talibus enim, in quibus martyrij fortitudo reperitur, de patientia non eſt dubitandum, immo nec etiam diſputandum. Teſtes autem qui in primo tertię partis capitulo ſunt deſcripti, teſtificantur aperte illa quę in ſecundo eiuſdem partis capitulo & in ſubſequentibus ſunt ſuperius recitata. Ex quibus ultimo colligitur, hanc ſacram uirginem & martyrem, eſſe ſanctorum catalogo annotandam per militantem eccleſiam.

Quod æterna bonitas mihi & cæteris filijs & filiabus ipſius dignetur concedere, quę una in trinitate, ac trina in unitate uiuit & regnat in ſecula ſeculorum

Amen.

INCIPIT LIBER DIVINAE DOCTRINAE, DATAE PER PERSONAM AETERNI PATRIS INTELLECTUI loquentis, admirabilis & almæ uirginis Chaterinæ de Senis, Iesu Christi sponsę fidelissimæ, sibi sub habitu beati Dñici famulantis cõscriptus, dictãte ipsa uulgari sermone dũ esset in extasi siue raptu, & actualiter audiẽte qd in ea loqueret ipse dñs, & corã pluribꝰ referente. Primũ ergo capitulũ in se cõtinet quomodo per orationẽ unio fit in deo, & qualiter hęc aĩa de qua loquit hic quatuor petitiones dño porrigat.

EXurgens anima quędam uersus honorem dei & animarum salutem anxia, desiderio maximo p alicuius temporis spacium in habituata uirtute semetipsam excercendo, sollicite in cella cognitionis propriæ fragilitatis, stetit ut bonitatem dei melius in se cognosceret, quia post huiusmodi cognitionem illico sequitur amor, atq; diligendo sequi conatur & se induere ueritatem. Sed nullo modo tantum gustat, nec est ab ipsa ueritate tantum illustrata, quantum oratione mediante, continua, deuota & humili in sui atq; dei cognitione fundata. Nam oratio talis unit animam cum deo sequendo Iesu Christi crucifixi uestigia. Et sic ex affectuoso desiderio & unione amoris efficit alium semetipsum. Hoc Iesum dixisse uidetur cum ait: Siquis diligit me, sermonẽ meum seruabit. Et iterum, Qui diligit me, diligetur a patrẽ meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum, & erit unũ mecum & ego cũ illo. Et in plerisq; scripturæ locis uerba similia reperimus, p q̃ cognoscere manifeste possumus q̃ anima p affectum amoris efficit alter ipse. Et ut hoc apertius uidere possimus, sciendum quod a quadam memini serua dei audisse qd dum orationi uacaret cum ingenti mentis eleuatione, pius deus immensam affectionem q̃ seruis suis habebat, oculo intellectus eius aptę patefaciebat, dicens: Aperi oculum intellectꝰ & aspice in me, & uidebis dignitatem atque pulchritudinem rationalis creaturę meę, & in pulchritudine quam animę tribui creando illam ad imaginem & similitudinem meã, istos aspice q̃ sunt indumẽto nuptiali uestiti, charitate uidelicet, multis & uarijs ornati uirtutibꝰ, & ex dilectiõe continua mihi sunt cõiuncti. Et ideo si peteres a me qui sunt isti? tibi respondere m asserebat amabilis & omnipotens deus: Ipsi sunt alter ego, quia sponte p̃diderunt & abnegauerunt eos, ꝓpriam uoluntatem, factis meę uoluntati conformes, & uniti sunt in omnibus eam induti. Ergo bene uerum est q̃d anima deo se unit ex dilectionis affectu. Itaque anima prędicta uolendo lucidius ueritatem agnoscere, ac agnoscẽdo sequi, magno desiderio q̃tuor humiliter ab ęternio patre postulabat. Primũ ꝓ se ipsa cõsiderans animã in ueritate nõ posse doctrię uel orationis & exẽpli ꝓximis utilitatẽ afferre, nisi primo sibi ꝓfectũ uirtuose fecerit, uidelicet acquirẽdo & in se possidẽdo culmina uirtutũ. Secunda petitio fuit pro reformatione sanctę matris ecclesię. Tertia generaliter ꝓ salutifera pace totius orbis, & p̃cipue Christianoꝝ, q̃ tã eleuata cerui ce cũ execrabili p̃secutiõe sunt ecclesię sanctę rebelles. Quarta uero petitio cõtinebat q̃ in cõmuni & i pticulari cuidã obscuro & inopinato casui diuina misericordia prouideret.

Quomodo huic animę desideriũ excreuit dum ei mũdi necessitas a dño demonstraret.

Caput .ij.

HOc uero desiderium erat ingẽs atq; continuũ, q̃ ampliꝰ & feruẽtius illi creuit & augmẽtatũ est, ex q̃ sibi demõstrata fuit ab uniuersi opifice necessitas maximaꝝ miserrimi mũdi, in q̃to periculoso turbine atq; dei offẽsa cõtinua mũdus ipse iacebat. Intellexerat etiã ex q̃dam tenore literaꝝ q̃s ab patre aię suę receperat, in q̃bus ipse demonstrabat habere pœnã immẽsam atq; doloris intolerabilis aculeũ offensaꝝ dei & aiarum p̃ditionis & p̃secutiõis ecclesię sancte dei. Hęc aũt oĩa ignis sancti desiderij succẽdebãt cũ offensaꝝ amaritudine. Et cũ sancto gaudio cuiusdã uiuę spei ꝓstolabat altissimi bonitatẽ & misericordiã, tãtis malis atq; ꝓiculis gratiose ꝓuideri. Et q̃niã in ꝓceptione sanctissimi sacramẽti aĩa deo dulci' inhęret, atq; ueritatẽ eius melius agnoscit, q̃a tũc aĩa ẽ in deo, & deꝰ in illa, q̃ẽadmodũ pisces in mari morant & mare in piscibꝰ. Ideo desiderium habuit ardẽs ad mane sequẽtis diei peruenire, ut missam audire ualeret, quę dies erat dulcissimę matris Iesu Christi.

Quo mane missam audiens hora congrua cum iugenti desiderio & agnitione suę fragilitatis ac imperfectionis, erubescendo multum quia sibi uidebatur esse causa principalis omnium malorum, quæ fiebant in mundo. unde concipiebat in se quoddam odium cum displicentia magna sui & quadam iusticia sancta, ex quibus purificabat omnes maculas quæ sibi uidebant & erant in anima sua. ait: Clementissime pater æterne coram te facio querimoniam de me, ut in isto finito tempore punias omnia peccata mea. Et quia pœnārum quas proximus meus tolerare debet, ego propter delicta mea sum causa potissima, ideo maiestatem tuam exoro supplicit ut super me infligas eas.

Qualiter opera finita non sufficiunt ad puniēdum uel ad remunerandum absque charitatis affectu.

Caput. iij.

TVnc ueritas æterna desiderium suum acceptando rapiens atque uehementius ad se trahens agebat ut in ueteri testamento. Quia dum accepta sacrificia deo fiebāt, ignis de cœlo descendens ad se tale sacrificium attrahebat. Sic illi animæ dulcissima ueritas faciebat, quia mittebat sancti spiritus ignem, & sacrificiū sui succensi desiderij rapiebat, quod ei de semetipsa faciebat. Et ait ei: An ignoras filia quod omnes pœnę quas anima sustinet uel sustinere potest in præsenti seculo, nullo modo condignę sunt ad culpam etiam minimam puniendam. Quoniam offensa quæ mihi fit, qui sum bonum infinitum, p̄ro culdubio satisfactionem exigit infinitam. Et ideo te nosce uolo quod non omnes pœnę quę dantur in isto seculo satisfactorię sunt: sed correctiuæ, & p̄ corrigēdo filio cū offendit. Sed est uerum quod ex animæ feruenti desiderio satisfit, uidelicet ex contritione uera & peccatorum displicentia. uera contritio, tam culpæ quam pœnę satisfacit, non quidem ex pœna finita qua puniatur, sed ex infinito desiderio. Quia de⁹ qui est infinitus, amorem pariter & dolorē expetit infinitū. Duobus quippe modis infinitum dolorem exigit, unum quidem ex offensa propria quam commisit contra creatorem suum. & alium ex offensa quam uide a suo proximo perpetrari. Talium habentium infinitum desiderium, quoniam ex dilectionis affectu mihi copulantur & ualde dolent cum offendunt, uel offendere quenquam uident, omnis pœna quam sustinent spiritualem uel corporalem ex quacunque parte processerit, habet infinita merita, unde culpæ satisfacit, quæ pœnam infinitam habere merebatur, quamuis opera fuerit in se finita & finito tempore perpetrata. Sed quia uirt⁹ perpetrata fuit cum infinito desiderio, & p̄ pœna simili modo tolerata fuit cum cōtritione atque displicentia defectuum commissorum infinita, ideo plenarię satisfecit. Ita beatus apostolus Paulus ostendit esse dum ait: Si linguis hominum loquar & angelorum, & si habuero prophetiam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ostendit itaq; beatus apostolus opera finita non habere sufficientiam ad puniendum siue præmia tribuendum absque condimento & pinguedine charitatis affectuosę.

Quomodo sanctum desiderium & contritio cordis culpæ satisfacit atque pœnę in se & in alio, & quomodo culpæ satisfacit aliquando, sed non pœnæ.

Caput. iiij.

OStendi tibi filia charissima q̄modo culpa in isto tempore finito non punitur ex aliqua simplici & mera pœna q̄ tolerętur, sed punitur ex pœna quę cum ingenti dilectione, & contritione cordis ab aliquo sustinet & non uirtute siue merito pœnę. immo uirtute desiderij feruentis animę, sicuti desiderium & alię uirtutes habent in se uitam propter Iesum unigenitū meum crucifixū inquantū anima delectionē extraxit ab illo, & uirtutibus uestigia eius sequitur, & per hunc & nō per modū alium ualēt. Et ita plenę satisfaciunt culpę cū intima dilectione acquisita in agnitiōe mæ dulcissimę bonitatis, & in dolore cordis & amaritudine semetipsum atq; defect⁹ ꝓprios agnoscēdo. Quę cognitio parit odiū & displicentiā peccatorū, & ꝓprię sensualitatis, q̄re sefructu iudicāt indignū, & pœnarū ualde dignū. Itaq; dicebat illa dulcissima ueritas, uides q̄ ex contritione cordis cū amore uerę humilitatis atq; pacientię se reputant hoies pœnarū dignos & indignos fructu. Et ideo p̄ humilitate oia pacientissime tolerant, & isto modo satisfit ut iā dictū est. Tu postulasa me pœnas ut satisfiat offensionib⁹ mihi factis a creaturis meis, & q̄ris me q̄ sum summa ueritas & oium uita cognoscere parit & amare: Si uis ergo ad p̄fectā de me cognitionē uenire & me degustare ueritatē ęternā, hęc ē uia saluberrima, uidelicet ut nūq̄ a tui cognitiōe deuies ul̄ discedas. Et ex q̄ ꝓfundata fueris i ualle humilitatis i te bonitatē meā agnoscere studeas, ex q̄ notitia poteris agili haurire cūcta tibi necessaria. Nulla nāq; uirt⁹ in se p̄ potest hīe uitā nisi charitate ministrāte, hūilitas aūt ē p̄cipua nutrix & baiula charitatis.

In

In agnitione uero tui humiliaberis te considerando, per te nõ esse, sed a mea gratiosa bonitate tuum esse recognosces. Nam antequam ipsi nasceremini uos dilexi. Et ex ineffabili charitate q̃ ad uos habui, uolendo uos ad gratiam recreare, laui uos in pręcioso sanguine Iesu Christi filij mei, qui fuit habundanter effusus cum inextimabili dilectionis ardore. Quę sanguinis effusio facit illum agnoscere ueritatem, qui remouit a se nubem amoris proprij, nam aliter agnoscere non ualeret. Tunc in cognitione meę bonitatis in se succenditur anima cum ingẽti dilectiõe ,ppter q̃ in iugi pœna commoratur, non quidem in iugi pœna quę cruciet animam uel exiccet, immo pingue facit ipsam. Sed quia ueritatem meam agnouit, & culpam suam atq; cęcitatem, & ingratitudinem proximi sui, pœnam intolerabilem habet. Et ideo quia me diligit conturbatur, & dolet, nam si me non diligeret non doleret. Statim ergo quod tu & alij serui mei nouerit is modo prędicto meam ueritatẽ, oportebit uos iniurias quamplurimas, tribulationes & ipropęria uerbis & operibus usque ad mortem propter gloriam & laudem nominis mei multipharie sustinere. Tu ergo & alij serui meo tolerate cum patientia & doloribus offensarum ac amore uirtutum propter meam gloriam & honorem. Sic. n. agendo, satisfiet culpis uestris, in tantum quod pœnę quas tolerabatis uerę charitatis uirtute, sufficient in uobis & in alijs ad satisfaciendum atque præmiandum. In uobis quippe fructum habebitis uitalem, extinctis uestrarum ignorantijs macularum, & ego tradam obliuioni cuncta delicta uestra. In alijs uero satisfaciam propter uestrę charitatis affectũ, & illis donabo libere secundum dispositionem quam in se recipient & acceptabunt. Specialiter illis culpam pariter & pœnam gratiose relaxabo, q seruorum meorum doctrinam recipere cum reuerentia & humilitate se disponunt. Quomodo? Quoniam ex hoc uenient ad ueram huiusmodi noticiam, displicentiam atque contritionem suorum omnium peccatorum. Itaque mediantibus orationibus atque feruenti desiderio seruorum meorum humiliter acceptantes & benigne recipientes in se, gratię singularis fructum habebunt, in maiori seu minori gradu, prout uoluerint gratiam cum uirtutibus exercere. In generali uero dico quod propter uestra desideria sancta, remissionem & donationem solummodo recipient commissorum, nisi iam ipsorum tanta foret obstinatio, quod a me uoluerint ex desperatione reprobari, sanguinem filij mei contemnendo, q eos cum summa dulcedine redemit. Quem ergo fructum habebunt? hic est ille fructus quẽ accipient, quod a seruorum meorum inductus & artatus orationibus eos expecto, lumen ipsis exhibens, conscientię canem excitando, eos degustare faciens uirtutis odorem, & delectari salubri conuersatione seruorum meorum. Aliquando permitto quod iste mũdus ostendat eis miseriam suam, in quo sentiunt & uident uarias passiones, atque suam instabilitatem, ut eor & sua desideria sursum cleuent, & supernam patriam æternæ uitæ perquirant. Et ita prędictis & alijs quamplurib⁹ modis & uijs quarum uarietatem oculus uidere non sufficit, neque cor cogitare, neque lingua loqui pręualet, ex sola dilectione perambulo, ut ad statum gratiæ reducantur, & in eis mea ueritas impleatur. Ad ista compellor ab ineftimabili charitate mea quæ me coegit ad creãdum eos, & etiã seruoꝝ meoꝝ orationibus & anxijs desiderijs & offensarum ingenti dolore, quia lachrimas atque sudores & ipsorum orationes humiles ualde gratanter accepto. Nam ego sum ille qui suos proximos amare facio, ac etiam de animarum detrimẽto uiscerose dolere. Sed huiusmodi generalibus non exhibetur pœnę satisfactio, sed solummodo culpæ, quoniam ex ipsorum parte cum amore perfecto dilectionem meam atque seruorum meorum appręhendere minime se disponunt, nec etiam dolorem ipsorum cum amara contritione & perfecta peccatorum suorum, sed cum imperfectione contritionis & amoris. Et ideo non habent neque recipiunt ut alij pœnæ satisfactionem, sed culpæ. Nam ex utraque parte, dantis uidelicet atque recipientis, dispositio congrua requiritur. Et quoniam ambulant imperfecto modo, imperfecte recipiunt perfectionem desideriorum illorum, qui cum pœnis offerunt pro eis illa coram me. Et quia tibi dixi quod satisfactionem recipiebant, & etiam eis donabatur? Itarecte ueritas est eo modo quo superius dictum est. Nam ex lumine conscientie ac alijs supradictis eis remittitur culpa, quia dum de se cognitionem incipiunt habere, fęcem putridam peccatorum suorum uomunt & a se reijciunt, unde recipiunt a me donum gratię singularis.

Hij sunt in communi charitate commorãtes, q si loco correctionis humiliter acceptant ea quę tolerant, & si sancti spiritus clementię minime resistunt, exeuntes a mortali culpa, ui tam proculdubio gratię recipiunt. Si uero tãquam ignorantes & ingrati circa me ac inde fessos seruorum meorum labores in sua miseria perseuerant, illico quod eis a mea misericordia donabatur, accedit eis in præiuditium & in ruinam. Non utiq; misericordię defectu, nec illius qui pro ingrato misericordiam impetrabant, sed solum ex duricia cordis eius, q liberi arbitrij manu lapidem adamantinum cordi suo super imposuit, qui nisi sanguine frãgatur, alio modo frangi non ualet. Verumtamen etiam dico tibi, quod eius non obstante duricia, donec est in tempore quo potest uti libero arbitrio, sanguinem postulando dilectissimi filij mei, & illum imponens eadem manu super duritia cordis ei⁹, indubitanter illud infringet, atq; sanguinis dulcem fructum inde recipiet, qui pro ipso tam abundanter effusus est. Nullum uero de cætero remedium ei restat ultra tempus differendo, quia non retulit mihi dotem quam ei tribui. Nam ut beneficiorum meorum quotidie recordaretur, ei tribui memoriam & intellectum, ut agnosceret ueritatem ac etiam affectum, ut me ueritatem ęternam amaret, quam intellectus agnouit. Ista dos est illa quam ex gratia sola uobis exhibui, quæ debet ad me patrem redeundo præsentari; sed ille uendens illam dęmonio tradidit, & cum ipso recedens uadit portãdo illa secũ quę lucratus est in uita pręsenti, memoriam uidelicet implendo delitijs, atque reminiscentia peccatorum, superbia. ſ. auaritia, amore proprio sui, odio pariter & displicẽtia proximorum, existens cum perfidia persecutor seruorum meorum. In huiusmodi miserijs obfuscatur intellectus, & ita cum sordibus eorum incidunt in baratrum ętern ę damnationis absq; fine, quia neglexerunt culpę satisfactionem cum contritione cordis atq; displicẽtia peccatorum. Habes ergo quomodo non ex pęnis finitis tantummodo, sed ex contritione cordis perfecta pęna satisfacere culpę potest. & non solummodo culpę, sed etiam pęnę quæ sequitur post culpam, his qui habent huiusmodi perfectionem. Generalibus uero satisfit culpę solummodo ut iam dictum est, quia donum gratię recipiunt priuati fęcibus mortalium peccatorum, qui contritionem atque dilectionem non habendo condignas ad satisfaciendum ad purgatorij pœnas adducũtur. Itaq; conspice quod ex animę desiderio copulato & unito in me, qui sum bonum excessiue summum, huiusmodi pęnę satisfit modicum, atq; satis iuxta metam perfectę dilectionis, orationes & desideria sancta largientis atque percipientis. Eãdemq; ipsa mensura quæ mihi prębetur, & in se ab illo recipitur, a mea clemẽtia remetitur. Igitur ignem affectuosi desiderij tui iugiter augumentare stude, neque permittas attomum huius tibi concessi tẽporis inaniter pertransire, quin humili uoce coram me pro eisdem & oratione cõtinua clames. Ita tibi & animę tuę patri dico, quem de di tibi super terram, ut uiriliter toleretis ea q̃ conceduntur uobis, omni uoluntate propria sensitiua perempta.

Quomodo ualde placet altissimo desiderium uelle pro ipso pati.

Caput .v.

VAlde mihi gratum est pro animarum salute iugiter usque ad mortis horam labores & pęnas, undecunque proueniant. uehemens desiderium tollerãdi, quia quanto sustinetur amplius, tãto magis dilectionis meæ signum ostenditur. Et ita diligendo plus de mea ueritate cõprehenditur, & quanto plus agnoscit, plus de meis offensionibus dolet atque pęnam intolerabilem sentit. Tu quippe super te puniendos alienos defectus humiliter a me postulabas, & tu nõ aduertebas quia dilectionem & lumen & notitiam ueritatis habere desiderabas, quia tibi iam dixi quod quãto maior erat amor, tanto magis augetur amaritudo simul & dolor. Ergo dico uobis, petite & accipietis, quia nunquam denegabo ueritate petenti. Cogita filia quod amor diuinę charitatis q uiget in anima, copulatur & unitur adeo cum perfecta patientia, quod unum non ualet ab alio segregari. Quare debet anima cum diligit atque disponit amare me, similiter eligere statim amore mei tolerare pœnas undecunque proueniant, uel qualiter cunque sibi concessero, quia patientia solummodo probatur in pœnis. Et ut ex præmissis aperte compræhenditur, indiuisibiliter est unita patientia charitati. Ergo uiriliter corde portate, nam aliter filij fideles atque sponsi meę ueritãtis non essetis, nec honoris mei & animarum salutis in ueritate uideremini guſtatores.

Qualiter

Qualiter omnis uirtus & omnis defectus fit proximo mediante.

Caput. vi.

VNum te uolo nõ ignorare, ſ. quod omnis uirtus & omnis defectus mediante proximo perpetratur. Ille qui commoratur in odio mei, damnificat proximum atq; ſemetipſum, qui eſt proximus principalis. In genere illi atq; particulariter detrimẽtum infert. In genere quia tenemini diligere proximum ueſtrum, uelut uos metipſos. Illum diligendo ſpiritualiter, orationibus & uerbis ei cõſulendo, & eum ſpiritualiter adiuuando atq; temporaliter ei debetis in ſuis neceſſitatibus ſubuenire, ſaltem bona uoluntate, ſi nequaquam haberetis aliud, quia qui me non diligit, etiam proculdubio proximum non diligit. & qui non diligit eum, ipſi non ſubuenit. Primitus ergo ſemetipſum offendit, quia ſibi gratiam abſtulit: deinde proximum ſuum, ei ſubſidium ſuffferendo, quoniam orationes eius minime largitur atq; ſancta deſideria, quę corã me pro illo tenetur effundere. Quęlibet. n. ſubuentio debet oriri ex dilectione quam ei gerit intuitu mei ſancti nominis Et econuerſo, quicunq; defectus proximo mediante perpetratur, quia uidelicet me non diligens etiam proximi charitate priuat, unde cuncta mala procedunt, cum anima nõ eſt in charitate mei atq; proximi. Qui namq; bonum non operatur, ex conſequenti malum agit. qui uero malum agit, contra quem agit atque demonſtratur, prius contra ſeipſum, deinde cõtra proximum ſuum. Non contra me, quoniam in nullo me damnificare poteſt, niſi pro quanto quod illi fit ego reputo mihi factum. Semetipſum ergo culpę detrimento damnificat, quę priuat eum gratia mea, & ita nihil ei deterius accidere poteſt: proximum quoque damnificat & offendit, ei non exhibendo debitum amoris atq; fraternę dilectionis, ex quib⁹ ei ſubuenire teneꝫ, uidelicet oratiõe ſanctis q; deſideriis oblatis ante me pro illo. Iſta ſubuentio generalis eſt, quæ debet omnibus impendi. Particularis autem eſt utilitas illa quæ fit his q magis ueſtris oculis appropinquant, quoniam adinuicem ſubuenire tenemini uerbo & exemplo bonorum operum, & in omnib⁹ alijs opportunis fideliter ei conſulendo, tanquam animę ſuę ſine reſpectu proprię paſſionis uel utilitatis. Hęc uero non agit ille qui iam priuat⁹ eſt charitate fraterna. Itaq; uides quod ita non agens intulit illi particulare dãnum. Et non ſolum damnificat illum bonum quod poterat non impendendo, uerum etiam iugi detrumento, uidelicet iſto modo. Peccatũ actualiter atq; mentaliter ab homine ꝑpetratur. Mentaliter. n. iam conſtat eſſe cõmiſſum quando concipit ex peccato complacentiã, & odium uirtutis ex amore proprio ſenſitiuo, q priuauit eũ affectu charitatis, quẽ habere debet ad me pariter & ad proximum ſuum. Et ex quo concepit, parit unum poſt aliud ſuper uerticem proximi, modis uarijs, ut eius uoluntati peruerſe placet: Nam aliquando cõcernimus ſpiritualem atq; corporalem quandã crudelitatẽ parere: Spiritualis eſt in mortis atq; damnationis periculo uidere, ſe cęteraſq; creaturas ex priuatione gratię, & eſt adeo crudelis quod amore uirtutum & odio uitiorũ ſibi & alijs ſubuenire non curat: immo ueluti crudelitatis amator ſuam crudelitatem ulterius extendere ſtudet, uidelicet quia non ſolũ uirtutum exẽplo minime refulget, ſed ueluti nequam homo dęmoniorum aſſumens officiũ ſubtrahit a uirtutibus & ad uitia iuxta poſſe creaturas adducit: Iſta crudelitas eſt aduerſus animam, quoniam deteſtabile ſe fecit inſtrumentum ad auferendum ei uitã gratię, ſibi procuran domortem ęternã. Crudelitate uero corporali fruit ex iniqua cupiditate, quia nõ ſolummodo de ſubſtantia ſua ꝓximo ſubuenire negligit, uerꝫ etiã aliena rapere iuxta poſſe conat, ꝑſonas paupculas expoliando. Aliquãdo prętextu dominationis, & aliquando ſtudio doloſę fraudis redimi faciẽdo bona ꝓximorum, & ꝙ etiam eſt ualde crudelius, etiam proximorꝫ ꝑſonas proprias. O miſerãda crudelitas q̃ mea miſeratione priuaberis, niſi cũ illo redeas ad beneuolẽtiam atq; pietatem. Et aliquando parit iniurioſa uerba, poſt quę quãdoq; ſequit̃ homicidiũ. Quandoq; parit inhoneſtatẽ in ꝑſona ꝓximi, propter q̃ efficit̃ animal oino brutũ oĩ putredine plenũ. Nec unũ uel duos tãtũmodo uenenat, ſed uniuerſi q ſibi dilectione ſiue cõuerſatiõe cohęrent ab ipſo ꝓculdubio toxicant̃. In quẽ parit & exercet elationẽ atq; ſuꝑbiã, ſolũmodo in ꝓximũ ex ꝓpria reputatiõe ſui & inani iactãtia, unde cũ diſplicẽtia cõtẽnit alios, exiſtimãdo ſe maiorẽ, & iniuriã infert illis. Si dñꝫ ſtatũ habet, iniuſtitiã atq; crudelitatẽ exercẽdo fraudator & uorator hominũ eſt effect⁹. O chariſſima filia, ſup offenſione mea cõdoleas, & ſuper hos mortuos amariſſime plora, ut orõne pia reſurgãt ab huiuſmodi morte peſtifera, uides enim ubiq; ab oĩbus cõtra ꝓximũ & illo mediante. pcta q̃plurima ꝑpetrari: Alias pctm occultũ ſiue manifeſtũ oino abeſſet. Occultũ em ẽ dũ illud in q̃ tenet̃ illi nõ impẽdit, manifeſtũ uero q̃do uitia parit ut iã dixi, uerꝫ ẽ ergo ꝙ oĩs offenſio mihi facta mediãte ꝓximo ꝑpetratur.

Quomodo

Quomodo uirtutes mediante proximo perpetrantur, & quare uirtutes ipſæ tantũ in creaturis poſitæ ſunt differentes.

Caput. vij.

NArraui tibi quomodo cuncti defectꝰ mediante proximo peragunt, quantũ ad illos q priuati ſunt charitatis affectu, quæ uirtutes oẽs uiuificat, roborat & confirmat. Et ſic amor proprius, qui charitatẽ aufert ꝓximorũ, eſt proculdubio malorum omnium execrabile fundamentũ. Omnia ſcãdala, crudelitates & odia & inconuenientia multa, ꝓcedunt ab iſta uenenoſa radice, hic execrabilis atq; deteſtabilis amor uniuerſum orbem lęta liter uulnerauit & infecit, egritudinẽ inferendo corpori myſtico ſãctæ matris eccleſię, necnõ & uniuerſali corpori Chriſtianæ religionis, quia iam tibi dixi ꝙd uniuerſæ uirtutes in proximi charitate fundant, ac etiã quod omnibꝰ uirtutibꝰ ipſa charitas uitã adminiſtrat. Et uere ſic eſt quod nulla uirtꝰ acquiri poteſt abſq; charitate, i. ꝙd ex pura mei dilectione uirtutis meritum acquirat. Poſtquã enim aia ſemetipſam agnouit ut iã dixi, repperit humilitatẽ & odium proprię paſſionis atq; ſenſualitatis, peruerſam legẽ agnoſcens in mẽbris ſuis annexam, quæ cõtra ſpiritũ iugiter pugnat. Et ideo cum ſancto zelo ſurrexit cũ odio atq; diſplicẽtia ꝓfatę ſenſualitatis, illam conculcãdo ſolicitudine maxima ſub iugo rationis. In ſe uero reperit ex perceptione multorũ beneficiorũ affluentiam bonitatis atq; charitatis mei, quę cuncta ruminat in ſemetipſa & particulariter ea recõpenſat. Notitia uero de ſemetipſa reperta, ex humilitate mihi totum attribuit, cognoſcẽdo manifeſte quod ex gratia ſingulari de tenebris eã abſtraxi, & ad lumẽ ueręcognitionis eam adduxi. Mea deniq; cognita bonitate, feruenter amat illã abſq; medio pariter & cũ medio abſq; medio, ſ. ſui, uel utilitatis ꝓprię, ipſã uirtute mediante: diligẽdo, q̃ ex mea dilectione cõcepit, qa cernit aperte ꝙ niſi cõciperet odiũ ex peccato, & ex uirtute dilectionẽ, mihi non eſſet accepta ſiue grata. Poſtq̃ autẽ ita cõcepit ex affectu ſyncere dilectionis, ilico parit illã in ꝓximo ſiue ſuper proximũ, qa nõ eſſet aliter uera uirtus illa q̃ in ſe cõcepiſſet. Nã, ꝓut in ueritate me diligit ſic utilitatẽ ꝓximo ſuo facit. Aliter enim eſſe nõ poteſt, quia meꝰ amor atq; proximi unũ ſunt. Et q̃nto plus me diligit anima, tãto magis proximum eius amat: nã amor proximi ab amore meo procedit & oritur. Hoc eſt utiq; medium illud uobis a mea bonitate poſitũ, ut in uobis uirtutes experiamini, & utilitatẽ quam mihi facere non ualetis, exercentis eam in proximo ueſtro. Et hoc aperte manifeſtat quod me per gratiam habeatis in animabꝰ ueſtris, fructum in illum exercentes cũ oratoni bꝰ deuotis, & affectuoſa charitate meũ honorem erquirendo atq; ſalutẽ animarum. Nunquam ãnima philocapta & inflãmata de ueritate mea, uniuerſo mundo iuxta poſſe proficere negligit, generaliter atq; particulariter, modicum uel ſatis, iuxta diſpoſitionem recipientis, & prout ingens deſiderium interceden tis a me poſtulat & exigit, ut ſuperius eſt expreſſum, ubi declaraui quod ad culpã deterꝙ gendam abſq; deſiderio uehementi, ſolummodo pęna minime ſufficiebat. Poſtquam autẽ utilitatem attulerit, propter unionem amoris quam fecit in me, unde procedit amor proximi, eius affectu dilatato circa ſalutem orbis uniuerſi, ſubueniendo iuxta poſſe neceſſitatibus omnium, ex quo primitꝰ ſibiipſi profecit ex habituali conceptu uirtutum, a quibus gratię uitam extraxit, illico ponere conatur oculum in particulari circa neceſſitates proximorum. Cum igitur primũ in genere fecerit oñi creaturę rationali ex charitatis affectu ſicut iã dixi, deniq; propinquis affectuoſe ſubuenire conatur, iuxta numerum & qualitatẽ diuerſarum gratiarum, quas ei conceſſi miniſtrandas, & cũ proximo participãdas. Nã alicui concedo uirtutem doctrinę, uerbo conſulendo recte, ſine reſpectu ſuę cõmoditatis. Alicui uero exemplũ uirtuoſę uitę, ad quod oẽs obligamini, uidelicet ædificationẽ exhibere ꝓximo ſuo ſanctę & honeſtę uitę. Iſtę ſunt uirtutes & alię plurimę, quas enumerare longũ eſſet, quas operatur & parit amor atq; ſyncera dilectio proximorum. Et eas diſtribui ualde differenter, quomodo omnes uni ſoli concedere nolui, preſertim ut quaſi compellamini uiolenter uirtutem & actum charitatis in alterutrum exercere. Nam uni conceſſi uirtutem iſtam, alteri uero q̃dam aliam, q̃uis una perfecte ſine ceteris haberi nõ ualeat, quoniam omnes uirtutes adinuicem ligatę ſunt & annexę. Sed aliquas dono ſingulares ueluti principales & pro capite cęterarum. Alicui nanq; cõcedo principaliter charitatẽ affabilem. Alicui iuſticiam, alteri humilitatem: Alicui fidem uiuã. Alteri prudẽtiã, tẽperantiam, patiẽtiã. Alteri fortitudinem indefeſſam & imperterritam. Iſtas & alias q̃plurimas concedo differẽter, non uni ſolummodo, ſed multis. Quanuis anima poſſideat unam pro principali obiecto, cum qua magis auide conuerſatur & exercetur quam cum aliis, tamen ex illius affectu cęteras uirtutes ad ſe trahit. Nam ut iam dixi uirtutes omnes inuicem annexę ſunt ita

affectu

affectu. Et sic quamplurima dona & uirtutum gratię, ac etiam aliorum spiritualiter & corporaliter distributa sunt differenter. Corporaliter dico pro rebus in uita hominis necessarijs, cunctaq; in tanta differentia sum largitus, qa nequaquam omnia uni dedi, ut ex ui causam habeat charitatem in alterutrū exercere. Nam bene dotare poteram homines secundum corpus & animā omnibus opportunis, sed ego uolui ut unus alterius indigeret, & ut mei essent dispensatores ad contribuendū dona, & gratias, quę a bonitate mea ipsi receperunt. Quia uelit nolit uitare non potest homo per uim, quin utatur cum proximo charitatis actu. Verum est tamen quod si talis actus mei contemplatione non fit, nihil quantum ad gratiam sibi prodest. Itaq; uide ut uirtute mutuę charitatis uterētur, ipsos meos ministros constitui, eosque in diuersis statibus & uarijs gradibus collocaui. Hoc certe uobis demonstrat qđ in domo mea mansiones multę sunt. quia ego nil aliud pręter amorem uolo, quoniam in mei dilectione amor proximi cōsummatur, expleto amore proximi, lex extitit consummata. Vnde quicquid potest utilitatis afferre secundum statum suum ille operatur, qui est in hac dilectione connexus.

Quomodo probantur & fortificantur uirtutes ex contrarijs ipsarum.

Caput. viij.

HVcusq; tibi dixi qualiter in charitate cōstitutus utilitatem proximo suo agit, in qua mihi quā gerit dilectionem demonstrat. Nunc autem tibi dico, quod in proximo experitur uirtutem patientię in seipso iniuriarum tempore, quas ab illo recipit, experitur humilitatem in superbo & fidem experiens in infideli, ueram spem in eo qui se diffidit in sperando, & iustitiam in iniusto, pietatem in crudeli, mansuetudinem & benignitatem in homine iracundo. Omnes enim uirtutes pariuntur in proximo, & experientiam in illo recipiunt, put impij omne pariunt uiciū in pximo suo. Si bene autem tu concernis, licet humilitas in superbia cōprobatur, uidelicet, qa humilis extinguit superbiam, ideo superbus humili potest minime damnum ferre, nec iniquorum infidelitas, qui non me diligunt, nec sperant, fidem potest minuere mihi fideli: similiter, nec spes illi, qui eā ex dilectione mei in seipso concepisset. Imo illam fortificat & cōprobat in dilectiōe ac pximi charitate. Quia cū hoc sit quod ipsum uideat infidelē, & sine aliqua spe, & in illo etiam in me, quia ille qui me non diligit non potest & in me fidē, uel aliquam spem habere, imo illam quam diligit in propria sensualitate locauit. Fidelis autem seruus meus non cessat ꝓpterea, quin fideliter illum amet, & quod semp spe uiua in me ipsius salutem proximi non inquirat. Itaq; uide quod in infidelitate ipsorum & in spei defectu uirtus fidei experitur. In his & in alijs in q bus necesse fuerit cōprobare in seac in proximo illam probat. Et similiter ex suis iniustitiis iustitia non decrescit, imo uirtute patientię ostenditur ipsum esse iustum. Sic benignitas & mansuetudo tempore iracundię dulci patientia comprobātur. Inuidia quoq;, displicentia, & odium, charitatis, dilectione, fame ac salutis desiderio animarum similiter comprobā tur. Prętera dico tibi quod non solum quod uirtus experientiam recipiat in his qui bonū pro malo reddere satagunt, uerum etiā sę pius eructabit carbones igne charitatis succensos, qui adnihilat cordis & mentis huius iracundi odium & rancorem, & ex odio ad bene uolentiam sępe redit. Et hoc ex charitatis uirtute procedit, & patientia perfecta quę uiget in illo qui iram sustinet, iniquorum portans ac supportans defectus in omnibus eorundē. Si enim concernis fortitudinis & perseuerantię uirtutem, in pati quamplurima comprobātur, in iniurijs & detractionibus hominum, qui sępe sępius, aliquando contumelijs, aliquā do blanditijs ipsum uolunt retrahere ne uiā doctrinę ac ueritatis aliqualiter consequatur. In totum est fortis ac perseuerans, si uirtus intra se fortitudinis est concepta, tunc eam ut dictum est circa proximum experitur. Et si tūc quo tempore multis contrarijs cōprobatur, experientiam bonam non faceret, nequaquā esset uirtus in ueritate fundata.

Incipit discretiōis tractatus. Et primo quo modo affectus non debet principaliter poni in pœnitentia, sed in uirtutibns. Et quomodo discretio uitam ab humilitate recipit. Et quomodo unicuiq; debitum suum reddit.

Caput. IX.

HAe sunt enim dulces operationes & sāctę, quas a meis creaturis exposco, uidelicet has uirtutes intrinsecas, animę expertas, ut superius dictum est, id est non solum uirtutes quę peraguntur corporis instrumento, uidelicet actu exteriori cū diuersis & uarijs pœnitentijs, quę sunt instrumētum uirtutum, sed minime sunt uirtutes. Quia si solū hoc esset sine uirtutibus superius repetitis modicum placibilis essent mihi. Imo sępe, si anima suam pœnitentiā discrete non ageret, uidelicet quia eius affectus principaliter esset in inchoata pœnitentia, penitus sua impediretur perfectio. Sed ipsum debet in

amoris collocare affectu, cũ odio sancto sui, uera humilitate & pacientia perfecta. & alijs uirtutibus intrinsecis animæ, cum mei amoris desiderio, ac famæ & salutis etiam animarũ, quæ uirtutes ostendunt esse mortuam uoluntatem, necnon continue occiditur sensualiter, ex affectu dilectionis uirtutum, cũ hac debet pœnitentiam suam discretione peragere, uidelicet, ponere principalẽ eius affectum in uirtutibus potius quam in pœnitẽtia. Pœnitentia nanq; debet ut instrumentum operari ꝓ incremento uirtutũ, prout uiderit opus esse, & prout operari potest, secũdum suę potentię iustam metam. In alio nanq; modo uidelicet faciendo super pœnitentia fundamentum, sua impediretur perfectio, quia cum lumine cognitionis ipsius & meę bonitatis discrete minime facta esset, & meam ueritatẽ nõ caperet, sed indiscrete, non diligens id quod plus diligo, & non habens odio q̃d plus odio habeo. Quoniã discretio nil est aliud quam uera cognitio, quam de se & me habere anima quęq; debet. In hac tenet suas cognitione radices. Ipsa quidẽ est filius, qui est insitus ac unitus cũ ipsa charitate: uerum est tamen q̃ multos filios ipsa habet, prout arbor quæ habet multos ramos. sed id q̃d uitam infert arbori ac ramis, est radix, dum in terra humilitatis plantatur, quæ mater est charitatis & nutrix, ubi manet insitus hic filius & arbor discretionis. Nã aliter uirtus discretionis appellari nõ posset, neq; fructus uitę produceret, si plantaretur alibi quã in humilitatis uirtute. Ex uera nanq; cognitione quam habet anima de se, procedit humilitas. Et iam ego dixi tibi, quia radix huiusmodi discretionis erat uera sui & meę bonitatis agnitio, quare discretissime quod suũ est unicuiq; sine dilatione reddit. Principaliter uero mihi gloriam atq; laudem nomini meo reddens, attribuit mihi cũ gratiarũactione multa munera quę recognoscit a mea bonitate gratiose recepisse. Sibimet autem attribuit ea quæ meruisse iudicat: & se per se non esse cognoscens, suum esse cum gratijs super esse fundatis, non a se, sed a me p gratiam singularem humiliter & aperte processisse fatetur. Et uidetur ei fuisse nimis ingratã ad huiusmodi beneficia, tẽpus etiam ualde negligenter exercuisse, quare pœnis infinitis iudicat se esse dignam. Tunc uero concipit odium atq; displicentiam contra semetipsam ex defectibus suis. Et hoc operatur uera discretionis uirtus in sui cognitione cum humilitate fundata, quia si hęc humilitas in anima non esset, indubitanter esset indiscreta & non discreta. Quę quidem indiscretio esset in superbia fundata, sicut in humilitate discretio. Et ideo tanq̃ latro, meum honorẽ indiscrete raperetur, illum tribuendo sibi ex propria reputatione, quod uero suum est attribueret in discrete mihi, querelas atq; murmurationes iniustas agendo circa mysteria mea, quę facerem erga se uel alios. In omnibus iniuste scandalizaretur in me, pariter & in ꝓximo suo. Contrarium autem operantur illi, qui uirtute discretionis utuntur. Ex quo nanq; mihi & sibi, sicut iam dixi, debitum reddiderunt illico proximo suo retribuunt principale debitum affectuose charitatis, cum oratione deuota, continua & humili, quod utiq; debetis in alterutrum operari, etiam ei reddendo debitum exemplaris & honestę uitę, insup etiam doctrinę salutiferę cõsulendo sibi fideliter, & auxilium exhibendo, prout uiderit expedire suę saluti. In quocunq; statu fuerit homo, dominus uel prælatus uel subditus, si sic operatur & proximo suo contribuit, utiq; discrete procedit, & cum ingenti charitatis affectu. Nam insimul annexę sunt discretio & charitas, & in humilitatis humo plantatę, quę quidem egreditur ex uera cognitione sui.

Similitudo, quomodo charitas, humilitas, atq; discretio sunt insimul unitę, cui simili tudini debet anima conformari.

Caput x.

NVnquid audisti siue nosti q̃modo tres istę uirtutes commorantur? uelut haberes rotundum unum circulum in terra collocatum, & in medio circuli arbor una ꝓgederetur cum uno filio penes illam. Tunc arbor in terra nutritur, quæ latitudinem continet circularem, quia si esset extra terram arbor ilico moreretur, & nullum omnino fructum ex se produceret, donec iterato plantaretur in terra. Simili modo cogita quod anima est quędam arbor ex amore plantata siue creata, quare solum ex amore uiuere siue nutriri potest & nõ aliter. Si uero non habet in se diuinum amorem uerę charitatis, uitę fructum nullo modo producit, sed mortis. oportet ergo q̃ radix huius arboris, uidelicet affectus animę, moretur & egrediatur de circulo uerę cognitiõis proprię fragilitatis, q̃ cognitio sui unita consistit in me, non habente principiũ neq; finem, ut in circulo rotundo patet exemplum, in quo neq; principium neq; finis inuenitur. huiusmodi notitiam sui atq; mei reperit in se fundatam in terra dulcis humilitatis, quę tanta est, quanta circuli latitudo uel amplitudo, id est, noticia sui, recepta & in me unita sicut iam dixi. Nam aliter ille circulus ꝓcul dubio non esset absq; principio, & absq;

fine.

fine. Imo principium haberet, dum se tã/ tum incepisset agnoscere. deniq; finiretur in confusione, si notitia talis in me non es/ set unita. Tũc arbor ista charitatis in hu militate nutritur, iuxta se pullulans ueꝛę discretionis filium, ut ex prædictis aperte colligitur. Arboris uera medulla, uideli/ cet affectus ueræ charitatis existentis in a nima, est inuicta patientia: quæ signũ est euidens hac apertissime demonstrans ani mam consistere in me pariter & in ea me per gratiam esse: nec arbor amœniter ita plãtata flores uirtutum odoriferos uarijs multisq; saporibus in se germinat & pro/ ducit, gratiæ fructus animæ reddens: p/ ximo uero fructus utilitatis, iuxta metã fructuosæ solicitudinis, uolentis percipere fructus amicorum atq; seruorum meoꝝ: Mihi uero iugiter odorem gloriæ tribuit & nomini meo laudem. Et ita facit illud ad quod eum ex ineffabili charitate mea creaui, unde peruenit ad felicem terminũ suum, scilicet ad me, qui sum uita durabi lis, qui sibi non possum quoquo modo au ferri, nisi uoluerit ipse. Omnes ergo fru/ ctus ab hac arbore procedentes, ad inui/ cem uniti sunt, atq; prudenti discretione conditi.

Quomodo pœnitentia & alia exercitia corporalia pro instrumento debent assu/ mi perueniendi ad uirtutes, & non pro principali affectu: Et de lumine discretio his in diuersis alijs modis & operationi/ bus. Caput xi.

IST I sunt illi fructus quos ab anima requiro, uidelicet experientiam realiũ uirtutum opportuno tempore. Ideo si be/ ne recordaris iam diu dixi tibi, quãdo de siderabas amore mei facere magnam pœ nitentiam: Ego sum ille qui delector in paucis uerbis & multis opationibus, ap/ te tibi demonstrans q̃ ille modicũ est mi/ hi gratus & acceptus, qui tantũmodo me sonitu uerborum uocauerit, dicens: Do/ mine domine pro te uellem aliquid agere. Similiter & ille qui pro me corpus morti ficare disponit cum uarijs pœnitentijs, uoluntate propria uiua remanente. Sed ego multa cupiebam opera, præcipue su/ stinendo uiriliter, cum uirtuosa pacięntia, cum alijs uirtutibus intrinsecis animæ, de quibus tibi dixi, quæ sunt operantes in anima fructus gratiæ. Alias autem ope/ rationes, quæ sunt in alio principio fun/ datæ, quoddam uocare solummodo uer/ bo reputo, quia sunt opera finita. Ego ue ro qui sum infinitus, à uobis infinitas o/ perationes exigo, uidelicet cum infinito desiderio & amotis affectu factas. Ergo uolo q̃ opera pœnitentiæ, aliorumq; cor/ poralium exercitioꝝ, assumantur ueluti instrumenta perueniendi ad uirtutes, & non pro affectu principali. Quia si affe/ ctus poneretur ibi principalis, exhibere/ tur mihi finitum opus, & esset uelut uer/ bum, quod ex quo processit ab ore, nihil apparet ulterius. Nisi forte uerbum cum animæ progreditur affectu, qui uirtutes in ueritate concipit & parit. Hoc est, q̃d si finitum opus quod uerbum uocaui, fo/ ret unitum & adiunctum affectui chari/ tatis, ualde mihi gratum esset tunc & ac/ ceptabile: quoniam operatio sola non es/ set, imo laudabiliter associata cum uera di scretione, sumendo corporales operatio/ nes ueluti instrumẽtum, & non pro prin cipali fundamento. Multum esset incõue niens q̃ principium siue fundamentũ in exteriori pœnitẽtia uel alio exercitio cor porali poneretur. Iam enim dixi tibi, q̃ erant opera finita, & proculdubio finita sunt, pro eo quod facta sunt tempore fini/ to. Ac etiam quia cõpellitur homo mul toties illa dimittere, uel ex obediẽtia, uel ex infirmitate, uel alia superueniente cau sa. præcipue si sui prælati obedientia con tradiceret. si uellet huiusmodi pœniten/ tiam suam exequi, non solum illam non acceptarẽ, imo grauiter offen deret. Itaq; uides q̃ opatiões huiusmodi finitæ sunt: illas ergo debet assumere tanquam exer/ citium, & non pro principali fundamen/ to. Quia si non faceret ita, quando com/ pelleretur eas obmittere, ut dictũ est, ani/ ma eius uacua remaneret. Et hoc osten/ dit aperte gloriosus preco meus Apostо/ lus, in epistola sua, dicens q̃ mortificare/ tis corpus, uidelicet membra uestra, quæ sunt super terram. Voluntas uero pro/ pria debet occidi, id est refrenãdo corpus, dum uellet contra spiritum pugnare per immunditiam, libidinem, atque concupi scẽtiam inordinatam. &c. Voluntas ue ro propria, sicut iam dixi, debet occidi,

ſuffocata, & ſubdita uoluntati meæ per omnia. Quæ quidem propria uoluntas occiditur eo debito de quo tibi dixi, quod uirtus diſcretionis animæ reddebat uidelicet odium atque diſplicentiam offenſarum & propriæ ſenſualitatis: Quod odium acquiſiuit in ſui notitia. Hic eſt ille gladius acutiſſimus, qui præcidit & occidit omnem amorem proprium, uidelicet in propria uoluntate fundatum. Hi ſunt illi qui non ſolummodo uerba, ſed opera multa mihi quotidie reddunt: in quibus utique delector. Sed ideo tibi dixi, quod uolebam habere à uobis multas operationes, & pauca uerba. Dicendo multas, non annotaui numerum, quoniam affectus animæ, charitatis igne ſuccenſæ, quæ uirtutibus omnibus uitam exhibet, in infinitum attingere debet. Non tamen abſolute uerba renuo, ſiue contemno, ſed dixi pauca uerba uelle: denotans omnem operationem actualem eſſe finitam. Ideo dixi pauca. Illa tamen accepto, ſi ponantur pro uirtutis adiumento, ſiue inſtrumento, & non pro principali fundamento: Vnde cauendum eſt iudicare quenquam in maiori perfectione conſiſtere, licet in maiori pœnitentia corpus affligat illo, qui minorem pœnitentiam agat. Nam, ut iam dixi, uirtus uel meritum ipſorum in hoc actu minime conſiſtit: Quia male ſuccederet eis qui nequeunt ex cauſa legitima facere pœnitentiam actualem: ſed ſolummodo in charitatis uirtute conſiſtunt, condita lumine ueræ diſcretionis, nam aliter non ualeret. Hunc autem amorem, iſta diſcretio mihi ſine modo, & abſque fine contribuit, quia ſumma ſum & æterna bonitas. Ideo legem ſine terminum amori meo non uult imponere: ſed amori proximi bene modum imponit, ex ordinata charitate, uidelicet, nullo modo ſibi faciendo detrimentum culpæ, propter aliquam utilitatem ipſi proximo conferendam. Quia ſi ſolum unum peccatum ex conſenſu committeret, ut mundum uniuerſum erueret ab inferno, aut aliqua uirtus quantumcunque maxima naſcereturinde, nullo modo licet uirtutem aliquam, uel utilitatem, proximo facere, cum ueneno peccati. Diſcretio uero ſancta taliter ordinat, quod anima potentias eius uniuerſas cum omni ſancta ſollicitudine dirigit atque diſponit, ut mihi uiriliter atque fideliter ſeruiatur: Proximum quoque diligit, affectu dilectionis ordinate ponendo, uidelicet uitam corporis in ſalutem animarum, etiam (ſi poſſibile foret) millies tolerando quæcunque tormenta, ut anima proximi uitam gratiæ reperire ualeat. Subſtantiam uero temporalem exponit in utilitatem atque ſubuentionem corporis ipſius proximi ſui. Hoc agit uirtus huiuſmodi diſcretionis in lumine ſuo, quod à uera charitate procreditur. Itaque uides, quod omnis anima, quæ uult inuenire gratiam, diſcrete debet impendere mihi dilectionem infinitam, & abſque modo. Proximum uero tamen infinita dilectione mea diligere, cum modo & ordinata charitate: non inferendo ſibimetipſi peccati culpam propter aliquam utilitatem proximi. Super quo beatus Paulus uos admonuit, dicens: Omnis ordinata charitas incipit à ſe. Nam aliter alicui non eſſet, & non fieret utilitas aliqua perfecta: Quoniam anima perfectione carens, omnia quæcunque facit imperfecta ſunt, in ſe pariter & in alijs. Multum eſſet inconueniens, ut pro ſalute creaturarum, quæ ſunt finitæ, & à me creatæ, offenderer ego, qui ſummum ſum, & æternum, & infinitum bonum. Maior enim eſſet & deteſtabilior iſta culpa, quam eſſe poſſet incomparabiliter aliquis fructus inde proueniens. Itaque nunquam ullo modo debes acquieſcere ſiue conſentire culpæ cuiuſcunque peccati. Syncera charitas hoc aperte cognoſcit, eo, quia ſecum habet lumen naturæ diſcretionis. Ipſa lumen eſt, quod ilico diſſoluit omnes tenebras, & aufert omnem ignorantiam, & omnibus

uirtu

uirtutibus, atque instrumento uirtuali impendit utile condimentum. Ipsa prudens est, ita quod ab aliquo decipi non potest: ita fortis, quod ab aliquo uinci non ualet. Ipsa perseuerantiam habet ingentem, uidelicet usque ad finem, hoc est, à cœlo usque ad aridam, in eo quod à notitia mea descēdit ad sui notitiam, & à charitate mei, usque ad charitatem proximi. Cum humilitate prudenti & uera, pertranſit & euadit omnes dæmonum & aliarum creaturarum laqueos. Cum inermi manu, uidelicet pacientissime tolerando, carnem & aduersarium uictoriose debellauit, isto glorioso lumine mediante: Quia nouit aperte fragilitatem propriam, qua cognita, sibi debitum odñ sancti feruenter intulit. Mundum uniuersum uilipendendo suppeditauit, & ipsum contemnendo factus est dominus eius.

Omnes mundi peruersi persequutores non ualent ei uirtutem animæ tollere, sed omnes eorum persequutiones experientiam uirtutum operantur, & ipsarum augmentum: quæ prius ex affectu dilectionis meæ conceptæ fuerunt. postea uero probantur in proximo, & in ipso parturiuntur, ut iam dixi tibi: Quia si uirtus illa non appareret opportuno tempore, neque lumen impenderet ante creaturas, procul dubio uirtus in ueritate concepta non uidetur. Nam ostendi tibi iam quod uirtus esse perfecta non potest atque fructuosa, nisi mediante proximo. Sicut est de muliere, quæ concepit in utero filium: Nam antequam illum pariat, atque perueniat ad lucem ante creaturarum oculos, non existimat sponsus habere se filium. Similiter ego, qui uere sponsus sum animæ, quia nisi pariat uirtutis filium, in proximi charitate demonstrando patenter, ut expedire cognouerit opere subueniendo sibi, particulariter uel in communi, secundum exigentiam illius temporis, non iudico uirtutem ueram in se concepisse. De uicio quoque similiter accidit, quia mediante proximo perpetratur.

Repetitio quorundam. Et quomodo Deus promisit assertiue seruis eius Ecclesiæ reformationem.

Caput xij.

NVNC autem uidere potuisti, prout ego summa bonitas, ostendi tibi ueritatem atque doctrinam, per quam uenire potes ad statum excellentissimę perfectionis, & in ipsa te conserues. Similiter aperte declaraui qualiter pœnis atque culpis in te pariter & in proximo satisfieri debeat in uita præsenti: Reserando tibi, quia pœna sola nullo modo sufficit ad satisfaciendum culpæ simul & pœnæ, nisi sit unita cum affectu synceræ charitatis, & cum uera contritione cordis, atque displicentia peccatorum. Cum uero pœna charitati connectitur & unitur. Isto modo satisfacit: non uirtute cuiuscunque pœnæ, quæ sustineatur actualiter. Imo uirtute charitatis atque contritionis culpæ commissæ, quam charitatem acquisiuit anima cum intellectuali lumine, corde syncero & liberali, attendens in me suum obiectum, qui sum ipsa charitas. Hoc uero tibi demonstrare uolui: Quia ueile pati pro me pœnas, humiliter & instanter à me postulasti, ut tu & alij serui mei noueritis, qualiter & quomodo sacrificium de uobis mihi facere debetis.

Dico sacrificium, actuale & mentale, simul unitum, prout unitum est uas cum aqua, quod alicui domino præsentaretur: Nam aqua sine uase præsentari non posset. Vas quoq; uacuum domino præsentatum, non esset acceptum. Ita dico uobis, quia mihi debetis offerre uas istud, uidelicet labores plurimos actuales, & alia corporalia exercitia sancta, quocunque modo mihi concedere placuerit uobis. Nec eligere debetis uestra uoluntate tempus neque locum siue labores ut uobis gratum est, sed ut mihi concedere placet. Sed istud uas omnino debet esse plenum, uidelicet omnia tolerando cum amoris affectu atque pacientia uera defectus uestri proximi, cum odio tamen & displicentia peccatorum.

Tunc isti labores, quos tibi nomine uasis appellaui, reperiuntur aqua gratiæ meæ pleni, quæ confert animæ uitam. Ego uero tunc accepto ualde gratanter hoc enxenium à dilectissimis sponsis meis, uidelicet à qualibet anima, quæ fidelissime mihi seruit. Ab eis inquam accepto anxia desideria, & ignita suspiria ipsorum, cum continuis & humilibus orationibus, quæ sunt ueluti medium unum acceptabile mihi. Quia ex ipsorum amore placatur iracundia mea, quam contra se prouocauerant homines iniqui & impij, qui me tantum iugiter offendunt. Itaque tolerate uiriliter usque ad mortem, & hoc erit apertissime signum quod me diligitis. Neque formidare debetis siue retrocedere cuiuscunque tribulationis uel alicuius creaturæ timore, sed in tribulationibus exultate. Mundus iste lætatur in iniurijs meis: uos autem in ipso tristamini, propter iniurias quas mihi fieri conspicitis: unde etiam uos offendunt. Et dum uos offendunt, me quoque similiter offendunt, quia uobiscum unum charitate paterna sum factus. Aperte nanque cognoscere potes, quia cum ad imaginem & similitudinem meam uos gratiose creassem, & occasione peccati uestri priuati gratia fuissetis, ego peroptans uos iam amissam gratiam salubriter inuenire, diuinam naturam meam in uobis unire decreui, uelans illam humanitate uestra. Itaque cum sitis imagine mea realiter insigniti, uestram humanitatem diuinæ naturæ meæ copulare uolui: Vnde sum uobis paterna charitate coniunctus & unitus, nisi forsitan anima discesserit à me per mortale peccatum. Sed qui me diligit, in me manet, & ego in illo. Et ideo mundus eum ita persequitur, eo ꝙ ipse mundus nullam habet conformitatem mecum. Et idcirco persequutus est unigenitum filium meum, usque ad mortem, mortem autem crucis, ita crudelissimam & opprobriosam: Et ita persequitur etiam uos, atque simili modo persequetur usque ad mortem, quia me non amat. Nam si mundus ipse me dilexisset, & uos utique diligeret. Sed exultate, quia gaudium uestrum in cœlo plenissimum erit. Insuper addam ad consolationem tuam, quia quanto nunc abundant in corpore mystico Ecclesiæ meæ tribulationes & angustiæ, tanto plus abundabit in ea salubris & consolatiua dulcedo. Et erit ista sua dulcedo: Quia reformabitur in bonis atque sanctis pastoribus, qui sunt ueluti flores odoriferi & glorioſi, quia laudem & gloriam nomini meo iugiter exhibent & procurant: exalantes & adolentes in conspectu meo uirtutum odorem, fundatarum in ueritate. Et hæc est optabilis & odorifera reformatio ministrorum atque pastorum Ecclesiæ meæ: Non quod fructus huius Ecclesiæ meæ reformari simpliciter egeat, quia non obfuscatur neque minuitur unquam, ex cuiuscunque defectu ministri. Itaque lætare tu simul, & pater animæ tuæ, cæterique serui mei, consistentes in amaritudine præsenti. Quoniam ego ueritas æterna promitto uobis refrigerium exhibere. Atque post amaritudinem istam uos in ueritate consolabor, ex quo prolali reformatione multa sustinueritis.

Quomodo hæc anima simul creuit atque defecit in amaritudine pro responsione diuina. Et quomodo facit orationem pro Ecclesia sancta, & uniuerso populo. Caput xiij.

TVNC anima succensa & anxia desiderio ignito & ingenti dilectione concepta in maxima bonitate DEI, suæ latitudinem affectuosæ charitatis aperte cognoscens, quæ cum tanta dulcedine petitioni suæ satisfacere dignata erat, etiam præbendo sibi spem de salubri remedio super amaritudine quam habebat in corde, propter offensas DEO factas, atque detrimentũ Ecclesiæ sanctæ, necnon & miseriam propriam, quã ex ue-

ra

ra notitia sui pcepit, sui cordis mitigabat aliquātulum amaritudinem, licet aliunde cresceret amaritudo. Nam ab ęterno patre sibi perfectionis itinere, demonstratio nouiter offensam propriam apertius una cum animarum detrimento patefaciebat ei, prout infra clarius intelligi poterit. Et etiam quia melius anima cognoscit in se bonitatem dei, prius habita notitia suæ proprię fragilitatis. Et in lucidissimo dei speculo perfecte dignitas & indignitas, propria cognoscitur, dignitatem uidelicet attendendo quod ad imaginem dei solum ex gratia singulari & nō ex debito creata sit. Inquo diuino speculo cognoscit etiam indignitatem propriam, in qua ex culpa sua deuenit. Quia sicut materiale speculum attendendo macula quę fuerit in facie deprehenditur, sic anima quæ cum uera notitia sui consurgit ingenti desiderio cum oculo sui cordis & intellectus ad considerandam faciem propriam in dulci speculo dei, ibi propter eius clarissimam puritatem aperte cognoscit indilate maculas faciei suę. Et sic quia lumen erat augmentatum, in hac anima modo prædicto, quædam excreuerat in ea dulcis amaritudo, licet aliunde fuerit imminuta. Nam imminuta fuerat in eo quod summa ueritas exhibuerat ei spem ita gratam. Et ut ignis excrescit quanto plus ei materia datur, ita creuit ignis in hac anima in tm & taliter ꝙd impossibile fuisset humano corpori posse tolerare, ne mors inde secuta fuisset, unde nisi gafuit illico circundata noua fortitudine ab eo qui est omnium uera fortitudo, nūquam erat euadendi possibilitas. Postquam ergo fuerat hæc anima purificata, diuinæ charitatis igne, quam inuenit in sui notitia & diuinæ bonitatis in se, cum una saluberrima fame atq; spe uita salutis totius orbis & ecclesię sanctę reformatione, postquam adeo fuerat docta de lepra uitiorum in ecclesia regnantium, atq; de mundi miseria, cum sancta & humili fiducia coram diuina maiestate stabat, & quasi cum Moyse dicebat: Domine mi dulcissime, miseri cordes oculos tuos ad populum istum gratio se conuerte, pariter & ad corpus ecclesię tuæ mysticum, quia gloria maior nomini tuo sancto subsequetur parcendo tantę multitudini creaturarum tuarum, eis infundendo lumen in animarum salutem, quę laudarent omnes ineffabilem bonitatem tuam, se considerantes a tenebris mortalium peccatorum, & ab ęterna damnatione, solum ex paterna charitate tua gratiose liberatos, quam solum de me miserabili, quę tantum offendi maiestatem tuam, & ut ęstimo sum causa potissima omnium malorum quę perpetrantur. Et ideo te deprecor ęterna bonitas, ut uindictā de me sumas, & populo tuo parcas. Nunquam enim a desiderabili pręsentia tua discedam, usq; quo uidero quod eis gratiose miserearis. Ego quomodo consolari possem uidendo meuita perfrui, si populus tuus esset in morte? Et uidendo tenebras peccatorum, in peramabili sponsa tua, ex meis defectibus, & aliarum creaturarum tuarum. uolo igitur & pro singulari gratia peto quod illa charitas in extimabilis, quę te ad creandum hominem ad imaginem & similitudinem excitauit, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et hoc egisti trinitas ęterna uolens hominem totius trinitatis esse participem: unde tribuisti ei memoriam, ut in ea tua beneficia retineret, & in ipsa tui patris ęterni potentiam participaret. Intellectum quoq; tribuisti sibi, ut uidendo cognosceret bonitatem tuam, & particeps esset unigeniti tui sapientię. Insuper & uoluntatem ei dedisti, ut amare posset illud quod intellectus uidit & agnouit in tua ueritate participando de clementia spiritus sancti. Quid siue quis obsecro fuit in causa, ut hominē in tanta dignitate locares? Certe solus amor inextimabilis, quo creaturam tuam in temetipso respexisti de qua fuisti phi locaptus. Et ideo solum illam ex affectuosa dilectione creasti, sibi tribuens esse ut ęterno bono tuo gaudendo frueretur. Sed aperte cognosco, quia propter peccati culpam iuste dignitatem amisit, in qua locaueras eam, & ex rebellione tibi facta guerram & odium contra se cum tua clementia prouocauit, unde facti sumus inimici tui. Tu autem eodem exciatus amore, uolendo tibi genus humanum gratiose reconciliare, donasti nobis uerbum unigeniti filij tui, qui uere fuit inter nos & te sequęster atq; mediator & iustitia nostra, qui puniuit & in se portauit omnes iniustitias & iniquitates nostras ex obedientia, quam tu pater ęternus iniunxisti sibi, cum humanitatem nostram ipsum assumere decreuisti. O inextimabilis charitatis abyssus, quod est illud cor ita durum quod in sua possit integritate conseruari, & minime scindatur attendendo tantam sublimitatem ad tantam profunditatem atq; deiectionem descendisse quanta & qualis est humanitas nostra? Nos imago tua sumus, & tu imago nostra, propter unionem quam in homine fecisti, uelando deitatem ęternam cum miserabili nube ac infecta massa carnis Adę. unde processit hoc? Solum ineffica bilis amor tuus est in causa. Deus quippe factus est homo, & homo factus est deus.

Per

per hunc igitur amorem inextimabilem humiliter exoro maiestatem tuam omnibus uiribus animæ meæ, ut miserabilibus creaturis tuis gratioſe misericordiam impendas.

Quomodo deus conqueritur de populo ſuo Chriſtiano, & præcipue de ſuis miniſtris: aliquid de uenerabili ſacramento corporis Ieſu Chriſti tangendo. Et de beneficio incarnationis.

Caput xiiij.

PIiſſimus ergo deus uertens ad eam oculum ſuæ miſericordiæ compelli ſe permittēs ab humilibus lachrymis eius, & humano modo loquendi, ſancti deſiderij ſui funibus alligari reſpōdendo conquerebatur, & ait: dulciſſima filia mea, lachrymæ tuæ me cōpellunt, ex eo quod excellentiſſimæ charitati meæ ſunt unitæ, & amore mei ſunt effuſe, necnon & anxia deſideria tua me ligāt. Sed aſpice peramabilem ſponſam meam in facie coinquinatam & immundam ueluti leproſam ex amore proprio, atq; tumefactam ex auaritia pariter & ſuperbia illorum quos ubera ſua lactant, qui ſunt uniuerſale corpus Chriſtianæ religionis. Ac etiam corpus eccleſiæ meæ myſticum, præcipue loquor de miniſtris ipſius eccleſiæ, qui ſugentes eius ubera ſuo dulciſſimo lacte nutriuntur. Nec ipſi ſolummodo paſcuntur & aluntur ab ea, uerum ad huiuſmodi mamillas eius, tenere debent & ex his alere corpus uniuerſale Chriſtianæ religionis, ac etiam infideles, qui tenebris infidelitatis in ueritate derelictis, uellent uti utile membrum ligare ſe corpori myſtico eccleſiæ ſanctæ. Conſidera cum quanta ingratitudine tenebroſa & ignorantia damnabili manibus immundis lac huiuſmodi dulciſſimum ipſius electæ ſponſæ meæ pariter & unigeniti mei ſanguis miniſtratur ab eis, & cum quanta præſumptione & irreuerentia recipitur ab alijs, unde illud quod in ſe ueraciter eſt uita, & uitā digne ſumētibus exhibet, ipſis qui miniſtrant indigne, & indigne ſumentibus, in iuditium eſt atq; mortē. Prætioſus iſte ſanguis filij mei unigeniti, mortem atq; tenebroſum mendatium abſtulit & confudit, donando lucem & ueritatem. Omnia circa ſalutem & perfectionem hominis neceſſaria præcioſus iſte ſanguis operatus eſt, dum tamen indiſpoſitio recipientis non impediat. Quia ſicut uitam exhibet, & animam omni gratia dotat & ornat modicum uel abundanter, iuxta diſpoſitionem & affectum illius qui recipit, ita mortem infert illi qui uiuit iniq;. Non ex defectu ſanguinis, nec ex defectu miniſtri, ſi forſitā eſſet in eodem peccato ſiue maiori, ſed ex defectu proprio. Quia nullus miniſtri defectus contaminare poteſt, nec inquinare ſiue minuere gratiam & uirtutem ipſius prætioſi ſanguinis. Imo nullo modo nocet illi cui ministratur, ſed ſibimet miniſtrāti ualde nocet, uel detrimento culpæ, poſt quam amariſſima pœna ſequitur, niſi culpam ipſam uera contritione cordis atq; diſplicētia ſui peccati delere ſtudeat. Hoc ergo uenerabile ſacramentum ualde nocet illi ſicut dixi, qui recipit indigne, nō ex defectu ſanguinis uel miniſtri, ſed ex defectu ſuæ malæ diſpoſitiōis, quia cum magna miſeria mentis & corporis & immunditia atq; crudelitate contra ſe pariter & proximum ita proceſſit. Sibi crudelis extitit, cum abſtulit a ſe gratiā, ſub pedibus affectus huius prætioſi ſanguinis conculcando fructum, quem a ſacro baptiſmo traxerat, quia tunc ablata fuerat uirtute ſanguinis huius originalis peccati macula, quam incurrit cum a ſuis parentibus eſt conceptus. Et ideo uerbum unigeniti filij mei donaui uobis, qa tota maſſa generationis humanæ corrupta fuit in trāgreſſione primi parētis ueſtri Adæ. Et ideo uos omnes ueluti uaſa formata de tali corrupta maſſa, corrupti fuiſtis, & ad uitam æternam inhabiles & inepti, unde propter hoc altitudinem ſupremam iungi & uniri uolui cum ueſtræ uilitatis humanitate, ut remedium adhiberem humanæ generationis mortiferæ corruptioni, & ita recuperaret gratiam quam ex culpa ſui peccati perdiderat. Cum ergo in me pœna cadere non poſſit, & de culpa diuina mea iuſtitia pœnam omnino requireret, neq; purus homo per ſe ſatisfacere quoquo modo ſufficiens uel idoneus erat, eo quod illa culpa perpetrata fuerat in me, qui ſum infinita bonitas, & homo debilis, pauper & imbecillis, exoluere per ſe nequibat, ut iā dixi, paterna charitate coactus, uerbum mihi coeternum ueſtitū eiuſdem ueſtræ naturæ ueſtimento, miſi uobis, ut in ipſa maſſa corrupta, primi parentis ueſtri, qui peccauerat, exoluerētur illa pœna quam exigebat iuſtitia diuina. Et ita tolerando ſupra dorſum eius pœnas acutiſſimas uſq; ad mortem crucis obprobrioſam, ſatisfactum extitit iuſtitiæ diuinæ pariter & affectuoſæ charitati paternæ, quæ cum ineſtimabili miſericordia ſatisfacere uoluit pro culpa commiſſa, hominem gratioſe diſponendo ad fœlicitatem illam æternam, ad quam ego creaueram eum. Itaq; humana ueſtra natura diuinæ naturæ coniuncta & unita, ſufficientiſſimæ ſatisfecit pro toto mundo, & uniuerſa humana generatione. Non tamen ex pœna tollerata ſolum in ueſtra natura finita & in corrupta maſſa ſuprædicta, ſed uirtute deitatis æternæ, quæ fuit & eſt infinitæ poten

tentiæ. Hac ergo unione contracta utri/uſq; naturæ, ſacrificium ſanguinis unige/niti filij mei gratanter acceptaui, coniun cti & uniti æternæ deitati, & igne diuinæ charitatis exuſti, quæ uere fuit uinculum illud, quod in cruce detinuit eum ſuſpen ſum & affixum. Per hunc ergo modũ, & non aliter humana natura ueſtra ſatisfa/cere potuit huiuſmodi culpæ, uidelicet uirtute diuinæ naturæ. Et ita ſanies ab/luta & ablata fuit illius transgreſſionis at que culpæ prima ueſtri parentis Adæ, re/manente ſolummodo ſigno ſiue fomite, uidelicet inclinatione naturali ad peccan dum, cum alijs defectibus, qui ſuſtinẽtur in corpore, ueluti cicatrix, quæ remanet ex uulneribus homini liberato. Ita culpa transgreſſionis Adæ, quæ lætalem ſordẽ atq; miſeriam & inclinationẽ humano ge neri produxit in uobis eſt operata, ſed ma gno ſuperueniente medico, uidelicet uni genito filio meo, perfecte curatus eſt ægro tus, amaram abſorbẽdo medicinam, quã homo per ſe bibere non poterat, quia ni/mis erat imbecillis effectus atq; debilita/tus & infirmus, directe fecit uti ſolet age/re nutrix, quando paruulus infirmatur, quæ pro ipſo medicinam abſorbet ama/ram, pro eo q̃ eſt fortis & adulta: puer ue ro nec ſumere neq; tolerare poſſet amari/tudinẽ huiuſmodi medicinæ: Vnde tulit ipſe tanq̃ baiula ſiue nutrix, operante for titudine atq; magnitudine deitatis, natu ræ ueſtræ medicinam amariſſimã, crucis & pœnoſæ mortis, ut uos ueluti puerulos imbecilles, & ex culpa debilitatos & infir mos, ſanaret, & haberetis uitam & inte/gram incolumitatẽ. Remanſit ergo ſolũ/modo ſignum originalis peccati, quod à parentibus ueſtris in conceptu contraxi/ſtis. Quod utiq; ſignum etiam ab anima tollitur, quãuis nõ ex toto, uidelicet in ſa cro baptiſmo, qui uirtutem habet, & gra tiã uitam exhibet in efficacia glorioſi atq; pretioſi ſanguinis huius. Quando enim anima recipit ab eccleſia ſancta baptiſ/mum, auferetur ab ea peccatum originale, infunditurq; ſibi gratia: & fomes pecca/ti, uidelicet inclinatio ad peccandum, ab originali peccato procedens, atq; rema/nens ueluti cicatrix ex uulnere, ſicut iam dixi, debilitatur, ita quod ſi anima uolue/rit poteſt optime refrenare. Tunc huiuſ/modi uas animæ diſpoſitum eſt ad recipi endam & augmentandam in ſe gratiam abundanter & modicum, ut ei placet, ex ercere ſiue diſponere ſemeti ipſam cum af/fectuoſo deſiderio ſeruiendi mihi pariter & amandi me. Simili quoq; modo ſe diſ/ponere poteſt ad malum ſicut ad bonum, non obſtãte q̃ in ſancto baptiſmo gratiæ receperit infuſionem: unde t̃pe diſcretio/nis adueniente, propter arbitrij libertatẽ, qua dotatus eſt à me quilibet, poteſt ope/rari bonum ſiue malum, ut à ſua mera ꝑ/ceſſerit uoluntate. Et eſt talis tãtaq; liber/tas iſta qua dotatus eſt homo, & ita factus eſt fortis uirtute ſanguinis huius pretioſi, q̃ omnes aliæ creaturæ quæcunq;, nõ ua/lent eum etiam ad minimam culpam ali/cuius peccati compellere, niſi ſponte con ſentire uoluerit. Ablata nanq; fuit ab eo ſeruitus, atq; libertati donatus in ſacratiſ ſima paſſione dilectiſſimi filij mei, ut pro/priæ ſenſualitati dominaretur, & æternã felicitate obtineret, ad quã eum ita gra tioſe creaui. O miſer atq; miſerabilis ho/mo, qui delectaris in peccatorum fœtenti luto morari, tanq̃ animal immũdum, & uelut ingratus agnoſcere negligis uel nõ uis, tanta beneficia, quæ tibi gratioſe con ceſſi. Vltra recipere nõ poteras o miſera creatura mea, circundata damnabili atq; tenebroſa ignorantia.

Quomodo culpa punitur acrius poſt Ieſu Chriſti paſſionem q̃ ante. Et quomo do deus ꝓmittit mundo facere miſericor/diam, ac etiam Eccleſiæ ſanctæ, mediante oratione atq; tolerantia laborum ſeruorum ſuorum. Cap. xv.

VOlo te noſce filia mea, q̃ ꝓpter gra tiam hominibus à me factam, nõ ſo lummodo ꝑ prima creatione, ſed quoniã eos in ſanguine filij mei recreaui & refor/maui, reſtaurando eos ad gratiam, ex pec cato iam deo deperditam, non uolẽtes eã à me gratioſe humiliterq; recognoſcere, ſed iugiter ambulando peruerſe, de malo in peius, & de culpa in culpam, me cũ in/iurijs offendẽtes, ita gratias meas uilipen dendo, de quibus non ſolũ erga me ſunt in grati, uerum aliquando reputaat à me re/cepiſſe contumeliam: quẽ admodũ ſi aliud eis optarẽ q̃ ſanctificationẽ ipſorũ. Incom parabiliter puniẽtur acrius, & maiori ꝓ/na cruciabuntur, ex quo redempti ſunt

glorioso sanguine filij mei, q̃ ante redem/ptionem. Quia proculdubio ualde cõue/niens est, ut ille qui plus accepit, amplius obligetur ei à quo recepit. Homo quippe multum mihi obligabatur ex eo q̃ cũ nõ esset eum creaui ita nobiliter, uidelicet ad imaginẽ & similitudinem meã, unde mi/hi tenebatur exhibere laudem & hono/rem. Sed eam abstulit à me quantum in eo fuit, & sibimet impendere uoluit: pro pter quod obedientiam iniunctam à me, damnabiliter est transgressus, & inimicus mihi factus est. Ego uero cum humilita/te destruxi & uici superbiam eius, diuinã uidelicet humiliando naturam, & illam uniui humanitati uestræ, & à seruitute diabolica liberatas restitui eos in potesta te libera. Et non solũmodo liberꝫ homi/nem esse fecis sed si bene cõsideras, homo factus est deus, atq; deus factus est homo, ex unione diuinæ naturæ cum humana. Hoc est utiq; donum unum ualde singu lariter excedens alia dona, q̃ acceperunt homines, thesaurꝫ dico sanguinis, in quo sunt ad gratiã recreati. Itaq; uide quanto magis obligantur post redemptionem q̃ ante. Obligantur enim afferre mihi glo/riam & honorẽ, sequẽdo uestigia incarna ti uerbi filij mei dilectissimi. Et tũc in di/lectione uera mei atq; proximi, debitum ualde gratum & acceptabile contribuũt, ut superius est expressum. Si uero non a/gunt ita quod multum obligantur, ma/iori punitione digni sunt. Indubitãter er go diuina iustitia mea puniet eos æterna damnatione. Quare maiori pœna crucia tur unus Christianus iniquus, q̃ unus pa ganus infidelis, & ignis infernalis ampli/us eum exurit, & ut ita dixerim, absq; cõ sumptione consumit, exigente diuina iu/stitia. Nam exterius ignis affligit & urit, & interius uermis conscientiæ tabescere facit eos. Neq; consumpti deficiunt, eo q̃ illi qui sunt in tali damnatione, propter aliqua tormenta minime perdunt esse, ita q̃ omnino deficiant. Vnde noueris, q̃ ipsi mortẽ inuenire peroptãt, & illam ha bere nequeunt, quia deficere non possunt quantũ ad esse simpliciter, licet ex culpa sua perdiderunt esse quantum ad gratiã. Itaq; proculdubio culpa punitur ampli/us atq; grauius ex quo redẽptio uestra fa/cta fuit per effusionẽ huius pretiosi sangui nis filij mei q̃ ante, quia plus ualde rece/perunt. Neq; uidetur q̃ uelut insensati p pendant tãtam miseriã suam, quia nimis insipienter mihi facti sunt inimici, cũ ego gratiose reconciliassem eos in sanguine di lectissimi filij mei. Vnũ tñ assumendum ego te docebo remediũ, quo diuinæ iusti/tiæ placabitur ira: uidelicet mediantibus amicis meis, inquantũ ipsi me cõpellant & inducant cum deuotis & lachrymosis orationibus, & eoꝝ ignito desiderio, liga re conentur diuinæ iustitiæ manus. Tu cernis aperte q̃ isto ligamine me ligasti nunc, quod utiq; ligamen ipse tibi tribui, quia uere cupio mundo facere misericor/diam. Et ideo mentibus amicoꝝ meoꝝ infundo famem ingentẽ & ignita desi de ria circa meũ honorẽ, atq; salutẽ anima/rum, ut inclinatus, imo cõpulsus ab eoꝝ deuotis orationibus, tẽperare studeã iram iustitiæ meæ diuinæ. Assumas ergo lachry mas una cũ sudore tuo, similiter & alij ser ui mei faciant, & hauriatis eas à mari meæ diuinæ charitatis, & cum eis abluite faci/em ualde maculatã amabilis sponsæ meæ. Quia tibi promitto, q̃ isto remedio coo/perante, sibi pulchritudo pristina restitue tur cum pace desiderabili, uidelicet ora/tionibus continuis, & deuotis sudoribus, atq; lachrymis amicoꝝ meoꝝ effusis ig/nito & anxio desiderio. Et non in gladio nec hostili crudelitate procedendo. Et ita desiderio uestro satisfaciã, uidelicet aduer sa plurima tolerando, & cum lumine ue/ræ patientiæ tenebras illuminabitis ini/quorum hominũ. Vos uero nullo modo timeatis eoꝝ persecutiones iniustas, ego nanq; pugnabo pro uobis, nec unq̃ in ali quo deficiet indigẽtijs uestris mea diuina prouidentia.

Qualiter hæc anima plus de diuina bo nitate cognoscendo non erat contenta so lummodo pro Christiano populo roga/re ac Ecclesia sancta, sed orabat etiam hu millime pro uniuerso mundo. Cap. xvi.

TVnc anima cum agnitiõe maiori cõ surgens, & ingenti gaudio lætabun/da, diuinæ maiestati astabat, ualde cõfor tata super diuina spe quam assumpserat in diuina misericordia, tum etiam ꝓpter amorem ineffabilem quem intelligendo gustabat, attendens quod ex affectuoso desiderio atque paterna charitate motus

deus,

deus omnino decreuerat hominibus gratiose facere misericordiam, non obstante, quod inimici sui facti fuissent. Et ideo modum suis amicis impendebat, & uiam ostendebat quomodo possunt ei facere sanctam uiolentiam, & iracūdiam iustitię diuinę placare. ualde lętabatur etiam omni timore perdito, ex quibuscunq; mundi persecutionibus, attendendo dominū esse secum, & pro se pugnaturum. unde multum augmentabatur ignis desiderij sancti, intantum quod animo quieto minime remanebat, imo cum sancta fiducia pro toto mundo, misericordiā instanter & humiliter a domino postulabat. Et quamuis in secunda petitione sua, contineretur salubre bonum & utilitas Christianorum & infidelium, in reformatione matris ecclesię, nihilominus ueluti famelica & sitibunda dilatabat orationē ad uniuersum orbem, ut ipsemet deus eam expetere faciebat, unde uehementer exclamando dicebat: O deus ęterne, pijssimos oculos tuos ad ouiculas tuas tanquam pastor uere bonus, misericorditer aperi. Obsecro non differas ultra mundo facere misericordiam, quia iam uidetur ex toto deficere, priuatus unione tuę charitatis & proximi sui. Non enim alterutrum inter se diligunt amore realiter fundato in te.

Quomodo deus conquerebatur de populo suo, pręcipue propter amorem proprium qui regnat in eis, cōfortans ipsam animam ad orationem & lachrymas.

Caput xvij.

TVnc erga salutem animarum, uelut ebrius pijssimus dominus ampliorem amorem atq; dolorem in hac anima succendebat, aperte monstrando, cum quanto dilectionis affectu, creauerat hominem prout iam supra aliqualiter habetur. Et iterum ait: uide filia quam iniustissime quilibet me percutit offensionibus iniquis, cum ego creauerim eos, cum ęstimabili dilectione, & eos gratiose dotauerim infinitis donis, non ex aliquo debito, sed ex gratia mea solummodo paterna & liberali. Cōsidera nunc innumera peccata & uitia, quibus me iugiter offendunt, & prępipuę cū abhominabili atq; detestabili amore ,pprio, unde procedunt omnia mala. Cum hoc amore peruerso, totum orbē uenenauerunt. Quia sicut amor erga me, cunctas uirtutes in se cōtinet, illas per effectum operis effundendo in ,pximo, ut ostendi tibi, sic amor proprius in se continet omnia mala, quia fundatus est in superbia, sicut amor erga me fundatus in humili charitate. hoc uero malum creatura mediante perpetratur, quia separati sunt a uera proximi charitate, qa me nō dilexerunt, neq; proximū diligunt, duę nanq; dilectiones istę, connexę sunt adinuicem & unitę. Ideo dixi tibi, quod omne bonum & omne malum proximo mediante patrabatur. Multifarię ualde conqueri possum de creaturis meis. Nā a me non habuerunt nisi bonum, & ipsi mihi retribuunt odium, operando multa mala. Tamen iam dixi tibi, quod propter lachrymas amicorum meorū, atq; deuotas humiliter effusas orationes, iracundia diuina placaretur, & idem assertiue confirmo. Tu igitur & alij serui mei sitis obuiare soliciti cum orationibus assiduis, atq; desiderijs igniferis, amarissime dolentes, de culpis & offensis cōtra me factis, & de animarum damnatione, ut illi possint euadere iuditium ęterni supplicij.

Quomodo nullus manus dei euadere poteft, ubi sumus, uel per misericordiam, uel per iustitiam.

Caput xviij.

NOueris igitur indubitanter, quod nemo potest euadere manus meas. Nam ego sum ille qui sum, uos uero non estis a uobis ipsis, nisi quantum a me recepistis esse uestrum, qui sum creator omniū quę sunt, excepto peccato, quod oīno nihil est, & ideo nullo modo ,pcessita me, quare non est amari dignū. Ex hoc igitur excęcata creatura mea, miserabiliter offendit, quia diligit q̄d amare non debet, uidelicet peccatum, & me summe bonū odit, a quo recepit esse suum, cū alijs infinitis gratijs, in hoc esse fundatis, a me sibi paterna charitate gratiose concessis. Si ipsi nequeunt ullatenus effugere manus meas, quia uel a iustitia punit̄ur, uel a misericordia saluabūtur. Igitur aperi oculū intellectus & uide manum meā, & aperte cognosces huiusmodi rei ueritatē. Tunc ex obedientia summi patris eleuans oculū, in manu sua uidebat uniuersum orbē inclusum. Et ait illi dominus: Optime nunc uides, quia nemo potest a me quomodolibet auferri, & sicut iam dixi, uel in manu mea sunt per iustitiam, uel per misericordiam. A me nanq; creati sunt uniuersi, & ea quę feci non odi, sed affectuose diligo. Et ideo non obstantibus ipsorum iniquitatibus, ego dispono eis misericordiam impendere gratiosam, humilibus amicorum meorum orationibus intercedentibus. Et ita petitionem ,tuam effectualiter adimplebo, quę cum tanta cordis amaritudine pariter & amore rogasti me.

Qualiter hęc anima desiderio ignito succensa, cupiebat a se sudorem sanguineum emanare, & se redarguens orationem pro patre suo faciebat.

Caput xix.

TVnc anima p effectū amoris ebria, q̄si nō esset in se, igni sancti sui desiderij crescente, stabat ueluti beata pariter & dolorosa. Beata quidem erat ex unione perfecta, quam in deo fecerat, gustando suę bonitatis amplitudinē, & quasi suffocabatur in ipsius ineffabili misericordia. Dolorosa uero, considerando diuinā bonitatem, ita damnabiliter offendi. Cui gratias uberes agebat, aduertens ei manifestata fuisse peccata delinquentiū hominum, ut affectuosa charitate compulsa cū maiori solicitudine, sanctū desiderium augmentaret in defesse. Percepit igitur in ęterna deitate, sensum animę suę mirabili modo renouari. Et in ea tm̄ excreuit sanctus & amorosus ignis, q̄ aquę sudorem abundāter effusum a corpore, propter uiolentiam ab anima sibi factam, que tota succendebatur amore diuino, ipsa contēnebat, ex uehementi desiderio quod habebat, ut illius loco, sudor uiui sanguinis emanaret. Perfectior enim erat unio, quam tunc anima fecerat in deo, quam sit unio corporis & animę: Ideo corpus laboriose multum affligebatur. Anima sic semetipsam arguebat dicens: O anima mea misella, totam uitā tuam cū tēpore tibi gratiose cōcesso multū inutiliter expendisti, imo potius perdidisti. Et ideo tot & tanta damna, & innumerabilia mala, non solū in ecclesia sancta, uerum etiam per uniuersum orbē occurrerunt cōmuniter, ac etiam in particulari. Vnde uolo te cum sudore sanguineo, in p̄senti remediū adhibere. Veraciter hęc anima. bene mandauerat memorię doctrinam optimam, quam ei ueritas ęterna tradiderat, uidelicet ut semetipsam agnosceret, atq; diuinā in se bonitatē, nec non & opportuna remedia, pro reparatione totius orbis, ad placandā iram cundiam iustitię diuinę, uidelicet cum humilibus, cōtinuis, atq; sanctis orationibus. Propter q̄ hęc anima uehemēti cōpulsa desiderio, ualentius insurgebat, & aperiens intellectus oculum, attente speculabatur in charitatę diuina, ubi lucide cognoscebat atq; degustabat, q̄tū obligabamur amore indefesse procurando gloriam & laudem diuini nominis, in salutem animarum. Et ad hoc uidebat & intelligebat uocatos esse dei seruos. Et p̄cipue ueritas ęterna uocabat & eligebat animę suę patrem, quē offerebat in cōspectu diuinę maiestatis, ipsam instantissime depręcans, ut ei lumē gratię singularis infundere dignaretur, ad pficiendam in omnibus, in ueritate uoluntatem ipsius ęterni patris.

Quomodo sine tribulationibus cū patientia portatis, nemo potest deo placere.

Caput xx.

PIissimus ergo deus tertię suę petitioni respondendo, uidelicet desiderio salutis patiens animę suę ait ei: Filia charissima, patrem animę tuę uolo cum omni sancta solicitudine salutem animarum indefesse pquirere, in quo proculdubio mihi ualde cōplacebit, hoc autē ipse siue tu uel alius, quicunq; pficere non ualeret, absq; persecutione & tribulationibus q̄ plurimis, ut iam tibi dixi, put mihi concedere placebit & expedire cognouero. Sicut em̄ optatis honorem uidere meū, in ecclesia sancta, sic in corde uestro concipere debetis affectū amore mei tolerandi, cū uera patientia q̄cunq; concesserо. Et in hac experientia uidebitur, utrū honorē meū in ueritate perquiratis, & ipse tunc erit amabilis filius meus. Et una cū alijs amicis meis, ipse quoq; requiescet supra pectus unigeniti filij mei, de quo uobis pontem feci, ut incolumes puenire ualeatis ad glorioſum finē atq; terminū, ad quē ego uos gratiose creaui, ubi recipietis fructū omnium laborū, q̄s amore mei cum patientia portaueritis. Itaq; tolerate uiriliter, quia non sunt cōdignę passiones huius breuissimi tēporis ad futurā & ęternā gloriā, ad quā uos introducā.

Quomodo fracta uia per quam ad cęlum ascendere debeamus ex inobedientia Adę, deus pontem de filio suo fecit, per quē transire possunt cum incolumitate fideles.

Caput xxi.

ET quia ibi dixi, quod ex unigenito filio meo humano generi pontem feceram, nolo uos ignorare filij mei electi, quod uia p quā ascendere debeatis in cęlū, ex inobedientia, & propter trangressionē Adę fracta fuit & interrupta p modum, quod nemo transire poterat, & ad uitā pertingere durabilē. Itaq; genus humanū, mihi gloriā & honorem non reprehendebat ut obligabatur, non habendo finem illum, ad quem ipsum gratiose creauerā, & ita ueritas mea, minime complebatur. Hoc est autem ueritas mea, q̄m hominem ad imaginem & similitudinem meam, & magna dignitate creaueram, ut ad uitam ęternam ueniret, ibiq; participando gustaret ineffabilē dulcedinē atq; bonitatem meā. Peccatū igitur impediebat, ne ptingeret ad istū felicissimum terminum, & ita ueritas ista non implebatur. Huiusmodi nanq; peccati culpa, cęlū omnino clauserat, atq; misericordię ianuā. Prędicta culpa, spinas angustiarū, tribulationum, atq; molestiarū homini germinauit. Sicut em̄ homo mihi rebellis extitit, in semetipso subito rebellionem inuenit. Caro contra spiritum illico rebellauit & impugnauit. Et innocentię statum amittendo, effectus est ueluti animal

immun

immundum,& etiam alię creaturę facte sunt ei rebelles, ubi plene fuissent eius obedientiæ subditę, si se conseruasset in dignitate qua creaueram & collocaueram eum. Sed quia se conseruare noluit, meam obedientiam offendendo, mortem ęternam, corporis & animę proculdubio meruit. Vnde post hęc ilco fluuius quidam inquietus, imo tempestate plenus valde periculose profluxit, qui suis undis iugiter allidit eum cum uarijs afflictionibus atq; molestijs, a semetipso uidelicet, ab aduersario pariter & amundo procedentibus. O mnes in isto fluuio mergebamini, quia nullus ex quacunq; iustitia sua poterat ad ęternam uitam ascendere. Quam obrem ego pie, more paterno cupiens uestris multiplicibus obuiare periculis, ordinaui pontem omnino salutarem, donando uobis unigenitum filium meũ, ut transitu fluminis huius euadere possitis omne periculum: periculosus itaq; fluuius est ista mundi ꝓcellosa pariter & tenebrosa uita. Nunquid aduertis, quãtum obligatur amare me genus humanum? & cum quanta procedit ignorantia, periculosa, uolendo potius in flumine se suffocare, quam assumere salubre remedium, quod ei gratiose concessi?

Deus inducit hanc animam ad considerandam dicti pontis magnitudinẽ, quę tendet a terra usq; ad cęlum.

Caput xxij.

DIxit etiam huic animę dominus: Aperi oculum intellectus, & uidebis excęcatos & ignorantes. uidebis insuper imperfectos atque perfectos, qui meliuliter & in ueritate secuntur, ut de perditione miserorum & ignorantium charitatiue condoleas, & de felicitate seruorum & electorum meorum affectuose congaudeas. Item aperte uidebis, qualiter incedunt, euntes in lumine, necnon & euntes in tenebris. Sed antea uolo te considerare pontem istum de quo dixi. Nam a summo cęlo usque ad aridam extenditur & occupat altitudine sua, hoc est, quoniam altitudini diuinitatis, terra uestrę humanitatis unitur. Et ideo dixi, quod a summo pertingit ad infima, uidelicet ex unione utriusq; naturę. hoc omnino necessarium extitit, uolendo reficere diruptũ iter, ut ad uitam ęternã pertingere ualeretis, amaritudine periculosa uitę prędentis, cum incolumitate transuadata. Iste uero pons de terra solummodo construi non poterat altitudinis, quæ sufficeret ad transitum huiusmodi fluminis, ut habere possetis uitam. Quia uidelicet terra uestrę humanitatis, ad satisfaciendum offense contra me perpetratę, nullo modo sufficiebat, nec abluere poterat illius culpę putredinem, quę quidem uniuersum genus humanum & corrupit & infecit, ut iam dixi. Oportuit ergo naturam uestram uniri nostrę diuinę, ut satisfacere posset, pro uniuerso genere humano, dum humana uestra natura tollerãdo pœnam in dilectissimo filio meo, mihi ꝓ uobis oblato acceptaretur in sufficientissimo sacrificio uirtutę naturę diuinę secũ unitę. Et ita mors a uobis auferretur & uita gratię donaretur. In hunc ergo modum altitudo diuinitatis humiliata fuit humo uestrę mortalitatis. Et ex tali unione perfectissima costructus est iste sacratissimus pons & uia salutifera reparata. Quare se fecit uiam? Vt per eam transeundo ueniretis ad ęternum gaudium, una cum angelica natura. Sed uobis minime sufficeret ad obtinendam uitam, licet unigenitus meus de se pontem fecerit, nisi per ipsum transiretis.

Quomodo sumus omnes laboratores, a deo missi ad laborandum uineam ecclesię sanctę.

Caput xxiij.

IN supradicta sententia ueritas ęterna demonstrabat, quod nos creauerat absq; nobis, sed saluare nos absq; nobis omnino non uult. Oportet ergo quod apponamus in salutis nostrę negotio bonam uoluntatem cum arbitrio libero tempus in ueris uirtutibus exercendo. Ideo subiunxit ilico dicens: Omnes transire debetis per pontem istum, perquirẽtes indefesse gloriam & laudem nomini meo, in animarum salutẽ cum pœna tolerando labores quamplurimos, amore sincero dulcis & amorosi uei bisequendo uestigia. Vos estis cultores atq; coloni mei, quos ego conduxi, ut uineam sanctę matris ecclesię laboraretis. Vos utiq; laboratis in uniuersali corpore christianę religionis, a me conducti per gratiam, exhibendo uobis lumẽ baptismi salutaris quẽ habuistis in corpore mistico, sanctę matris ecclesię, per manus ministrorum, quos ad laborandum conduxi sicut & uos. Vos estis in uniuersali corpore. Ipsi uero sunt in corpore mystico, ad pascendum animas uestras electi, ministrando uobis in sacramentis unigeniti mei sanguinem, extirpando spinas mortalium peccatorum, atq; plantando uirtutem & gratiam in uinea uestrarum, animarum alligata uinęę sanctę matris ecclesię. Quilibet homo uineam habet in semetipso, uidelicet animã suam, cuius colonus & cultor est uoluntas una cum arbitrio libero, dum uiuit in isto breui tempore. Transacto uero tempore, nullum opus in ea facere potest, neq; bonum neq; malum: dum autem est in tẽpore, potest imo debet uiriliter in uinea sua laborare, ad quã cum introduxi.

Eta

Et ame gratioſe recepit iſte colonus tam ualidam fortitudinem, quod omnino nulla creatura poteſt auferre ſibi, nec eum uiolentare, niſi ſponte uoluerit, ac inquieſcere, nam in ſancto baptiſmo fuit ita fortificatus. Tunc accepit unum gladium bicipitem, uidelicet amorẽ uirtutis, & odium peccati, quę duo reperit in ſanguine. Qm̃ amore ueſtrę ſalutis, & odio peccati, mortuus eſt unigenitus filius meus, & fundendo prętioſum ſanguinem habundãter, in quo ſanguine uitam habuiſtis in ſancto baptiſmo. unde gladiũ habetis quo debetis uti, manu liberi arbitrij, dum eſtis in tempore, ad euellendas peccatorum ſpinas, pungentes atq; mortiferas, in anima ueſtra plantando uirtutes. Aliter enim fructum ſanguinis non haberetis ab ipſis colonis, qs in eccleſia ſancta collocaui, de quibus iam dixi tibi, quod a uinea noſtrarum animarum auferebant ſpinas peccatorum, & infundebant gratiam in ſacramentis eccleſię, miniſtrando ſanguinem. Eſt ergo neceſſarium, quod prius humili contritione cordis atq; diſplicentia peccatorum aſſurgatis, & amore uirtutum, & ita ſanguinis huius prętioſi, ſalutiferum fructum habebitis. Aliter enim minime poſſetis habere, niſi etiam ex parte ueſtra uirtuoſam diſpoſitionem faceretis, ueluti palmites uniti, uere uiti, uidelicet Ieſu Chriſto filio meo, qui ait: Ego ſum uitis uera, pater uero meus agricola eſt, & uos palmites. Et ita uerũ eſt: uerus enim agricola ſum, a quo ſunt egreſſa quęcunq; ſunt in eſſe creata. Potentia nanq; mea penitus inextimabilis eſt. Ipſa quotidie gubernat atq; regit uniuerſum orbem, & abſq; me nihil omnino factũ eſt. Itaq; ſum ille uerus agricola, qui filium meum unigenitum in terra ueſtrę humanitatis plantaui, tanquam uitem, & uos ueluti palmites uniti per fidem & opera, uerę uitę fructum afferatis. Ideo, quicunq; ſalutiferum fructum, uidelicet bonorum operum afferre neglexerit, ab ipſa uite uera prędidetur, & areſcet, & in ignem mittetur ętternum, quoniam ita prędiſus ilico uitę gratiam amiſit, & ueluti palmes, a uite p̃ciſus, & arefactus infructuoſus eſt omnino, & ſolummodo ſeruatur ad ignem, ſimiliter iſti peccatis eorum exigentibus ita prędiſi morientes in culpa mortali, mittentur a diuina iuſtitia, ueluti inutiles, in ignem ętternum. Iſti colere noluerunt uineã ſuam, imo potius exterminauerunt propriam & alienam. Nec in ea ſolum obmiſerunt aliquam uirtutis plantam immittere, imo quod uidetur eſſe deterius, in deſemen gratię quod in lumine baptiſmali perceperant, abiecerunt, atq; modo miſerabili cõculcauerunt. In quo lumine participabant unigeniti filij mei ſanguini, qui ſuauiſſimum uinum extitit, quod uobis uitis iſta uera produxit. Ipſi autem abſtulerunt a uinea ſua ſemen iſtud, & in cibum exhibuerunt animalium aliquorum, uidelicet iniquitatum diuerſarum, illud uiliſſime ſubpeditantes per inordinatum affectum, cum quo me ſatis offenderunt, & ſemetipſos ualde miſerabili modo damnificauerunt, atq; proximum: uos uero ſerui mei fideles inſerti eſſe debetis uerę uiti, quia tunc affertis habundatiſſime fructum, participantes huius uerę uitis humorem. Vobis autem in filio meo dilectiſſimo, permanẽtibus in me ſtatis. Nam ego ſum unum cum eo, & ipſe mecum. Si ſtabitis cum eo ſequemini proculdubio ueſtigia eius, & doctrinam, & ita ſubſtantię eius participabitis, uidelicet ętern̄ę deitatis unitę ueſtrę humanitati, dum inde trahitis amorem ineffabilem atq; diuinum, ubi fidelis anima inebriatur. Et ideo dixi quia participabitis de ſubſtantia ſalutiferę uitis huius.

Qualiter deus palmites prędicte uitis unitos, uidelicet ſeruos ſuos putat, & quomodo nullus poteſt colere uel deſtruere uineam ſuam, quin colat uel deſtruat illam proximi.

Caput xxiiij

ITem ait dominus: Scis filia mea quem modum ego teneo poſtquam ſerui mei ſicuti libenter animo prompto deſiderant Ieſu Chriſti filij mei ſequi doctrinam atq; ueſtigia? Ego puto illos amouendo ſuperflua, ut ampliorem fructum producant & fructus eorum ſit acceptabilis & electus, & non efficiatur inanis atq; ſilueſter: ſicuti palmes uiti coniunctus putatur a cultore, ut meliorem fructum atq; plus afferat. Quod uero ſilueſtrem uiderit, ad ignem ponit. Similiter ego uerus cultor ago. Seruos meos in me per amoris affectum in morantes ego puto, multis uarijſq; tribulationibus, ut meliorem atq; maiorem fructum afferãt, & eorum probata uirtus elucęſcat. Steriles uero ſciduntur a gratia & igni comburentur. Tales enim ueri ſunt cultores, ualde bene colentes animas eorum, extirpantes ab eis omnem amorem proprium, in me terram terẽtes affectus animarum eorum nutriunt & iugiter augmentant in ſe gratię ſemen, quod in ſancto baptiſmo receperunt. Et ita bene uineam propriam excolentes, etiam illam proximi ſui bene colunt, quia non bene poteſt coli una ſine reliqua. Iam enim tibi dixi quod omnia bona, ſimiliter & omnia mala, mediante ꝓximo ꝓpetrãtur. Itaq; uos eſtis coloni mei, a me ꝓgreſſi & electi, q ſum optimus

mus laborator, uos uniens & inserens ue/ræ uiti, propter unionem cum humanita te uestra factã. Diligenter attende, q̃ oẽs homines habent uineam propriam, quæ sine medio iungitur & unitur uineæ pro ximi sui. Et intantum uniũtur, q̃ nemo potest proficere siue nocere sibi, q̃ idem etiam proximo nõ operetur. Ex oĩbus uobis, uidelicet ex tota religione Christia na, uniuersalis uinea constituta est, eo q̃d estis uniti pariter in corpore mystico san/ctæ matris Ecclesiæ, unde uitæ gratiã ha betis. In qua uinea plantaui uitem hanc unigeniti filij mei, cui uos inserti esse debe tis pariter & uniti. Si uero non essetis in eo raliter inserti, rebelles essetis indubitan ter Ecclesiæ sanctæ, ac essetis ueluti mem bra putrida, quæ præcisa sunt à corpore. Veruntamen dum estis in tpe, potestis à peccati putredine consurgere, habẽdo re/cursum ad ministros meos, qui sunt colo/ni, tenentes claues uini salubertimi, uide/licet pretiosi sanguinis, ab ipsa uite uera producti & egressi. Qui tantæ uirtutis at que perfectionis est, q̃ ex nullo defectu mi nistri contaminati potest uel inquinari, neq; potest à uobis auferri fructus ipsius i maculati sanguinis. Vinculũ uero chari tatis est illud cum quo ligantur cum hu/manitate uera & notitia salubri mei & sui. Itaq; uides aperte, q̃ oẽs uos ueluti colo/nos ad laborandum adduxi. Et nunc eti am inuito uos denuo, quia mundus in se defecit, & in tantum uepres in eo multi/plicatæ sunt, q̃ omne semẽ omnino suffo/catur, ita quod nullũ fructum boni ope/ris uel gratiæ facere uolunt. Igitur uolo uos esse cultores ueros atq; fideles, qui cũ solicitudine sancta & indefessa, in corpo/re mystico sanctæ matris Ecclesiæ, pro sa lute fideliũ quotidie laboretis. Præcipue ad hoc uos eligo, quia decreui mundo mi serabili facere misericordiam, pro quo tu tam humiliter & instãtissime rogasti me.

Qualiter hæc anima post aliquas Dei laudes humiliter exposcit ei demonstrari per pontem ambulantes, & alios qui per ipsum ambulare uolunt. Cap. xxv.

HAec anima tunc amore diuino ual de succensa, dicebat exclamans: O dulcissima charitas inæstimabilis & igni fera, quis ex tanta dulcedine non accẽda tur & uratur? Quod est cor ita durum, quod se defendere ualeat ut non deficiat. Tu, abyssus æternę charitatis, ita philoca ptus es de tuis inutilibus creaturis, q̃ (ut ita dicam) uideris insanire, quemadmo/dum si uiuere non posses absque illis: quũ tu sis omnipotens deus noster, qui nostri nullatenus indiges, & ideo de quocunque nostro commodo nihil additur magnitu dini tuæ. Et qa tu es immutabilis, de quo cunq; nostro detrimẽto nihil omnino de mitur ęternæ bonitati tuæ. Vnde prouo/caris obsecro ad tantam atq; talem mise/ricordiam exhibẽdam? Solummodo tua charitas ineffabilis hoc agit. Non quidẽ ex debito, siue quod egeas adiutorio, quia sumus uere nequam & infidelissimi debi/tores. Si bene consideró, summa & eterna bonitas, ego latro sum: tu uero pro me su/spenderis atq; torqueris: quia uideo filiũ tuum unigenitum in cruce pro me suspẽ sum atq; clauatum: de quo feciſti pontem humano generi, sicut mihi misserimæ ser uę tuę propalare dignatus es: Vnde cor meum ex uehementi desiderio atq; fame tui honoris in prẽsenti scinditur, & tamẽ, ut opto, scindi non ualet. Insuper habeo memoriæ quia mihi ostẽdere uolebas qui sunt illi qui per pontem incedunt, & ali/os qui per illum ire nolunt. Et ideo si ma iestati tuæ placet, ego libenter uiderem, at que te docente libenter auditem.

Quomodo pons iste tres gradus habet, per quos aperte notantur tres animæ sta/tus. & qualiter intelligitur uerbum Chri sti, Si exaltatus à terra fuero &c.

Cap. xxvi.

AEternus uero Deus, ut animam il/lam circa salutem animarum am/plius philocaperet atq; feruentius anima ret, ait: Antequam pandam tibi ea quæ tibi monstrare dispono, & id quod à me petis, uolo te nosce qualiter iste pons est utilime dispositus: Dixi tibi q̃ à cœlo usq; ad aridam extẽditur, uidelicet ex uni one quam in humanitate uestra fieri uo/lui. Nam de limo terræ primum hominẽ ego formaui. Iste pons, uidelicet filius me us unigenitus, tres gradus in se continet, quorum duo fabricati fuerunt in ligno sanctissimæ crucis. In tertio quoque per/sensit amaritudinem ualde molestam, uidelicet quando potatus in cruce fuit a/ceto felle permixto.

In

In his ergo tribus gradibus intelligere poteris tres animæ ſtatus. ut aptius tibi ſubiungatur: Primus gradus in pedibus intelligitur: quia ſicut pedes portãt corpus, ſic affectus animam. Affixi pedes tibi faciunt unum gradum, ut ad uulnus lateris pertingere ualeas. Secundus, tibi cordis apte manifeſtat arcana, poſtq̃ homo ſuper affectum pedum aſcenderit, incipit iam guſtare cordis affectum, diligentiſſime conſiderans intellectus oculo cor apertum unigeniti filij mei, ubi reperire poteſt ineffabilẽ atq; perfectiſſimum amorẽ uere conſummatum. Conſummatũ inq̃, quia uos non amat ex aliqua utilitate ꝓpria: Nam utilitatẽ ei facere non ualetis, quoniam unum eſt mecum. Tũc anima repletur amore, conſiderando ſe tam ineffabiliter amari. Poſtq̃ ergo gradum ſecũdum aſcendit, peruenit ad tertium, uidelicet ad os, omni ſuauitate repletum, ubi reperit pacem quietiſſimam, ex amariſſima guerra quam prius incurrerat propter offenſiones eius. Igitur in primo gradu leuãdo pedes affectus à terra, reſpuit uicia. In ſecundo repleuit animam uirtutibus. Sed in gradu tertio guſtat pacem. Itaq; pons iſte tres habet gradus, ut aſcendẽtes primum & ſecundum, peruenire poſſitis ad tertium. Eſt etiam iſte pons eleuatus in altum, quem aqua decurrẽs lædere nõ ualet, eo ꝙ in ipſo glorioſo ponte non fuit unquàm aliqua peccati macula. Et licet ipſe pons in altum extiterit eleuatus, tamen à terra fuit nullo modo ſeparatus. Scis filia chariſſima quando leuatus fuit in altum: quando affixus fuit in ligno ſalutiferæ crucis. Non tamen ſeparata fuit aliquo modo à terra noſtræ humanitatis altitudo diuinitatis. Et ideo dixi, ꝙ licet in altum eſſet eleuatus à terra, tamen non erat ſeparatus ex unione deitatis & humanæ naturæ. Nemo quippe poterat incedere ſupra pontem iſtum uſquequo nõ extitit in altũ eleuatus. Et ideo dixit ipſe: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Ego uero conſiderãs ꝙ alio modo meliori trahi non poteratis, à mea paterna charitate ſolũmodo motus, uobis eum trãsmiſi ſup̃ ligno ſalutiferæ crucis eleuandum & exaltandum, faciendo de corpore ſuo quandã incudem in qua fabricaretur humani generis filius, auferendo ſibi mortem, & ei uita gratiæ reſtituere/retur. Et iſto modo trahit ad ſemetipſum omnia, dilectionem inæſtimabilem oſtendendo uobis: quia cor hominis agilius trahitur amore q̃ alio modo: & ipſe uobis maiorem amorem oſtendere non poterat, q̃ uitam pro uobis exponere. Violenter igitur homo trahitur ab amore, niſi forte, ꝓpter ignorantiam & ingratitudinẽ eius omnino renuerit, atq; reſiſtentiã damnabilem adhibuerit. Dixit ergo, ꝙ ſi exaltatus eſſet à terra, omnia traheret ad ſe. & ita ueꝝ eſt. Hoc autẽ intelligi poteſt dupliciter: Vno modo ꝙ hominis attracto corde per affectum amoris, ut iam dictũ eſt, etiam animæ potentiæ cæteræ ſunt attractæ, uidelicet memoria, intellectus atque uoluntas. Congregatis igitur & unitis his tribus animæ potentiꝫ in nomine meo, tunc omnia quæ facit actualiter atq; mentaliter attrahũtur & uniũtur in me, per affectum amoris. Ideo ſunt mihi uallde grata pariter & accepta, quia ſunt in altum erecta, ſequendo dilectionem igniferam unigeniti filij mei. Itaq; ueꝝ eſt ꝙ ait: Si exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad me. quia uidelicet attracto corde cum animæ potentiꝫ, opera cuncta ſimiliter attrahuntur. Secundo modo poteſt intelligi, quoniam omnia creata ſunt in obſequium hominis, & non homo ꝓpter alias creaturas: Imo propter me ſolũmodo, uidelicet ut mihi ſeruiat, & affectuoſe me diligat ex toto corde ſuo. Attẽdas ergo ꝙ homine, ſicut dictum eſt, attracto, cætera ſunt attracta: dum omnia creata ſunt propter ipſum. Fuit igitur expediẽs ꝙ iſte pons in altum erigeretur, & ꝙ haberet etiã in ſe ſcalas, ut agilius ad ipſum aſcendere ualeretis.

Quibus lapidibus iſte pons eſt muratus: Vnde qui per pontem tranſit oñino ſaluus eſt: qui uero tranſit per fluuiũ, uadit ad mortem. Cap. xxvij.

ISTE põscõſtructus eſt ex lapidibus, ut uenientibus imbribus, uiatores nullo modo præpediantur. Noſti qui ſint iſti lapides? Proculdubio ſunt reales & ueræ uirtutes: qui lapides ante paſſionem unigeniti filij mei murati non erant. Ideo uiatores impediebantur, in tãtum, ꝙ nemo peruenire poterat ad terminum ad quem ego creaueram eos, quantumcunq; ꝓ uiã uirtu/

uiam uirtutū ambulare conarentur. Cœlum adhuc omnino clausum erat: clauis enim sanguinis pretiosi filij mei dilectissimi nondum illud aperuerat. pluuia quoque diuinæ iustitiæ non admittebat aliquem pertransire. Sed ex quo lapides isti supra corpus ipsius unigeniti filij mei, de quo tibi dixi me fecisse pontem dolati fuerunt atq; contusi, postmodum ipse mutauit & fabricauit calcem ad murandum, conspergendo suo pretioso sanguine: quæ calx excocta cum igne dilectionis immensæ, fortitudinem habuit inæstimabilem, uigore diuinitatis æternæ. Cum potentia mea lapides uirtutum murati atq; cōstructi sunt super eum, quia nulla uirtus est q̄ non extiterit in eo probata, & ab eo uirtutes omnes habēt uitam & efficaciam. Et ideo nemo potest habere uirtutem aliquā quæ uitæ gratiam exhibeat, nisi solum ab eo, uidelicet suam sequendo doctrinā atq; uestigia. Ipse murauit atq; plantauit uirtutes tanq̄ uiuos lapides in ædificio, firmauit & construxit proprio sanguine suo, ut omnes fideles expedite transire ualeant, absq; timore seruili cuiuscunq; pluuiæ diuinæ iustitiæ, quia misericordia præuenit. Quæ misericordia de cœlo descendit in incarnatione dilectissimi filij mei. cum qua claue cœlum fuit apertum? Solummodo cum claue sui pretiosi sanguinis. Itaq; uidere poteris hunc salutiferū pontē esse constructum atq; muratum, ac etiam cooperatum ineffabili misericordia. Super quo uidarium Ecclesię sanctæ, uelut apotheca cōsistit, in qua panis uitæ ministratur esurientibus, & sanguine pretioso sitientes abundantissime potantur, ne uiatores atq; peregrini ueluti fessi deficiant in uia. Et ex hoc ordinauit affectuosa mater paterna charitas, ut uobis corpus atq; sanguis unigeniti filij mei quotidie ministretur, q̄ uerus deus & uerus est homo. Cum uero pertransieritis pontem, peruenietis ad ianuam, quæ tamen ianua idem est & pons per quam omnes uos indubitanter oportet ingredi. Vnde dixit in euāgelio: Ego sum uia, ueritas & uita. qui uadit per me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Et alibi dixit idem: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Et ita se ueritas habet: Nam est uia, ueritas & uita. Et si bene meministi, iam tibi monstraui quæ est uia sub forma pontis. Et quia mecum est unum, qui sum æterna ueritas, etiam idem est, uidelicet æterna ueritas, quia qui sequitur eum, in ueritate perambulat. Est insuper uera uita, quia qui sequitur ueritatem istam, uitam gratiæ recipit, neq; fame perire potest, quia ueritas se uobis exhibuit in cibū: neq; potest in tenebris ire, quoniam ipse uera lux est, omnem hominem illuminans, oīm mendacio priuatus, imo cum ueritate suæ lucis irritauit & adnihilauit omnino mendacium aduersarij cum quo deceperat Euam. Quod utiq; diaboli mendacium iter ad cœlum uobis irrupit, ueritas uero reparauit illud, ut iam dixi, fabricādo pretioso sanguine suo. Igitur omnes qui uiam istam in ueritate sequuntur, utiq; sunt ueritatis alumni, quia ueritatē imitantur, & per portam ueritatis intrantes, ad me mare pacificum, unitum cum hac æterna ueritate, porta pariter & uia felicissime perueniunt. Qui uero declinat & omnino renuit hanc uiam saluberrimam ambulare, uadit infra per fluminis alueum, ubi non est uia constructa lapidibus, sed aqua procelloſa decurrens. Et quia nullum est ibi sustentaculum siue subsidium, nullus inde transire potest quin ab aqua submergatur atq; suffocetur. Tales proculdubio sunt huius mūdi deliciæ, status & oblectamenta suæ uanitatis, eo q̄ affectus hominis super uiuo & angulari lapide nō est collocatus: imo uerius in creaturis & alīs uanitatibus est extra me positus, illas inordinate amando atque possidendo, similitudinem habent cū aqua decurrenti. Similiter & homo una currit cum illis, singulis diebus infallibiliter unam dietam agit, ad mortis terminū properando. uellet utiq; semetipsum conseruare ne curreret ita una cū rebus quas diligit: hoc autem est eis penitus impossibile, quia neq; se, neq; sua multo tempore conseruare potest. Statutum est enim hominibus indubitantissime semel mori, etiā ea quæ possidet necessarium est omnino relinquere: Quia uel ipse per mortem auferetur eis, uel illa per ordinationem siue permissionem meam, auferentur ei. Isti mēdacium imitantur, ideo merito filij diaboli nominari debent, qui mendax est, & mendacij pater. Et quia transeunt per mēdacij portam, æternā incidūt iustissime da-

mnationem. Nunc autem ostendi tibi ueritatem atq; mendacium, uidelicet uiam meam, quæ ueritas est: & uiam diaboli, q̃ mendacium in se continet.

Quomodo per uiam dei, uidelicet per pontem istum, ac etiam per uiam contrariam, uidelicet per flumẽ cum labore trãsitur. Caput xxviij.

ISTAE sunt duæ uiæ, sed per utranq; cum difficultate transitur. Attende diligenter hominis ignorantiam, & affectam eius cæcitatẽ, qui uiam habens expeditam atq; salubrem, uult ambulare p flumen ad interitum. Via uero mea tãtæ cõsolationis est electis meis ambulãtibus in ea, ꝙ omnis amaritudo efficitur eis ualde dulcis, & omnia ponderaleuissima. Qui licet adhuc habitent in corpore tenebroso, lumen inueniunt, atq; mortales existẽtes, uitam inueniunt immortalẽ, degustãdo per amoris affectum cum lumine fidei ueritatẽ æternam: quia promitto refrigerium inæstimabile cunctis qui fideliter amore mei laborant: ualde nanq; sum liberalis & gratus, atq; iustus, unicuiq; retribuens iuxta merita sua. Quare nullum malum est impunitũ, nec aliquod bonum aliquando manet irremuneratum. Iucunditatem uero quam habet ambulans in ueritate p uiam istam, lingua tua narrare non ualet, nec auris audire, nec oculus uidere, pro eo ꝙ etiam in uita præsenti participando gustat illud ineffabile bonum quod ei præparatur in uita durabili. Ergo uere stultus est ille qui bonũ huiusmodi recusat, & potius eligit in hac uita miserabiliter arram inferni gustando recipere, tendendo p uiã fluminis, in qua cum angustioso labore p ambulat, absq; refrigerio uel aliquo bono, quia propter eius culpam & iniquitatem est omnino priuatus me, qui sum æternũ atque summum bonum. Ergo rationabiliter uos electi mei statis in amaro dolore cordis, propter offensas quas iugiter ab homine recipio, & ex compassione suæ damnabilis ignorantiæ, cum qua me grauiter offendit, in detrimentũ, imo damnationẽ animæ suæ: Hoc enim à uobis accepto gratanter, & ita uolo uos agere. Nunc uero uidisti atque comprehendere potuisti qualitatẽ & dispositionem huiusmodi saluriferi pontis, ad declarationẽ eius quod tibi dixeram, quia pontẽ humano generi feceram ex unigenito filio meo. Et ista ueritas est aperte tibi patefacta, ut iam dictũ est.

Quõ iste pons cum ascẽdisset ad cœlũ die ascensionis, nõ tamẽ se à terra separauit. Caput xxix.

POstq̃ autẽ unigenitus filius meus ad me rediit, quadragesimo die post eius glorioſam resurrectionẽ, iste pons eleuatus est à terra, uidelicet à conuersatiõe corporali mortalium, & ascendit in cœlũ uirtute diuina, sedens ad dextram mei patris eius æterni, prout angelus ipsa die ascensionis eius, discipulis ait. Qui mente suspensi stabant, ex eo ꝙ eorũ corda in cœlũ ascenderant, uno cũ ipso filio meo, dicẽs: nõ expedit ut hic ultra moremini, iste eñ dñs Iesus ascendit in cœlũ, & sedet ad dextrã æterni patris. Cum ascendens in altũ, ad me corpore suo rediisset, quia nunq̃ ex diuinitate discessit, ego misi magistrũ optimum humano generi, uidelicet spiritum sanctũ, qui uenit cum potentia mea, & cũ sapientia uerbi mei pariter & cũ clementia suamet, uidelicet eiusdem spiritus sancti. Qui spiritus unum est mecũ & cũ unigenito meo, unde confirmauit uiam atq; doctrinã quã ipsa mea ueritas in mũdo reliquerat, & aperte docuerat. Et ideo licet humana conuersatione discesserit a mundo, remãsit ibi saluberrima doctrina sua, pariter & ueræ uirtutes, quæ sunt uelut ui ui lapides, fundati & cõstricti sup ipsa doctrina suaquæ uobis est certissima uia sancta pro salute mundi. Ab isto ponte glorioso prius ipse ceperit uiam istã inchoare choruscantibus uirtutibus, dando uobis doctrinã istã exẽplo & opere magis q̃ uerbo, imo plus incepit operefacere q̃ uerbo docere. Doctrinã huiusmodi clemẽtia sancti spiritus ualide confirmauit, mẽtes discipulorũ uirtuose roborando, ut annunciarent atq; cõstantissime faterentur in uniuerso mũdo ueritatẽ & uiã istã, doctrinã uidelicet Iesu Christi filij mei, publice mũdũ arguẽdo de suis iniustitijs atq; falsis iudicijs. de qbus alias aptius tibi pãdã. Ista uolui tibi narrare, ne iu mẽtibus aliquorũ posset error exoriri, dicẽtiũ: Fatemur de Iesu Christi corpore pontẽ factũ humano gñi, ex unitõe naturæ diuinæ cũ humana: sed iste põs ascẽdit in cœlũ, discedẽs a nobis. Ipse erat aptissima uia salutis, docẽdo nos ✠ itatẽ omnẽ uerbo paritet & exẽplo.

Nũc

Nunc autem ubi possumus exemplum intueri uel uiam inuenire? Respondeo talibus, luci dissima doctrina sua confirmata fuit a spiritu sancto p apostolos, in sanguine declarata martyrum innumerabilium, lumine sanctorũ doctorũ illuminata: quã apertissime declarant, & publice confitentur. Ex hac etiam euangelistę spiritu sancto repleti uobis fidem plenissime faciunt, etiam per publicum instrumentum. Omnes apertissimum & acceptabile testimonium exhibent in corpore mystico sanctę matris ecclesię christianę ueritati, ueluti lucerna clarissima sup candelabro posita, ut uiam ueritatis ostendant, quę uere conducit ad uitam. Et illam non solũ uerbo docuerunt, imo per experiẽtiam in semetipsis apertissime demonstrant. Itaq; quicunq; uoluerit uti ratione, salubriter de tali ueritate potest informari, nisi uoluerit ex amore proprio damnabiliter excęcari. Indubitanter ergo noueris quod uerissima sua doctrina remansit in mundo ueluti nauis tutissima, ut animas eruat a procelloso mari, & incolumes adducat ad felicissimum portum ęternę salutis. Itaq; prius humano generi feci pontem ex unigenito filio meo actualiter in mundo conuersando cum hominibus, postea uero ab actuali cõuersatione sublato remansit in mundo loco pontis uia saluberrimę doctrinę suę, quę doctrina condita est a potentia mea cum sapientia dilectissimi filij mei, & cum clementia sancti spiritus. Potentia dat uirtutem omnibus imitantibus huiusmodi uiam, sapientia uero eis lumen infundit ad agnoscendam ueritatem, & amor infunditur a spiritu sancto, qui penitus aufert ab anima proprium amorem sensitiuum, & solummodo remanet amor uirtutũ. Quolibet ergo modo, siue per actualem in mundo conuersationem, uel per doctrinã, ueraciter ipse uia, ueritas est & uita. Quę uia est ille pons qui uos adducit ad cęlestem altitudinẽ. Et hoc exprimere uolui ubi dixit: Exiui a patre & ueni in mundũ: iterum relinquo mundum & uado ad patrẽ, & ueniam ad uos &c. Quasi dicat: pater meus me misit ad uos, faciendo me pontem uestrũ, ut incolumes euadatis a flumine damnationis, & peruenire possitis ad uiam ęternę salutis. postea subiecit: Non uos relinquam orphanos, uado & ueniam ad uos, & mittam uobis paraclitum. Quasi dicat: Ego uadam ad patrẽ, & ad uos ueniam, quia ut spiritus sanctus aduenies, qui paraclitus dicitur, aperte uobis cẽdit me uiam ueritatis, in uobis confirmando uerba salutaria quę docui uos. Promittendo se rediturum, uerum dixit, qa spiritus sanctus uenit cũ potẽtia mea, cum sapientia filij mei, & cũ clementia eiusdẽ spiritus sancti. Videsne ergo quia rediit: non quidem actualiter, sed ex uirtute sicut iam dixi, fortificando & illuminando uiam doctrinæ suæ. Quæ uia deficere non potest, neq; uiolenter auferri uolentibus eã imitari & per eam ambulare: qa stabilis atque firmissima, procedens a me, qui sum immobilis & non mutor. Viriliter ergo debetis per istam uiam ita saluberrimam ambulare, sine quacunq; tenebrosa nube, sed cum lumine fidei, quę pro principali uestimento uobis exhibetur in sancto baptismo. Nunc ostendi tibi plene declarando põtem actualem atq; doctrinam, quę unum est cũ ipso ponte. Et ignorantibus ostendi quis uiam huius patefecit in ueritate, & ubi morantur illi qui docent eam, narrando quod erant apostoli, euangelistæ, martyres, confessores atq; sancti doctores in corpore mystico sanctę matris ecclesię, ueluti lucerna splendida collocati. Item ostenditur quomodo ueniens ad me rediit ad uos: nõ corporali presentia, sed uirtute spirituali, uidelicet aduciente spiritu sancto super apostolos & alios fideles discipulos. Quia cum presentia suæ maiestatis non ueniet ultra, nisi cum in ultima die iuditij ueniet in maiestate sua & diuina potestate mea, iudicaturus orbem, ut electos animam cum suo corpore pro laboribus eorum ęterna mercede remuneret: reprobos uero, qui male uiuere decreuerunt in mundo, cum dęmonibus in inferno perpetuo cruciandos igne condemnet. Nunc ego ueritas ęterna tibi monstrare uolo qđ antea tibi p̃ misi, uidelicet illos qui ambulant imperfecte, & eos qui uadunt p̃fecte, alios etiam q̃ sunt in perfectione magna, & qualiter ambulant. Insuper & iniquos homines, qui cum suis iniquitatibus eligunt uoluntarie semetipsos in flumine suffocare, inde peruenientes ad ęterna supplicia. Exhortor ergo uos electos atq; filios meos charissimos, ut uadatis ad pontem, qui est uia ueritatis atq; salutis, & nõ infra p̃ fluuium, qm̃ illa est uia perditionis & mendatij, p̃ quam ambulant iniqui peccatores, de q̃bus in p̃senti narrare tibi dispono. Isti sunt illi peccatores, p̃ quibus ego uos affectuose deprecor, ut assidue me rogetis p̃ salute, quos a uobis exigo sudores atq; lachrymosas orationes, ut eis impendã ut opto misericordiã gratiosam.

Qualiter anima stupefacta misericordia dei, multa dona narrat humano generi concessa.

Caput xxx.

TVnc hęc ita diuina charitate multũ inflãmata, qualitanq̃ ebria, non uidebatur q̃ semetipsam intra continere posset: ergo stabat in cõspectu dei uelut attonita & absorpta di-

censtò diuina misericordia & eterna bonitas, quę dissimulas ita libenter, & operis iniquitates creaturarũ tuarę, ego nõ admiror si de cõuersis peccatoribus ad te redeuntibus dicis: Ego nõ ero memor iniuriarum quas mihi fecistis. O stupẽda misericordia penitus ineśtimabilis, ego non ualde sum admirata quod ita dicas illis qui peccata declinant & abhorrent, ad te redeuntes humili corde, qñ loqueris ita de illis qui sic erecta ceruice tuis iniquitatibus quotidie persequuntur. Ego dicis uolo ꝙ me pro illis affectuose rogetis, ut ego eis misericordiam impendam ut opto. O misericordia incomprehensibilis, quæ de sinu æternæ deitatis egreditur, quę potentia tua gubernas uniuersum orbẽ, in tua misericordia creati sumus, in tua misericordia recreati sumus in sanguine Iesu Christi domini nostri, tua misericordia nos in q̃libet opere bono gratiose conseruat. Misericordia tua fecit & ordinauit unigenitum inire duellũ in ligno sanctissimę crucis cum morte, & conuerso mors aduersus uitam. Sed uita gloriose triumphauit de morte peccatorum nostrorum, & ibi mors huiusmodi perempta fuit in tali conflictu. Mors uero culpę nostrę corporalem uitam abstulit agno totaliter immaculato. Quis ergo fuit in tali bello uictus? proculdubio mors. Et hoc unde processit? Solum a misericordia tua. Misericordia tua uitam ueram exhibet atq; lumen ualde salutifer, quo mediante clementia tua cognoscitur in omnibus creaturis, uidelicet in iustis & in peccatoribus. In cęli sublimitate misericordia tua resplendet, uidelicet in sanctis tuis. Si considero terram, misericordia tua superabundat. Etiã in tenebris infernalibus habitat ipsa misericordia tua, non inferendo reprobis tantam pœnam quantam habere meruerunt. Cum ineffabili misericordia tua mitigas gratiose rigorem diuinę iustitię. Ex pura misericordia loti sumus a sorde peccatorũ in sanguine filij tui prętioso. Quod etiam ex ipsa misericordia uoluisti cum tuis creaturis, licet immundis, conuersari super terram. Tuus etiã unigenitus infatuatus ex ingẽti dilectione uidetur. Non ei suffecit incarnari, sed etiã ex immenso desiderio nostrę salutis uilissima morte mori decreuit. Nec etiam hoc apparuit ei suffecisse, sed etiam descendit in lymbum, in deliberando patres antiquos, qui tibi uirtute seruierunt, ut in eis tua ueritas misericorditer impleretur: eo quod eterna tua bonitas ęternum præmium ualde gratiose promittit omnibus tibi seruientibus in ueritate. Ideo descendit in lymbum ut eos a tenebroso carcere liberaret, & eis fructũ laborũ suorũ abundantissime largiretur. Iterę attente considero, quia misericordia tua coegit humano generi etiã ampliora concedere nobis, in cibum exhibendo corpus & in potum sanguinẽ unigeniti filij tui, ne nos infirmi deficeremus in uia, & ueluti immemores & ignorantes obliuioni dare mus excellentiã beneficiorũ tuorę. Ideo singulis diebus in altari nobis offertur atq; p̃sentatur iugiter in corpore mystico sanctæ matris ecclesię. Quis obsecro te coegit & induxit ad hoc? solummodo tua benigna misericordia. O misericordia ineffabilis, in tui consideratione deficio, & in ea cor meũ oñino suffocatur. un decunq; nanq; me uerto, non inuenio nisi misericordiam. O pater ęterne digneris obsecro gratiose parcere paupertati & ignorantię meę, qa loqui p̃sumpsi corã altissima maiestate tua. Sed amor huius amplissimę tuę misericordię me reddat excusatam in conspectu tuæ paternę benignitatis.

De indignitate transeuntiũ p flumen uidelicet sub põte, quorũ anima uocatur a domino mortis arbor, q̃ radices habet in q̃tuor uitijs.

Caput xxxi.

POstq̃ hæc anima cor suũ aliquantulum in dei misericordia uerbo suo dilatauerat humiliter expectabat atq; petebat ut promissio sibi facta effectualiter impleretur. Vnde resumendo uerba sua dñs ait: Charissima filia, q̃dã ante me narrasti de misericordia mea, quia gustandã illam exhibui tibi, pśertim in uerbo quod ego tibi ꝓtuli dicens: isti sunt illi peccatores ꝓ quibus uos affectuose deprecor, ut me q̃tidie erogetis. Sed indubitantissime noueris ꝙ absq; comparatione ualde maior est erga uos misericordia mea quã tu uidere possis, qa uidere tuũ est imperfectũ atq; finitũ, sed misericordia mea perfecta est & infinita. Itaq; de finito ad infinitũ nulla ꝓportio siue cõparatio datur. Voluiq; misericordiã istam aliquantulũ intelligẽdo gustares, una cũ hominis dignitate, de q̃ tibi dixi, ut aptius agnoscas & intelligas iniquos hominũ indignitatẽ atq; crudelitatem, q potius ire uolunt infra p flumen ęternę damnationis, q̃ per pontẽ exoptandę salutis. Igitur aperi tui oculũ intellectus, & uidebis istos q uolũtarie suffocant in flumine semetipsos: & cõsidera diligenter in q̃tam indignitatẽ atq; miseriã ex culpa ꝓpria deuenerunt. Ipsi principaliter effecti sunt imbecilles & ęgroti. Et hoc accidit eis exq̃ mortale peccatũ in corde cõceperunt, & post modũ opere pficiunt, unde gratię uitã amiserunt. Et accidit eis ueluti homini mortuo, q nullo membrorũ suo potest uti, neq; p semetipsum aliq̃ modo mouere, nisi q̃tum ab alio q̃ mouetur. Sic isti q sunt

in flumine submersi mortui sunt ad gratiã, atque suffocati sub aquis amoris inordinati delitiarꝝ uitæ ꝓsentis. Et qa mortui sunt, ut dixi, memoria minime retinet in se beneficia mea q̃ sibi gratiose concessi. Oculus intellectus uidere nequit ueritatẽ meã, ex eo qa sensus eius omnino mortuus est, uidelicet intellectus nihil ultra sibi ꝓposuit in obiectum nisi se cũ amore ꝓprio suę sensualitatis. Et ideo etiã uoluntas mortua ꝑmanet, q̃ ad uoluntatẽ meam, qa nõ amat nisi q̃ mortua sunt. Extinctis igitur his tribus animę potentijs, oẽs operationes eius actuales & mentales ꝓculdubio mortuę sunt, q̃ ad gratiam: nec ullo modo se tueri potest homo ꝑ semetipsum ab inimicis eius, qa nisi per me fuerit gratiose adiutus, adiuuare se nullatenus ualet. Verꝝ est nihilominus, ꝙ dũ iste mortuus est in tẽpore uiuens in corpore mortali, q̃ solũmodo liberũ habet arbitriũ, a me subsidiũ in ueritate postulando, ipsum adiuuare, ꝑmittor: sed ut dixi per semetipsum adiuuare se non ualeret. Ipse factus est sibimetipsi molestus & importabilis. Et exoptans isti mundo cũ ambitione dominari, subiugat a dñio peccati, ꝙ omnino nihil est: pcãm est solummodo priuatio gratię. Sicut ergo cęcitas nihil est nisi priuatio luminis, ita peccatũ oñino nihil est. Et ipsi sunt effecti serui atq; mãcipia peccati. Ego creaueram eos ueluti arbores amoris, cũ uita gratię q̃ obtinuerũt in sancto baptismo: & ipsi semetipsos fecerũt arbores ęternę mortis, qa mortui sunt ad gratiam. Nunqd agnoscis ubi radices ista detestabilis arbor habet? In elatione superbię, q̃ amor ꝓprius ualde piculose fouet atq; pernitiose nutrit. Medullũ eius est impatientia: sed filius est indiscretio. Ista sunt quatuor uitia principalia, q̃ penitus occidunt animam eius de q̃ tibi dixi ꝙ erat arbor mortis, q in se uitam gratię non habuit. Insup infra dictam arborẽ oritur atq; nutrit unus uermis cõscientię, q dum homo uiuit in peccato mortali cęcatus est ab amore proprio, & ideo modicum illum aduertit. Fructus autẽ huius arboris oñino mortiferi sunt, ex eo qa uenenatum humorem attraxerunt a radice superbię: unde miserabilis anima repletur ingratitudine, postmodum inde succedunt omnia mala sibi. Quia si grata fuisset, agnosceret innumerabilia beneficia mea, & ita me diligeret. Agnosceret etiam semetipsam, atq; fragilitatem propriam, & in hoc humiliaretur, & in dilectione mea consisteret. Sed ipsa uelut ex ignorantia cęcata, conatur applicare se fluuio decurrenti: nec aduertit quod aqua festinat in suo cursu, nec eum expectat.

Quomodo fructus huius arboris uarij sunt, ueluti peccatã uaria sunt.

Caput xxxij.

NOueris qa tantum uarij sunt huius arboris fructus, q mortẽ inferunt q̃tum exi stunt uaria genera peccatorũ. Aliquos uidere potes esse cibos animalium immundorꝝ prout illi sunt q stare delectantur in fœtore luti, tanq̃ immundissimę sues, q̃ se circumuoluunt in luto carnalitatis, animã cum corpore damnabiliter inquinantes. O anima miserabilis & ignominiosa, ubi nobilitatẽ atq; dignitatem q̃ te gratiose dotaui collocasti? Creaueram enim te sororẽ angelorꝝ: ex tua uero miseria nunc es uelut animal immundum, ita fœtidum & abominabile, ꝙ nõ solum ego, q sum excellentissima puritas, uerꝝ etiã aduersarij dęmones, quorꝝ te feci seruam, hanc immunditiã abhorrent. Nulla transgressio est in conspectu meo ita detestabilis, & q̃ tm auferat homini lumen intellectus, ut est ista, ꝑcipue cõtra naturam. hoc etiam infideles philosophi cognouerunt, nõ ex lumine gratię, q̃ carebant, imo solum ex instinctu naturali, & ne suus intellectus obfuscaretur. Ab hac immunditia continẽter uiuebant, ubi in suo studio magis essent illuminati. Insup a se diuitias ejiciebant, ut illarum excogitatio sollicita corda sua non occuparet & a studio retardaret. Nõ agit ita Christianus ingratus & ignorans, qui uoluntarie gratiam amisit ex culpa sua.

Quomodo fructus aliquorꝝ est auaritia, & de malis quæ procedunt ab illa.

Caput xxxiij.

FRuctus aliorum quorundam est ex terra. Isti sunt auari, cupidi & usurarij. Tales directe faciunt ueluti talpa, quę quotidie de terra nutritur usq; ad mortem: postea uero nullum omnino remedium inuenire possunt. Isti cum auaritia sua meam gratiosam liberalitatem & temporis diuitias contemnunt, quia tempus a me libere concessum proximo suo cum sua cupiditate uendunt. Ita faciunt usurarij, ueluti crudelissimi suos proximos iuxta se conantur expoliare, ex eo quod obliuioni tradiderunt opera misericordię meæ. Quia si memores essent, ꝓculdubio nõ essent ita crudeles animę, ꝓprię, neq; ꝓximo suo, imo pie misericordia uirtuose uiuendo frueretur atq; ꝓximo suo charitatiue subuenirent. O q̃t & q̃ta mala iugiter ab ista nequitia procedunt. Oriuntur enim homicidia, furta, rapinę, proditiones, illicita lucra, cordis impietas & iniustitia contra proximum. Cum his & alijs iniquitatibus eorum occidunt animam suam faci

entes

entes ipſam diuitiaꝫ atq; mammonę ſeruam, unde uilipendunt utilia prȩcepta mea. Tales nullum omnino diligunt, niſi propter utilitatem propriam. Hoc uitium a ſuperbia procul dubio ꝓcedit, atq; ſuperbiam nutrit & fouet. unum ab altero procedit, quia ſecum habet reputationē̃ propriam, & ilico pueuit in aliud uitium. Et ita de malo ꝓcedit in deterius, ex deteſtabili ſuperbia, quę ſemper elata reputatione ſui procedit, hinc etiam ꝙdam ualde peſtifer ignis oritur, obſcurum ex ſe fumum uanitatis cordis & inanis glorię mendoſę producens. unde cum falſitate frequentiſſime gloriantur in illis a quibus alieni ſunt: hæc eſt radix quę ramos aliquos in ſe continet, quorū̃ principalis eſt propria reputatio, unde libido dominandi proximo ſuo procedit, & in omnibus illo maior apparere deſiderat. Ideo non habet in corde ſimplicitatē̃, ſed cum duplicitate ficte cum oī̃bus ambulat, unum uerbo demonſtrando, & oppoſitum corde retinendo. Ex utilitate propria non uereꝫ occulta ueritatem impudentiſſime proferendo mē̃dacium: hinc etiam oritur inuidia ꝙdam parturiens uermem unum, a q̄ iugiter anima ſua conſumitur, neq; permittit eum aliquo bono ſuo uel alieno lęto corde gaudere. Iſtis miſerrimi tot iniquitatibus inuoluti, q̄modo pauperi ꝓximo ſuo ſubuenient, exhibendo ei de ſubſtantia propria, quando rapere non deſinunt aliena? Quomodo purgabunt immundam animam ab immunditia ſua, quando mū̃dam animam in fœcibus immunditię ſubmergunt? Nam aliquando ſunt ita beſtiales, quod filijs atq; filiabus uel alijs attinentibus in quo cunq; gradu non deferunt, ſed etiam cum illis immunde multas iniquitates operantur. Nihilominus a miſericordia mea clementer expectantur, & non iubeo terrę ut uiuentes eos abſorbeat, & huiuſmodi culpas emē̃dēt. Quia non opto mortem peccatoris, imo potius ut conuertatur & uiuat. Sed iſti miſeri quomodo uitam corporalem in ſalutem animarū̃ exponent, quando renuunt etiam uilem temporalem ſubſtantiam expendere? Quomodo ꝓximo ſuo dilectionem affectuoſam impendent, quando proximum ipſum ex inuidia lacerant? O uitia deteſtabilia, quę cælum animę uiliſſimę proſternunt. Cælum ipſam uoco, qa feceram ipſam tanquam cælum, ubi per gratiam habitare delectabar, cęlādo me infra eam, ibi manſionem eligendo p affectum amoris. Nunc autem heu tanquam adultera, talis anima diſceſſit a me, creaturas plus amādo q̄ me, imo de ſe ipſa fecit idolū̃, & deum, me uero ꝓſequitur cum uarijs iniquitatibus eius atq; multis generibus peccatorum. Hęc autem omnia facit, quia uelut ingratiſſima beneficium effuſi ſanguinis Ieſu Chriſti filij mei, cum męſtimabili charitate renuit excogitare.

Qualiter aliquorū̃ qui ſtatum terrenę dominationis occupant iniuſtitię fructus eſt.

Caput xxxiij.

ALij quoq; ſunt qui prętextu terrenę dominationis ingē̃ti ſuperbia caput erigūt, in quo ſtatu uexillum iniuſtitię geſtant erga me deum ſuum, cōtra proximum, atq; ſemet ipſos iniuſtitiam exercentes. Erga ſe nanq; ꝓcedunt iniuſte, qui ſibimet uirtutis debitum non impendunt: mihi uero ſubtrahunt honoris & glorię debitum, quod nomini meo iugiter offerre debent ut obligantur, imo ueluti fures auferunt a me, quod eſt proprie meū̃, & ancillę ſuę ſenſualitatis attribuunt. Itaq; committunt iniuſtitiam erga me pariter & erga ſe, tanquam ignorantes & excęcati ab amore ꝓprio, non agnoſcendo me in ſemetipſis, prout accidit illis Iudęis atq; phariſęis, qui propter inuidiam & amorem proprium excęcauerūt ſemetipſos, & ideo non agnouerunt ueritatē̃, uidelicet unigenitum filium meum. Ideo debitum ſuum nullo modo reddiderunt, ignorantes uitam ęternam, quę tunc inter eos erat, ut ipſa ueritas mea dixit eis: Regnum dei eſt inter uos. Ipſi uero qa lumine rationis carebāt, quod utiq; perdiderant uoluntarie, quantum in eis erat, mihi ſimiliter & ei qui mecum eſt unum debitum abſtulerunt, uidelicet honoris & glorię. Quare ueluti cęci tam execrabilem iniuſtitiam commiſerunt, ipſi me opprobrioſe perſequendo crudeliter, uſq; ad mortem ignominioſę crucis. Similiter etiam iſti ualde culpabiliter & iniuſte procedunt erga me & proximum, atq; contra ſemetipſos, abſq; miſericordia ſine diſcretione quacunq;.

Quomodo per hęc & alia plurima quis incurrit in iudicium falſum.

Caput xxxv.

EX hoc ergo & alijs defectibus in falſum iudiciū̃ incidunt, ut in antea tibi clarius apiam. Ipſi quotidie ſcandalizantur in omnibus operibus meis, quę ſunt omnia iuſta & in ueritate facta, ſolum ex paterna charitate procedentia. Etiam hoc iniquo iudicio cum uenено ſuperbię pariter & inuidię calumnioſe redarguebantur ab impijs opera ſancta dilectiſſimi filij mei. Falſiſſime nanq; dicebant, hic in uirtute Beelzebub eiecit dęmonia. Sic huiuſmodi peruerſi & iniqui fundati ſuper amore ꝓprio, immunditia ꝓlluti, ſuperbia inflati, auaritia & inuidia putridi atq; corrupti ſibimet ipſis per impatientiam importabiles, per

cęcita

cæcitatem & ignorantiã, indiscreti, cum alijs iniquitatibus, quas ipsi frequentissime cõmittunt, quotidie scandalizãtur in me pariter & in seruis meis, mendose iudicando q̃ ipsi ficte uirtuose uiuant. Et hoc accidit eis eo, quia cor eorũ omnino putridum est, unde ꝓcedit q̃ etiam gustus est infectus & alteratus. Quare dulcia iudicant uelut amara, & econuerso. Similiter opera bona iudicant esse mala, & econtra, propter uitam eorũ inordinatã, opera mala iudicant esse bona. O cæcitas humana, cur attendere negligis dignitatẽ tuã? Ab altitudine nanq; dignissima descendisti, propter iniquitatẽ tuã, ad statũ infimum atq; detestabilẽ: Dũm ego te fecerã honorabilem, tu uero re feciſti seruũ ualde miserabilẽ, eligendo super te dominium uilioris dñi quẽ eligere potueras, uidelicet peccati, cuius te feciſti seruũ. Et ita factus es talis qualis illa res cui seruis. Et quia peccatum nihil est, ergo tu nihil es effectus, q̃ tum ad gratiã. Abstuliſti tibi uitã, & elegisti mortem. Huiusmodi dominiũ & uitam habuiſtis omnes ab unigenito filio meo, de quo salutiferũ & gloriosum pontẽ ego feci uniuerso generi humano. Cũ em̃ essetis serui diaboli, uos omnino liberauit ab ipsa seruitute sua. Ipsum unigenitũ meum ordinaui fieri seruũ, ut uos à seruitute pessima liberaret. Imposui sibi obediẽtiã, ut annihilaretur inobedientia perpetrata per Adam. Semetipsum humiliauit usq; ad mortem obprobrioſæ crucis, ut oñino superbia confunderetur. Omnia uitia, sua sacratissima morte destruxit, ita quod nullus in ueritate dicere potest pro aliquo delicto non esse satisfactũ, neq; id esse impunitũ: imo omnia fuerũt fabricata, punita & annihilata super corpore suo, de quo tibi dixi quia feceram ego quasi unã incudem, ubi talia fabricarẽtur. Hominibus omnia remedia prouidi, ut si uoluerint, euadere possint ualde faciliter æternã damnationẽ. Ipsi uero sanguinẽ istũ ita pretiosum uilipendunt, ipsum cõculcãdo pedibus affectus inordinati. Et hoc est iniustitia & iudiciũ iniquũ & falsum, de quibus arguuntur, & etiã in die iudicij mundus arguetur, ut exprimere uidebatur ueritas mea, dicens: Paraclitus aũt quẽ mittet pater in nomine meo, ille mundũ arguet de iniustitia & de falso iudicio. Tũc uero reprehensus extitit, quando spiritũ sanctum super apostolos effudi.

De tribus reprehensionibus, quarũ una est continua. Caput xxvi.

NOueris charissima filia tres esse reprehensiones, quarũ una fuit in aduẽtu sanctiſpiritus in discipulos, ut iam dixi. Qui fortificati à potentia mea, & illuminati à sapientia dilectissimi filij mei plene fuerunt edocti, cum eiusdem sanctiſpiritus plenitudine, qui est unũ mecũ & cum filio meo: & per os illorũ apertissime mundus est argutus cum doctrina meæ ueritatis. ipsi cæteriq; sequaces eorũ agnoscentes ueritatẽ, quotidie mundũ arguunt. Hæc est illa quotidiana reprehentio qua mũdũ arguo, uidelicet cum efficacia sacræ paginæ seruis meis illum arguentibus. Nam à spiritusancto linguæ eorũ eruditæ fiũt atque diſertæ, ad annunciandũ ueritatem meã: prout aduersarius inimicus instruit atq; diſertas facit in malũ seruorũ suorũ linguas, uidelicet eorũ qui per fluuium uadũt ad mortẽ. Hanc ergo reprehensionẽ dulcem & acceptabilẽ ordinaui mundo, cũ affectu magnæ paternæ dilectionis in animarũ salutẽ. Itaq; nemo potest excusare dicens: Ego non habui docentem uel arguentem. quia iam eis ostendi ueritatẽ, aperte cognoscẽtibus uitiũ & uicium, atq; demonſtraui præmium uirtutum, & execrabile detrimentũ uiciorũ, ut habeant in se timorẽ & amorẽ sanctũ, cũ displicentia uiciorũ, & amore uirtutũ. Insuper ista salubertima ueritas non extitit ostensa uobis per angelum aliquem solummodo, ne quis inaniter excusare se uelit, dicens: Angelus equidem impassibilis est atq; beatus, & offendere non ualet, neq; sentire potest molestias huius corporis prout & nos. Hoc ablatum est, nec aliquis opponere potest, quia mõſtrata fuit ab unigenito filio meo, qui uere fuit indutus uestra mortali carne. Sed etiam utriusq; sexus innumeri, qui uirtuose sequuti sunt huiusmodi ueritatem. Qui siue quales, uel unde fuerunt? Procul dubio creaturæ mortales & passibiles, ut estis uos, cum impugnatione carnis aduersus spiritum: à qua non fuit exceptus etiam Apostolus, præcipuus & electus preco meus, & alij plurimi sancti, qui diuersis modis fuerunt impugnati, ad augmentum uirtutum & coronæ.

Tamẽ

Tamen ità nati fuerunt in peccato, ſicut & uos, eodem educati cibo. Et idem Deus in præſenti tpe ſum ſicut erã tũc. Neq; mea manus infirmatur, & infirmari non poteſt aliquo modo, quin omnia quæ uolo, poſſim. Itaq; ſubuenire & poſſum, ſcio, uolo, paterna charitate, oñibus à me ſubueniri poſtulantibus. Tunc uero demonſtrat aliquis à me uelle ſubueniri, quando fluuium egredi tur, & uadit per pontem, uiam atq; doctrinam imitando dilectiſſimi filij mei. Et ideo nullam excuſationẽ habent, quoniam uia demonſtratur eis & iugiter arguũtur, unde niſi ſe correxerint dum tempus adeſt, in ſecunda reprehenſione condemnabũtur, quæ fiet in ultima extremitate, uidelicet in morte, ubi iuſtitia mea clamat, dicens: Surgite mortui, uenite ad iudicium. uidelicet tu qui mortuus es ad gratiam, atq; morti corporali ꝓpinquas, exurgẽs ueni coram iudice ſummo cum iniuſtitia & falſo iudicio tuo, cũ extincto lumine fidei, quod utiq; ſuccenſum & ardens extraxeras à ſacro baptiſmate: tu autem extinxiſti cum uento ſuperbiæ pariter & uanitate cordis. Ex his ordinaſti tibi quodammodo uelum unum, illud exponens uentis ualde contrarijs tuę ſaluti. Ventum enim propriæ reputationis augebas & nutriebas cum uelo peruerſo amoris proprij. Quare uelociſſime currebas per fluuium delitiarũ atq; mundanæ proſperitatis, uoluntarie ſequẽdo deſideria carnis, atq; tẽtationes diabolicas. Ipſe nanq; diabolus cum uelo tuæ uoluntatis inordinate nauigare te fecit ꝓ decurrentem & mortiferũ fluuium, & ſic una ſecum ad æterna tartara merito pueniſti.

De ſecunda reprehenſione, in qua rep̃henditur de falſo iudicio & iniuſtitia.

Caput xxvij.

ISTA ſecunda reprehenſio, filia chariſſima, iam eſt in facto, quãdo deuenit ad ſuæ mortis extremitatem, ubi non ualet ultra remedium inuenire. Tunc enim uermis conſcientiæ, de quo tibi dixi, quod erat excæcatus amore proprio, incipit apte uideret: Nam iſte in extremitate tali clare cognoſcit euadere non poſſe manus meas: unde ualde rodendo ſemetipſum arguit, attendens ex defectu ſuo ſolummodo ſe deductum ad huiuſmodi miſeriam intolerabilem. Si tamen etiam tunc anima lumen haberet culpam agnoſcẽdo propriã & in ueritate peniteret atq; doleret: Non quippe propter pœnam quam ſe uidet incurrere, ſed intuitu mei, quem offẽdit, qui ſumma ſum & æterna bonitas, adhuc inueniret in conſpectu meo miſericordiam. Si uero mors inuaſerit eum abſq; talibus lumine, uel abſq; ſpe ſanguinis unigeniti filij mei: ſed tantummodo cum uerme conſcientiæ ſiue propria paſſione, dolẽdo magis de pœna ſua q̃ de meis offenſionibus, indubitanter æterna damnatione punitur. Tunc enim irremediabiliter à mea iuſtitia corripietur, tam de iniuſtitia q̃ de falſo iudicio ſuo. Et non ſolum in generali, prout eſt uſus in omnibus operibus ſuis in mundo uiuens impie, ſed etiam arguetur in particulari de iniuſtitia & falſo iudicio, quibus eſt uſus in hac extremitate ſua, uidelicet iudicãdo falſiſſime, ponẽdo & æſtimando maiorem iniquitatẽ ſuam ineffabili miſericordia mea. Hoc eſt illud irremiſſibile peccatũ, cui non parcitur in præſenti ſeculo nec in futuro: quia deteſtabili modo contemnere decreuit inæſtimabilẽ miſericordiam meam. Nam amplius ego deteſtor & abominor hanc ultimam eius iniquitatẽ q̃ omnia peccata ſua quæ prius in uita commiſerat. Vnde noueris abſq; dubitatione, ꝙ illa deſperatio perfidiſſimi Iudæ, diſplicuit amplius mihi ſimul & unigenito filio meo, q̃ illa crudeliſſima ꝓditio ſua. Itaq; tales acriter arguuntur de falſo iudicio ſuo, pro eo ꝙ æſtimauerũt eſſe maiorẽ iniquitatem ſuam, q̃ ſit diuina miſericordia mea: Ex quo poſtea cum dæmonibus irremediabiliter æterna punitione cruciantur. Inſuper arguuntur de iniuſtitia, pro eo quia magis de ſuo detrimento dolent q̃ de ſuis offenſis contra me factis. Tunc enim iniuſtiſſime procedunt & iudicant, non exhibendo mihi quod meum eſt, neq; ſibi quod ſuum eſt. Mihi nanq; reddere debent affectuoſum amorẽ, & admaritudinẽ, atq; cordis uerã contritionẽ, offerendo mihi propter offenſas cõtra me factas: & ipſi faciunt oppoſitum, exhibendo ſibimet amorẽ carnalis compaſſionis, atq; dolorẽ amariſſimæ pœnæ quã ex culpa commiſſa præſtolantur. Igitur aperte patet illos iniuſtiſſime iudicare: unde merito de utroq; puniuntur, uidelicet de falſo iudicio pariter & iniuſtitia. Et quia miſeri/

fericordiam meam ita contempſerunt, ex igente iuſtitia cruciãdos eos ordinaui, una cum ſerua crudeliſſima ſenſualitatis eorꝫ, & impio dæmone, cuius tyrannidi ſe ſpõte ſubmiſerunt, ut ſicut inſimul offenderunt, ita puniantur & excrucientur inſimul à miniſtris meis dæmonibus, quos ordinauit iuſtitia mea lictores, ad puniẽdos omnes iniquos.

De quatuor principalibus tormentis damnatorꝫ, quæ certa ſubſequuntur.

Caput xxxviij.

FIlia chariſſima, nulla creata lĩgua pœnas infelicium iſtarꝫ animarꝫ enarrare ſufficit. Et ꝓput iſta tria ſunt uitia principalia, uidelicet amor proprius, unde ꝓgreditur uana reputatio ſuæ uirtutis, & inde ſubſequitur elata ſuperbia, cum iuſtitia falſa, & alĩs impĩs & immũdis iniquitatibus, quæ poſtea ſequuntur: Ita tibi dico, ꝙ quatuor in inferno principalia tormenta recipiunt, quę cętera ſubſequũtur. Primum eſt, ꝙ ipſi beneficia uiſione mea ſe priuatos eſſe conſpiciunt ex culpa ſua: Et in hoc inæſtimabili pœna cruciantur & affliguntur, intantum, ꝙ ſi poſſibile foret ipſi potius eligerent igne comburi uidendo me, q̃ omni cruciatu carere non uidendo me. Iſta grauiſſima pœna eis innouat aliam, quia uermis conſcientiæ rodit animam inceſſanter, attente conſiderãdo ſe priuatos uiſione mea, pariter & angelica conuerſatione, ſolũ ex defectu ſuo, quẽ uoluntarie contra me cõmiſerunt, dæmonum conuerſatione dignos & eorꝫ horribili uiſione: Quorꝫ aſpectus omnẽ eis cruciatum mirabiliter augmentat atq; duplicat. Et hæc eſt pœna tertia. Vnde ſicut in uiſione mei ſancti ſemper exultant, & cum inæſtimabili gaudio renouatur in ipſorum anima fructus laborꝫ, quos in uita ſua pertulerunt amore mei, atq; diſplicentia ſui, contemnendo ſemetipſos: ſic econuerſo damnati miſeri & infelices, iugiter innouantur in peccatis atq; cruciatibus, in aſpectu dæmonum. Nam illorꝫ uiſione ſe cognoſcunt amplius & apertius, quia cognoſcunt ꝙ ſolummodo propter inordinatam propriam uoluntatẽ, ſe dignos huiuſmodi uiſibili conuerſatione fecerunt. Et ideo uermis conſcientiæ ualidius ardẽdo atq; cruciando rodit, nec unq̃ aliquo tẽpore moritur ſiue rodere deſinit. Augetur etiam eis amariſſima pœna, quia dæmones uident in propria figura, quæ tam eſt horribilis, ꝙ nullus hominũ excogitare poſſet. Et bene recolis quando ſemel in forma ſua eum tibi monſtraui quaſi per iſtum oculi, poſtq̃ ad ſenſus corporeos reſtituta fuiſti, tu potius eligebas ire per unã uiam igneam uſq; ad diem iudicij duraturam, q̃ amplius eum intueri. Nihilominus licet eum ita uideris in breuiſſimo ſpatio rẽporis, adhuc ignoras q̃tum eſt horribilis. Quoniã operante diuina iuſtitia, horribilius uidetur ab anima tartaro deputata, plus uel minus, prout exigunt infelicium animarꝫ exceſſus. Quartum uero tormentum eſt ignis, qui iugiter ardet, conſumere tamen nullo modo poteſt. Nã anima nõ eſt materialis, quæ cõſumi poſſit, ſed eſt incorporea, ideo non deficit in eſſe ſuo. Sed exigente diuina iuſtitia ſic ordinante, ꝙ igne damnatorꝫ animæ comburantur afflictiue, ſed non conſumãtur: tamen inæſtimabili pœna ſemper affliguntur atq; cruciantur, plus uel minus, ut eorꝫ demerita requirunt, diuerſimode, iuxta diuerſitatem iniquitatũ eorꝫ. Iſta quatuor principalia tormenta, plurima ſubſequuntur, cum intolerabili calore, & inæſtimabili frigore, atq; lamẽtabili dentium inaudito ſtridore. Sic igitur irremediabiliter æterna damnatione reprobi cruciantur, qui poſt reprehẽſionem eis in uita ſua factam de falſo iudicio & iniuſtitia, corrigere ſe noluerunt, ut iam dixi, nec etiam in ſecũda reprehenſione, uidelicet in morte, ſperare uoluerunt in me, pariter & in ſanguine filij mei dilectiſſimi, non dolẽtes de culpa contra me commiſſa, q̃uis de ſua pœna, quam ſubſequi culpã agnouerũt.

De tertia reprehenſione, quæ fiet in die iudicij. Caput xxxix.

NVNC uero de tertia reprehenſione, quæ fiet in die iudicij, dicendũ eſt, ut aperte cognoſcas q̃tum excæcatus homo ſe decipit, ego declarabo tibi de reprehenſione tertia, uidelicet de generali & ultimo iudicio, in quo animabus infelicibus augebitur & innouabitur amariſſima pœna, propter unionem quam cum ſuis corporibus habebunt, cum intolerabili reprehenſione, quæ generabit eis uerecundiam confuſibilẽ, atq; ruborem inæſtimabilẽ. Noueris ergo ꝙ in nouiſſimo die iu-

dicꝫ quando ueniet unigenitus filius meus in excelsa maiestate sua, ut orbem arguat & iudicet in potentia diuina: non ueniet uelut pauperculus, prout eo tempore quo natus ex uirgine fuit & in stabulo reclinat⁹ inter animalia, postea moriendo super ligno crucis, ut malefactor inter duos latrones. Tunc em̃ abscondi potentiã meam in eo, pmittendo ipsum uelut hominem pœnas & obprobria tolerare. Natura tamẽ diuina separata nõ erat ab humana natura, sed eo permisi q̃ ipse pœnas illas tolleraret ut uerus homo, ut ordinate satisfieret iustitiæ diuinæ pro culpis uestris. In hoc aũt ultimo iudicio non ita ueniet, imo cum potentia magna personaliter arguet & iudicabit uniuersum orbẽ in æquitate, ita q̃ in conspectu suo omnis creatura cõtremiscet. Ipse uero iuste retribuet unicuiq; put in uita sua operando pmeruit. Reprobi miserabiles & infelices ex aspectu iudicis huius tm̃ timorẽ atq; terrorem habebunt, q̃d lingua carnis exprimere non ualet. Iusti uero timorem habebunt, nõ quippe seruilẽ, sed filialẽ, cũ reuerentia & inæstimabili gaudio. Nõ q̃ in se facies immutetur, immutabilis enim est: nam est unũ mecũ secundũ naturam diuinã, ac etiã secundũ naturam humanã, ex quo gloriose resurrexit a mortuis. ipsius facies est immutabilis, sed oculo reprobi talis apparebit. uidebit em̃ eum cũ oculo terribili & obscuro, put habet in semetipso. Sicut oculus infirmus deluce solis nõ uidet nisi tenebras, oculus uero sanus uidet lucẽ ualde gratam atq; delectabilem. Hoc uero non accidit ex defectu siue uarietate solis, imo solũ ex defectu infirmãtis oculi. Simili modo damnati uidebũt in odio & cõfusione tenebrosa, nõ ex defectu diuinæ maiestatis, cũ q̃ ueniet iudicaturus orbem, imo procedet ex eorum iniquitate perfida.

Quomodo damnati non possunt uelle bonum aliquod uel optare.

Caput xl.

TAntũ est odium q̃d habent isti miseri damnati, q̃ ipsi non possunt uelle siue desiderare bonũ aliq̃d, me quotidie blasphemantes. Causa uero ꝓpter q̃ nequeunt bonũ aliq̃d appetere patẽs est, ga uidelicet in morte ligatur arbitriũ liberũ: unde postea nemo potest aliq̃d opus meritoriũ operari. Ergo q̃cunq; moritur in odio, cũ graui culpa peccati mortalis, exigente diuina iustitia, semp in odio pseuerat, obstinatus in illis iniquitatibus in q̃bus eũ hora mortis inuenit, q̃tidie corrodendo semetipsum & augendo sibi pœnã. Et p̃cipue ꝓpter pœnas alicuius creaturę, de cuius dãnatiõe fuit in causa: put apte cognoscere potes exẽplo diuitis epulonis in euangelio nominati, q̃ petebat ex gratia Lazarũ suis fratribus in mundo dirigi, ut eis annũciaret amarissimas pœnas eius, ut illas euadere possent. Hoc aũt ex charitate nõ dicebat: uel ex cõpassione fratrũ, ga priuatus erat oñi charitate, neque poterat optare bonũ in honorẽ meũ, uel illoꝝ salutẽ, eo q̃ ipsius uita finita fuit in odio mei pariter & uitiorũ. Sed ideo dicebat, ga maior atq; principalior extiterat inter eos, & eos uitiose nutrierat in suis iniquitatibus. Cũ igitur ipse cognosceret eis exhibuisse materiã & occasionem ęternę dãnatiõis, uidebat augmentũ suę pœnę si deuenissent illuc, ubi q̃tidie sero/dunt cũ odio q̃docunq; uita finiẽt in odio.

De gloria beatorum.

Caput xli.

SIc ala iusti crescere q̃dem in uirtute nõ ualet, licet in affectu charitatis uita finita fuerit: sed cũ ea dilectione cũ q̃ uenit ad me, semp amare potest, & cũ ea mẽsura remetiẽt ei. Quotidie me cupiẽs habere, iugiter habẽdo me possidet atq; fruit. Ipsius ergo desideriũ nunq̃ est uacuũ, imo cõtinuo plenũ: ga dũ auide famescit abundantissime saturat: saturata uero famescit, pcul tñ est a saturitate fastidiũ, & eis anxietas est a fame remota. Semper uero gaudet in ęterna mei uisione, participãdo in se bonũ illud ineffabile q̃ est in me. Quilibet in semetipso iuxta mensurã eius, hoc est q̃ cũ ea mensura charitatis cũ q̃ uenit ad me, cũ eadẽ ei remetiẽt, eo q̃ uniti sunt in charitate mea pariter & ꝓximi sui. Vñ q̃tidie gaudent oẽs & exultãt in me. Quilibet est in se particeps cuiuscũq; gaudij ꝓximi sui, cũ affectu syncerissimę charitatis ultra bonũ uniuersale, q̃ generaliter oẽs exultant. Etiam cũ angelica natura, beatoꝝ animę singulare festũ iugiter habẽt, p̃cipue cũ angelis illis cũ q̃bus iuxta merita sua collocatę sunt, secundũ uarias uirtutes q̃s in mũdo principaliter habuerũt. Et

Et licet omnes uinculo perfectę charitatis indissolubiliter uniti sint, habēt nihilominus iucundam atq; familiarem participationem cū quodam singulari gaudio, cum his quos amore singulari dilexerunt in mundo, & amore suo sancto crescebāt in gratia, semper augmētando uirtutem, & unus erat occasio salutis alterius: unde nomini meo resultabat honorifica laus & gloria. Itaq; postmodum in uita durabili sanctus amor eorum nō est imminutus, imo cū abundantia maiori felicius inter se participant ultra gaudium atq; bonum uniuersale cęteris a bonitate mea concessum. Nec tamē existimes quod illud gaudium particulare, de quo dixi, solum ipsi possideant, imo participatur ab omnibus electis atq; ciuibus supernę ciuitatis, & etiam ab omnibus angelis. Cum enim anima sancta, peruenit ad uitam ęternā, omnes beati participant illius animę felici beatitudini, similiter & ipsa participat omnium felici bono. Non tamen intelligas quod illorū uasa, uel illius animę crescere possint ultra, siue q̄ egeant amplius impleri, quia plena sunt & ampliari non ualent: sed habent unam iucundam exultationem, quę recreatur & renouatur in eis cū gaudioso iubilo, ex agnitione felicitatis illius animę. Nam attente considerant ipsam a conuersatione terrena sublatam a misericordia mea cum plenitudine gratię. Sic igitur exultant in me propter illius animę bonum, q̄d a mea benignitate recepit. Et econuerso similiter anima lętatur & exultat in me, uidens atq; degustans pulchritudinē atq; dulcedinem ęternę meę charitatis in animabus atque spiritibus angelicis. Quorū affectuosa desideria coram maiestate mea q̄tidie clamant, p salute totius orbis: pro eis quorum uita finita fuit in charitate proximi, quā, pculdubio nō amiserunt, imo cum illa transierunt per ianuā unigeniti filij mei, ut infra tibi pandam. Itaq; potes aperte cernere quod cum eodem gradu siue nexu dilectionis in quo finiuit illorū uita, permanent in ęternū. Ipsi sunt omnes ita uoluntati meę conformes, q̄ optare uel uelle nequeunt, nisi quod ego uolo: q̄n ipsorum arbitrium est ita ligatum uinculo charitatis, q̄d hominis uita deficiente in statu gratię, nō potest ultra peccare. Et in tantum uoluntas eius est uoluntati meę conformis & unita, quod q̄uis in inferno parentes unigenitum suum aspiciant, ipsi nulla compassione mouentur, imo ualde contentantur illum uidere puniri siue cruciari tanquam inimicū meū. Et a me nunquam in aliquo discrepantes, habent eorū desideria plena. Desideria beatorum appetunt in uobis uiatoribus atq; peregrinis, qui quotidie curritis ad mortis terminum, uidere meū honorem, & in honoris mei desiderio salutem uestram affectuose peroptant: & ideo quotidie maiestatem meam, p uobis exorant. Hoc autem ipsorum desiderium ex parte mea semper impletur, inquantum uos ignorantes & ingrati misericordiam meam acceptare uelletis, & ei cum uestris iniquitatibus non obuiaretis. Beati quoq; desiderant habere dotem corporū suorū: sed huiusmodi desiderium eos nullatenus affligit, q̄uis ipsa corpora non habeant, imo gaudent & exultant in me, qa certissime sciunt huiusmodi desideriū adimplendum. Et non affliguntur interim, q̄n beatitudo eis non deficit, unde nullam omnino pœnam inde recipiunt. Neq; tñ existimare debes q̄ post resurrectionem glorificatio corporis ampliorem beatitudinē afferat animę, quia si hoc esset, utiq; sequeretur q̄ beati donec haberēt corpora suam beatitudinem haberent imperfectam: quod esse nullo modo potest, nam eis nulla perfectio deficit. Itaq; corpus non afferet uel augebit animę beatitudinē: imo corpori dabit anima beatitudinem ex abundantia sua, cum in ultimo die iuditij uestietur indumēto proprię carnis, quam habuit in mundo uiuens. Sicut enim anima creata est immortalis, in me stabilita: sic in unione tali corpus efficietur immortale, perditaq; sua corruptibili grauedine, tenue sine corruptione fiet atq; leue. Vnde corpus glorificatum per impenetrabilē murū transire potest, nec unq̄ offenditur ab aqua uel igne: non quippe uirtute, propria, sed animę uirtute, q̄ ei gratiose concessi ex ineffabili dilectione mea, cū qua illā ad imaginem & similitudinem meam creaui. Oculus intellectus tui uidere non sufficit, nec auris audire, neq; lingua narrare, neq; cor excogitare quanta beatitudo sit electorum. O quale gaudium est uidere, contemplari & frui me, qui sum ęternum atq; summum bonum. O quam tam iucunditatem habebunt una cum corpore glorificato: qua tamen usq; ad diem iuditij carendo, nō habent inde pœnam aliquam, q̄niam anima beatitudine perfecta repleta est: quam utiq; beatitudinem etiam corpori postea participabit, ut iam dictum est. Nunc uolo tibi dicere breue quid aperiendo super ineffabili gaudio quod habebit corpus beatorū in hūanitate glorificata dilectissimi filij mei, quę certitudinē uobis impendit uestrę futurę resurrectionis. Vnde iugiter exultant in aspectu sacratissimorū uulnerū eius, quorum cicatrices in corpore sancto suo recentes apparēt, & ita conseruantur, quę quotidie pro uobis in conspectu meę diuinę maiestatis misericor-

diam reclamant & instantissime postulant. Omnes una cum eo ineffabiliter exultabunt, & omnimodam conformitatē habebunt. Oculus cum oculo, manus cum manu, atq; totum, corpus cum ipsius filij mei corpore. Cōmorantes in me stabitis in illo, quoniā unum est mecum. O culus tñ uestri corporis in humanitate dilectissimi filij mei delectabitur. Et accidit hoc pro eo q̄ ipsorum uita finita est in dilectiōe meę charitatis: & ideo durabit in eternum. Non q̄ ipsi possint ultra bonum aliq̄d operari meritorium, qa solummodo dum in mundo uiuitur meritum acquiritur, siue peccatur, ut uoluntati cuiuscunq; placet, cum arbitrio libero. Sed in eo beatorū animę gaudēt bono, quod ex operibus eorum factis in mundo secum attulerunt. Isti non expectant cum timore seruili diuinum iudicium, sed cum alacri gaudio. Neq; dilectissimi filij mei facies terribilis apparebit, uel odio plena: qm̄ ipsorum uita finita est in dilectione mea & in benevolentia ꝓximi. Itaq; certum est q̄d mutatio faciei non erit in eo quando ueniet in maiestate mea iudicaturus orbem uniuersum: sed in ḡ q iudicabuntur ab eo. Quia damnatis apparebit cum odio & iustitia: saluatis uero cum misericordia & amore.

Quomodo post iudicium generale damnatis augebitur pœna.

Caput xlij.

ALiqua tibi narraui de dignitate iustorū, ut amplius agnoscas miseriam impiorū atq; damnatorū. Hęc est em̄ alia pœna reprobis, uidere beatitudinē iustorum: quæ quidem uisio generat eis augmentum pœnarū: & iustis & electis meis uisio damnatorū est in augmentū exultationis & immensi gaudij, meæ bonitatis intuitu: quia contraria iuxta se posita magis lucescunt, ut aperte uidetur in albo & nigro, in tenebris & luce. Pœna erit igitur eis aspectus electorum, & cū amarissima pœna diem ultimi iudicij ꝑstolantur, eo q̄ aperte cognoscunt pœnarum suarū futurū augmentum. Et ita firmiter erit: qm̄ in illa terribili uoce, Surgite mortui, uenite ad iudicium, anima reuertetur ad proprium corpus. In iustis quidem erit glorificatum: in reprobis autem erit ęternaliter in inferno cruciatum, & intolerabilem uerecundiam & improperium habebunt in conspectu tremendi iudicis, & omnium beatorum. Vermis uero conscientię cruciabiliter arboris interiora corrodet, uidelicet animam, ac etiam exteriorē corticē, uidelicet corpus. Audent improperiū effusi sanguinis pretiosi ꝓ sua redemptione ꝑsoluti, & opera meę misericordię, q̄ ipsis unigenito meo mediante feci, tā temporalia q̄ spiritualia. Et id q̄d obligabantur in ꝓximo facere neq; fecerunt, ut in euangelio continetur. Etiā ualde terribiliter arguentur de crudelitate quam erga ꝓximū exercuerunt, cū ego magnā eis misericordiam impenderim. Itē de superbia cordis eorū, amore ꝓprio, & immunditia pariter & auaritia. In morte sua solum eorū anima reprehensa fuit: in iudicio uero generali simul anima cū corpore redarguetur: quia corpus associauit animā & ipso mediante fecit anima bonū uel malū, sicut uoluntati ꝓprię placuit. Oīs opatio bona siue mala mediante corpore ꝓpetratur. Et ideo charissima filia ualde cōgrue remunerātur electi mei gloria & infinito bono cū corpore glorificato simul & anima, ꝓut in simul amore mei laborauerunt. Et ita reddet iniquis ęterna pœna, ut in anima crucientur una cū corpore, q̄ mediante peccata ꝓpetrauerunt. Ipsis ergo renouabitur amarissima pœna reassumpto corpore in aspectu dilectissimi filij. Misera q̄q; sensualitas eorū cū immunditia sua cōfusibiliter arguetur, attendēdo naturā humanam in Iesu Christi corpore diuinę naturę conformatā & unitam in puritate maxima, super choros omniū angelorū exaltatam. Et iniqui se uident ex eorū solummodo defectu in ꝓfundo tartari sic immersos. Immēsam uero dei misericordiam cōsiderant in electis & iustis abundantissime supfluere, qui recipiunt agni sanguinis effusi fructū, & apertissime uidet pœnas oīes quas illius amore portauerunt, in corpore glorificato stare uelut ornamentū, uel aurifrisiū in panno seu uestimento: nō q̄dem uirtute corporis, imo solū ex animę plenitudine, quę corpori fructum laborū suorū representat: qm̄ cā associauit in opibus uirtuosis. Itaq; fructus huiusmodi laborum: b extra demonstratur, ut in speculo facies hominis apparet modo p̄dicto. Dum igitur attendunt isti miseri tenebrosi tā excellentē dignitatē, qua priuati sunt ipsi ꝓpter iniquitates eorum, augetur eis amarissima pœna, & intoleranda confusio: qm̄ in corporibus eorū aperte signa demonstrantur iniquitatū suarū quas in seculo cōmiserunt. Vnde q̄tidie cruciantur. In illo nanq; terribili uerbo quod audient, Ite maledicti in ignē ęternum, ibit anima cū corpore simul ad cōuersationem atq; societatem dęmonum, absq; remedio cuiuscunq; spei, & sic circumuoluti cū omni putredine totius orbis, unusquisq; per se diuersimode secundum uarias iniquitates eorum. Auarus enim inuoluetur in auaritię putredine, quam inordinate dilexit, & igni comburetur una cum uana mundi substantia. Crudelis uero cum sua

cum

crudelitate', & immundus cum immunditia putridę conſcientię ſuę ualde fœtentis. Iniuſtus cum impiſſima iniuſtitia ſua, inuidus cũ inuidia. Qui proximum oderunt, cũ odio ſuo. Qui ſemetipſos amore proprio & inordinato dilexerunt, unde proceſſerunt alia mala, qm̃ eſt uelut origo atq; principium aliarũ iniquitatum, elata ſuperbia ſociante, perpetuo cruciabuntur igne cum atrociſſima pœna. Itaq; omnes in gradu ſuo punientur indubitanter in anima ſimul & in corpore. Sic ergo miſeri peccatores ambulantes p inferiorem uiam fluminis, qui noluerunt de ſuis iniquitatibus in ueritate pœnitere, neq; miſericordiam meam acceptare, quã ego libenter eis impendiſſem, perueniunt ad mendationẽ ianuam, eo q̃ imitati ſunt diaboli doctrinã, qui eſt pater omnis iniquitatis atq; mendacij. Vnde per eum tanq̃ per ianuam ſuam omnes iniqui tranſeunt, per quam tranſeuntes ad ęterna ſupplicia perducuntur, ſicut iam dixi. Sic econuerſo filij & electi mei, p ſuperiorem uiam, uidelicet per pontem ambulantes, imitati ſunt uiam ueritatis, ideo ueritas eſt ipſorũ uera ianua. Et idcirco ueritas ipſa mea dixit: Nemo poteſt uenire ad patrem, niſi per me. Ipſe quidem eſt uia & ianua per quam ambulare atq; pertranſire debent omnes electi, ut quieſcere ualeant in meo mari pacifico. Sed illi reprobi miſeri tranſire uoluntarie decreuerunt ecõtrario p uiã obſcuri mendacij, ubi mortuam aquam inuenerũt. Et ad illã ipſe dęmon eos inuitat, quaſi dicat: Quicunq; ſitit & aquam mortuam habere deſiderat, ueniat ad me: quia ſibi dabo ſatis, & bibat iuxta libitum. Et ipſi ueluti ſtulti & omnino cęci, quia fidei lumen amiſerunt, uoluntarie ſequuntur illum, & non aduertunt neq; cõſiderant horribile pręcipitium ſuum.

De utilitate tentationum, & qualiter anima in mortis extremitate guſtat & intelligit locum ei deputatum, etiam antequam a corpore ſeparetur.

Caput xliij.

ETiã intelligere debes q̃ ipſe diabolus eſt ueluti lictor atq; miniſter a mea diuina iuſtitia conſtitutus & ordinatus ad cruciandos omnes iniquos, qui me miſerabiliter offenderunt. Sed in mundo permittendo cõcedo, ut hominibus frequentiſſime tẽtationes atq; moleſtias inferat: non quidem ut homines in tali bello ſuccumbant, ſed ut in bello uincant & poſtmodum a me recipere coronam gloriæ pro uictoria mereantur, & interim uirtus experimento probetur. Non enim coronabitur niſi qui legitime certauerit. Vnde nemo debet expaueſcere propter q̃cunq; tentationem diabolicam, uel aliam tribulationẽ ſiue bellũ undecunq; procedat, qm̃ omnes ego roboro iugiter, atq; uoluntatem hominis in ſanguine dilectiſſimi filij mei fortificaui, quę uinci nõ ualet a quocunq; dęmone uel alia creatura, niſi ſponte conſentiat: quoniã eſt ueſtra, uobis a me conceſſa, cum arbitrij libertate. Cũ hac ergo libertate poteſtis uoluntatem ipſam inclinare ſeu refrenare iuxta libitum ueſtrum. Et iſta gratioſe conceſſi uobis uelut inexpugnabilem armaturam. Quando uero ſponte peccatum acceptatis, armaturam ueſtram in manu diaboli ponitis: & iſte gladius eſt cum quo uos percutit & occidit. Si uero gladius iſte uoluntatis in manu diaboli non exhibetur, uoluntarie uidelicet acceptando tentationes atque moleſtias eius, homo nunquam offendetur ab aliqua peccati mortalis occaſione cuiuſcunq; tentationis uel moleſtię, ꝓuenientis undecunq;: imo fortificabitur inde, ſi oculum intellectus aperuerit ad uidendam & intelligendam charitatem meam uere paternam, quę permittit huiuſmodi tentationes ſolum ut homines in ſe uirtutes acquirant, & in eis experiantur. Ad uirtutes uero non peruenitur niſi mediante cognitione ꝓpriæ fragilitatis atq; meæ bonitatis, & iſta cognitio pfectius acquiritur tempore tentationis quam tempore conſolationis & quietis: quia tunc aperte cognoſcit ſe per ſe non eſſe, quia ſe liberare non ualet ab illis moleſtijs, quas utiq; uitare uellet & illis omnino carere: me uero cognoſcit in uoluntate ſua, quę fortificatur a bonitate mea, quare non acquieſcit illis moleſtijs atq; tentationibus: & quia prudenter aduertit quod ego concedo ſibi propter utilitatem eius ex charitate mea. Diabolus enim infirmus eſt, & omnino nihil agere poteſt, niſi quantum ego ſibi concedo. Hoc autem ei concedo, nõ ex odio ueſtri, ſed ex charitate paterna, ſicut tã dixi: non ut in bello huiuſmodi ſuccumbatis, ſed ut in bello tali triumphũ obtineatis, & ut exinde ueniatis ad uerã cognitionẽ ueſtri atq; meę bonitatis, & ut uirtus experientia probetur, quę proculdubio non probatur niſi per oppoſitum eius. Ergo diligenter attende, qa dę mones eſſe cõſtitui & ordinaui miniſtros meos, ut impios atq; reprobos in inferno, crucient, & in mundo tentationibus atq; moleſtijs electos exerceãt, ut uirtutes in anima ꝓbentur: q̃ uis intentio diaboli non ſit, ut uirtus in uobis augeatur ſiue probet, qa charitate priuatus eſt: imo iuxta poſſe laborat ut oñi uirtute priuemini, hoc aũt agere nullo modo poteſt niſi uelitis ei cõſentire. Nũc uidere poteſ hoĩs amẽtiã, q uult eſſe debilis, ubi factus eſt a mea

boni

bonitate fortis atq; robuſtus, & ipſemet uoluntarie ſe ponit in manibus inimici ſui crudeliſſimi, qui quotidie quęrit animę ſuę mortē ęternam. Vnde uolo te noſce q; ex quo ſponte reprobi ſe dęmoniacę ſeruituti ſubiecerunt in uita, poſtmodū in extremitate mortis exiſtentes, ipſi ſub huiuſmodi crudeli domino nō expectant aliud iudicium a me, ſed ipſimet ſui iudices exiſtunt a conſcientia cōpellente. Quare ueluti deſperati feſtinant ad ęterna ſupplicia. Et antequam ingrediantur infernum, in extremitate mortis illum amplectuntur cum odio cuiuſlibet uirtutis, & cum dęmonibus, q̄s in dominos elegerunt, pro prętio ſuoꝝ operꝝ habent infernum: ſicut econuerſo iuſti & electi mei, poſtq̄ in perfecta uirtute uixerunt, ad mortis extremitatē aducti, uera charitate ſuccenſi, cum oculo pfectę fidei, cū firma ſpe fructiferi ſanguinis agni, uidelicet unigeniti filij mei, uident illud ęternum p̄mium eis a me p̄paratum, & cum uere dilectionis brachijs amplectuntur, aſtringentes amoris amplexibus me ſummum & ęternum bonum, in hac extremitate: ſicq; uitam ęternam affectuoſe deguſtāt anteq̄ egrediantur a corpore mortali. Alij uero qui uitam in quadam duxerunt charitate cōmuni, & nō in tanta pfectione, uenientes ad ultimum uitę, miſericordiam meā amplectuntur cum eodem lumine fidei atq; ſpei, put habuerunt illi perfecti, ſed imperfecte. Qui licet imperfecti fuerint, aſtrinxerunt tñ affectuoſe miſericordiam meā, exiſtimantes & intelligēntes ualde maiorem eſſe diuinam miſericordiā omnibus offenſionibus eorum. Peccatores autem iniquifaciunt oppoſitum, qa cum in reme diabili deſperatione & odio crudeli uident & amplectuntur locum ſuę damnationis, ut iam dixi. Itaq; nec electi, neq; reprobi p̄ſtolantur iudicari, ſed in egreſſu a corpore quilibet uidet & intelligit & quaſi poſſidet ei locum aſſignatum, etiam anteq̄ a corpore fuerit anima ſeparata. Nam animę damnatoꝝ egrediuntur cum odio atq; deſperatione: perfectoꝝ uero cum amore & lumine fidei, & cum uera ſpe ſanguinis agni: imperfectoꝝ aūt cū miſericordia, & cū eadē fide pueniunt ad purgatoriū.

Quomodo diabolus homines decipit ſub alicuius boni colore.

Caput xliiij.

DIxi tibi diabolū ad aquam mortuam homines inuitare, uidelicet ad illam quam ipſe pro ſe poſſidet: illos exęcando cum delitijs atq; mundi ſtatibus, & cum decipula uel hamo terrenę delectationis eos incautiſſime capit ſub colore boni. Nā aliter eos capere nō poſſet, niſi uiderent uel iudicarent inuenire bonum aliquod proprium, uel aliquam delectationem, proculdubio ſe capi nullo modo permitterent. Naturaliter enim anima quotidie bonum habere deſiderat. Sed anima propter amorem proprium excęcata, non intelligit nec agnoſcit ubi ſiue quod eſt uerum & appetibile bonum quod animę proſit & corpori. Et ideo diabolus aſtutus & iniquus attēdens animam excęcatam ab amore proprio ſenſitiuo, ſibi pponit uarias delectationes, cū aliqua bonitate uel utilitate coloratas, unicuiq; ſecundum gradum eius & ſecundum uitia principalia in qbus uiderit aliquem irretitū & inclinatum. Aliud enim anteponit uni ſeculari, & aliud uni religioſo. Aliud in prelatura poſitis, & aliud in ſublimitate ſecularis dominij collocatis: & ita de ęteris. Iſta tibi narraui, qa tibi dicam de ijs qui p̄ fluuium ambulantes in eo ſe ſubmergunt. Imprudentiſſime, pcedunt, nullum omnino reſpectum habentes niſi ſolum ad ſemetipſos, cum iniquo amore, proprio, meas offenſiones uilipēdendo, quorum exitum in parte narraui. Nunc aūt aperte tibi monſtrare uolo quomodo ſemetipſos in ueritate decipiunt, quia uolentes effugere pœnas, incidunt in pœnas: qa uidetur eis quod labor exceſſiuus eſſet eis in ſeruitio meo, uidelicet ambulando per pontem a dilectiſſimo filio meo fabricatum, & ideo ſe ſubtrahūt a pari ua ſpina territi: hoc accidit eis, quia ſunt excęcati penitus, & ideo non uident ueritatem nec agnoſcunt illam. Sicut in principio uitę tuæ monſtraui tibi, quādo me rogabas ut ego miſericordiam orbi facerem homines extrahendo de tenebroſis peccatis eorum. Noſti quod oſtendi me tibi ſub figura cuiuſdam arboris, cuius non uidebas radicem terrę unitam: & hoc innuebat unionem naturę diuinę cum humana ueſtra natura. Iuxta ſtipitem arboris uidebas aliquas uepres paruas, quaꝝ horrore ſiue terrore cuncti proprię ſenſualitatis amatores elongabantur atq; recuſabant arbori, ppinquare, currentes ad quendam monticulū corticis frumenti ſiue quiſquiliarum. In q̄ declarabatur tibi q̄ omnia mundi delectamenta ſignificabantur. Illę frumenti cortices apparebant eſſe frumentum, & tamen non erant. Quare uidebas animas illuc euntes ibi fame perire. Multę uero cognoſcentes mundi fraudes atq; defectum indilate redibant ad arborem, tranſeundo ſpinas & uepres illas, uidelicet deliberationem uoluntatis. Quę deliberatio priuſquam fiat uidetur eſſe una ſpina pungens in ſequendo uiam ueritatis & ſalutis: quia pugna quędam exercetur inter conſcientiam atq; ſenſualitatem. Sed quando cum odio ſancto & diſ-

plicentia

plicentia ſuę ſenſualitatis uirili corde de/liberat, dicēſt ego uolo ſeq Ieſum Chriſtū crucifixum: uepres ſiue ſpinas ilico calcat illęſus, & inuenit admirabilē indilate dul cedinem, pro ut illo tēpore tibi mōſtrauit tamen amplius uel minus iuxta diſpoſitio nem atq; ſollicitudinem ipſorum. Et ut iā dixi tibi, ego ſum deus ueſter immobilis, neq; mutor, nec ab aliquo qui uelit ad me uenire me ſubtraho, ſed omnibus oſtendi ueritatem, naturam diuinam inuiſibilem ordinādo uiſibilem. Etiā eis oſtendi quid eſt aliquid amare ſine me. Sed ipſi uelut ex cęcati penitus à nube amoris proprij inor dinati, neq; me neque ſe cognoſcunt. Vi/des aperte quantum ſe decipiunt, quia po tius uolunt fame perire quam paucas ue pres pertranſire. Nemo quippe poteſt abſ que pœna in preſenti uita ſtare, nemo ſi/ne cruce pertranſit, exceptis illis qui p ui/am ſuperiorem uadunt. Non tamen eua/dunt omnem pœnam: ſed huiuſmodi pœ nam exiſtimāt ſibi fore refrigerium. Et qa propter peccatum Adæ mūdus humano genere ſpinas atq; tribulos germinauit, & iſte ꝓcelloſus fluuius ueluti q̄ddā inquie/tum mare periculoſe fluxit, ideo uobis or/dinaui pontem de quo tibi dixi, ne perire tis in ipſo flumine. Nunc uidere potuiſti qualiter ipſi ſe decipiunt cum inordinato timore, & qa ſum deus ueſter qui nō mu/tor neq; ſum perſonarū acceptor, imo uir/tutis atq; ſancti deſiderij: Hoc autem uidi ſti, pſertī in illo arboris & cōgrua figura.

Oſtēditur q ſunt illi quibus minime no cēt ſpinę q̄s mūdus p peccatū germinauit.

Caput xlv.

NVnc uero tibi mōſtrare decreui qui ſunt illi quibus uepres & ſpinę quas propter peccatum iſte mundus germina/uit, inferunt damnum & quibus non. Et quia iam tibi monſtraui damnationē ipſo/rum una cū bonitate mea, & etiam uidiſti qualiter ipſi decipiūtur à propria ſenſual/itate ſua, nunc attende diligenter quod ipſi ſolum offendūtur ab huiuſmodi ſpinis. Ne mo uiuens in mdūo pertranſire poteſt abſq; pœna corporali ſiue mētali. Labore q̄ppe corporalē etiā electi tolerant, eorum uero mens eſt omnino libera: quia nō habet af/flictionem de labore ſiue quacunq; pœna, pro eo quod eorum uolūtas in omnibus eſt conformis & unita uoluntati meæ, qui q̄uo luntas eſt illa res unde procedit afflictio ſ./ue pœna. hic enim affligitur homo uel ha/bendo quod habere nollet, uel non haben/do quod habere uellet. Ablata uero uolū/tate ꝓpria, pacifice quieſcit. Igitur iſti diſ/cordes a uoluntate mea, ſunt illi qui corpo raliter atq; mentaliter affligūtur. Nam & in mundo uitētis arram inferni deguſtāt ſicut econuerſo ſerui mei guſtant arrā q̄ti/næ uitæ. Vnde noueris quod ualde ſingu/lare bonū beatorū eſt habere uoluntatē ple nam omnium que deſiderant. Ipſi cupiunt habere me: cupiētes uero me, guſtant, fru untur atq; poſſident abſq; rebellione quacū que: quia depoſuerūt in morte corporis gra uedinem atq; moleſtiam, unde ſentiebant impugnationē atq; bellum contra ſpiritū. Corpus enim erat eis obſtaculum ne per/fecte cognoſcerent ueritatē, & impediebat eos ne me facie ad faciē uidere poſſent. Poſt quam autē anima depoſuit onus corporis, uolūtas eſt omnino plenat quia deſiderātes uidere me, q̄tidie me uidēt, in qua uiſione feliciſſima beatitudo ueſtra conſiſtit. Vidē tes agnoſcunt & agnoſcētes amāt, & amā/tes guſtant me ſummū & æternum bonū, in quo guſtu ſatiatur cum plena refectione uolūtas eorum, ideſt deſiderium, quod ha bent uidendi & agnoſcendi me: quia deſi/derantes habent, & habendo deſiderant. Et ut iā dixi, procul eſt ab omni pœna ta/le deſiderium, & omne faſtidium à tali ſa/cietate rerum. Itaq; ſerui mei principa/liter beatitudine gloriosa perfruuntur, uidē do, cognoſcendo & amando me: quę quidē uiſio replet eorum uoluntatē habēdo quic quid exoptat, & ita ſatiata quotidie repe/titur. Et ideo tibi dixi quod uitam æter/nam guſtare præcipue cōſiſtit in hoc ut uo luntas habeat omne quod optat. Noueris tamen, quod ipſa ſolummodo uidēdo, cog noſcendo & amādo me ſatiatur ut iā dixi. Etiam igit in hac uita præſenti guſtat ar/ram æternę uitæ, guſtando illud de quo po ſtea ſatiatur. Guſtatur autem hec arra ui/tæ, durabilis in pſenti tēpore, bonitatē meā in ſe uidendo & in agnoſcēdo ueritatē meā. Iſtā uero noticiā habet intellectus illumi/natus in me, q eſt oculus animæ. Hic autē oculus pupillā habet almæ chriſtianæ fi/dei: & lumē hmōi fidei facit agnoſcere pari ter & imitari uiā atq; doctrinā ueritatis, uā delicet incarnati ẏ bi dilectiſſimi filij mei.

Nullus

Nullus enim absq; pupilla fidei Christianæ uidere potest, nisi sicut homo qui formam habet oculi, sed pupilla quæ uidere facit hominem, habet uno panniculo coopertam. Sic oculus intellectus loco pupillæ fidē habere debet, super qua si pannus infidelitatis ortum habens ab amore proprio superponatur, recte uidere non potest. Formam habet oculi, sed minime lumen, quia semetipsum illo priuauit. Itaq; uides q̄ serui mei uidendo cognoscūt, & agnoscendo diligunt, & amādo perdūt, uoluntatem omnem propriam & abnegant. Priuati uero uoluntate propria, subito uoluntatem meam induunt, quæ nō quærit & optat nisi sanctificationem uestram. Et indilate retrocedunt ab inferiori uia pontem ascendentes, uepresq; uitili corde calcantes, illesi pertranseunt, absque nocumentu quocunq;, quia pedes affectus eorū uoluntate mea calciati sunt, & ualde muniti. Et ideo dixi tibi q̄ ipsi pœnam habebant corporaliter, sed non mentaliter, quia sensitiua uoluntas in eis omnino mortua fuerat, quæ pœnam infert, atque mentem hominis affligit. Ablata uoluntate propria, subito pœna fugatur ab homine: quare tolerant omnia cum affectuosa reuerentia, reputantes ad gratiā singularem amore mei cruciari, nec optāt aliquid nisi quod ego uolo. Vnde si eos uexari permitto multis & uarijs diabolicis tentationibus, ut in uirtute probētur, ipsi cū uoluntate firma resistunt, quā in me fortificatam habent, & cum humilitate profunda se reputant indignos omni quiete, sed afflictione dignos. Et ita cum sancto gaudio pertranseunt, & cum uera cognitione sui, uitando pœnam omnem afflictiuam. Si uero permitto q̄ homines eos p̄sequantur, uel eis uolo concedere corporalem ægritudinem, uel inopiā tēporaliū, uel ut à statu suo deijciantur in mundo, uel eis aufero filios uel alias creaturas quas affectuose diligunt: quæ quidē omnia spinæ uidentur & uepres, quas post peccatū Adæ terra germinauit, omnia cum lumine rationis atq; fidei sanctæ patientissime tolerant, attēdentes quia summa summa bonitas, neq; uelle possum nisi quod bonum est, & intuitu boni concedo torum, amore paterno motus, & non ex odio. Postq̄ aūt in me perfectum amorem agnouerūt, ad semetipsos oculum uertunt, defectus proprios uere cognoscentes: Et cum lumine fidei cognoscunt aperte, q̄ nullum bonū erit absq; præmio, & omnis culpa sine dubio punietur. Diligenter etiam attendūt, q̄ omnis culpa, quantumcunq; leuis apparet, esset infinita pœna digna, quoniā est contra me perpetrata, qui sum bonum infinitum. Et acceptant a me pro singulari gratia, q̄ in uita præsenti eis uelim iungere pœnitētiam atq; disciplinam, eo quod tempus est breue. Igitur isto modo & contritione cordis pro suo peccato satisfaciunt, & cum perfecta pacientia meritū acquirunt: eorum uero labores postea a me remunerantur æterno præmio. Etiam aperte cognoscunt q̄ omnis labor uitæ præsentis est ualde breuis, ex breuitate tēporis. Tēpus uero quod habetis est unus punctus, uidelicet præsens instans, quia præterito caretis, nec futurū habetis. Ergo defficiente uobis tempore, pariter & omni pœna caretis, & ita quælibet pœna in uita p̄senti breuis est. Ipsi tolerant omnia pacientissime, calcantes huiusmodi spinas illæsi: quia non offenduntur neq; tanguntur ab eis, eo quod ipsorū cor alienum est ab eis, amore sensitiuo contempto, & unitum est in me per affectum ueræ charitatis. Ergo manifeste patet, quod illi gustant arram æternæ uitæ, dum etiam in mortali corpore uiuunt. Stantes in aqua non madefiūt, nec aliquo modo balneantur, per uepres atq; spinas acutissimas illæsi pertransiūt, nullum aculeum inde sentientes, quia non uertunt me summum bonum, ibi perquirentes ubi reperire potuerunt.

De malis procedentibus ex cæcitate intellectualis oculi. Et q̄ bona facta in peccato mortali non ualent ad uitam æternam. Caput xlvi.

HOC utiq; tibi declarādum duxi, ut apertius cognoscas qualiter isti gustant arram inferni, quorū audisti deceptionem erroneam. Modo uero subiungam unde procedit hæc erronea deceptio, & qualiter arram inferni gustant. Hoc aūt accidit eis, quoniam oculum intellectus habēt excæcatum, cū infidelitate, quam ab amore proprio traxerunt: quia prout omnis ueritas acquiritur ab homine cum lumine ueræ fidei, sic econuerso mendacium atq; deceptio cum infidelitate conquiruntur.

De

De illoꝝ infidelitate loquendo, qui ſanctũ baptiſma receperunt, in quo pupilla fidei fuit oculo intellectus immiſſa. Qui tẽpore diſcretionis aduenientẽ, ſi ſe poſtmodũ in uirtutibus exerceant, ipſum fidei lumẽ in anima ſua conſeruant, & exinde uirtutes uiuas atq; reales operantur in proximo fructifere pariendo. Sicut accidit in muliere, quæ parit infantem uiuum, quem ita uiuẽtem iucundo corde ſponſo repræſentat: ita faciunt iſti qui uirtutes uiuas mihi repræſentant, qui ſum animæ ſponſus. Cuius oppoſitum iſti miſeri faciunt: Aduenientẽ nãque tpe diſcretionis, ubi deberent exercere lumen ueræ fidei, uirtutes cum uita gratiæ pariendo, & ipſi pariunt eas omnino mortuas. Mortuæ quippe ſunt, eõ q̃ ipſoꝝ opa facta ſunt in peccato mortali, quia priuati ſunt ipſo lumine fidei. Habent utiq; ſancti baptiſmi formã, ſed minime lumen, quo priuati ſunt, quia nubes pctõrum amore, p prio patratoꝝ, oculi pupillam, unde uirtuoſe uidebãt, operuit. His qui fidẽ abſq; uirtuoſis operibus habẽt, apertiſſime dicitur, quia fides eoꝝ eſt omnino mortua. Vnde ſicut ille qui mortuus eſt uidere nequit, ita nec oculus habens pupillam opertam, nõ uidet neq; cõgnoſcit ſemetipſum, neq; ſuos defectus: neq; bonitatẽ meã, a qua ſuum habuit eſſe, & omnem gratiam fundatam ſuper eſſe. Et quia nõ agnoſcit me, neq; ſe, nõ odit in ſe propriam ſenſualitatẽ, ſed inordinate diligit eam, querendo quotidie ſuo appetitui ſatisfacere, ſicq; pariter omnes filios mortuos gignit, uidelicet multa pctã mortalia committendo. Me quoq; non amat, & ita me non amando nec etiam illud q̃d ego diligo diligit, uidelicet proximũ eius. Neq; delectatur opati quę mihi grata ſunt & accepta, uidelicet ueras atq; reales uirtutes, de quibus habeo complacentiam, illas in uobis uidendo: non ex utilitate mea, qã mihi nullo modo pdeſſe poteſtis, quia ſum deus ueſter, & non indigeo bonoꝝ ueſtrorum: Omnia nanq; creata ſunt a me, ſolũ excepto peccato, quia nihil eſt, & animam gratia priuando ſe reperit quoq; eſſe me priuatam, qui ſum omne bonum. Itaq; propter utilitatẽ ueſtram, uirtutes mihi placẽt in uobis, ut inueniam unde uos æterno p/mio remunerare ualeam, in me uita durabili. Vides ergo fidem iſtoꝝ eſſe mortuam, quia non habent operatnam opera quæ faciunt, licet in ſe bona ſint, non tamẽ eis ualent ad uitam æternam, quia uita gratiæ priuata ſunt. Nihilominus operari bonũ, etiam abſq; gratia, nunq̃ intermitti debet, quoniam omne bonum a me remunerabitur, ut etiam omnis culpa ſuo tempore punietur. Bonũ quod hoies operantur in ſtatu gratiæ, uidelicet abſq; peccato mortali, ualet ad uitam æternam acquirendã: illud uero quod operãtur in culpa mortali, proculdubio non ualet ad uitam æternam, tamen a me diuerſimode remuneratur. Nãaliquãdo præſtolor eos gratioſe tempus cõmodando, ut emendare ualeant, uel eos in corde aliquoꝝ ſeruoꝝ meoꝝ imprimo, ut pro illis humiles atq; continuas orationes in conſpectu meo fundant, quibus interuenientibus a me gratiam obtineãt, ut a ſuis iniquitatibus egrediantur. Quando uerõ non acceptant gratiam huiuſmodi cõmodati temporis, nec etiam fructum illaꝝ orationum, aliquando remuneto, tales in abũdantia reꝝ temporalium. Et his accidit ſicut uitulo ſiue porco q̃ ſatis impinguatur, ut ad macellũ poſtea congruentius adducatur. Ita continget iſtis qui quotidie recalcitrauerunt uoluntati meæ: tamen aliqua bona faciunt, non in ſtatu gratiæ, ſed in peccato mortali: nec acceptare uoluerunt gratiam cõceſſi temporis, nec orationes pro eis effuſas, nec alios modos quibus eos gratioſe uocaui multoties, ut opera ſua bona facerent in ſtatu gratiæ, ueluti reprobi niſi ſe correxerint ultimo puniẽtur æterno ſupplicio. Interim uero mea bonitas propatuis illis bonis quæ fecerunt in tali ſtatu, remunerat eos in tali minima cõpenſatione, uidelicet diuitiaꝝ huiuſmodi temporaliũ. Itaq; ualde decepti ſunt. Quis eos decepit? Ipſimet, quia ſponte lumine uiuæ fidei ſe priuauerunt, & ueluti excæcati palpantes inhærent ſolum iis quæ tangunt. Et idconi hil uident niſi oculo tenebroſo, quia poſuerunt affectum ſuum ſolum in his tranſitoriis, & ideo decepti ſunt. Ipſi directe faciũt ueluti ſtulti, qui reſpiciunt & uident auꝝ ſolũmodo, ſed minime uenenum quod ibi latet, & occidit incautos. Vnde noueris q̃ iſta mundana cum oblectamentis eoꝝ, q̃/tumcunq; grata uideantur, abſq; me poſſeſſa uel acquiſita, ſed cum amore proprio & inordinato, directe portant & habent in ſe ſcorpionum effigiem & figuram, ut in

principio uitæ tuæ post illam arboris figuram ego tibi monstraui, dicens, quod ante se portabant aurum, post tergum autē uenenum. Neq; uenenum erat absque auro, neque aurū absq; ueneno. Aurum tamen erat in aspectu primo, nec aliquis homo se tueri poterat a ueneno, nisi tantum illi qui erant illuminati lumine uerę fidei.

Quomō præcepta seruari nō possunt nisi seruent etiam consilia, & q̄liter in omni statu dō acceptat bonā hominis uolūtatē. Caput xlvij.

IAm tibi dixi q̄ isti sic illuminati, cum gladio bicipiti, uidelicet cum odio uitiorum & amore uirtutum, intuitu meæ dilectionis, a se præcidebant uenenum proprię sensualitatis & uoluntatis. Et cum lumine rationis acquirebant, possidebant atque tenebant aurum in his temporalibus, scilicet qui retinere ea uolebant. Qui uero magna uolebant uti perfectione, mētaliter & actualiter omnia contēnebant. Isti sunt omnes illi qui consilium perfectionis à mea ueritate traditū, actualiter obseruant. Alij uero qui possidēt hæc exteriora, sunt illi q̄ præcepta quidem obseruāt actualiter, consilia uero mentaliter: sed non actualiter obseruant. Et quia consilia ligata sunt & cōnexa cum præceptis, ideo nemo potest obseruare præcepta, quin etiam consilia seruet nō actualiter, sed mētaliter, uidelicet huiusmodi possidendo diuitias cum humilitate, non cum elata superbia, possidendo non tanq̄ proprias, imo tanquā à mea bonitate sibi cōmodatas ad usum, ut in ueritate sic est. Vnde tantū habetis quantum ego uobis impendo, & etiam tanto tēpore relinquo uobis quantum uideo uestræ saluti conuenire. Et isto modo uos uti debetis, & ita quisquis mandatum obseruat, uidelicet amando me super oīa, & p̄ximum tamquā semetipsum, uiuit cū libertate cordis, & eas ex affectu cōtēnit & uilipēdit, ac licet actualiter eas possideat, tamen uoluntati meæ nullo modo contradicit. Obseruant quoque consilium ex affectu mentis, qui a se præciderunt uenenum amoris inordinati. Tales in communi charitate morantur. Illi uero qui seruant actualiter atque mentaliter præcepta pariter & cōsilia, sunt in statu perfectæ charitatis. Et cum uera simplicitate seruant ueritatis meæ, uidelicet Iesu Christi consilium exhibitū iuueni petenti quid agere deberet, ut uitam æternam obtinere posset, qui audiuit: obserua mandata. Quo respondente, ita iam feci, ei ueritas ait: Si uis esse perfectus, uende quæcunque possides, & da pauperibus. Iuuenis uero contristatus, quia diuitias adhuc amore nimio possidebat, ideo contristatus est. Sed isti perfecti consilia realiter obseruant, mundum & omnes diuitias eius affectuose relinquentes, macerando corpus cum abstinentia, uigilia & oratione continua. Illi uero qui uiuunt in charitate cōmuni, nō relinquēdo diuitias eorū actualiter, nō priuant ex hoc æterna uita, quia nō obligant ad hoc ex præcepto: sed si uolunt eas habendo possidere, faciāt ut iā dixi. Nec offendunt illo modo tenendo, q̄niā omnia bona sunt à me creata, qui sum æterna & summa bonitas, in obsequium creaturarum mearum, quæ rationem habent, & non ut ipse delicijs mundi seruiāt. Et si placet illas habēdo possidere, nō optātes ascēdere huiusmodi gradū p̄fectionis, habeāt atq; teneāt nō tanquā dñi, sed tāq̄ serui mei. Desiderium eorum mihi debent offerre, cætera uero possidendo tenere, non tanq̄ ppria, sed uelut à me cōmodata. Ego uero non accepto personas uel personarum statū, imo sancta desideria. In omni statu quē homines eligere uolunt habendo sanctam uoluntatem, accepto gratanter, & in eis habendo complacentiā. Omnes ergo qui uenenum amoris inordinati præciderunt a uitijs cū odio sancto propriæ sensualitatis, & amore uirtutis, ordinate possunt illas habere. Insuper ablato ueneno uoluntatis inordinate, postquam illam ordinauerit cum uera dilectione atque sancto timore mei, potest eligere quilibet cum sancta fiducia statum amplius ei gratum, & ubicunque uerari potest uitam æternā, fauente gratia mea: quāuis indubitanter est maioris perfectionis atque mihi magis acceptum amore mei mentaliter & actualiter omnia mundana relinquere. Qui uero nequit hanc attingere perfectionem, fragilitate propria contradicente, potest unusquisque stare iuxta gradum suum, in prædicta charitate communi.

Et

Et hoc ordinauit affectuosa charitas mea paterna, ut nullus in q̃cunq; statu fuerit excusare se legitime propter peccatum ualeat ullo modo. Quia uere nullam excusationē homo potest inuenire legitimam, uel etiam apparentē. Valde nanq; gratiose cōdescendi fragilitati & imbecillitati suę, taliter q̃ ille qui uult in seculo uiuere possit in statu salutis esse, etiam possidēdo diuitias, statū tenere dominij, uxorem ducere, filios ꝓcreare, laborando uictum acq rere. Postremo quilibet esse potest in illo statu quem eligere uoluerit: dum tamen uere ꝑcidere studeat a se uenenū proprię sensualitatis & uoluntatis, quæ conducit indubitanter ad mortem ęternam. Et uere uenenū est: quia sicut uenenum inficit hominē in corpore, tandem inferendo sibi mortem, nisi uomere festinet siue salubrem aliquā assumpserit medicinam: ita uenenum huiusmodi scorpionis deliciarum mundi uenenat & inficit animam, inferendo sibi postea mortem, nisi per confessionem sanctā euomat illud extrahendo uirtuose cordialem affectum. Et hæc est una salubberrima medicina, quę liberat hominē a ueneno peccati: licet amara uideatur misere ꝓprię sensualitati. Pestiferum atq; mortiferum uenenū attendere debes non consistere in rebus creatis, quoniā in se bonę sunt, & ut iam dixi, creatę sunt a me, qui sum æterna bonitas: sed intelligo de peruersitate uoluntatis hominis q̃ bonis gratiose concessis in mortem propriā abutit. Vides ergo quomodo sunt huiusmodi miserabili modo decepti: qa possunt habere me per gratiam uitando tristitiam omnem, & habere sanctum gaudium atq; consolationem, & ipsi potius eligunt habere malum sub colore boni. Cupiunt & habent aurum insatiabiliter amore nimis inordinato. Et qa sunt excęcati cū infidelitate sua, nō uidēt neq; agnoscūt ueritatē. Se uenenatos esse cōspiciunt, & ex infideli cęcitate sua negligūt aliquod assumere remedium: Ipsi ꝓfecto crucem diaboli portant, arram inferni in pręsenti uita gustantes.

Quomodo serui mundi q̃uis multa possideant ipsi tamen saturari nequeunt. Et de pena quam peruersa uoluntas eis exhibet.

Caput. xlviij

DIxi iam tibi qa sola uoluntas hominē affligebat, & quod serui mei, quia uoluntate ꝓpria priuati sunt, illam abnegādo, & induerunt uoluntatem meam, ideo non habent neq; sentiunt aliquam penam afflictiuā: imo quotidie consolati me per gratiam habēt in animabus eorum. Qui uero gratia mea priuati sunt, non possunt in aliquo iuuari siue cōsolari, licet uniuerso mundo dominarentur, pro eo ꝙd omnia q̃ę sunt in mundo minora sunt homine: quia creata sunt propter hominem, & non homo propter illa. & idcirco non possunt ab illis habere, sacietatem. Solus ergo ego dius ęternus cum in effabili sacietate quietare possum. Vnde miserabiles isti sic excęcati quotidie laborando fatigantur, & nunquam habere sacietatem ullo modo ualent, optantes ea quę non inuenient unquam: qa non expoſcunt a me, qui plenissime possum adimplere desideria sua. Vis audire qualiter affligunt? Tu nosti quod amor affligit homines, quando perdūt ea cū quibus erant affectuose conformati. Isti conformati sunt in terra diuersimode, ꝑ inordinatum amorem, & ideo terra sunt effecti siue terreni. Aliqui se cōformant cum diuitijs, quidam cum tēporali statu siue cum filijs. Aliqui me perdunt ut obediant alicui creaturę, alij faciunt ut animalia irrationabilia, corpora sua fędantes in immūditia detestabili. Et ita diuersimode se miserabiliter de terra nutriunt. Vellent ista fore mansura, cuius oppositum experientia quotidie docet: qa uel his q̃ diligunt auferūtur ipsi morte mediante: uel ex mea dispensatione resauertunt ab eis, & ipsis oīno priuantur. Vnde iugiter affliguntur intolerabili pœna, & illa cū tanto dolore perdunt cum quanto amore inordinato possidebant. Si possedissent ea tanq̃ a mea bonitate commodata, & non tanquam ꝓpria, nō habuissent in tali priuatiōe pœnam. Affliguntur igitur iuste, qa non obtinent ea quę desiderant a mundo, a quo proculdubio satiari nullo modo possunt, unde pœnam habent ueluti uacui atque famelici. Quot pœnas habent inique uiuentes a stimulo conscientię? Qualiter affligit̃ ille qui uindictam appetit? Quotidie nanq; tabescit & afflictione consumit̃, & ante semetipsum occidit, uidelicet animam quam inimico nocuerit, uel in minimo gladius aūt odij suam iam occidit animam. Quantum affligitur auarus qui sibi subtrahit ex auaritia quę sunt uitę suę necessaria. Quantum affligitur inuidus, cuius anima semp amaricatur ex omni felicitate proximi sui. Tales ex omnibus quę sic inordinate diligunt extra me, semper habent afflictionem atque miseriam. Et ita cruce diabolica quotidie tormentantur, & etiam in uita pręsenti gustant & habent arram inferni. Corpus etiam ipsorum ex hoc aliquando grauiter infirmatur, & nisi se corrigant, incurrunt hominis utriusque mortem ęternam. Igitur isti sunt quos ue presatque spinę multarum angustiarum offendunt. Ipsi nanque semetipsos affligunt cū detestabili & inordinata uoluntate ꝓpria. Ipsi meri

ro cruciantur intus & extra, uidelicet in anima simul & corpore, cum pœnoso tormento uiuentes absq; merito quocunq; qm̃ in tribulatione sua fuerunt impatientes, aurum atq; delicias uitę presentis inordinate diligentes, gratia mea priuati, atq; charitatis affectu, mortis arbores effecti sunt: & ideo ipsorum opera mortua sunt amaritudine plena. Sponte uadunt p fluuium in quo suffocantur, & ita perueniunt ad aquam mortuã, cum odio transeuntes per ianuã dęmonij, & sic ęterna damnatione merito puniuntur. Nunc ergo uidisti quomodo semetipsos isti miseri decipiunt, & cum quanta pœna lucrantur infernũ: quia sponte se fecerunt martyres diaboli. Vidisti quoq; qd est illud quod eos excęcat, uidelicet obscura nubes amoris proprij, super pupilla luminis ueręfidei collocata. Item attendere potuisti qualiter amici mei corporaliter a mundi tribulationibus atq; pscutionibus offenduntur, sed non mentaliter: quia sunt conformati uoluntati meæ, quia ualde contentantur amore mei pœnas quasq; sustinere, considerantes illas a me concessas, qui salutem ipsorum affectuose desidero. Serui uero mundi multipliciter affliguntur intus & extra. Singulariter autem intus a timore perdendi quę possident, ac etiam ab amore proprio & inordinato, desiderando quę nullo modo possunt obtinere. Alios uero labores afflictiuos q post hos duos principales eis occurrendo subsequuntur, lingua tua non est enarrare sufficiẽs. Itaq; cernis apte quod etiam in mundo ualde melius est iustis amicis meis quam iniustis atq; reprobis, quorum uitã atq; terminũ occultata fide uidisti.

Quomodo timor seruilis nõ sufficit ad ęternam uitam obtinendam: sed cum exercitio timoris huius peruenietur ad amorẽ uirtutum.

Caput xlviiij.

ETiam uolo te noscę qd aliqui sunt stimulati frequenter a mundi tribulationibus, qs ego concedo, ut anima cognoscat aperte finẽ suum in uita presenti non esse, sed omnia temporalia transitoria sunt, atq; solummodo me diligat & optet habere, qui sum optabilis finis hominum: & ita debet intelligendo cognoscere. Tales igitur incipiunt amouere nubem ab oculo fidei propter huiusmodi pœnas, a quibus opprimuntur, & etiam propter illam quam post culpam attendunt esse futuram. Et cum isto timore seruili egredi incipiunt a uia fluminis ita pcelosi, uenenum extra uomendo, quod incaute susceperant a scorpione sub auri figura, & inordinate sine modo ab eodẽ acceptauerãt. Hoc uero postea cognoscentes, ab eo purgantur, & ad ipsius fluuij ripã dirigere gressus incipiunt, ut ad pontem ualeant applicare. Sed attende, quia nullo modo sufficit ambulare solũmodo cũ seruili timore, qa purgare domum a spurcitia peccati mortalis non implendo uirtutibus eam in amore fundatis, & non tm̃ in timore, nõ sufficit ad uitã ęternam. Oportet ergo q̃ hos duos pedes apponat in primo gradu pontis, uidelicet culpę displicentiã cũ pœnę timore, & uirtutis amorẽ atq; desideriũ. Hi sunt duo pedes qui baiulant animam in affectũ męę ueritatis, uidelicet unigeniti filij mei, de q̃ uobis feci pontem. Iste primus est gradus quã ascendere debetis, q̃uis iste quasi generalis modus est quẽ obseruant homines a sęculo recedentes: qa primo formidine pœnę mouentur q̃ amore uirtutis atq; iustitię: qa uexationes & tribulationes q̃s a mundo sustinent aliquando faciunt hoies ex q̃dam angustioso tędio sibimetipsis importabiles, unde sumunt ualde displicentiam. Si aũt exercebunt huiusmodi timorẽ uirtuose cũ lumine fidei, puenient ad amorẽ uirtutum. Sed aliq sunt qui cũ tanto tępore ꝓcedunt, q̃ in eo sępe recidiuant. Nam ex q̃ peruenerunt ad fluuij ripam, attendentes atq; sentientes uentos eis contrarios, illuduntur ab undis huius pcelosi maris uitę psentis. Si occurrat eis uentus prosperitatis, ante q̃ ex negligentia sua gradũ primũ ascenderint, uidelicet cũ affectu suo & cũ amore uirtutis, ipsi retrocedunt iterum ad mundi delicias cũ amore sicut prius inordinato se conuertentes. Et si tali uentus aduersitatis occurrat, ipse retrocedit ex impatientia qa non odit culpam suam ex offensa mihi facta, sed ex timore ꝓprię pœnę qua se considerat ex culpa sua fore puniendũ. Cũ isto nanq; timore seruili cũ uomitu peccatorũ inceperat a uita sua pristina resurgere, sed omnis uirtus uult habere pseuerantiam. Quisqs uero uirtuose uiuendo pseuerare non curat, puenire non potest ad effectũ sui desiderij, nec ad illũ finẽ ꝓpter quẽ incepit. Expedit ergo pseuerare, si desiderat. Dixi tibi q̃ isti retrocedunt a bono ꝓposito prout eis aliq contrarij motus occurrunt, unde molestiã habeant, uel a semetipsis, uel a sensualitate ꝓpria contra spiritũ impugnante, uel ex parte creaturarũ, uidelicet cum eas inordinate diligit extra me, siue cum impatiẽter portat iniuriam ab aliq̃ sibi factam, uel ex parte dęmonũ, cum eum uarijs tentationibus infestant. Etiam aliquando facta sua contemnere uidentur, ut ad cõfusionẽ adducant, homini dicentes: Ista bona quę facere cepisti nihil omnino tibi prosunt propter innumera peccata tua. Et hęc aduersarius ait ut homo retrocedat, & omittat agere bonum illud exercitium

ercitium quod inchoauerat. Et aliquando tentat hominem ad interitum adducere cum prę sumptione misericordię meę, dicens: Quare uis tantum in hoc exercitio laborare. Gaudeas in uita p̃senti cum iucunditate, postmodum in fine uitę tuę poteris humiliter adeo misericordiam expoſcere, & indubitanter obtinebis. Et iſto modo diabolus iuxta poſſe conatur, ut ipſi perdant illum timorem cum q̃ ceperant. his igitur & alijs q̃pluribus aduerſantibus & occurrentibus eis agilime retrocedũt, eo quod non ſunt in ſancto ꝓpoſito conſtantes neq; perſeuerantes. Et hoc accidit eis eo q̃ radix amoris ꝓprij nõ eſt ab eis auulſa prout expedit. Ideo non perſeuerant, imo ualde p̃ſumunt ultra quam debeant de ſpe miſericordię meę, multum inordinate. non ſicut oportet, ſed uelut ignorantes atq; p̃ſumptuoſi ſperant in miſericordia mea, quam iugiter offendunt. Ego non offero miſericordiam hominibus ut ipſi cũ ea meſemper offendant, ſed ut cum ea ipſi ſe tueri ualeant a malitia diaboli, & ab inordinata confuſione mentis. Ipſi uero frequentiſſime faciunt oppoſitũ, quia cũ brachio miſericordię meę grauiter offendunt. Et hoc eis accidit eo q̃ mutationem primam uirtuoſe non exercuerunt: ſed cum timore ſolum modo pœnę, necnon & a ſpina multarũ angustiarum atq; tribulationum impulſi ſurrexere a miſeria mortalium offenſarum. Vnde ſe non aliter emendantes & exercentes non perueniunt ad amorem uirtutum, & ideo in perſeuerãtia defecerunt. Anima quippe ſtare nõ ualet immobilis, uidelicet in uno ſtatu. unde neceſſarium eſt ipſam procedere ſiue retrocedere, ueluti nauicula quę ducitur contra curſum fluuij decurrentis. Ita quod iſti non procedendo uirtuoſe relinquentes imperfectionem huiuſmodi timoris, nec ad amorem feſtinantes, oportet q̃ omnino retrocedant.

Qualiter hęc anima multum amaricata fuĩt ex illorum cæcitate qui in flumine mergebantur.

Caput L.

TVnc hęc anima cum ingenti deſiderio anxia, ſuam & aliquorum attendens imperfectionem, afflictione magna cruciabatur in corde, uidendo pariter & audiendo tantam in homine cęcitatem: attendendo præcipue q̃d diuina bonitas obſtacula cuncta quæ poſſent impedire ſalutem eius, ab eo remouerat, & in quocunq; ſtatu perſiſtere uellet, inuenire gratiam dei poterat, qua mediante cuncta redundabant in bonum & ad exercitium, experimẽtum ac augmentum uirtutis. Et nihilominus his non obſtantibus ipſa plurimos aſpiciebat ex amore proprio, & inordinato affectu, uoluntarie tranſire per flumen. Et quia ſe non emendabant, uidebat eos in ignem aperte ꝓcipitari. Aliqui tamen erant ibi qui retrocedere feſtinabant ex cauſa quam audierat a dulciſſima bonitate dei, qui dignatus fuerat ita gratioſe manifeſtare ſeipſum ei. Erat igit̃ ex his amaro corde. Firmauit inſuper oculũ intellectus in patrem ęternum, & ait: O amor ineffabilis & ineſtimabilis, cum grandi cęcitate creaturę tuę ſe decipiũt. Sed obſecro ſi bonitati tuę placet, quod apertius exponere mihi digneris illos tres gradus in corpore dilectiſſimi filij tui ſignificatos. Et q̃ modus eſt habendus ad exeundum ex toto de flumine, ac etiam qui ſunt illi qui ſcalam aſcendunt.

Quomodo tres gradus in ponte figurati, uidelicet, in filio dei, ſignificant tres potentias animæ.

Caput Li.

DIuina uero bonitas oculo miſericordiæ ſuę reſpiciens illius animę deſiderium ita famelicum, ait: Amabilis atq; chariſſima filia, nunquam ego contemno, imo gratanter acceptо ſancta deſideria, quare tibi declarare decreui, hęc quæ petiſti. Tibi declarari poſcis de figura trium graduum, & quod etiam tibi dicam qui modus teneri debet, ut exeuntes a flumine pontem aſcendere poſſitis. Et quanuis ego ſupra narrando tibi cęcitatem hominum, & unde procedebat eorum uitanda deceptio, & quomodo ueluti martyres dęmonum, in uita præſenti arram inferni guſtabant, poſtmodum uero percipiebant ęternã damnationem, in fructum operationum iniquarum. Illo tunc expreſſi tibi modum quem ipſi tenere debebant: nunc autem apertius oſtendam tuo deſiderio ſatisfaciendo. Tu noſti q̃d oĩa mala fundata ſunt in amore proprio & inordinato, & inde trahunt originem, qui amor eſt uelut una obſcura nubes, quæ priuat hominem lumine rationis: quæ ratio continet in ſe lumen uerę fidei, nec unum amittitur abſq; reliquo. Animã ego creaui ad imaginẽ & ſimilitudinem meã, exhibendo ſibi memoriã, intellectũ & uoluntatẽ. Intellectus uero nobilior pars eſt animę. Intellectus ipſe mouetur ab affectu: intellectus uero nutrit affectũ. Manus aũt amoris, uidelicet affectus, implet memoriã beneficiorũ a me gratioſe ſibi conceſſorum, ita ut iugiter in me delectetur. Quorũ affectuoſa memoria facit eum ſollicitum atq; gratum, & oĩno uitare facit hominem eſſe negligentem & ingratum. Per hunc ergo modum una potentia contribuit alteri, & ita nutritur anima ſemper in uita gratiæ.

Non

Non enim potest anima uiuere sine amore, sed semper optat aliquid amare, quoniã ex amore condita fuit. Nã ipsam ex amore purissimo creaui, & ideo tibi dixi superius intellectum ab affectu moueri, quasi dicens: Ego diligere uolo, qa cibus ex quo nutrior, est amor. Tunc intellectus ab affectu se percipiens excitari, surgit, quasi dicẽs: Ego dabo tibi fruis amare, quid amare salubrius ualeas. Et ilico consurgens attente considerat animæ dignitatẽ in qua creata fuit, ac indignitatem in quam ex culpa sua deuenit. Indignitate quidem essentiæ suæ gustat inæstimabilem bonitatẽ atq; charitatem increatam, qua fuit a me creata: suam uero miseriã attendendo gustat ineffabilem misericordiã meam, qm̃ ex paterna misericordia præstiti sibi tempus ad pœnitentiam, atq; de tenebris tã extraxi. Tunc affectus amore pascitur & nutritur, & aperiens os desiderij sancti comedit odium atq; displicentiam propriæ sensualitatis, humilitate profunda peruncta cum uera pacientia, quam ab odio sancto traxit. Virtutibus uero conceptis imperfecte pariuntur atq; perfecte, secundũ quod anima perfectionem exercet in semetipsa, sicut inferius aperte tibi pãdam. Sic econuerso si sensitiuus affectus mouetur ad amandum solummodo sensibilia, tunc oculus intellectus ad illa mouetur, atq; tantummodo transitoria cum amore proprio sibi proponit in obiectũ, cũ displicentia uirtutum & amore uitiorum, unde superbiam & impatientiam attrahit. Memoria uero non impletur nisi tantum eorũ quæ sibi porrexit affectus. Hic amor pessimus obscurauit oculum, qui non uidet neq; discernit aliquid aperte, nisi cum quadã obfuscata claritate. Quæ claritas obfuscata consistit in eo, quod quæcunq; uidet intellectus, & affectus amat, cũ quadam claritate siue specie boni siue delectationis: quia si non esset hæc apparentia boni, homo non offenderet: quia naturaliter homo non appetit nisi bonum. Itaq; uitium amore atq; colore boni proprij coloratur, & ideo culpa cõmittitur. Qm̃ igitur oculus ex obfuscatione sua minime discernit, neq; ueritatem agnoscit, ex hoc errat, quærendo bonũ atq; delicias ubi nõ sunt. Iam enim patefeci tibi quod deliciæ mundi sunt absq; me, spinæ pungentes atq; uenenosæ, ita quod intellectus in sua unione fallitur, & uoluntas in diligendo: quia diligit ea quæ non debet amare. Similiter etiam in retinendo memoria fallitur. Intellectus em̃ agit ueluti latro agere solet aliena rapiendo. Et ita memoria recordatur eorum quæ sunt extra me. hoc ergo modo priuatur anima gratia. Tanta est unitas, uel unio trium istarum animæ potentiarum, quod una me non offendit absq; reliquis, qm̃ una porrigit alteri bonũ siue malum, ut arbitrio libero placet, sicut ex præcedentibus aperte colligere potuisti. Liberum hoc arbitrium est affectui colligatũ, & ideo mouet illum, ut ei placet aliquando cum lumine rationis, aliquãdo sine tali lumine. Vos habetis in me rationem alligatam, inquantũ amor inordinatus arbitrio libero mediante non diuidat atq; præcidat. Et in uobis habetis legem peruersam, quæ quotidie contra spiritum impugnat. In uobis ergo duæ partes existunt, uidelicet sensualitas atq; ratio. Sensualitas oñino seruire debet animę, idcir co uobis est a mea bonitate cõcessa, ut ipso corpore mediante probetis & in uobis uirtutes exerceatis. Anima uobis libera est: nam a culpa liberata fuit in sanguine dilectissimi filij mei, neq; potest in seruitutem redigi, nisi sponte consenserit. Voluntas autẽ est libero arbitrio colligata, & ipsum liberum arbitrium uoluntati semper unitur: & cum ea concordat. In medio nanque cõsistit inter sensualitatem atq; rationem: & ad utranq; partem, ut ei placuerit, uertere se libere potest, uel inclinare. Verum quando uult anima manu libri arbitrij suas potentias in nomine meo cõgregare, sicut iam dixi, tunc operacuncta spiritualia, uidelicet atq; temporalia, quæ creatura facit, ordinata sunt, & aggregata, & illo tunc liberum arbitrium a propria sensualitate soluitur, & uirtuose rationi connectitur. Et ego per gratiam in eorum medio consisto. Et hoc est quod ueritas incarnata uoluit exprimere, dicens: Vbi duo siue tres congregati fuerint in nomine meo, ego ero in medio eorum. Et ita uerum est. Ego iam dixi tibi quod nemo poterat ad me uenire nisi per eum. Ideo factus est humano generi pons cũ tribus gradibus. Qui gradus tres animę status apertissime figurant, ut infra patebit.

Quomodo

Quomodo ſi antedictæ tres animæ potẽ tiæ non ſint unitæ, non poteſt haberi perſe uerantia, ſine qua nullus ad ſuum terminũ peruenire poterit. Caput liij.

TRium gradũ figurã in gñe tibi ſignificare dixi tres animæ potẽtias, quæ ſimilitudinarie tres apparent eſſe ſcalæ. Nec aliquis aſcendere poteſt unam abſq; reliqs uolendo tranſire per pontẽ atq; doctrinam unigeniti filij mei. Nec anima poteſt habere perſeuerantiã, niſi tres has potentias unitas habuerit in ſe. De qua perſeuerantia tibi ſupra dixi, q; abſq; illa nemo poterat ad ſuum terminũ peruenire. Duo nanq; termini ſunt, & uterq; perſeuerantiã exigit tui/delicet uirtus & uitiũ. Qui uult ad uitã attingere, perſeuerare debet in uirtute. Si qs uero uellet æternaliter igne cruciari, perſeuerare poteſt in uicio. Itaq; cum ſancta perſeuerãtia peruenitur ad me, qui ſum æterna uita. Et ecõuerſo cũ perſeuerantia peruenitur ad aquã mortuã cũ dæmone guſtãdã.

Expoſitio illius uerbi Ieſu Chriſti, Si qs ſitit, ueniat ad me & bibat. Caput liij.

VOs omnes eſtis a ueritate mea particulariter atq; gñaliter inuitati, cũ anxio deſiderio clamabat in tẽplo filius meus, dicens: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat quia ſum fons aquæ uiuentis. Nõ eñ dixit, Vadat ad patrẽ & bibat, ſed ait: Veniat ad me. Quare dixit ita? Qñ in me patre nulla poteſt eſſe ſiue cadere pœna, ſed in dilectiſſimo filio meo ſic. Vos uero dum eſtis in uita mortali uiatores atq; peregrini, non poteſtis abſq; pœna tranſire, quia ter/ra propter inobedientiã Adæ ſpinas humano gñi germinauit, ut iam dictum eſt. Sed quare dixit, ueniat ad me & bibat? Quia ſectantes doctrinã eius & ueſtigia, ſiue per uiam cõmunis charitatis, uidelicet obſeruando mandata eius actualiter, & cõſilia mentaliter uel ambulando p uiam pfectæ charitatis, uidelicet actualiter obſeruando mandata pariter & conſilia, quocunq; modo peneritis ad ipſum, inuenietis abundãtiſſime quid potare poſſitis, inuenientes atque guſtantes fructũ p̃tioſi ſanguinis eius, ex unione naturæ diuinæ in humanã naturã unitæ. Cũ aũt eſtis in eo, repertis uos & in me conſiſtere, qui mare ſum ualde pacificum, qñ ipſe mecum & ego ſecũ unum ſumus. Indubitanter igitur eſtis inuitati, ſicut dictum eſt, ad fontẽ aquæ uiuentis diuinæ gratiæ. Sed uos oportet omnino per ipſum habere tranſitum, ueluti per ſalutiferum pontẽ ueſtrum, cum ſancta perſeuerãtia, ita q; occaſione ſpinæ cuiuſcunq; tribulationis, uel aduerſitatis ſiue proſperitatis, a ſancto propoſito nullo modo retrocedatis unq;, quouſq; peruenitis ad me, qui do fidelibus meis aquam uiuam, quam uobis abundantiſſime dare promitto, dulciſſimo uerbo filio meo glorioſo mediante. Sed quare dixit, Ego ſum fons aquæ uiuæ? Quoniã ipſe fuit & eſt ille fons qui me continebat, qui uiuam aquam exhibeo cunctis amicis meis. Sed ideo dixit, Veniat ad me & bibat, qm̃ in me nullo modo pœna cadere poteſt, & uos abſq; pœna nullatenus pertranſire poteſtis. Ideo uobis pontẽ ex ipſo conſtruxi, ut per eum ſolum ad me uenire poſſitis illæſi. Et ita dixit ipſa ueritas in euãgelio: Nemo uenit ad patrem niſi per me, qd utiq; ueriſſimum eſt. Iam ergo uidiſti uiã per quam uos oportet ambulare, una cum modo quẽ tenere debetis, uidelicet cum fagi perſeuerãtia. Nam alio modo bibere nõ poſſetis, nec ad aquam uiuam peniretis, quia ſola perſeuerantia corona glorioſæ uictoriæ coronabitur a me, q ſum oñe bonũ.

Quem modum tenere debent homines ut exire de pelago poſſint illæſi, & tranſire per pontem. Caput liiij.

IN præſenti reſumo narrandũ de tribus gradibus quos uos oportet aſcendere, ſi cupitis in fluuio non immergi, & ad aquã uiuam illæſi peruenire, ad quam ita dulciter inuitamini, & ut ego quotidie ſim in medio ueſtri. Quia tunc in itinere ueſtro ſum in medio quieſcendo, uidelicet per gratiam in animabus ueſtris. Oportet igitur hanc uiam ambulare cupientes, habere ſitim, quia ſolummodo ſitientes inuitantur, cum dicitur: Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Qui uero minime ſitit, in itinere nõ perſeuerat, ſed ambulare deſiſtit, aut occaſione laboris, uel occaſione delectationis alicuius. Et obmittit uas habere ſecum in quo poſſit haurire, nec eſt ei curæ ſocietatẽ habere, cum tamen ſolus ambulare nequeat. Et ideo retrocedit quando ſentit aliquarum anguſtiarum ſiue tribulationum aculeos, illas enim abhorret. Timet etiam quã do ſolus eſt. Si enim aſſociatus eſſet, pculdubio nõ timeret. Inſup ſi tres illos gradus aſcẽdiſſet, uere ſecurus eſſet, qa ſocietatus eẽt.

Opor

Oportet ergo uos habere sitim & congre/gatos esse. Quare ueritas incarnata dixit: Vbi duo fuerint, uel tres uel etiam plures in nomine meo cõgregati &c. Sed ppter qd dixit, Vbi fuerint duo uel tres? Quia duo minime sunt absq; tribus, neque tres absq; duobus, neq; tres siue duo absq; plu/ribus. Vnus est exclusus: quia nõ sum in medio sui, pro eo q; aliquem socium secum habere nolunt, ut in medio stare posset, & ideo reducitur ad nihilum. Nam ille qui consistit in amore proprio sui, solus est at/que separatus a gratia mea, priuatus etiã sui proximi charitte. Cum igit ex culpa sua exclusus sit à me, merito gratia mea pri uatus redigitur in nihilum: quia solus ego sum ille qui sum. Igitur unus ille qui pri/uatus charitate fraterna, solus in amore p prio consistit, nõ est auctoritate mea com putatus, neque mihi acceptus. Ait ergo: Vbi fuerint duo siue tres uel plures in nõ/mine meo congregati, in medio eorũ sum. dixi tibi qd duo non erant absq; tribus, ne que tres absq; duobus, & ita uerũ est. Tu nosti qd præcepta legis in duobus tm̃modo pendent, sine quibus nullũ aliud obseruari potest, uidelicet ut homo super omnia deũ ex toto corde diligat, & pximũ tãq; seipm. Hic omnino cõsistit omniũ mandatorum diuinę legis principiũ, medium atq; finis. Ita duo non possunt in nomine meo cõgre/gari sine tribus, uidelicet absq; trium ani/mę potẽtiarũ aggregatiõe, quę sunt memo/ria, intellectus & uolũtas, uidelicet ut me moria iugiter in se retineat abundantiam beneficiorum meorũ, & inæstimabilẽ bo/nitatẽ meam in se. Intellectus uero diligẽ/ret attẽdat amorem ineffabilẽ, quẽ huma no generi porto atq; demonstraui, mediãte dilectissimo filio meo, quem in obiectũ in/tellectus oculo collocaui, ut in eo conside/ret ignem diuinæ charitatis. Volũtas etiã insimul aggregeť, ut me diligat & affectuo so desiderio peroptet, qui sum omne bonũ. & omnium finis optabilis. His ergo tribus animæ potentijs insimul aggregatis, ego sum per gratiam in medio. Et quia tũc ho mo se repletũ inuenit uera charitate mea, pariter & proximi sui, subito societatẽ in/uenit uerarum uirtutũ. Tunc ad sitiendũ appetitus animæ se disponit, sitiendo uide licet uirtutes ueras, & honorem meum at que salutem animarum, extincta siti quo/tũcunq; corporalium atq; temporaliũ. Et ita primũ gradum ascendens ualde secure graditur absq; timore quocunque seruili. Postq̃ affectum suũ expoliauit amore pro/prio supra semetipsum ascẽdit & super uni uersa transitoria, mundi res & diuitias amando atq; possidendo si sibi retinere pla cet iuxta beneplacitũ uolũtatis meæ, non absq; me, uidelicet cum sancto timore pari ter & amore uirtutũ. Tũc uero se reperit ascẽdisse gradũ secũdũ, uidelicet ad lumen intellectus, quo diligẽtissime speculatur & attendit amorẽ excessiuum atq; cordialem quẽ uobis apertissime demonstraui dilectis/simo filio meo Iesu Christo mediante. In hoc autem gradu secundo quietẽ atq; pa/cem inuenit eo, qd memoria nõ est uacua, sed plena charitate mea. Tu nosti qd uas uacuum quando percutitur ab aliquo reso nat. Simili modo quando memoria cũ lu/mine intellectus repletur amore uerõ, licet exagitetur à tribulationibus undecunque perueniãt, non resonat per impatientiã: uel si delicijs uitæ præsentis alliciatur inordi/nato gaudio nullo modo dissoluitur, q̃niã anima me p gratiam habet, qui sume esse bo num, & eam felicissime repleui. Postq̃ aũt ascendit hos gradus in congregatione san/ctã se repperit: qa si ratio possideat hos tres gradus trium potentiarũ animæ cõgregate sunt in nomine meo. Cõgregatis illis duo bus, qui sunt amor mei & proximi, & con gregata memoria ut me retineat, & intel/lectu ut uideat, & uoluntate ut amet, aĩa se reppit optime sociatam: quia sum ubiq; secum, exhibẽdo sib fortitudinem atq; se/curitatẽ. Et ita reperit societatẽ uirtutũ: & isto modo secutissime p̃cedit: qa sum in medio tũc illarũ. Post hæc ilico mouetur anxio desiderio sitiendo uiam ueritatis, p quam inuenit inuentis aquæ fontẽ abun/dantissimũ. Propter huiusmodi sitim quã habet honoris mei, & salutis animæ suæ & proximi sui, uiam inuenire & perambula/re desiderat, quia sine uia peruenire ne qui ret. Ideo solicite uadit, & ambulando secũ affert uas cordis uacuũ omni affectu & a/more quolibet inordinato uitæ præsentis. Et ilico quia uacuũ est impletur, quia nõ est dare uacuum. Vnde si quid aliqua re materiali uacuum est, impletur aere. Simi li modo cor est unum uas quod nullo mo/do uacuum esse potest: sed extractis inde

rebu

rebus transitorijs per amorem inordinatũ ilico repletur aere, uidelicet amore cælestiũ atq; diuino, cum quo peruenit ad aquam gratiæ. Postq; autẽ attigerit per ianuã Iesu Christi crucifixi, pertranſit in me mare pacificum, ubi reperit aquam uiuam, qua fugitur habundantissime sitiẽdo potatur.

Repetitio summatim aliq̃rũ iã dictorũ.

Caput lv.

NVnc aperte tibi mõstraui modũ quẽ generaliter oĩs homo tenere debet ad exeundum de pelago, ne suffocetur in eo, unde postea pueniat ad æterna supplicia. Ostendi quoq; tibi tres gradus in generali, qui sunt tres animæ potentiæ, quos homo non ualet unum ascẽdere sine reliquis. Itẽ uerbum incarnatę ueritatis explanaui, cũ ait: ubi fuerint duo siue tres cõgregati &c. qualiter ista congregatio est animæ trium potentiarũ atq; trium graduũ prædictorũ, una cũ cõcordia duorũ principalũ p̃ceptorũ legis, uidelicet dilectionis dei atq; proximi. Postq̃ uero homo huiusmodi scalam ascenderit, in nomine meo facta congregatione salubri, prout iam supra dixi, subito sitit aquam uiuã, unde solicite transit per pontem, uidelicet uiam atq; doctrinam incarnatæ ueritatis, id est Iesu Chri filij mei, de quo feci põtem humano generi. Tũc illesi securissime curritis post uocem eius uos inuitantis, cum in templo clamabat: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: quia sum fons aquæ uiuæ. Patefeci tibi quid ipse dicere uolebat, atq; sicut intelligi debet, ut apertius agnoscẽtes abundantiã excellẽtissimæ charitatis meæ, & confusibilem cæcitatẽ illorũ qui uidentur auiditate magna curr̃ẽtes ambulare per uiam dæmonum, eos ad aquam mortuam atq; mortiferam inuitantium. Nũc audisti & ordinate uidisti declarationes eorum de quibus a me petisti, uidelicet de modo tenendo, ne quis in flumine submergat, hoc est ascendendo per pontẽ per supradictos gradus, ut supra serioſe dictum est. Et iste modus est ille quem omnes in q̃cunq; statu fueritis in uita uestra tenere debetis. Vnde nemo se potest excusare dicens: Ista facere nequeo, quia status in quo sum omnino mihi cõtradicit, siue propter uxorem, siue propter filios, aut huius mũdi prospera uel aduersa. nemo legitimam inuenire potest excusationem, quia iam tibi dixi quod in omni statu quicunq; seruat bonam in se uoluntatem, ualde mihi placet, & acceptus est in conspectu meo. Quoniã omnia facta sunt à me, qui sum æterna bonitas: neq; sunt uobis à me cõcessa ut inde mortem incurratis, imo potius ut uitã uobis inueniatis. Quod enim à uobis exigo leuissimum est. Nihil enim est agilius neq; tantę dulcedinis atque consolationis ut est amor: & ego solum a uobis amorem exigo, uidelicet ut me pariter & proximum affectuose diligatis. Hoc itaq; fieri potest omni tempore, in omni loco, & in quocunque statu quisq; fuerit, etiam amando quæcũque possidet atq; tenere uoluerit ad laudẽ & gloriam nominis mei, uoluntate sancta & ordinata. Recordare me tibi dixisse q̃d illi qui sine lumine uadunt amorẽ proprĩ induentes, ista creata possidendo, sine me, se damnabiliter esse fundatos inueniunt, & sibimetipsis importabiles cruciati cũ multo labore in uita præsenti pertranseunt. Et nisi se corrigant, ut iam dictum est, ad æterna supplicia deducuntur. aperte nunc exposui tibi generaliter qui modus à quilibet homine tenendus est.

Quomodo deus ostẽdit huic animæ q̃ tres gradus pontis in particulari signãtur per tres animæ status.

Caput lvi.

QVia supradixi qualiter ambulare debent illi qui morãtur in charitate cõmuni, uidelicet obseruantes actualiter præcepta, consilia uero mentaliter, nunc pãdere tibi proposui de his qui scalas ascendere ceperunt & ambulare desiderant uiam uerę perfectionis, uidelicet actualiter obseruando præcepta pariter & omnia consilia. Insup apetiã in particulari tres gradus atque status animę, cum tribus illis gradibus de quibus in genere tibi dixi, p̃ tribus animæ potentijs, intelligendis, quorum unus est imperfectus, alter est perfectus, alius uero pfectissimus. Vnus est mihi seruus mercenarius, alius est mihi seruus fidelis, alius est mihi filius, quia me diligit in ueritate sine respectu sui. Isti sunt tres animæ status, qui possunt in quam pluribus esse etiam in eadem persona. In eadem persona possunt esse quando cum perfecta solicitudine curr̃it per uiam suum exercendo tempus, ita quod à seruili statu perueniat ad liberalem, & a liberali ad filialẽ. Sup temetipsam igit exurgẽs aperi oculũ intellectus, & attende

peregrinos atque uiatores istos, quomodo transeunt aliqui cum imperfectione, aliqui uero cum perfectione, seruantes in uita sua præcepta, quidam alij perfectissime seruãde præcepta pariter & cõsilia. Tunc enim, aperte cognoscesunde ꝓcedit imperfectio & unde perfectio, & quãtam fraudem anima recipit in semetipsa, quia radix amoris proprij non est adhuc euulsa. Necessarium est enim in quocunq; statu quem tenuerit homo ut occidat in se penitus hunc amorem proprium ita pestiferum.

Quomodo hæc anima deuota respiciens in diuino speculo creaturas, uidebat uarijs ambulare modis.

Caput lvij.

TVnc hæc anima succenso desiderio multum anxia se speculans in dulcissimo speculo diuino creaturas uarijs uijs atque modis ambulare uidebat, atq; diuersis respectibus, ut ad ipsarũ finẽ peruenire ualerent. Quosdam aspiciebat incipientes ascẽdere quodam timore seruili eos impugnante, uidelicet pœnam propriam abhorrentes atq; formidantes. Multos etiam uidebat uocationem primam exercẽtes uirtuose unde perueniebant ad perfectionẽ. Paucissimos uero considerabat ad maximam uenire perfectionem.

Quod timor seruilis sine dilectione uirtutum non sufficit uitã æternã impẽdere. Et quod lex antiqua timoris, & noua lex amoris insimul sunt unitæ.

Capi. lvij.

TVnc æterna dei bonitas uolens huius animæ desiderio satisfacere dixit: Attende diligenter istos qui cum seruili timore dereliquerunt mortalium peccatorum abominationes, nisi surgant atque procedant cum amore uirtutum, iste seruilis timor ad uitam æternam exhibendam nullo modo sufficit. Amor uero cum sancto timore bene sufficiens est. Lex enim fundatur in amore pariter & in sancto timore. Lex enim timoris erat antiqua lex quam exhibui Moysi. Hæc in timore solũ modo fundata fuit, eo quod ilico commissa culpa punitio sequebatur. Lex uero noua per unigenitum meum uerbum incarnatũ exhibita in amore fundatur. Tamen attẽde quia per huiusmodi nouam legem minime soluitur, uel irritatur antiqua, sed impletur. Ita dixit ipsa ueritas incarnata, qa nõ uenerat in mũdũ soluere legẽ, sed adimplere. Uniuit ergo legẽ amoris cũ lege timoris. Abstulit anti q̃ legi pœnæ timoris imꝑfectionẽ, solummodo remanente timore sancto, uidelicet a peccatis & offensionibus abstinẽdo, nõ ex cõsideratiõe pœnæ q̃ sequebat timo solũ amore mei ne sim offensus, q sum æterna bonitas. Itaq; uetus lex imꝑfecta habuit a noua lege pfectionem amoris, ex q̃ uenit unigenitus filius meus, q uenit uelut igneus curs igneæ meæ charitatis uniuersum orbẽ accendere. Igit ex abũdãtia diuinæ misericordiæ sunt ablata siue dilata pœna culpaꝝ, q̃ frequẽtissime petrant, qa uidelicet nõ indilate puniunt ipsofacto q̃ cõmittunt, ut in antiq̃ lege Moysi fuerat ordinatũ. Nõ expedit ergo uobis habere timorẽ huiusmodi seruilẽ. Neq; tamẽ omittit quin iuste culpa puniatur, qa reseruatur in futura uita puniẽda, cũ aia sepata fuerit à corpore, nisi qs inꝑsenti satisfaciat cũ sancta cõfessione, cõtritiõe cordis, atq; debita satisfactiõe. Dũ homo uiuit habet abũdãtissime nũc tẽpus, ipso uero mortuo erit ei tẽpus iustitiæ. Quilibet ergo uir tuose debet ab isto timore seruili eõsurgere, & ad amorẽ atq; tigere, cũ sancto timore mei. Alias absq; remedio ꝓcipitaret in flumẽ aduenit tib⁹ undis aduersitatũ siue spinis tẽporaliũ consolationũ, quæ recte spinę uocari debent, eo ꝙ animã eius excruciãdo pungãt, q possidet eas & amat inordinate.

Qualiter existens in gradu timoris primo peruenire potest ad gradũ amoris qui secundus est.

Caput lviij.

TIbi iam dixi quod nemo poterat exire de flumine procelloso, & ambulare per pontem, nisi tres illos gradus ascendat: & ita uerum est. quot aliqui ascendunt imperfecte, aliqui perfecte, quidam uero perfecte, quidam uero perfectissime. Isti qui moruntur à timore seruili ascenderunt quidẽ & aggregati sunt imperfecte. Nam anima considerando pœnam quæ sequitur post culpam, aggregat in se memoriã, utab ea reminiscentiam uitiorum extrahat. Et intellectum, ut uideat pœnam ex culpa sua debitam, & ideo uoluntas mouetur ad odium aduersus eam. Et quamuis iste sit primus atque communis ascensus & congregatio, tamen oportet exercere uirtuose cum lumine intellectus & illuminata pupilla sanctissimæ fidei, considerando non solummodo pœnam suam:

imo

imo fructum uirtutū & amorem affectuosum quem ad homines habeo, ut cum amore filiali procedant, & ascendant pedibus affectus animę, timorem seruilem exuendo. Si faciēt ista, mihi serui fideles efficientur, & non infideles, mihi seruientes ex amore syncero, & non ex timore seruili. Si uero cū odio sancto conabuntur euellere amorem proprium ab anima radicitus, si fuerint uirtuosi, prudentes, cōstantes & perseuerātes, uere poterunt illuc attingere. Plurimi uero sunt quoꝝ assensus atq; principium est cum tanta & tali negligentia, tępore mentis & ignorantia, quod ilico deficiunt. Quilibet uentus quantumcunq; paruus ad uelum irę compellit, & eos ab incepta uia retrocedere facit: qm̄ imperfecte primū gradū ascēderunt Iesu Christi crucifixi. Et ideo non attingunt ad gradum secundū, uidelicet ad cor.

De imperfectione seruientium deo siue diligentiū ex utilitate siue cōsolatione propria.

Caput lx.

ALiqui uero sunt effecti serui fideles, quia uidelicet mihi fidelissime seruiunt absq; timore seruili, nō seruientes timore pœnæ, sed amore iustitię. Amor iste quando respectu, prię cōsolationis uel utilitatis oriret, esset imperfectus. Vis aperte cognoscere quod amor huiusmodi psonarum est imperfectus? Quando priuatę sunt ipsa consolatione quā in me reperiebant, amor ille minime pseuerat, imo tępescit, & aliquando deficit. Ex hoc etiā imperfecto amore, pximum suum diligit. Ergo me tępescit amor ille, quando uolēs aliquando seruum meū in uirtutibus exercere, ppter utilitatem ipsius, ut ab imperfectione resurgat, ego subtraho consolationē quam habere solebat in me, permittens ei molestias atq; diuersa bella, prout expedire cognosco, & est de uoluntate mea. Et hoc ita permitto, ut ad sui notitiā ueniat, & aperte se recognoscat omnino nihil a semetipso posse, ac ut in tempore tēpestatis atq; belloꝝ huiusmodi recursum habeat ad me, cum humilitate me quęrens, atq; recognoscens me esse benefactorem & adiutorem eius. Et ad hoc ego tribuo siue retraho cōsolationem, sed non gratiam meā. Tales autē isto tempore tępescunt in amore retrocedentes cum inpatientia mentis. Quandoq; multis modis exercitia sancta quæ solebant agere dimittunt, etiam aliquando sub colore uirtutis, in corde suo dicentes: Hæc operatio tibi nullius est ualoris, ex quo nullam inde recipis utilitatem siue consolationem in mente tua. Quicunq; dicit ita, facit uelut imperfectus, q pannum amoris proprij spiritualis a pupilla oculi sanctissimę fidei nō amouit adhuc, qa si pannū illum amouisset aperte uideret q̄ hæc omnia procedunt a me, imo neq; folium arboris absq; prouidentia mea cadit. Et omnia quęcunq; concedo siue permitto seruis & amicis meis, dō propter eoꝝ sanctificationem, ut uidelicet habeant illum finem ad quem eos creaui. Hoc enim aperte debent intelligendo cognoscere, quod optō bonū atq; salutem ipsorum in sanguine dilectissimi filij mei, ubi loti sunt ab oīibus iniquitatibus eoꝝ. In quo sanguine manifeste cognoscere possunt ueritatē meam. Nam ut haberent uitam ęternam, eos ad imaginē meam ualde gratiose creaui, postmodum aūt ipsos filios adoptiuos ad gratiam in sanguine filij mei unigeniti recreaui. Sed q̄niam ipsi sunt imperfecti, seruiunt ex utilitate propria, & in charitate, pximi tępefiunt. Primi retrocedūt atq; deficiunt ex timore uolentes effugere pœnam. Isti uero secundi tępefiunt in amore proximi, subtrahentes utilitatem quam ei facere solebant, si se priuatos uiderint utilitate siue consolatione quam recipere solebant. Et hoc eis accidit, quoniam amor eoꝝ non erat uerus, neq; purus, sed imperfectus. Nam cū imperfectione qua me diligūt, etiam amant proximum, uidelicet ex utilitate propria. Et nisi recognoscant imperfectionem propriam, cum auiditate perfectionis, impossibile uidetur q̄ ipsi non retrocedant. Igitur expedit omnino uolentibus habere uitam ęternam, ut absq; utilitatis proprię respectu diligant. Non ergo sufficit uitare peccatū formidine pœnę, uel amplecti uirtutes intuitu proprię utilitatis ad uitam ęternam acquirendam, sed expedit uitare peccata, quia mihi displicent: & amare uirtutes, intuitu & amore mei. Vnde est quod quasi generalis est ista prima uocatio peccatoꝝ ad pœnitentiam, eo q̄ anima prius est imperfecta quam pfecta. Et ab imperfectione procedere debet ad perfectionem, uel in uita dum ei tempus adest, uidelicet uirtuose uiuendo corde syncero atq; liberali diligendo me sine respectu suę utilitatis, uel in morte saltem agnoscendo suam imperfectionem cum proposito, quod si superuixerit, mihi seruiet absq; sui respectu. Hac imperfecta dilectione amabat Petrus Iesum unigenitum meum, ualde syncere sentiendo dulcedinem conuersationis ipsius. Sed adueniente tępore tribulationis, omnino defecit, & non solummodo tunc uitam pro ipso, ut asseruit nō exposuit, uerumetiam ad tm̄ inconueniens deductus est quod ex formidine pœnæ tūc eum etiam iuramento negauit, asserens eum nulla tenus agnouisse. Anima quę scalas istas ascendit solummodo cum timore seruili, & amore

mercenario, procul dubio deducitur ad incon uenientia multa: debet ergo surgere ab his im perfectionibus suis, & tanq̃ uerus filius seruire mihi fideliter absq; respectu sui. Ego uero re munerator omnium exercitioꝝ quæ fiunt ex amore mei, retribuo unicuiq; iuste secundum gradum ac exercitium suum. Et si tales exercitium orationis & aliorum bonoꝝ operum uirtuose prosequantur, iugiter augmentando uirtutes in se, peruenient ad filialem amorem, & ego diligam eos amore paterno: qm̃ ego diligentes me diligo illo amore q̃ diligor ab eis: uidelicet si diligor ab aliquo sicut seruus dominum suum diligit, & ego tanq̃ dñs ei retribuo prout iuste promeruit: sed meipsum tali non manifesto, quia secreta solum amico fideli panduntur, qui factus est ex amore cordialis unũ cum amico suo. Quanq̃ iste seruus amorem & uirtutem suam erga dominum suum augmentare potest, ita quod amicus efficietur ualde p̃cipuus: ita cõtingit huiusmodi seruis meis. Dũ enim in amore mercenario cõmorantur, ego meipsum eis non manifesto: si uero cum displicentia imperfectionis eoꝝ & amore uitiorum cum odio sancto radicem amoris proprij spiritualis peruersi atq; uenenati realiter euulserint ab animo & accendendo super conscientiæ sedem, sibimet iustitiã egerint, ita q̃ motus in corde seruilis timoris & amoris mercenarij fine correctione non transeant, & illos cũ lumine sanctissimę fidei puniãt, ita faciendo mihi ualde placebũt, & exinde proficient ad amorem amici. Et ita manifestabo meipsum eis, prout ueritas incarnata dixit: Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eũ, & ei manifestabo meipsum. & faciemus mansionem in simul. hęc est conditio amicoꝝ qui se inuicem in ueritate diligunt, qa sunt duo corpora, sed anima una per affectum amoris atq; syncerę dilectionis. Nã amor unit atq; se transformat in creaturã siue rẽ quę diligitur. Si est igit una tm̃ anima duobus amicis, nullũ in uno potest esse secretũ quod alteri aliquo modo lateat. Et ideo dixit ueritas incarnata: Veniemus ad eũ, & mansionẽ apud eũ faciemus: & ita ueꝝ est.

Quomodo deus manifestat seipsum animæ diligenti eum. Et quare Christus nõ dixit manifestabo patrem, sed meipsum.

Caput lxi.

SCis tu qualiter in anima q̃ me diligit in ueritate manifesto meipsum, quãdo uirtuose doctrinã incarnati uerbi dilectissimi filij mei sequitur. Multis modis utiq; uirtutẽ meam animę patefacio, prout eius desideriũ exquirit. Præcipuæ tamen tres in ea manifestationes facio. Prima quidem est q̃ ei patefacio meæ syncerissimę charitatis affectũ, unigenito filio meo dilectissimo mediante: q charitatis affectus aptissime manifestatur in pretioso sanguine suo, q fuit effusus in cruce cum inęstimabili charitatis ardore. Ista quippe charitas duplici modo manifestatur. Vnus est generalis & omnibus communis, uidelicet eis qui morantur in charitate communi. Eis itaq; manifestatur attendendo & probando charitatem meam in multis & uarijs gratijs quas a me recipiunt. Alius modus est particularis, illis tantummodo qui sunt iam effecti amici ultra manifestationẽ antedictæ cõmunis charitatis quam agnoscunt, gustant & experiuntur per sensum in animabus eorum. Secunda manifestatio charitatis est etiam in eisdem quibus me patefacio per gustũ & affectum amoris: non q̃ in me sit acceptio personarum, imo sancta desideria libenter accepto, sed in anima meipsum manifesto in ea perfectione cum qua me quærit. Nam aliquando manifesto me sibi p̃bendo spiritum ꝓphetiæ, monstrando sibi futura diuersis atq; uarijs modis, put ego nouero uel animę ꝓprię uel creaturis alijs expedire. Tertia uero manifestatio fit aliquando formando præsentiam incarnatę ueritatis, uidelicet unigeniti filij mei multis modis in anima, prout eius desiderium appetit. Nam aliquando me quærit in oratione, uolens agnoscere potentiam meam: & ego sibi satisfacio, ita q̃ uirtutẽ meam in se gustat & experitur. Aliquando me quærit in sapientia filij mei: & ego sibi satisfacio, illũ ponendo per obiectũ oculo intellectus eius. Quãdoq; me q̃rit in clemẽtia spiritus sancti: tũc uero bonitas mea facit eã gustare ignẽ ardentissimę charitatis diuinę, ubi cõcipit uirtutes uarias atq; reales, in charitate purissima ꝓximi sui fundatas.

Quare Christus non dixit ego manifestabo patrem, sed dixit me ipsum.

Caput lxij.

VIdes igitur unigenitum dilectissimum filium meũ ueritatem dixisse cum ait: Si quis me dilexerit, erit unum mecũ: quia doctrinam eius in ueritate sectantes, estis uniti secũ ex amoris affectu, & ita per cõsequens estis etiam uniti mecum: nam unum sumus ego & ipse. Et ita manifestabo meꝝ uobis, quia sumus unum: unde manifestando se, me quoq; manifestabit, & econuerso. Sed quare non ait: ego manifestabo patrem meum uobis. Ita quidem ait in euangelio triplici respectu. Vnus quidẽ est, quia propalare uoluit q̃ inter me & ipsum nulla separatio esse potest. Vnde beato Philippo dicenti: ostende nobis patrem, & sufficit nobis ait. Qui me uidet esse patrẽ uidet & ecõuerso. Hoc ita dixit, qm̃ est unum mecum: &

id

ēd quod habet indubitāter habet a me, nō ego ab ipso. Ideo dixit ludæis: doctrina mea non est mea, sed est patris mei qui me misit: quia filius ipse genitus est a me, non ego ab ipso, sed unum mecum est & ego secum. Idcirco nō ait manifestabo patrem, imo dixit ego manifestabo me, quia uidelicet unum sum cum patre. Secundus uero respectus est, quia manifestando se uobis, non aliud ostendebat quam id quod a me patre suo receperat, quasi dicens: Pater manifestauit aperte se mihi, quia secum unum sum: & ego manifestabo me pariter & ipsum uobis, mediante me ipso. Tertius quoq; respectus est, qm̄ ego sum inuisibilis, & a uobis uisibilibus uideri non ualeo, nisi postq̄ a corpore separati fueritis. Tūc uidere me poteritis facie ad faciem, atq; uerbū, id est filiū meum unigenitum intellectualiter, usq; ad tempus ueſtræ resurrectionis, cū humanitas ueſtra conformabit̄ atq; delectabitur in humanitate ipsius uerbi, sicut iam tibi dixi. Non ergo me nunc uidere potestis in essentia mea. Quare uelaui diuinam naturā uelamine ueſtrę mortalis humanitatis, ut illam uidere possetis: exhibēdo uobis uerbum, uidelicet filium meū ita uelatū, cum q̄ me uobis ipse manifestat. Ergo non ait: ego manifestabo me uobis. Quasi dicat: Vt accepi a patre meo manifestabo me uobis. Itaq; uides q̄ in ista manifestatiōe manifestādo se, me ꝺq; manifestat. Insup audisti q̄re nō ait, ego manifestabo patrē uobis, uidelicet quia nullo modo potestis in corpore mortali meā essentiā intueri, sicut dictū est, & qm̄ ipse mecū est unum.

Qualiter anima post ascensum primi gradus ipsius pontis studet ascendere ad secundū.

Caput lxiij.

NVnc aperte cōprehendere potuisti excellentiam illius qui iam ad amorē amici peruenit. Iste iam ascendit pedes affectus & ad cordis occulta peruenit, uidelicet ad gradū secundum triū graduum q figurati sunt in corpore filij mei. Dixi prius illos esse figuratos in tribus animę potentijs, nunc uero pono significare tres animę status. Sed anteq̄ ad tertium gradū explanandū accedam, uolo monstrare qualiter attigit ut amicus efficeretur: & cū fuerit amicus effectus, effectus est filius, uidelicet ad amorē filialē attingendo. Et quid agit amicus effectus, & quomodo cognoscitur aperte quod amicus sit effectus. Primo tibi dicā quō peruenitur esset amicus. Ipse nanq; prius imperfectus erat in timore seruili consistens. Exercendo uero se uirtuose cū perseuerantia sancta, peruenit ad amorē quendam suę delectationis siue ꝓprię utilitatis q̄ in me reperit. Hęc est uia p q̄ ille transit q peruenire desiderat ad amorē pfectum, uidelicet amici atq; filialem. Noueris amorē filialē esse pfectum: nā in amore filiali recipit hæreditatē a me summo & ęterno patre. Et qm̄ amor filij non est absq; dilectione amici, tibi dixi, q̄ ex amico factus est filius. Sed quē habuit in se modū, ut illuc attingeret. Dico tibi. Oīs uirtus & oīs pfectio ꝓcedit ex charitate: charitas aūt ab humilitate nutrit̄ & humilitas a notitia & odio sancto sui, uidelicet ꝓprię sensualitatis. Huc attingentem oportet oīno pseueranter in cella notitię sui cōmorari. In q̄ sui notitia cognoscet in sanguine dilectissimi filij mei misericordiā meā attrahēdo cū affectu suo diuinā charitatē meā ad se, iugit̄ extirpando q̄libet uoluntatē ꝓpriam & puersam, spiritualē atq; talem a corde suo. Et habitare cū humilitate studeat in domo notitię sui, ꝓut egit apostolus Petr. q̄ post q̄ Iesum filiū meum abnegauerat latitando fleuit amare: licet illo tpe planctus eius erat imperfectus, & q̄tidie fuit imperfectus usq; ad pēteroſten. Postq̄ em̄ unigenit⁹ filius meus ad me redijt secundū humanitatē assumptā, apostoli cū alijs amicis meis in domo se clauserunt, aduentū sancti spirit⁹ expectantes, iuxta ꝓmissa ueritatis incarnatę. Clausi qdē erant ex timore, qa donec aia ad amorē ueꝝ attingat, q̄tidie timet. Illi uero perseuerantes in humili & cōtinua oratione, post modū abundantiā habuerunt spūs sancti. Vñ timore ꝺcunq; sublato, publice ꝓdicauerūt pfecte sequentes uestigia Iesu Christi crucifixi. Similiter aia q̄ peruenire desiderat ad pfectionē ex q̄ post culpā ab iniq̄tate sua surrexit, illa recognita formidine pœnę cū amare corde deplorat. Postea uero cōsurgit attēdendo misericordiā meā. Sed ut illā attingere faciā ad pfectionē, interpolatim ab ea me subtraho, nō p gratiam, sed p sensum: qa me nō sentit in se. Hoc ueritas incarnata patefecit uobis, qñ discipulis ait: Ego ibo, & ad uos iteꝝ ueniā. Oia q̄ dicebat illis in particulari, etiā ab oībus pfitibus atq; futuris intelligi debēt. Dixit igit: ego ibo, & ad uos iteꝝ ueniā: & ita fuit. Quia spū sctō super discipulos uenīēte, ipse q̄q; uenit. Iā em̄ ego dixi supra, qa spūs paraclit⁹ nō uenit solus, imo uenit cū potētia mea, & cū sapiētia dilectissimi filij mei, q mecū ē unū, & cū clemētia spūs sctī a me ꝓcedētis & ab ipso filio meo. Simili modo dico tibi, q̄ ut aia surgat ab imperfectione sua me subtraho, qa nō habet neq; sentit in se pristinā cōsolationē. Qñ iacebat in culpa peccati mortalis, ipsa discessit a me: tunc ego gratiam subtraxi ab ea ꝓpter eius culpā, qa sancti desiderij clauserat ianuam, unde sole gratiæ priuata fuit: nō ex defectu solis, sed ex defectu peccatoris, qui ianuam desiderij contra solem clauserat. Recognoscendo uero semetipsum, atque tenebras suas, aperiendo feneſtram

euomendo putredinem peccatorum in sancta & humili confessione, tunc ad animam indila te cum gratia redeo. Sed aliquando ab ea me subtraho, non per gratiam: sed solummodo p sensum, ut iam dixi. Hoc aũt ita facio, ut humi lietur, & ut exercitium sanctum assumat in ue ritate quęrendo me, & ut probetur in lumi ne fidei, & perueniat ad prudentiam. Tunc uero si diligit absq; respectu sui, & cũ fide uiua, & cum odio sancto sui, lætatur & exultat in tempore laborum, se reputans indignã ha bere pacem atq; mentis quietem. Et hęc est se cunda res ex tribus, de quibus tibi dixi, uideli cet ostendere qualiter ad perfectionem attin gat, & quid ait posq̃ attigerit. Hoc est ẽ q̃ ait: quia q̃is anima sentiat q̃ ab ea me subtra xerim, non tamen ullo modo retrocedit: imo quotidie pseuerat, humiliter in exercitio san cto suo recluſa, persistens in domo noticię suę proprię, ubi cum fide uiua prestolatur aduen tum sancti spiritus: uidelicet me, q̃ sum ignis ardentissimę charitatis. Ibiq; nõ expectat oci ose, sed in uigilia & oratione sancta & contin ua: & non solum cũ uigilia corporali, sed etiã intellectuali. Quia uidelicet oculus intellectus iugiter est apertus, quia cum lumine fidei uigilat ad extirpandũ a corde cogitationes inu tiles, attendendo diligenter meę charitatis af fectum, ubi cognoscet aperte, quia nihil aliud uolo ex eo nisi sanctificationem eius. Et hoc indubitantissime patet in sanguine dilectissi mi filij mei. Cum igitur oculus uigilat in cogi tatione sui atq; mei, semper orat oratione bo nę atq; sanctę uoluntatis, & hęc est oratio con tinua. Orat etiam actualiter, uidelicet in ordi nato tempore per sanctam ecclesiam ordina to & constituto. Et hoc est quod agit anima q̃ discessit ab imperfectione. Et ut ad illam at tingeret ideo me subtraxi, non per gratiam, sed per sentimentum. Etiam ab ea me subtra xi, ut humiliter suum defectum agnosceret: q̃ uidendo se priuatam consolatione mea, si sen tit in se pœnã afflictiuam atq; debilem, neq; uirtuosa stabilitate perseuerare posse, reperit immediate post hæc in se radicem spiritualis amoris proprij, unde materiam habet agno scendi suam imperfectionem. Et exurgere de bet ilicò supra semetipsam atq; supra sedem cõ scientię suę, sedendo corripere debet huiusmo di sentimentum, nec illud impune pertransi re permittat: sed cũ improperio euellat a cor de radicem amoris ꝓprij, cum gladio bicipiti, uidelicet ipsius amoris odio, & amore uirtutũ.

Quomodo deum imperfecte diligens etiã proximum imperfecte diligit. Et de signis hui us imperfecti amoris.

Caput lxiiij.

ITem uolo te noscere quod oẽis perfectio siue imperfectio manifestatur & acquiritur in me. Similiq; modo manifestatur & acquiritur prox: me mediante. Simplices hoc experiun tur, q̃a frequenter amant aliquos amore spiri tuali. Vnde si mei dilectionem pure sine respe ctu sui recipiunt, & habent etiam amorem ꝓxi mi, pure bibunt. Sicut accidit uasculo quod impletur in fonte si foras extrahitur: & si ita foris ex eo bibitur, indubitanter euacuatur. si uero bibitur in fonte, nõ euacuatur, imo quo tidie plenum est: sic amor proximi spiritualis & temporalis debet in me bibi sine respectu propriæ commoditatis. A uobis enim exigo quod me diligatis ea dilectione qua uos ego diligo. Hoc uero mihi reddere non ualetis: qa uos amaui non amatus a uobis. Omnis amor uester erga me non est ex gratia, sed ex debi to. Nam estis obligati me diligere. Ego uero diligo uos ex gratia, non ex debito. Ergo mi hi reddere non ualetis hunc amorem quem a uobis exigo, ideo uobis assignaui proximum uestrum, ut ei faciatis ea quę mihi facere nõ po testis, uidelicet cũ ut gratiose diligatis absq; re spectu propriæ utilitatis siue commoditatis. Et ego reputo mihi facta quęcunq; facitis illi. Hoc aperte ueritas incarnata demonstrauit cũ Paulo persequenti dixit: Saule, Saule, quid me persequeris? hoc ita dixit imputando sibi fa ctam persecutionem quam irrogabat discipu lis suis. Itaq; talis amor omnino debet esse pu rus. Et cum eodem amore q̃ me diligitis etiã proximum amare debetis. Nunquid filia mea nosti propter quid noscitur illum imperfectũ esse qui diligit hoc amore spirituali? Si sentit in se pœnam afflictiuam quando sibi uidetur creaturam quam ita diligit amori non satisfa cere, iudicando se nõ diligi quantum uidetur ei diligere, siue quando priuatur conuersatio ne siue cõsolatione sua, siue q̃n uidet aliũ dili gi plusq̃ se. Adhoc & ad alia plurima ppendi potest, q̃ hic amor tã in me quam in ꝓximo suo imperfectus adhuc esse manifeste compro batur, & quod uasculum huius amoris bibitur extra fontem, quanuis amorem a me prius at traxit. Sed quoniam imperfecte me diligebat, etiam imperfectum amorem ostendit illi, quẽ hoc amore spirituali diligit. Et hoc absq; du bio procedit eo, quia radix amoris, ꝓprij spiri tualis a corde nõ erat in totum euulsa. Et ideo permitto frequenter, ut aliquis hoc amore di ligat aliq̃ creaturam, ut hoc ipso semetipsum agnoscat, atq; suam imperfectionem. Interdũ insuper ab anima me subtraho, non per grati am, sed per sensum: ut se reducat in domo noti tiæ

titiæ sui, ubi perfectionem omnium uirtutum acquiret. Ego uero postea redeo cum maiori lumine atq; notitia meæ ueritatis, in tantum, quod posse trucidare propriam uoluntatem amore mei ad gratiam singularem imputat. Iugiter etiam putare studet uiniam animæ suæ spinas inutilium cogitationum euellendo, lapides uirtutũ ædificãdo, fundatos in sanguine Iesu Christi crucifixi, quos inuenit eundo p pontẽ ipsius Iesu Christi dilectissimi filij mei, prout iã tibi dixi, si meministi, q̃ sup ponte uidelicet super doctrina meæ ueritatis lapides erant in sanguinis uirtute fundati. Nã exhibent uirtutes uobis, uitam in uirtute prætiosi sanguinis eius.

TRACTVS SECVNDVS.

De modo quẽ anima tenere debet, ut ad amorem purum atq; liberalem perueniat. Et incipit orationis tractatus.

Caput lxv.

Postq̃ introiuerit anima transeundo per doctrinã Iesu Christi crucifixi cum amore uero uirtutũ, & odio uitiorum, cum sancta perseuerentia, deueniens ad domum notitiæ suæ uilitatis atq; fragilitatis, inclusa permanet in uigilia & oratione continua, penitus ab omni seculari conuersatione separatat quia se clausit ex timore, cognoscens imperfectionem suam, & ex desiderio perueniendi ad amorem purum atq; liberalẽ. Et quia prudenter agnoscit quod alio modo liberari non ualet, ideo præstolatur uiua fide meum aduentum, per augmentum in se gratiæ meæ. Sed in quo uiua fides agnoscitur? In perseuerantia uirtutum: nullo tẽpore retrocedendo per occurrentia, quomodocunq; , uel undecunq; prouenient: nec etiam orationẽ sanctam omittere debet aliqua causa statuto tempore, nisi propter obedientiam, uel charitatem expressam. Alitèr ab oratione discedere non debet. Quia frequenter orationis ordinato tempore diabolus amplius animam infestare conatur cum suis uarijs fantasijs atque molestijs, q̃ extra tempus orationis. Hoc autem agit, ut oratio sancta oranti tædium generet interdũ in mẽte sua, dicẽs: hæc oratio nihil oñino tibi pdest, qa nõ debes alia cogitare nec aliud attendere quã ad ea q̃ dicis. Hoc aduersarius orãti psuadet, ut pueniat adiæ/ dium & ad mẽtis cõfusionẽ, & omittat orationis exercitiũ, q̃ est uelut arma tura fortissima, cũ q̃ se uiriliter anima defendit ab omnibus aduersarijs eius, quando tenetur cũ amoris affectuosi manu & cum brachio liberi arbitrij, tunc uirtuose pugnat in armatura prædicta cũ lumine sanctæ fidei.

Qualiter anima peruenire debet ab oratione uocali ad mentalem. Recitatur etiã una uisio p hãc animã habita. Cap. lvi.

Filia charissima noueris quod in oratione humili, continua & fideli cũ uera perseuerentia lucratur anima perfectionem & omnem uirtutem. Et ideo debet in ea perseuerare: & nunquam illam omittere propter aduersantia quæcunq; , siue procedant ab elusione, uel à fragilitate ppria, uidelicet ex cogitationibus immundis, uel à carnali motu corporis inordinato, uel propter inutilia uerba cuiuscunque creaturæ. Diabolus enim aliquando incitat & solicitat aliquem ad loquendum, ut orantẽ impediat. Hæc omnia postergare debet cum sancta perseuerentia. O quantum est animæ dulcis atque proficua mihiq; grata talis oratio, quæ fit in domo notitiæ propriæ humilitatis atque uilitatis, & in agnitione meæ bonitatis, oculum intellectus aperiendo cum lumine sanctissimæ fidei, & cum affectu meæ charitatis abundantiæ. Quæ charitas uobis facta est uisibilis in unigenito uisibili filio meo dilectissimo, quam uobis apertissime demonstrauit in prætioso sanguine suo. Qui sanguis animam inebriat & induit eam igne diuinæ charitatis, ei præbendo cibum uenerãdi sacramenti, q̃ ego in apotecha mystici corporis sanctæ matris ecclesiæ collocaui, uidelicet corpus & sanguinẽ unigeniti filij mei, qui est uere deus & homo. Quod ordinaui ministrandũ per manus uicarij mei, qui claues habet huius prætiosi sanguinis. Hæc est apotheca de q̃ tibi supra dixi, quã super pontẽ constructerã & collocaueram, ex q̃ cibũ assumerẽt atq; cõfirmarent uiatores & pegrini trãseũtes p doctrinã ueritatis incarnatæ, neppter ibecillitatẽ in uia deficiãt. Iste cibꝰ cõfortat modicũ atq; satis, iuxta desideriũ assumẽtis q̃cũq; modo sumat, uel uirtualr, uel sacraliter. Sumit enim sacraliter qñ cõicãdo gs actualiter accipit hostiã cõsecratã a sacerdote. Virtualr aũt intelligitur quando quis solummodo ex desiderio sancto comunicat ex auiditate cõmunionis, etiã ex consideratione pariter & deuotione sanguinis Iesu Christi crucifixi,

ubi

ubi reperit affectu exceſſiuæ charitatis eius quam deguſtauit, & agnouit in ſanguine quem attẽdit effuſum cũ inæſtimabili charitate diuina. Et ideo ſuccenditur ibi cum ſancto deſiderio, & inebriatur atque ſatiatur animam inueniendo plenam charitate mea diuina pariter & proximi ſui. Hęc aũt ubi acquiſiuit? In domo notitiæ ſui cũ oratione ſancta, ubi perdidit imperfectionem, ſicut apoſtolus Petrus, & alij diſcipuli recluſi ſtantes in domo cũ uigilia & oratiõe, perdiderũt imperfectionẽ, & ibi pfectionẽ adepti ſunt, uidelicet cum perſeuerãtia condita cum lumine ſanctiſſimæ fidei. Sed exiſtimare noli quod tantum ardorem atque nutrimentum ab hac oratione recipiat ille qui ſolũmodo cum oratiõe uocali ꝓcedit, ꝓout animæ multæ faciunt, quarũ oratio potius eſt in uerbis quã in affectu cordis, q̃ non uidetur ad aliud attendere niſi ut expleant numerum aliquorum pſalmorum, uel oratiõum aliarum, & expleto numero, quem in corde propoſuerũt ultra cogitare non uidentur. Euidenter apparet ipſos affectum & intentionem ad orationem ſolũ modo uocalem appoſuiſſe. Sed ita procedere nõ oportet, ꝙa niſi faciant aliud ultra, modicum fructum ex hoc haberent, mihi quoq; modicum eſſet acceptum. Si uero petas utrũ hæc oratio uocalis omitti debeat, quia non uidetur omnes eſſe tractos ad orationem mentalem? Non, ſed prudenter & ordinato modo procedendum eſt. Nam optime noui quod ſicut anima prius eſt imperfecta quã perfecta, ſic eſt etiã oratio ſua. Debet ergo ne tranſeat ocioſe cum ad huc eſt imperfecta cũ oratione uocali ꝓcedere uel inchoare, tamen addendo mentalẽ orationem iuxta poſſe, uidelicet dum ꝓ ba oratione profert mentem eius in affectum excellentiſſimæ charitatis meæ dirigere conetur, & eleuare cum conſideratione generali, peccatorum ſuorum, atq; ſanguinis unigeniti filij mei, ubi reperit abundantiã meæ charitatis inæſtimabilis, atque remiſſionẽ omnium peccatorum eius. Hoc autem ideo facere debet ut in ſui notitia & ſuorum defectuum conſideratiõe faciat eam intellige re bonitatem meam in ſe, & cum uera humilitate faciat animam ipſam in ſuo ſancto exercitio perſeuerare. Nolo tamen ipſos defectus in particulari aborante cõſiderarit, ſed in generali, ne mens inquietet ſiue cõtaminetur in recordatione particularium atque turpium peccatorum. Inſuper admoneo quod homines non acceptent ſiue retineant in ſe conſiderationem ſolummodo peccatorum, ſiue in generali, uel in particulari, ſine conſideratione atque memoria ſanguinis, & magnitudinis diuinæ miſericordiæ, ut inde non ueniant in confuſionem. Quia ſi notitia ſui & conſideratio peccatorum non conditetur cum memoria ſanguinis atq; miſericordiæ, ꝑmanerent homines in confuſione ſua. Et cum ipſa ſimul, & aduerſario dæmone, qui ſub colore contritionis, & diſplicentiæ peccatorum, eos adduxit in eam, ultimo pertingerent ad æternam damnationem, non ſolummodo propter hoc, ſed quoniam inde ueniũt ad deſperationem, niſi cum lumine fidei miſericordiæ meæ brachium aſſumerent. Et aduerte quod iſta eſt ualde ſubtilis & magna fraus, cum qua diabolus etiam ſeruos meos irretire ſiue decipere conatur. Et ideo propter utilitatem ueſtram atque diaboli fraudem euitandam, & ut in conſpectu meo ſitis accepti, oportet quod iugiter affectum & animam ueſtram ampliendo dilatetis, ad conſiderandã & amplectendam ineffabilem miſericordiã meã cum uera humilitate. Noſti nanque quod ſuperbia diaboli ſuſtinere nullo modo poteſt humilitatem animæ, neque ſua confuſio meæ bonitatis amplitudinem immenſam atque charitatem, in quantum anima ſperet in me. Vnde ſi meminiſti quãdo diabolus te proſternere ſiue decipere uolebat, ex confuſione, uolens oſtendere tibi quod uita tua fraudulenta fuiſſet, & non in ueritate, neque te ſecundum uoluntatem meam ambulaſſe, tu feciſti quod utique facere debuiſti, & ut bonitas mea te docuit q̃ quippe bonitas alicui uere petenti non denegatur, uidelicet humiliter eleuando mẽtem ad miſericordiam meam, dicens: Ego confiteor aperte creatori meo, quod uita mea quotidie fuit in tenebris, tamen ego latitabo fideliter in plagis Ieſu Chriſti crucifixi, & in ſanguine ſuo prætioſo maculas omnium iniquitatum mearum abluam, & cum ſancto deſiderio gaudebo iugiter in creatore meo. Noſti quod indilate diabolus aufugit. Poſtea uero cum alia uice rediret uolendo te per ſuperbiam in altum eleuare dicens: Tu es perfecta, deo uale placẽs. unde nõ expedit ut ulteri⁹ affligẽdo te peccata tua, q̃ ſunt abluta, deplores,

Tu

Tu uidisti uiam per q̃ ambulare debeas, ut ego te docui, uidelicet humiliãdo te, respondisti tentatori dęmonio, dicens: Ioannes baptista nunq̃ offendit, & in uẽtre matris a deo sanctificatus extitit, & nihilominus tantam pœnitentiam egit: ego uero miserabilis, plena tot iniquitatibus, adhuc incipere neglexi uel paruam agere pœnitentiam, uel ipsum agnoscere creatorẽ atq; dominum meum in gemitu & cõtritione cordis, attente considerando quis est deus q a me sic fuit offensus, & qualis ego sum iugiter ipsum offendens. Tunc ipse diabolus humilitatem animę tuæ sustinere non ualens, neq; spem in bonitate mea conceptam, tibi dixit: Tu sis a deo maledicta, qa modum in te reperire nequeo. Si te per confusionẽ in infimis deprimo, & tu per misericordię diuinę ipẽ in altum eriger is, & si te ponere conor in altum, & tu te metipsam ad infima deprimis, descendens etiam in infernũ ex humilitate, insuper etiam in inferno me persequeris. Vlterius igitur ad te non ueniam, eo quia dure me percutis ualido baculo charitatis. Ergo debet anima notitiam excellentissimę bonitatis meę condire cum sui notitia, & econuerso notitiam fragilitatis & uilitatis suę cum notitia meę bonitatis. Et isto modo uocalis oratio utilis erit animę sic oranti, mihi quoq; ualde placebit. Et ab hac uocali oratione imperfecta, cum exercitio sancto perseuerando, perueniet ad mentalem orationẽ perfectam. Sed si uoluerit ita simpliciter omnino perficere numerum suũ in mente sua dispositum, uel si, ppter orationẽ uocalem omitteret orationem mentalem, a uia perueniendi nimis erraret. Occurrit aliquando q anima cum tanta procedit ignorantia, q ex quo concepit in mente sua quosdam psalmos, uel aliquoties orationem dominicam uoce repetere, uisitabo gratiose mentem eius, modo per unam uiam, modo per aliam. Quandoq; cum uno lumine uerę notitię sui, cũ mixtata contritione peccatorũ suorum, quandoq; cum amplitudine diuinę charitatis immensę, quandoq; ponendo mẽti suę diuersimode, put mihi placet, uel ipsa desiderat, unigeniti filij mei pśentiam in obiectũ. Ipsa tñ ignorans anima uisitationem meam q̃ in se percipit, omnino derelinquit, ut numerũ quẽ in corde dispositum explere possit, quasi faciendo sibi conscientiam imperfectum numerũ illum omittere quem ceperat. Non debet igitur ita facere, quia patenter a dęmonio fraudaretur & illuderetur ita faciendo. Sed ilico sentiendo mentem ex uisitatione mea dispositam, orationem uocalem continere debet, postea uero transacta mentali, si ei uacat, ea q̃ sibi proposuerat perficere poterit. Si uero cõmode non ualet, ad tœdium siue mentis confusionẽ adduci nullo modo debet, & sic ordinate procedet. Excepto diuino officio, ad q̃d omnes clerici atq; religiosi ex debito sunt obligati usq; ad mortẽ, qa si non persoluerent illud, indubitanter offenderent. Et si tempore quo persoluere debent illud, elevari uel attrahi mentẽ ex desiderio sentirent, sibi pudere debent, horam pręueniendo, uel saltem postea subsequendo, ita q̃ officium debitum nullatenus omittatur. De singulis alijs orationibus anima debet inchoare uocaliter, ut attingere possit ad orationem mentalẽ: q̃ orationem uocalem omittere debet qñ percipit a me uisitari, sicut iam dixi. Hæc uocalis oratio facta sicut est expressum, attinget & adducet ad perfectionẽ. Et ideo nõ debet oratio uocalis omitti q̃cunq; modo facta fuerit, sed ordinate quisq; debet pcedere, sicut iam dixi. Et ita perseueranter agendo sanctum exercitium, orationẽ in ueritate gustabit & cibũ sanguinis unigeniti filij mei. Et ideo dixit tibi q̃d aliquis uirtualiter cõmunicabat, licet non sacramentaliter, uidelicet affectuoso desiderio gustando charitatem ineffabilẽ Iesu Christi, quam in sanguine suo pretioso cognouit, oratione mediante, modicum & abundantius iuxta desiderium orantis. Si quis cum modica prudentia procedit, & absq; modo, modicum inuenit: qa q̃to magis anima conatur ab his infimis affectum suum elongando soluere, & in me ligare, cum lumine intellectus, tanto plus agnoscit. Et q̃to plus agnoscit, plus diligit: & q̃to plus amat, tanto plus anima gustat. Igitur attende q̃d oratio perfecta non acquiritur in multitudine uerborũ, imo cum affectuoso desiderio in me consurgente cum notitia sui pariter & meę bonitatis in se: nec unum absq; reliquo fit, & ita pariter habebit orationem uocalem atq; mentalem: qa optime conueniunt ut actiua uita cum contemplatiua, q̃is oratio uocalis uel mentalis appellari multipliciter ualeat. Quia dixi tibi q̃ sanctum desiderium animæ, uidelicet uoluntas bona, cõtinua uocatur oratio: quæ uoluntas actualiter ordinato tẽpore consurgit & elevatur in me ultra præfatam orationem continuam sanctæ uoluntatis. Et hæc uocalis oratio cum huiusmodi sancto desiderio quandoq; fit ordinato tẽpore, aliquando uero pter ordinatum tẽpus, uel ultra tale tẽpus indesinenter, ut expostulat uera charitas in salutẽ proximorũ, uel aliter expediẽs erit iuxta gradum in q̃ positus est orans. Quilibet operari tenetur in salutem animarũ secundum statum eius iuxta sanctę uoluntatis exordium. Et ita q̃cquid operat uocaliter, uel actualiter

in salutem animarũ, est unũ orare uirtualiter: q̃uis actualiter etiã orat in tempore debito & in loco deputato. Etiam p̃ter hanc orationem debitam omnia quęcunq; facit in charitate dei & proximi constitutus etiam ad exercitiũ eius actuale, totum uocari potest oratio continua: qa non cessat orare qui non cessat benefacere. Et ideo dixi tibi q̃ oratio multis modis fiebat si fuerit uocalis unita mẽtali. Q̃n actualis oratio uocis facta modo p̃dicto, procedit ab affectu syncerę charitatis, quia charitas affectus p̃ cõtinua oratione reputatur. Nunc audisti qualiter ad orationem mentalem attingitur, uidelicet cum exercitio sancto atq; perseuerantia: & q̃ omittatur oratio uocalis propter mentalem cum animam nisito. Insuper audisti quæ sit oratio cõmunis & uocalis cõmuniter extra tẽpus ordinatũ & oratio bonę atq; sanctę uoluntatis etiã de quibuslibet exercitijs in se, uel in proximo factis, cum bona uoluntate extra tempus orationi deputatum & ordinatum. Igitur anima debet semetipsam uirtuose calcaribus urgere sanctę solicitudinis, cum hac oratione sancta, quę parit ueluti fructifera mater in anima uirtutes omnes, & iugiter eas alit, & ad perfectionem adducit. Hoc est ergo quod ait anima quæ recluditur in domo notitię ꝓpriæ sui, & quę peruenit ad amorem amici pariter & filialem. Quod nisi teneat per uiam superiusexpressam quotidie, remanebit in tepiditate & in sua imperfectione. Et amaret tantum quantum in se percipere uideret utilitatem, uel consolationẽ a me uel a proximo suo.

De fraude quã homines incidunt qui deum diligunt & ei seruiunt ex propria utilitate.

Caput lxvij.

DE qua quidem imperfecta dilectione uolo tibi pandere fraudem unam quam homines in ea recipere possunt, quando me diligunt delectatione propria. Vnde uolo te nosce q̃ ille seruus meus q̃ me diligit imperfecte, potius exquirit & amat consolationem propter quam me diligit quam me. Et in hoc apte perpendere potest, qa deficiente cõsolatione, siue spirituali, uidelicet in anima, q̃ ad religiosos uiros atq; spirituales: siue consolatione tẽporali, quo ad seculares, qui uiuunt cum quibusdam actibus uirtuosis, ilico turbantur ipso facto cum agitantur: uel ab aliqua leui tribulatione, quam indubitanter eis cõcedo propter utilitatem eorũ. Et si quis ab eis interrogaret, quare turbaminis? responderent qa recepi tribulationem, & illud bonum quod agere solebã in ꝓsperitate, nunc iudicio meo quasi perdo, qa nõ operor illud aio leto & puro corde, sicut hactenus. Et hoc accidit ꝓpter huiusmodi tribulationẽ, qa prius ualde melius operabar, & cum maiori tranquillitate cordis q̃ in p̃senti faciã. Qui dicit ita, deceptus est a ꝓpria delectatione. Non em̃ uerũ est q̃d illa tribulatio sit in causa, nec etiã q̃ ipse minus amet neq; minus ualeant ea q̃ nũc opatur. Operatio nanq; facta tẽpore tribulationis, in se tm̃ ualet q̃tum ualuit ante, uidelicet in tempore cõsolationis: imo plus ualere posset inquantũ haberet in se patientiam. Sed hoc accidit ei q̃m in ꝓsperitate delectabatur, ubi cũ actu modico uirtutis alicuius amabat me, ibiq; mentẽ eius aliquali pace fouebat operatione tantilla. Cum ergo priuatur illo ubi requiẽ aliq̃ habere uidebatur, iudicat esse priuatũ in q̃libet opere suo q̃re saluatori. Sed non est ita ꝓculdubio. hcibus aũt huiusmodi cõtingit uelut homini q̃ moratur in pulchro uiridario, q̃ pro eo q̃ ibi delectatur in sua operatione q̃scit, & uidetur ei habere requiẽ in operatione sua, sed ipse requiescit in delectatione q̃ habet ex uiridario. Et apte cognoscit esse uerũ q̃ amplius in uiridario q̃ in operatione delectatur, q̃m ablato sibi uiridario, se ꝓcepit ilico delectatione priuatũ. Sed si principalẽ affectum atq; delectationẽ in opere suo posuisset, nõ amisisset: imo secũ haberet, q̃m exercitiũ operandi bonũ amitti non potest ultra uoluntatem hominis, q̃uis ei fuerit ablata delectatio ꝓsperitatis, uelut isti uiridarium. Igitur isti fallunt̃ in eorũ operibus a ꝓpria passione. Vnde tales dicere consueuerunt: Mihi constat q̃d melius operaber, & ampliorẽ consolationẽ habebam ante tribulationẽ istam q̃ nunc, & ualde magis optabã agere multa bona: nũc uero nullatenus ita facere delector. huiusmodi sermones eorũ ueritatẽ offendunt: qa si primo delectati fuissent in bono amore boni & uirtutis, nullo modo p̃didissent affectũ illũ, nec̃q; defecisset in eis, imo potius augmẽtatus esset. Sed q̃m illorũ opera uirtuosa erant in ꝓprio bono fundata, uidelicet in respectu ꝓprię consolationis & delectatiõis, ideo defecit. hęc est illa fraus q̃ decipiũtur cõmuniter homines in quibusdã eorum bonis operibus. Hi proculdubio falluntur a semetipsis, uidelicet a propria delectatione sensuali.

De fraude qua decipiuntur etiã serui dei, q̃ deum amãt hac imperfecta dilectione iã dicta.

Caput lxviij.

SEruiq̃q; mei q̃ adhuc in amore sunt imperfecto, quęrentes & amantes me respectu cõsolationis uel utilitatis ꝓprię, q̃ in me reperiunt, aliquando decipiuntur. Nam qa sum omnium bonorũ quæ fiunt indubitatissime remunerator, amplius uel minus iuxta mensuram amoris operantis, exhibeo mentales consolationes

tiones orationis tempore, quandoq; per unũ modum, & aliquando per aliũ. Hoc autẽ ego non ago ut ignoranter anima potius acceptet & attendat enxenium siue donũ consolationis quod exhibetur a me, quã attendat ad me largitorem: sed ut attẽdat principaliter meę charitatis affectum, cum qua largior, & indignitatem eius qui recipit, q̃ delectationem ꝓpriæ consolationis. Si uero uelut ignorans & ingrata uoluerit attendere magis ad consolationẽ ꝓpriam q̃ ad affectũ meæ charitatis erga ipsam ualde damnificatur atq; decipitur, ut ego tibi dicam: Nam a ꝓpria consolatione decepta q̃rit eam, & ibi delectatur in tm̃, quod aliquando cõsolationem seu uisitationẽ meam in se ꝓcipiendo prosequi conabitur uiam q̃ alias tenuit quando eam reperit, ut eam inuenire ualeat. Ego uero non uniformiter animę concedo, imo ualde diuersimode, prout expedire uideo atq; bonitati meę placet, ut ex hoc agnoscere possint omnes quod habeo multa donaria quibus amicos meos abundantissime ditare ualeo. Si cũ ignorantia sua ꝓcedere decreuerit, ipsam omnino q̃ret habere per eundẽ modum quemadmodum si spiritui sancto legem imponere uellet. Sed non ita facere debet, imo uirili corde transire debet per pontẽ doctrinę Iesu Christi crucifixi, & ibi recipere cũ humilitate cordis, eo modo, eo loco, & eo tempore ꝓput bonitati meę tribuere placet. Et si ei nõ tribuo quicq̃, illud etiam nõ tribuere, non ex odio, sed ex amore ꝓcedit: ut uidelicet anima me quęrat in ueritate: neq; me solũ ex propria delectatione sua diligat, sed humiliter acceptet affectum meę charitatis, amplius q̃ illam delectationem q̃ inuenit. Quia si quęreret ipsam delectationem iuxta uoluntatẽ suam, & non iuxta meam, inueniet procul dubio pœnã atq; confusionem intolerabilẽ, quando se priuatã inueniet illa delectatione sua quam animę suæ posuerat in obiectum. Hi sunt illi q consolationem eligere uolunt iuxta beneplacitum eorꝫ. Inuenientes enim in mentibus eorꝫ aliquoties de me consolationem, uolunt in illa persistere iugiter. Et incurrunt aliquando in tantam ignorantiam, ꝙ eos uisitando per alium modum mihi faciunt imprudentissime resistentiam, nec acceptabunt nisi uisitentur illo modo quo fuerant imaginati. Iste defectus a propria passione procedit, ac ab illa delectatione spirituali quam in me repetit. Hæc anima decipitur eo quod esset impossibile continuo uno modo perseuerare, quia sicut anima fixa stare non ualet: oportet enim ipsam in uirtute proficere, uel a uirtute deficere, ita mens in uno statu iugiter in me solummodo cum una gratia stare non potest, imo largior uarias atq; differentes. Nam aliquando concedo mentale gaudiũ ualde solatiosum, aliquando magnam contritionem, cum tanta displicentia sui, ꝙ uidebitur in se mentem habere turbatam. Quandoq; moror in anima, neq; me sentit. Quandoq; formabo ueritatẽ incarnatam ante oculũ intellectus uariis modis: tñ non apparebit animæ tantam iocunditatẽ atq; calorẽ in se percipere, ut huiusmodi uisioni uideretur debere se qui. Aliquando uero non uidebit, & habebit ualde magnam delectationẽ. Hęc omnia facio paterna charitate motus, ut anima conseruetur & in uirtute proficiat humilitatis atq; pseuerantię, ut etiam instruatur, ne mihi legẽ imponere uelit, neq; finẽ suum in consolatione ꝓpria sensitiua, sed solũ in uirtutibus in me fundatis. Et cũ humilitate suscipiat utrunq; tps, & cũ affectu syncerę charitatis accipiat affectum meũ, cũ q̃ sibi tribuo: cũ fide uiua credens ꝙ ea q̃ sibi cõcedo sunt uel ꝓ necessitate suę salutis, uel ut ad ꝑfectionẽ attingat. Igit̃ in humilitate cõsistere debet, faciendo principiũ atq; finẽ in affectu paternę meę charitatis, & in ipsa charitate ꝓcipere delectationẽ iuxta uoluntatẽ meã, & nõ iuxta suã. Iste modus est ad uitandũ fraudem inimici siue deceptionẽ, a me cuncta recipiendo per affectuosum amorem, q̃ sum omnium finis felix & optabilis. Ideo fundari cuncta debent in mea uoluntate.

De his qui ne perdant consolationem propriam negligunt ꝓximum in sua necessitate.

Caput lxix.

Dixi tibi de fraude qua decipiuntur illi qui suo modo gustare me uolunt in mentibus eorꝫ. Modo fraudem aliam exprimere tibi uolo, qua decipiuntur illi qui solicite q̃tidie procurant habere consolationẽ propriam, in mentibus eorum, intantum ꝙ aliquando uidebunt proximum suum in magna necessitate spirituali siue temporali, nec ei subuenient, sub colore uirtutis, & dicent: Ex hoc ego perdo consolationem atq; pacem animę meę, nec horas cõgruo tempore persoluo. Vnde quia non habent, ut asserunt in se consolationem, iudicant offendisse siue ꝓdidisse me. Ipsi uero decepti sunt a propria delectatione spirituali mẽtis eorum. Et ualde magis offendunt me non subueniendo necessitati proximi sui, quam si dimitterent omnes consolationes eorum: quoniam exercitia q̃cunq; tam uocalia quam mentalia sunt a me disposita, & ordinata ut homo ꝓueniat ad perfectam charitatem mei atq; proximi, & ut in ipsa charitate uirtuose conseruetur. Itaq; grauius me offendit omittendo charitatem proximi ꝓpter suum exercitium actua

le ſiue q̃ietem mentis, q̃uã ſi dimitteret exercitium amore ꝓximi. Nã in charitate ꝓximi me reperiũt, in delectatione uero propria ubi me quęrunt eſſent oñino me priuati: quia nõ ſubueniẽdo proximo, qñ neceſſarium eſt, ipſo facto ſunt ipſius proximi charitate priuati: & imminuta charitate proximi, etiã affectus meus imminuitur erga ipſos. Affectu uero diminuto, pariter & conſolatio diminuitur. Itaq; lucrari putantes ualde, perdunt, & uolentes pdere, lucrantur: qa ſi uolent in ſalute proximi proprias omittere conſolationes, lucrantur in anima ſua me per gratiam, & etiam proximũ, ei charitatiue ſubueniendo in ſuis opportunitatibus, & ita guſtarent omni tempore dulcedinem affectuoſæ charitatis meæ. Cum aũt hoc omittunt iugiter in pœna commorantur. Nã oportet aliquando q̃ ipſi proximo ſuo ſubueniant, uel obedientia compellente, uel ex charitate, uel ex infirmitate corporali ſiue ſpirituali. Tunc ei ſubueniendo ſentit in ſe pœnam atq; mentis tœdium, & efficitur incõportabilis omnibus cum qbus aſſidue conuerſatur, imo etiam ſibimetipſi. Si quis uero peteret ab eo q̃ reſentis iſtam ꝓcenã? Illico reſponderet: Quia mihi uidetur amiſiſſe pacẽ atq; mentis meę quietem, & multa bona quę facere ſolebam omiſi, unde reputo deũ offendere. Sed non eſt ita. Iudicium enim cius in propria delectatione collocatũ eſt. Ideo neſcit agnoſcere ſiue diſcernere ubi conſiſtat offenſio ſua, qa ſi bene uideret, intelligeret offenſam in carendo ſua cõſolatione mentali, uel omittendo ſanctũ exercitium orationis, tempore neceſſitatis proximi ſui, nõ exiſtere, imo conſiſtere carentia charitatis proximi ſui, cui ſeruire debet, atq; cũ charitate ſubuenire, iuxta poſſe ſuum, amore mei. Itaq; uides q̃ fallitur ex amore proprio ſpirituali circa ſemetipſum.

De deceptione qua falluntur illi qui ſuum affectũ poſuerunt in conſolationibus atq; mentalibus uiſionibus.

Caput lxx.

ET aliquando contingit ex hoc amore ſpirituali proprio q̃ anima maius damnum incurrit, quia ſi ſuum affectum ſolummodo collocat in quęrendo mentales conſolationes atq; uiſiones, quas ego frequentiſſime largior amicis meis, qnando ſe priuatam illis uideret, incidit in amaritudinem atq; mentis intolerabile tœdium, quia ſe iudicat gratia eſſe priuatam, cum ab ea me quandoq; ſubtraho, non per gratiam, ſed per ſentimentum a mente ſua, ſicut iam tibi dixi, ut ita perueniat ad perfectionem. Ipſa uero cadit in amaritudinem, & ei uidetur arram inferni guſtare, percipiendo ſe conſolatione priuatam, & moleſtijs multarum tentationum agitari. Nullo modo debet in tantam ignorantiam incidere, nec ita pmittere ſe decipi ab hoc amore proprio ſpirituali, quod nõ intelligat ueritatẽ, ſed in ſe cognoſcat fore me q̃ ſum illud ęternum bonum, q̃d ei conſeruo bonã uoluntatem in tempore belli, q̃ non ſequitur cum conſenſu tentationes illas a quibus in mente moleſtatur. debet igit̃ humiliare ſe reputando ſe pace ſiue quiete mentis indignam. Et ideo frequenter ab anima me ſubtraho, ut in humilitate perſiſtat & ut ueritatem meam in ſe cognoſcat, q̃ in bona uoluntate reperit, quam ego ſibi conſeruo tempore belloꝝ, & ut ipſa non aſſueſcat accipere uel optare ſolummodo lactis dulcedinẽ, uidelicet huiuſmodi conſolationes, imo ſe uir iliter applicet ad pectus ueritatis incarnatę, ut una cũ lacte carnẽ etiam aſſumat, uidelicet attrahendo dulcedinẽ affectuoſę charitatis meę mediante carne Ieſu Chriſti crucifixi. Hoc intelligendo de doctrina ſua ſalubri, de qua uobis feci pontẽ, ut per illum ad me uenire poſſitis. Ad hunc ergo finẽ ab animabus aliquando me ſubtraho. Si prudenter incedunt, ego poſtea redeo ad ipſas cũ lumine maiori, dulcedine, fortitudine, atq; charitatis ardore. Si uero quando me ſubtraho recipiunt cum tœdio, triſtitia & confuſione mentis, modicum inde lucrantur, & in ſua tœpiditate perdurant.

Quomodo ꝓfati qui delectantur in mentalibus uiſionibus aliquando decipiuntur a diabolo, qui ſe transfigurare poteſt in angelũ lucis. Et de ſignis quibus poteſt agnoſci quando uiſio procedit a deo, uel a demonio.

Caput lxxi.

POſſt hęc animę tales aliquando recipiunt a demonio fraudẽ aliam, transformando ſe in angelum lucis. Qm̃ in eo quod intelligit animam optare ſeu recipere diſpoſitam, tentationis laqueum inuenire conatur: unde qa mentem uidet inclinatam & allectam ad dulcedinẽ proprię delectationis, & in huiuſmodi uiſionibus mentalibus ex deſiderio cõmorari, ipſe diabolus in illa mente ſe transformat in diuerſis modis. Aliquando ſub forma meę ueritatis, uidelicet Ieſu Chriſti, aliquando ſub angelica forma ſe demonſtrat, uel aliquoꝝ ſanctorum meoꝝ, ſicut intellexerit animã libentius acceptare. Hęc aũt facit ut eam illaqueare poſſit hamo ꝓprię delectationis ſpiritualis, ad quã aut ditate tanta deſiderium inclinatur. Et niſi ſolicite conſurgat anima cũ humilitate profunda, contẽnendo realiter uiſiones atq; conſolationes iſtas, hęc hamo capta remanet in manu diaboli. Sed anima prudens in illis nõ apponit affectum

fectum suum, imo q̃tum est inse respuit, ex humilitate se reputans illis indignã, & cũ affectuoso desiderio solummodo uirtutes amplectitur, & affectũ meum, q largitor sum attendit, & non ad huiusmodi donũ siue delectationem ꝓpriam. Et ita diaboli manus euadit illęsa, qa superbia sua humilitatẽ animæ tolerare nullo modo potest. Si uero petas quomodo cognoscitur uisio uera siue uisio falsa, & diabolica, respondeo tibi prębendo signum uerę: quia qñ diabolus animã uisitat in forma lucis, ilico sentit in aduentu suo gaudiũ, uel alacritatem quandam: sed q̃to moratur amplius, tanto magis in se deficit atq; tenebręremanent, cũ quodã tœdio & obfuscatione stimulatę mentis. Cum autem anima in ueritate uisitatur a me, q sum ęterna ueritas, in aspectu primo recipit anima timorẽ sanctum, & cũ ipso timore gaudium & securitatẽ, cum una dulci prudentia, qa dubitãdo non dubitat: sed prosui notitia se reputans indignam, humilime dicet: Ego non sum digna tuam uisitationem habere. Cum ergo sim indigna, quomodo potest hoc esse? Tunc uero se conuertit ad latitudinẽ charitatis ineffabilis męę, uidens & aperte cognoscens qa mihi possibile est omnia quęcunq; uolo dare, nec aspicio ad alicuius indignitatem, imo dignitatem meam attendo, qui dignam illam facio, ut me recipiat in se ꝓ gratiam atq; sensum: qa non cõtemno desiderium q̃ me uocat ad se. Idcome recipit humili corde, dicens: Ecce ancilla tua fiat in me tua sancta uoluntas. Tunc egreditur ab itinere uisitationis męę pariter & orationis eius cum alacritate, & magno gaudio mentis, cũ humilitate se reputans indignam, & cũ charitate, quia recognoscit a me. Hoc est ergo signum cum anima uisitatur a me, uel a dęmonio, qa quando uisitatur a me, reperit in aspectu primo timorẽ sanctum, in medio autẽ & in fine gaudium cum fame uirtutũ. Econuerso uisitatio dæmonis in aspectu primo q̃dam alacritatem exhibet, postea uero dimittit in fine mentẽ cum confusione tenebrosam. Ergo prouidi uobis exhibendo signũ, ut anima si uult humiliter ambulare cum prudentia, decipi nõ ualeat. Quam fraudẽ incideret anima q̃ procedere uellet solummodo cũ amore imperfecto circa proprias cõsolationes & uisiones affectũ meum attendere negligendo, ut iã dictum est.

Qualiter anima quæ seipsam agnoscit, prudenter euadit prędatas fraudes.

Caput lxxij.

NOlui tibi tacere filia charissima fraudem quam incurrunt communiter homines mundani, in amore sensitiuo permanentes, cũ paruitate bonę operationis, in tempore scilicet q̃ cum modica uirtute operantes, magis delectantur ipsa tẽporali consolatione q̃ operando recipiunt, q̃ uirtute. Nec tibi tacere uolui q̃ modo decipiantur serui mei, cũ consolationibus spiritualibus delectantur amore proprio decepti, q non sinit eos cognoscere ueritatem affectus mei, nec uidere ubi culpa consistat. Et dixi tibi fraudẽ qua utitur dęmon eos decipiendo, culpa sua, cũ ipsi non seruant modum, quẽ dixi tibi hac ratione, ut tu & alij serui mei, uirtutes sequamini amore mei, & non affectu alterius rei. In hęc oñia picula incidere possunt, imo sępe incidunt illi qui in imperfecto amore mei positi, potius ꝓpter donum meum me diligunt, q̃ propter me donatorem. Verum anima quę domum proprię cognitionis uerę est ingressa, orando pfecte & abnęciendo imperfectionem amoris & orationis eo modo quẽ tibi in tractatu orationis exposui, meipsum recipit amoris affectu, q̃rendo ad se trahere lac męę dulcedinis a pectore doctrinę Christi crucifixi: tertiũ iam statum adepta amoris scilicet filialis & amici. Non habet hęc anima mercenarium amorẽ, sed mecum agit, ut solent inuicẽ amici charissimi, quoꝝ si alteri fuerit ab altero munus oblatũ, qui accipit non tantũ munus respicit, uerꝝ principaliter amici cor, & donantis affectum. Sic igitur anima q̃ ad tertium statum peruenit amoris perfecti, cum amere cipit munera & gratias, non respicit solummodo donum meũ, sed oculo intellectus intuetur męæ charitatis affectum qua sibi munus contuli. Atq; ut ipsa non possit se excusare, q̃ id agere nequeat, scilicet meum affectũ intueri, munus cum donatore coniunxi, cũ diuinam naturam humanę naturę copulaui, & uerbũ unigenitum, id est, filiũ meum, q mecum unum est, & ego secum, uobis donauit: hac itaq; ratione donum respicere non ualetis, nisi & me donatorem respiciatis. Vides ergo q̃ amoris affectu debetis diligere & desiderare donum & donatorẽ. Quod si facietis, non in mercenario, sed puro & syncero amore eritis, & hoc faciunt illi qui clausi manent in domo cognitionis proprię uilitatis.

Quomodo anima recedit ab amore imperfecto, & peruenit ad amorem perfectum.

Caput lxxiij.

HVcusq; multmode tibi mõstraui sicut anima resurgit ab imperfectione sua, & ad amorem perfectum attingere potest, & quid agit ex quo peruenerit ad amorem filialem & amici. Tibi nanq; dixi quod illuc ualet attigere cum sancta perseuerantia, claudendo semetipsam in domo notitiæ suæ fragilitatis. Quæ notitia sui debet esse condita

cum

cum agnitione meę bonitatis, ut ad confusionem non ueniat. Nã in notitia sui proprię sensitiuæ passionis odiũ acquirit atq; delectationis proprię consolationis. Et ab hoc odio sancto in humilitate fundato, patientiam ueram acquirit, in q̃ fortis efficitur cõtra bella diaboli, & contra pſecutiones hominum. Erit etiã ualde patiens qñ pro salubri bono suo me subtrahere uelim p̃ sensum ab ea, omnia libentissime tolerabit cum ista reali uirtute. Et si propria sensualitas uellet ex aliqua difficultate rebellare quandoq; contra rationem, iudex conscientię debet ascendere sup̃ se, cum odio sancto, faciendo iustitiam, neq; pmittendo motus transire inordinate sine correptione. Quãuis anima q̃ consistit in odio sancto sui, quotidie se corrigit & arguit omni tempore: non solũ eos q̃ sunt contra rationẽ, imo frequenter illos etiam motus corripit q̃ procedunt a me. Hoc innuere uoluit ille deuotus seruus meus beatus Gregorius cum ait: Bonarum mentiũ est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est. Igitur ita debet anima facere, & facit, quę uult surgere ab imperfectione, uidelicet expectare perseueranter in domo notitię sui, ꝓuidentiã meam cum lumine fidei, sicut egerunt illi sancti discipuli, qui patiẽter expectauerunt in domo, nec inde discesserunt, imo perseuerauerũt in uigilia, cum humili oratione continua, usq; ad aduentum sancti spiritus. Et hoc est illud quod agit anima sicut iam dixi, postq̃ ab imperfectione surrexit & in domo se reduxit, ut ad perfectionem attingat. Ipsa stat iugiter in uigilia, oculum intellectus ad doctrinam ueritatis meę dirigendo & qa se cognouit, humiliata cõtinuit in oratione cõtinua, uidelicet desiderij uere sancti, quoniam in se cognouit meæ charitatis affectum.

Designis quibus cognoscitur animam attigisse ad amorem perfectum.

Caput lxxiiij.

NVnc uero tibi dicendum est in quo demonstratur animam ad amorẽ perfectũ attigisse. Noueris ergo uerę esse signum illud ꝙd habuerunt illi sancti discipuli, post aduentũ sancti spiritus. A domo nanq; fuerũt egressi, & amisso timore, uerbum meum annunciabant, prædicantes doctrinam unigeniti filij mei, uirili corde contemnendo pœnas: imo gloriabantur in pœnis, neq; metuebant annunciare ueritatem in conspectu tirannorum atq; principum huius mundi, ad nominis mei laudem & gloriam. Sic animam quę in cognitione sui perseueranter expectauit, ego postmodum in reditu meo uisito cũ igneme charitatis, cũ qua charitate dum stetit in domo cũ pseuerantia concepit uirtutes per amoris affectũ participando de potentia mea. Cum qua uirtuosa potentia uicit & subiugauit ꝓpriam passionem sensitiuam. Et cũ ipsa charitate participaui cum ea sapientiam unigeniti filij mei in q̃ sapientia uidit & agnouit oculo intellectus ueritatẽ meam atq; fraudes amoris ꝓpri spiritualis, uidelicet amoris impfecti ꝓprię consolationis, ut iã dixi. Cognouit etiã fraudẽ atq; malitiam diaboli, q̃ decipit animam q̃ ligata fuerit in illo amore imperfecto. Et ideo surrexit cũ odio ipsius imperfectionis in dicta charitate, quę ipse spiritus sanctus est, participaui, uidelicet in uoluntate sua ipsam fortificando, ut q̃cunq; pœnã pro nomine meo sustinere uellet, & egrediendo domũ, uirtutes in ꝓximo suo pareret. Non qdem egreditur a domo notitię sui, sed egrediuntur a domo cordis & animę uirtutes conceptæ p̃ amoris affectum. Et eas parturit in tempore necessitatis ꝓximi sui multifarie multisq; modis, qa timor ille pditus est, q̃ detinebat eam ne manifestarent ex timore perdendi consolationes ꝓprias, ut iam supra dixi. Postq̃ autem homo puenit ad amorem perfectum, & liberalem, egreditur extra modo dicto semetipsum deserẽdo. Et hoc unit homines cũ quarto statu, uidelicet quando a tertio statu consurgens q̃ perfectus est, in quo tertio statu gustat & parit in proximo suo charitatem, recipit unum statum ultimũ perfectæ unionis in me. Qui duo status insimul uniti sunt, nec est unus absq; reliq̃ ꝓt charitas mea sine charitate ꝓximi, neq; charitas ꝓximi sine charitate mea potest esse. Non eñ est una separata ab altera. Sic est de duobus statibus istis, ut in sequentibus apertius audire poteris.

Qualiter imperfecti sequi cupiunt solummodo patrem: sed perfecti sequuntur filium. Et de quadam uisione pulchra.

Caput lxxv.

DIxi tibi quod egrediuntur extra, & quod est signum quod ab imperfectione discesserunt & ad perfectionem attigerunt. Aperi oculum intellectus & illos per pontem festinare considera, doctrinę uidelicet Iesu Christi crucifixi, qui fuit & est uia, regula & doctrina uestra: & nunc quod coram oculis intellectus eorum non habent obiectum nisi Iesum Christum crucifixum. Non enim assumunt in obiectum patrem, sicut ille facit qui stat adhuc in amore imperfecto, qui nullam uult omnino pœnam habere, quoniam in me patrę pœna cadere non potest. Ergo solummodo sequi concupiscit meã delectationem q̃ in me repit. Isti uero nõ ita faciũt, imo tanq̃ ebrij & ignito

ignito amore ſuccenſi congregauerunt & aſcẽderunt tres gradus generales, q̃s in tribus animę potẽtijs figuraui tibi, atq; tres gradus actuales, quos actualiter tibi figuraui in corpore Ieſu Chriſti crucifixi unigeniti filij mei. Vnde ex q̃ pedes attigerunt, & aſcenderunt cũ pedibus affectus animæ, puenerunt ad latus ſiue coſtatũ, ubi ſecreta cordis agnouerunt, & aquę baptiſmũ inuenerunt, q̃ uirtutẽ habet in ſanguine, ubi reperit anima gratiã in ſancto baptiſmo, & ibi diſponitur & paratur animę uas ad gratiam unitã atq; concretam ſanguine recipiendã. Sed ubi cognouit anima huiuſmodi dignitatẽ, ut eſſet unita ſiue cõpoſita in ſanguine agni, recipiendo ſacrũ baptiſmum uirtute ſanguinis? In eo ſtatu ſiue lateris uulnere, ubi cognouit ignẽ ardentiſſimę charitatis. Et ita ſi bene meminiſti ueritas incarnata tibi manifeſtauit, cũ interrogaſti, dicens: Agne dulcis & immaculate, tu iam uitã in cruce finieras, q̃do latus lancea tibi fuit apertũ, quare decreuiſti tali modo percuti atq; lancea cor tuũ ita crudeliter aperiri? Ipſe uero tibi reſpondit, hoc euenire multiplici reſpectu, quoꝝ aliquem ilico tibi patefecit. Quia uidelicet eius deſideriũ erga ſalutem humani generis erat infinitũ, & operatio pœnaꝝ illarum atq; tormentorũ erat in ſe finita, & per aliq̃ rem finitam oſtendere non ualebat amorem eius infinitum. Et ideo uoluit aperiri cor eius, ut apertiſſime ſecreta cordis agnoſceretis: quia proculdubio magis & ardentius diligebat quã oſtendere poterat ex aliqua pœna finita. Et ideo ſanguinem & aquam inde uoluit effundere ſic abundanter, ut in aqua denotaretur atq; ſanctificaretur ille baptiſmus aquę, q̃ genus humanum uniuerſum a ſuis iniquitatibus lauari atq; mundari poſſet, qui uirtutem habet in efficatia precioſi ſanguinis effuſi, cum tam ardenti & amoroſo deſiderio. Et in hoc actu uoluit oſtendere duplicem, alium baptiſmum ſanguinis, unus eſt in his q̃ baptizati ſunt in ſanguine ſuo, quẽ amore mei fuderunt, & aquę baptiſmũ habere nequiuerunt. Qui ſanguis habet efficaciam, propter Ieſu Chriſti dilectiſſimi filij mei ſanguinem. Alius autem eſt baptiſmus ignis, uidelicet eorum qui baptiſmum affectuoſe deſiderant & habere nequeunt. Nec eſt baptiſmus ignis abſq; ſanguine, q̃a ſanguinis eſt uere conſperſus & immixtus igni diuinę charitatis, eo quod ingenti fuit amore effuſus. Inſuper aliter anima recipit huiuſmodi ſanguinis baptiſmũ, figuratiue loquendo: nam quia noui fragilitatem & infirmitatem hominum, unde frequenter offendunt, committendo grauia peccata, ex quorum culpa gratiam amittunt, quam acquiſierunt in ſacro baptiſmate uirtute ſanguinis. Ad quam tamẽ culpam cõmittendam homines inuiti non impelluntur ab infirmitate, nec ab aliqua creatura, niſi ſponte conſentire uelint, ut iã dixi tibi. Ideo ut ipſi poſſint ipſam gratiam perditam animę ſuę recuperare ac in ipſa quotidie perſeuerare, ſynceriſſima diuina charitas mea gratioſe prouidit, ut iugiter homines baptiſmum ſanguinis haberent, quem utiq; recipiunt ex contritione cordis, in ſancta confeſſione, uidelicet confitendo peccata ſua miniſtris meis, quibus ego cõmiſi clauẽ huiuſmodi ſanguinis. Quem utiq; ſanguinem in abſolutione peccatoꝝ effundunt in facies animarum, quo lotę reſtituuntur ad gratiam. Et ſi forte nequirent habere confeſſorẽ, ut in omnibus caſibus creaturis meis occurrat prouidentia mea, ſufficit habere contritionẽ in corde, cũ propoſito cõfitendi ſi poterit. Tunc ergo manus exoptandę clementię mę fructum ſanguinis huius precioſi largitur. Qui uero poteſt habere confeſſorem, omnino uolo atq; præcipio quod actualiter ipſi miniſtro meo cõfiteatur. Si quis autem habere poterit & acceptare noluerit, omnino priuatus erit fructu ſalutiferi ſanguinis. Tamen etiam ſi in extremis tandẽ cõfiteri cordialiter & in ueritate uoluerit, & & non potuerit, etiam ad gratiam acceptabit. Sed conſulo ne quis ita ſtulte procedat in uita ſua, quod ad hanc extremitatẽ adducatur, q̃a magno periculo ſemetipſum exponit. Nõ eſt eñ aliq̃ modo tutus, q̃ non ppter obſtinationem ſuam diuina iuſtitia mea dicat ei: Tu mei non fuiſti memor in uita quando potuiſti, & ego tui obliuiſcor in morte. Itaq; nemo debet inaniter amittere ſalubre tempus, differendo remedia ſuæ ſalutis. Si tamen ex negligentia ſua diſtulit uſq; dum uiuit, omittere nullo modo debet in ſpe ſanguinis huius precioſi ſemetipſum iſto modo baptizare. Itaq; uides in ſalutem animarum ueſtrarum huiuſmodi baptiſmum humano generi continuum eſſe gratioſe conceſſum. In hoc ergo baptiſmo cognoſcere potes operationem filij mei, uidelicet pœnam crucis fuiſſe finitam: fructus uero pœnę quem per ipſum recipiſtis, eſt infinitus. Et hoc accidit uirtute diuinę naturæ, quę infinita eſt, unita cũ natura ueſtra humana, q̃ finita eſt. Quę natura humana ſuſtinuit pœnam in uerbo meo ueſtra humanitate ueſtito. Sed quoniam eſt inſerta & unita una natura cum altera, traxit ad ſe pœnam eterna deitas, quam in cruce ſuſtinuit ineſtimabili charitate. Ideo pœna talis & operatio dici poteſt infinita, non q̃ in ſe pœna fuerit infinita, nec actualis in corpore, nec etiam in animæ deſiderio, quod

habebat

habebat implendi redemptionē humani generis, qa terminata fuit in cruce, cum anima discessit & fuit a corpore seperata. Sed fructus q processit a pœna & desiderium uestræ salutis extenditur in infinitum, & ideo infinito modo recepistis: qa si fructus non esset infinitus, non fuisset in gratia restitutum universum genus humanum, uidelicet pteriti, pſenti & futuri. Nec etiam homines q iugiter offendunt, post offensam ab ea releuari possent, si tale baptisma sanguinis in uobis infinitum fructu careret. Hoc ipse filius meus uobis aperte patefecit, in sui sacratissimi lateris apertura, ubi secreta cordis inuenire potes, ostendendo q̄d magis uos atq; salutem uestram amat & optat q̄ cum aliqua pœna finita demonstrare potuerit. Ostendi tibi fructum istum infinitum. Cum q̄? Cum baptismate sanguinis iuncto cum igne diuinæ charitatis, qa cum inestimabili amore fuit effusus & in generali baptismo Christianis exhibito. Et omnibus qui uolunt aqua baptizari q̄ procul dubio unitur ignito sanguini ubi anima se purgat & componitur ut panis aqua. Et ut hęc apte cognoscerentur, uoluit ipse filius meus ut a latere suo sacratissimo sanguis efflueret una cum aqua.

Quomodo uoluntas pria in anima mortua signum uerum est q̄ ipsa pueneri ad os, uidelicet ad tertiū gradū supradicti pontis.

Caput lxxvi.

OMnia quæ narraui tibi nunc prius audisti ab unigenito filio meo, sed in persona sua uolui tibi replicare, ut apertius uideres excellentiam, ubi est anima quę iam ascendit istū secundum gradum, ubi cognoscit & acquirit ineffabilē amoris ignem, quo succensa subito curruit ad tertium gradū, uidelicet ad os. Et ibi manifeste demonstrat ad statū peruenisse pfectum. Vnde per transiuit per medium cordis, uidelicet cū memoria sanguinis, in quo baptizata fuit, amorē imperfectum deserendo, ex illa notitia quam attraxit ab amore cordiali, gustando, uidendo & intelligendo ignem intensę meę charitatis. Tales uere peruenerunt ad os. Ideo demonstrant oris officium exercentes. Loquitur enim os cum lingua quā infra se continet. Gustus uero gustat. Os in se retinet atq; stomacho porrigit, dentes quoq; conterunt cibum, qm̄ aliter ingeri neq; digeri posset: Sic anima primo loquitur mihi cum lingua quæ cōsistit in ore sancti desiderij, uidelicet lingua deuotę atq; continuę orationis. Ista lingua loquitur actualiter atq; mentaliter. Loquitur actualiter annunciando meæ ueritatis euangelicam doctrinam, uidelicet monendo, consulendo & absq; timore quocunq; confitendo, contemnendo pœnā quācunq; mundus ei minaretur siue posset inferre: sed audatia sancta confitetur coram oñibus uarijs modis, ut uni cuiq; uiderit expedire. Mentaliter uero loquitur offerendo mihi dulcia & amorosa desideria in salutē animarum. Insuper animaꝫ cibū accipit atq; comedit super mensa sanctissimæ crucis, ad honorem mei, qm̄ aliter uel in alia mensa non posset illū in ueritate perfecte comedere. Dixi quod huiusmodi cibum dentibus conterit, aliter enim illum ingerere siue digerere non ualeret, dentibus uidelicet odij & amoris. Quę duo sunt ordines in ore sancti desiderij dentiū, ubi detinetur iste cibus conterendo cum odio sui & amore uirtutum, in se pariter & in proximo suo, conterit uilipendendo q̄libet iniuriam & omnes cōtumelias, derisiones, improperias & persecutiones, undecunq; proueniant: uirtuose tolerando famē, sitim, calores & frigora, cum pœnis & anxijs desiderijs, lachrymis atq; sudoribus in salutē animaꝫ. Hęc omnia & alia plurima conterit atq; deglutit amore mei, supportando charitatiue pximum suum. Postq̄ autem ita cōtriuit, gustus auide gustat saporans fructū laborum dulcium & amęnitatem cibi animaꝫ, illum in syncera & ignifera charitate mei & proximorū suoꝫ affectuose gustando. Et ita cibus iste peruenit ad stomachum, qui ex desiderio salutis animaꝫ ualde fameſcebat, & huiusmodi cibum optabat, uidelicet q̄ stomachus amorosi cordis cum amęnitate atq; syncerissima charitate pximi sui ruminare delectatur. In tantū quod omnino pdit proprię uitę corporalis teneritudinem & affectionē: ut ipsum cibum in mensa crucis atq; doctrinę Iesu Christi sumptū ingerere pariter & uirtuose digerere ualeat. Tunc impinguatur anima in ueris atq; realibus uirtutibus, & ex abundantia cibi repletur, in tantum, quod uestimentum exterius, prię sensualitatis, id est corpus quod animam contegit, crepando scinditur, quantū ad sensitiuum appetitum. Qui uero crepat oñino moritur. Ita sensitiua uoluntas illico mortua remanet. Et hoc est ex eo qm̄ animę uoluntas ordinata uiuit in me, uoluntatē meam in omnibus induta, & ex hoc illa sensitiua mortua fuit. Hoc igitur est ueꝫ signū q̄ anima peruenit ad gradum tertium oris, qa uidelicet occidit in ueritate propriam uoluntatem, quando gustauit meę charitatis affectū, & ideo reperit in opere pacem & quietē animę suę. Nosti quod in ore pax exhibetur. Sic in isto tertio statu pacē inuenit, ita & taliter, ut nemo eam turbare ualeat, pro eo quod perdidit & abnegauit uoluntatem propriam, quæ præbet utiq; pacem & quietem

quietem animæ, quę nouit illam occidere. Tales uirtutes pariunt absq; pœna super proximum suum, non q̃ pœnæ non sint eis pœnę, sed uoluntas quæ mortua est, non æstimat eas ad pœnam: quia uolũtarie tolerat amore mei cum iocunditate quadam. Isti sine quacunque negligentia currunt per uiam saluberrimę doctrinæ Iesu Christi crucifixi: nec ex iniuria sibi facta, siue persecutione quacunq; siue quibusdam mundi delicijs iter suum aliquo modo retardant, sed omnia tolerant cum perseueranti fortitudine. Et succensi charitatis affectu, gustant cibum salutis animarum cum uera patientia, quę patientia signum est in ueritate demonstratiuum, q̃ anima perfecte diligat absq; respectu propriæ cõmoditatis: quia si me diligeret & proximum ex utilitate propria esset impatiens ambulando remisse cum negligentia. Sed quia tales me diligunt propter me, quia summa sum bonitas, & amari dignus, & se propter me diligunt, & proximũ suum, simili modo propter me, ut exhibeant laudem & gloriam nomini meo, ideo fortes atq; perseuerantes existunt ad omnia toleranda cum uera patientia.

De operibus animę postquam tertium gradum ascendit.

Caput lxxvij.

HAe sunt illæ tres gloriosæ uirtutes in uera charitate fundatę, quę cõsistũt in summitate arboris ipsius affectuosæ charitatis uidelicet patientia, fortitudo, atq; perseuerãtia: quæ cum lumine sanctissimæ fidei coronantur. Cum quo lumine sine tenebris ambulant ualde uelociter per ueritatis uiam, & in altum extollitur ex desiderio sancto. Et ideo nemo potest eam offendere, neq; dæmones cum suis tentationibus, quia timent animam igne charitatis accensam: nec hominum iniuriæ siue detractiones, imo quamuis iste mundus eos iniuste persequatur, tamen eos ualde metuit. Ita mea bonitas operatur & uult, ut in conspectu meo magnificentur ac etiam in mundo fortificentur, quoniam ex humilitate se paruulos effecerunt, & ego magnificaui eos in me, uita durabili, ac etiam in corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ, ubi fit quotidie uenerãda memoria de ipsis, quia nomina eorum in me libro uitæ scripta reperiuntur. Itaque mundus eos habet in reuerentia, eo quod ipsum uilipẽdendo contempserunt. Isti non ex timore, sed ex humilitate uirtutem abscondunt. Et si fuerit opus in aliquo proximo suo subueniendo seruire, non se subtrahunt ex timore laboris, uel alicuius pœnæ, siue dubitando perdere cõsolationem propriam, imo uiriliter atque fideliter ei seruiunt, de se non curantes, imo se ualde cõtemnentes, ut ipsi proximo suo seruire ualeant. Qualiter cunq; tempus & uitam suam exerceant in honorem meum, exultant, & habent in mente sua quotidie quietem atq; trãquillam pacẽ. Et hoc unde procedit. Quia non diligunt mihi seruire modo suo, imo sicut placet mihi. Et ideo tantũ appretiãt tẽpus consolationis q̃ tribulationis, tantum prosperitatem quantum aduersitatem, tantum curãt de una, quantum de altera: quoniam ubique & in omnibus his talis inuenit sanctam uoluntatem meam, & ipse nil aliud optat, nisi ut cũ ea conformitatem habeat ubicũq; reperiat eã. In qua uolũtate cognouit, quia nihil absq; me factum est, & cum mysterio & cum mea diuina prouidentia, nisi peccatum, quod nihil est. Vnde solummodo peccatum odiunt cætera uero cum reuerẽtia suscipiunt. Et ideo sunt ita stabiles & firmi per uiam ueritatis ambulantes, neq; tepescunt in seruitio proximorum, imo fidelissime seruiunt omnibus iuxta posse, nec attendunt ignorantiam uel ingratitudinem aliquorum. Nec etiam quanuis aliquando peruersus uel uitiosus homo sibi dicat iniuriam redarguendo opera sua, omittũt effundere preces pro eo coram me, magis affligẽdo se propter offensam meam atq; detrimentum animæ proximi, quam de iniuria propria. Isti dicunt cũ glorioso precone meo Paulo: Mũdus maledicit, & nos benedicimus, ipse nos prosequitur, & nos cum patientia & gratiarũ actione sustinemus: & blasphemamus, & obsecramus: tanquam purgamenta mundi huius facti sumus. Itaq; uides dilectissima filia ista signa, sed præcipue supra cætera uirtutem patiẽtiæ, per quam apertius anima demonstrat in ueritate processisse ab imperfectione ad amorẽ perfectum, sequẽdo dulcem & immaculatum agnum unigenitum filium meum, qui dum esset in cruce, clauis ibidem affixus amoris, nullo modo se retraxit ob insultum & improperium ludæorum, ei dicentium: Descende nũc de cruce, credemusq; tibi. Nec etiam propter ingratitudinem aliorum, quin iugiter in obedientia quam imposuerat ei perseueraret cum tanta patientia, q̃ uox alicuius murmuris nõ fuit ab ore suo audita. Similiter isti dilectissimi filij mei sequuntur doctrinã atq; uestigia meę ueritatis. Et quanuis iste mundus ipsos retrahere uelit a recto tramite blãditijs uel minis, ipsi tamen in hoc itinere suo nõ retardant, uel ab ipso retrocedunt: imo solummodo respiciunt in meæ ueritatis obiectum. Isti nolunt a cãpo belli retrocedere, neq; redire domum ullatenus uolunt ad tunicam iam omissam propriæ

priæ complacentiæ repetendam, quia uidelicet ampli⁹ timere solebãt creaturas, q̃ me creatorẽ, imo delectabiliter ualde consistunt iugiter in prelio repleti, & ebrij sãguine Iesu Christi crucifixi, quẽ sanguinẽ ante posuit uobis affectuosa mea charitas, in apotheca mystici corporis ecclesiæ sanctæ: ut animentur illi qui cupiũt esse ueri milites ad pugnandũ contra p̃priã sensualitatem carnalẽ & fragilẽ, atq; contra mundũ & aduersantem diabolũ cum gladio & ense odij p̃fatorũ uitiorum suorum, & amore uirtutum. Qui amor uelut armatura ualida reparat atque defendit eos ab ictibus & uulneribus uniuersis, ita q̃ minime nocere possunt, nisi deponant armaturam ipsam, pariter & gladium, & in manibus inimicorũ suorum exponant, uidelicet manu liberi arbitrij succumbendo uoluntarie suis inimicis. Nõ ita faciunt isti qui sanguine sunt ebrij, sed usq; ad mortẽ uirtuose perseuerant, ubi recipiunt omnes inimici sui conflictum. O glorioſa uirtus, quantum es mihi quotidie grata resplendens in mundo, in oculis tenebrosis ignorantiũ hominum, qui declinare nequeũt, quin amabilẽ ducem participẽt amicorum meorum. Nã in eorum odio clemẽtia relucet, qua serui mei diligunt, atq; procurant indefesse salutem eorũ. In eorum inuidia relucet affectuosa charitas, & in crudelitate pietas. In iniuria quoq; relucet uera patientia, quæ gloriose dominatur, atq; dominium in manu pacifice tenet omniũ uirtutem, quoniam est utiq; medulla charitatis. Ipsa nanq; demõstrat aperte si uirtutes in anima sunt in me uerefũ datæ. Ipsa q̃tidie triũphat ex omnibus nullo tumpore succumbens. Nam iugiter est associata fortitudini simul & perseuerantiæ, sicut dictũ est. Ipsa domũ omni tempore cum glorioso triumpho redit, & egrediens a campo p̃liorum, in conspectu meo se repræsentat. Et quia sum omnium laborum amicorum meorum ualde gratiosus remunerator, recipiunt a me coronam gloriæ.

De quarto statu, qui tamen non est a tertio separatus, & de operibus animę, quæ ad ipsum peruenit.

Caput lxxviij.

HVcusq; tibi dixi quemodo demonstrant homines se perfectionem amoris amici atq; filialis attigisse, nunc autem uolo tibi narrare breuiter, in quanta consolatione me gustant, existentes adhuc in suo mortali corpore. Cum enim attigerunt statum illum tertiũ, ut iam dixi tibi, acquirunt ibi quartum, qui tamen a tertio non est diuisus uel separatus, sed est unitus ei, nec unus est absq; reliquo, prout est mea charitas cum charitate proximi. Sed est unus fructus egrediens ab isto tertio statu, cuiusdam unionis ualde perfecte, quam anima facit in me, ubi fortitudinẽ. Intra fortitudinem acquirit, ita ut non solummodo cũ patientia toleret aduersa quæcunq;, uerumetiã anxie desiderat ad laudem & gloriam mei nominis omnia sustinere. Isti gloriantur in obprobrijs unigeniti filij mei, ut ait Apostolus Paulus, glorioſus preco meus: Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Et alio loco: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Ego nanq; stigmata domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. Similiter isti tanquam de honore meo philocapti, & uelut famelici animarum cibum esurientes, uelocissime currunt ad mensam sanctissimæ crucis, exq; tostes affectuoso desiderio pœnas quascunq; tolerare, proximo utilitatẽ afferre, uirtutes acquirere atq; conseruare, stigmata Iesu Christi portãdo iugiter in corporibus eorũ, uidelicet, quia cruciatus amor quem in corde gestant, etiam in corpore relucet. Vilipendendo semetipsos, & pro magna delectatione sua gloriantes in pœnis, obprobrijs atque molestijs, undecunq; proueniant, siue qualitercũq; mihi placet eis concedere, huiusmodi charissimis amicis meis pœna est utiq; consolatio, delectatio uero labor est eis. Et consolationem omnem siue delectationem quam mũdus eis exhibere uellet, ipsi contemnunt, nec accepta re dignantur. Neq; solummodo cõsolationes mundi, nam ego interdum concedo, q̃ serui mundi eos habeant in reuerentia, atq; subueniant opportunitatibus eorum, sed etiam cõsolationes quas ego pater eternus animabus eorum infundo, ex humilitate & odio sancto sui contemnunt. Non quidem contemnunt cõsolationem atq; gratiam meam, sed delectationem, quam animæ desiderium inuenit in ipsa consolatione. Hoc enim accidit ex uirtute ueræ humilitatis, quã acquisierunt in odio sancto, quæ quidẽ humilitas est basula & uera nutrix charitatis, acquisita in uera cognitione sui pariter & mei. Itaq; uides uirtutẽ atq; stigmata Iesu Christi fulgere in corporibus atq; mentibus eorũ. Talibus ego concedo me nunq̃ separari per sensum ab eis, prout ab alijs, ego dixi tibi quod ibam, & redibam ad eos discedẽdo, non per gratiam, sed per sentimentum. Non igitur ita facio cum perfectissimis istis qui peruenerunt ad magnam perfectionem, qui uirtuose mortui sunt ad omnem uoluntatem propriam, sed iugiter in animabus eorũ requiesco per gratiam atq; sentimẽtum. Hoc est, quod quandocunque mens eorum uniri

uult

uult in me, per affectum amoris agillime posſunt, quia deſiderium eorum eſt mihi unitum ita perfecta unione, ꝙ nullo modo separari poteſt, ſed eis omnis locus eſt locus, & omne tempus eſt eis tempus orationis, quia conuerſatio eorum eleuatur a terra, & aſcendit in cælum, quia uidelicet omnis terrenus affectus & amor proprius ſenſitiuus eorum ablatus eſt ab eis. Aſcenderunt ſuper ſe in altitudinem cæli cum ſcala uirtutum, & aſcenderunt illos tres gradus, quos figurauit fore in corpore unigeniti filij mei. Nam expoliauerunt in primo gradu affectum pedum ab amore uitiorum. Inſecundo uero guſtauerũt ſecretum & affectum cordis, unde acceperunt amorem in uirtutibus. In tertio uero pacis & quietis in mẽte, pbauerũt in ſe uirtutem, & omittentes amorem imperfectum, attigerunt ad magnam perfectionem, & ibi receperunt quietem in doctrina meæ ueritatis. Inuenerũt utiq; menſam, cibum atq; ſeruitorem. Quem cibum in mente guſtant, mediante doctrina Ieſu Chriſti crucifixi unigeniti filij mei. Ego ſum eis lectus atq; menſa, uerbum uero dulce omni ſuauitate plenum eſt eis cibus, tum quia cibum animarũ guſtant in iſto glorioſo uerbo, tum quia uobis a me datus eſt in cibum, dum uidelicet in altari recipitis in uenerabili ſacramento, carnem & ſanguinem eius, in quo Deus & homo ueriſsime continetur. Iſte cibus optabilis a mea bonitate datus eſt uobis, dũ eſtis uiatores atq; peregrini, ut ex imbecillitate non deficiatis in uia, & ne memoriam huius preciosi ſanguinis pro uobis effuſi cum excellentiſsima charitate tradatis obliuioni, ſed iugiter in me confortemini, & in itinere ueſtro quotidie cum delectatione refocillemini atq; conualeſcatis. Sanctus uero ſpiritꝰ affectuoſa charitate ſeruit eis, in qua dona pariter & gratię miniſtrantur. Iſte ſeruitor gratus & ualde dulcis, portat iugiter & adducit. Adducit & offert amoroſa, pœnoſa & dulcia deſideria, & illis affert fructum diuinę charitatis, fructum laborum ſuorum in animabus ipſorum quotidie guſtant, ſemetipſos nutriendo de dulcedine meæ diuinæ charitatis. Item uides, ꝙ ego menſa ſum illis, filius uero meus uere eſt cibus, ſpiritus quoq; ſanctus a me procedens & a filio meo, ſeruit eiſdem. Ergo per ſentimentum quotidie me poſsident in mente ſua. Et quanto magis delectationem habere contempſerunt, eligentes & optantes propter me pœnam habere, magis priuati ſunt omni pœna, & delectationem ſuauiſsimam inuenerunt. Et hoc accidit, quia ſunt in meæ charitatis ardore ſuccenſi & igniti, ubi uoluntas eorum eſt omnino conſumpta, quare diabolus ualde metuit baculum charitatis ipſorum, ideo ſagittas ſuas iactat a remotis, nec audet eis adhærere. Mundus uero percutit exteriorem corticem corporis eorum, putans eos offendere, ſed ipſe ab eis offenditur: quia ſagitta quæ non inuenit ubi poſsit intrare, illico redit ad ſagittantem. Ita mũdus operatur cum ſagittis iniuriarum, perſecutionum atque murmurationum ſuarum, ſagittare uolens iſtos perfectiſsimos ſeruos meos, ſed eis nocere non ualet. Nam ortus animarum earum eſt ualde clauſus, & non inuenit ubi poſsit intrare, ideo ſagitta redit ad eũ ꝙ ſagittauit, ueneno culpæ uenenata, ſeruos autem & amicos meos nullo modo lędere poteſt. Et ſi forte modicum in corpore lędat, animam uero uel in minimo lædere non poteſt, imo beata ſimul & doloroſa conſiſtit. Beata quidem eſt propter unionem & affectum charitatis quam habet in ſe, doloroſa uero propter offenſam proximi ſui. Iſti ſequuntur agnum immaculatum unigenitum filium meum, qui cum eſſet in cruce beatus erat atq; doloroſus. Beatus erat, quia natura diuina unita cum humana natura, pœnam in nullo ſuſtinere poterat, & ſemper animã eius beatam efficiebat, abſq; uelamine ſe demonſtrando ſibi. Doloroſus autem erat, eo quia crucem in corpore ſuo portabat, pœnam amariſsimã tolerando atq; deſiderij crucem, ut pro culpa ſatisfaceret humanæ generationi: ideo beatus erat atq; doloroſus, eo quia caro pœnam habebat, deitas uero habere nequibat, nec etiam anima, quantum ad ſuperiorem partem intellectus. Sic iſti dilectiſsimi filij mei poſtquã ad tertium & quartum gradum attigerũt doloroſi ſunt, crucem tolerantes actualem atque mentalem, uidelicet actualiter in corpre ſuo tolerando pœnas, ut eis ego permitto, ſimul & crucem deſiderij doloris, uidelicet & amaritudinis ex offenſione mea & animarum detrimento. Beati quoq; ſunt, eo ꝙ illa delectatio & dilectio charitatis ab eis auferri nullo modo poteſt, quæ proculdubio illos beatificat, unde recipiũt in ſe gaudium & beatitudinem. Et ideo dolor iſte non eſt affligitiuus qui deſiceet, uel affligat animã, ſed impinguatiuus, qui uidelicet facit animam impinguare in affectu charitatis, quia pœnæ uirtutem augent atque fortificant, & uirtutum operantur experientiam. Itaque pœna talibus eſt impinguans & non affligens, eo ꝙ nulla pœna ſiue dolor animam huiuſmodi ab igne charitatis amouere poteſt, ut apparet in titione, qui eſt ignis totus, & in fornace conſumptus, quem nemo poteſt manu contingere pro extinguendo, quia

totus factus est ignis. Sic istas animas in fornace meę charitatis ignitas, eo ꝙ ex eis nihil extra me remanet, uidelicet nulla propria uoluntas, sed omnino totaliter in me successæ sunt & ignitæ, nullus capere potest, nec illas a gratia mea diuellere, quia factę sunt unitę mecum, & ego cum eis, nec unq̃ ego me subtraho per sensum, imo quotidie mens eorum in se me possidet atq; sentit. Non enim accidit eis prout aliqs, de quibus iam tibi dixi, ꝙ ibam & redibã, discedens & subtrahens me ab eis, non per gratiam. & hoc agebam, ut ipsi pertingerent ad perfectionem. Postq̃ autem statum perfectionis attigerunt, ab eis aufero ludum eundi & redeundi, qui uocatur amoris ludus. Nam ex amore discedo siue me subtraho, & ex amore postea redeo. Non ego proprie, quoniam ego sum Deus uester immobilis, qui non mutor, sed ille sensus quem in anima mea charitas exhibet, est ille qui uadit & redit.

Quomodo Deus ab his perfectissimis nunquam discedit per gratiam, nec per sensum. Caput lxxix.

Et sequit glo. Ray cõfessoris sãctę uirginis. Nota ꝙ iste status, est ille in quo erat ista benedicta uirgo Catarina de Senis, ut oculi nostri uiderunt apertissime.

Dixi ꝙ ab his perfectissimis nunq̃ per sensum me subtraho, tamẽ aliquo modo me subtraho, qm̃ anima quæ adhuc est in corpore ligata, sufficere nullo modo potest in se recipere iugiter unionẽ illam quam in anima facio. Et ideo quia nõ sufficit, aliquando me subtraho, nõ per gratiam, neq; per sensum, sed ꝑ unionẽ. Nã exurgẽtes huiusmodi animę cum anxio desiderio uelocissime currentes, uirtuose ꝑ pontẽ doctrinæ Iesu Christi crucifixi peruenerunt ad ianuã mentis earũ in me leuãtes, madefactę sanguine pariter & ebrię igne charitatis exustæ, gustant in me deitatẽ æternam. Hoc est enim illis unũ mare pacificũ, ubi fecit anima tantam unionem, ꝙ illa mens omnino nullum modum habet, nisi solum in me: & existens in statu mortalium, in ueritate gustat bonum immortalium. Et existẽs in corpore põderoso, habet agilitatem siue leuitatem spiritus, unde frequentissime corpus eleuatur a terra, propter unionem perfectam, quam anima fecit in me, quasi grauedo corporis iam haberet in ipse dotem agilitatis, quam in uita durabili sancti possident. Tamen huiusmodi corpus non caret grauedine siue ponderositate sua, sed unio quam anima fecit in me, ꝑfectior est, q̃ sit unio quæ consistit inter animam & huiusmodi corpus. Et ideo propter ꝓuolentiam spiritus ascendentis in me, taliter uniti, eleuatur a terra grauedo corporis. Corpus uero manet insensibile, sine uiribus ex toto, quasi laceratum ex affectu spiritus, in tantum ꝙ sicut ipsa uere percepisti, non esset in uita corporali possibile uiuere, nisi mea bonitas noua fortitudine circularet. Quare uolo te nosce, ꝙ ualde maius miraculũ est in hac unione, quod anima non separatur a corpore suo, quam uidere suscitari plura corpora mortuorum. Et ideo quandoq; me subtraho per unionem, faciens animam ad uasculum sui corporis ab hac unione redire, uidelicet ut sensus corporis qui totus alienatus erat ꝑ affectum animæ redeat ad proprium sensum siue sentimentum. Non quod anima totaliter a corpore separetur, q̃niam hoc in morte solummodo fit, sed animæ potentiæ discedunt propter amorem unitũ in me, unde memoria solũmodo de me se repletam inuenit. Intellectus eleuatur solummodo speculando meæ ueritatis obiectum. Affectus uero qui sequitur intellectũ, amat illud quod intellectus uidit, & unitur cum illo. Congregatis igitur, & unitis insimul his tribus animæ potentijs, & in me submersis atque suffocatis, corpus ilico perdit sensum suum. Nam oculus uidendo non uidet. Auris audiendo non audit. Manus tangendo non tangit. Lingua loquendo non loquitur, nisi prout ex abũdãtia cordis aliquãdo ꝑmittto linguę mẽbrũ eleq;, ꝑ respiratione, uel exaltatione cordis, & ad laudẽ & gloriã mei nominis. Itaque loquendo non loquitur. Pedes ambulando nõ ambulãt. Omnia membra sunt occupata, pariter & ligata cũ ligamine atq; sensu dilectionis & amoris. Vnde sunt ita subdita rationi, & unita cũ effectu animæ, ꝙ quasi cõtra naturã suã uiua uoce clamant ad me patrẽ æternũ, & optant ab anima separãri, similiter & a corpore separari desiderat anima. Et ideo iugiter cũ Apostolo Paulo clamant: O infœlix homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? Video aliam legẽ in mẽbris meis, contradicentẽ legi mentis meæ. Non tantũmodo Paulus ita dicebat de impugnatione carnis contra spiritũ, nã in uerbo meo certificatus fuerat cum audiuit: Paule sufficit tibi gratia mea. Sed ideo dicebat, quia se uidebat in uasculo corporis esse ligatũ, quod tempus eũ impediebat a uisione mea, uidelicet usq; ad horam mortis. Oculus erat ligatus & impeditus, ut me trinitatẽ æternam uidere nõ posset uisione beatorũ immortaliũ, q me q̃tidie laudant atq; glorificant, meo nomini benedicentes: imo se reperiebat inter mortales qui me grauiter offendunt, priuatus uisione mea beatifica, uidelicet in essentia mea. Non ꝙ ipse & alij serui & amici mei non uideant atq; degustent

deguſtent me, non quidem in eſſentia, ſed in affectu charitatis, diuerſis & uarijs modis, ut bonitati meę placet me eis manifeſtare. Sed omnis uiſio quam habet anima de me dum eſt in mortali corpore, nimis eſt ualde tenebroſa, reſpectu eius quam habet a corpore ſeparata. Itaq; Paulo uidebatur, q uiſio corporalis & exterior, impediret & impugnaret uiſionē interiorem atq; ſpiritualem. Voluntas ei uidebatur ligata, quia nequibat mare quantū amare peroptabat, quoniam omnis amor in uita præſenti eſt imperfectus, uſquequo peruenerit ad ſuam perfectionē. Non q amor Pauli & aliorum ſeruorum meorum imperfectus extiterit ad gratiā & ad perfectionē uerę charitatis, quia proculdubio perfectus erat: ſed in hoc erat imperfectus, eo q in amore ſuo ſacietate carebat, quare pœnam indeſentiebat. Si enim eius deſiderium plenum extitiſſet eius quod amabat, nullam inde pœnam habuiſſet. Quoniam igitur amor in corpore mortali nō habet perfecte quod amat, ex hoc affligitur. Cum autem anima ſeparata fuerit a corpore, deſiderium impletur, ideo diligit abſq; pœna. Et licet pleniſsime ſacietur ualde, tamē eſt omne faſtidium a ſacietate remotum. Saciata fameſcit, ſed pœna quælibet eſt a me remota. Nam anima cum a corpore ſeparata fuerit, uas eius habet utiq; plenum in me ſumma felicitate, & firmatum atq; ſtabilitum, ita q ipſa nihil optare poteſt, q̄ illico non habeat. Deſiderans uidere me, quotidie me uidet ad libitum, deſiderans uidere gloriam atque laudem nominis in ſanctis meis, ipſa uidet eam ultra q̄ uerbo poſsit exprimi, tum in angelica natura, tum in humana.

Quomodo mundani Deo gratias reddunt, uelint, nolint.

Caput lxxx.

ET animæ beatę tanta eſt uiſio perfecta, q̄ ne dum in ciuibus exiſtentibus in uita durabili, ſed etiam in creaturis uitæ mortalis uidet laudem atq; gloriam nominis mei, quia uelit nolit iſte mundus infimus, mihi gloriam exhibet: uerum eſt q illam nō exhibet eo modo quo debet & obligatur, amando me ſuper omnia. Sed ex parte mea recipio & extraho gloriam atq; laudem nomini meo. Nam in hominibus relucet abundantia charitatis atq; miſericordiæ meæ, dum eos ad pœnitentiam expecto tempus eis accommodando. Neq; præcipio, ut pro eorum iniquitatibus infernus uel terra uiuos eos abſorbeat. Sed conuerſo terrę præcipio, ut eis de fructibus eius abūdanter exhibeat, atq; ſoli præcipio, ut eos calore ſuo calefaciat & illuminet. Cęlo quoq; præcipio, ut ad eorū utilitatē atq; conſeruationē indeſinēti motu circūdet orbē. Et in omnib⁹ creaturis quas ego p eis creaui, miſericordiā meā ualde charitatiue diffundo, nec illas ab eis uolo ſubtrahere, nō obſtātibus iniquitatibus eorū. Imo concedo ita peccatoribus, ſicut iuſtis, & etiā peccatoribus aliquando abūdantius q̄ iuſto. pro eo q̄ iuſtus aptus eſt humiliter, & cū patiētia tolerare, ideo frequenter eū uolo priuare tēporalibus bonis, ut abūdantius ei retribuam bona cęleſtia. Itaq; charitativa m ſericordia mea reſplendet in eis, etiā aliq̄n in pſecutionibus quas amici mei ſuſtinēt a ſeruis mūdi, dū in eis experitur uirtus charitatis & patientię, dū amici mei p eis offerūt in cōſpectu meo cōtinuas & humiles orationes, mihi reſultat laus atq; gloria: q̄ q̄ perſecutores ipſi reſpectum habeant in oppoſitum, uidelicet in dedecus atq; meum uituperium. Ego tamē uelint nolint, mihi gloriam attraho.

Qualiter etiam dęmonia gloriam Deo reddūt atq; laudem licet inuiti.

Caput lxxxi.

ISti perſecutores amicorū meorū in uita præſenti, permanent ad augmentandā & exercēdam uirtutē ipſorū, prout in inferno dæmonia faciunt ueluti mei lictores iuſtitiam meam contra dānatos exercēdo. In uita quoq; præſenti uitā augent uiatoribus & peregrinis, qui deſiderant ad me peruenire, felicem ipſorum terminū. Ipſi dæmones in cauſa ſunt in illis augendi uirtutem, dum eos exercent cum multis moleſtijs atq; tentationibus uarijs modis, aliquando cōmouendo unum cōtra aliū iniurioſe uerbis, & aliquando factis. Etiā arripiendo bona temporalia, non propter iſta temporalia, ſed ſolum ut animæ fraterna charitate priuentur. Sed dum aduerſarius ipſe putat & optat eos charitate priuare fraterna, ipſe fortificat eos, in ipſis experientia probando uirtutem patientiæ, fortitudinis atq; perſeuerantiæ. Hoc ergo modo reddūt gloriam atq; laudem nomini meo, & ita mea ueritas in eis impletur, quos ego creaueram in gloriam & laudem ſancti mei nominis, & ut ipſi participent ineffabili bonitate mei patris æterni. Sed quia propter eorum dæmonum ſuperbiam aduerſum me rebelles extiterunt, a ſua dignitate ceciderunt in abyſſum, uiſione mea priuati, non exhibent mihi gloriā in dilectione charitatis. Ego uero ueritas ętera poſui eos ueluti miniſtros ad exercendū in uirtute ſeruos meos, & ueluti lictores eorū, qui p̄pter defectus eorū uadunt ad ęternam damnationē, ac etiam eorū qui deducuntur ad pœnas purgatorij. Itaque uides ueritatem meam in eis impletam,

quia uidelicet mihi gloriam exhibent, non ta mẽ ut æternæ uitæ ciues, qua priuati sunt propter iniquitates eorum, sed ueluti lictores & iustitiarij mei, patefaciẽdo per eos iustitiã meã super inimicos meos in inferno damnatos. Ac etiam super illos qui purgatorij pœnis adiudicati sunt.

Qualiter anima corpore soluta, plene uidet gloriam & laudem Dei in qualibet creatura. Et qualiter in ea finita est pœna desiderij, sed non desiderium. Caput lxxxij.

POstquam anima nudata fuerit a corpore, & ad me finem suum aduenerit, aperte uidet & gustat gloriam & laudem nominis mei semper in omnibus creaturis, quæ rationẽ habent in se, ac etiã in demonibus, & in alijs quibuscunq; creaturis. Ita pure uidet, & in suo iusu ueritatẽ agnoscit, uidendo me patrẽ ẽternũ amplius amat, & amãdo saciatur, saciata autẽ ueritatem agnoscit. Agnoscẽdo ueritatem uoluntas eius in ueritate mea firmata cõsistit, & est ita ligata, & firmitate tanta stabilita, ꝙ in nullo discordare potest, neq; pœnam aliquã habere, quoniam habet omnia quæcunq; desiderabat. Me nãq; uidere peroptabat, & gloriam atq; laudem nominis mei. hęc omnia uidet apertissime, ac in ueritate possidẽdo agnoscit, uidelicet in sanctis meis, & in beatis spiritibus angelicis, & in omnibus alijs creaturis, & etiam in demonibus, ut dictum est. Et quãuis offensas peccatorum uideat, de quibus prius amare dolebat, nunc uero nullũ inde, uel aliũde, quoquomõ dolorem habere potest, sed cõpassionem absq; pœna, peccatores ipsos amando, & affectuosa charitate me iugiter exorando, ut ego mundo gratiose misericordiam impendam. In eis quidẽ est pœna terminata & finita, sed minime charitas, prout accidit unigenito filio meo, quoniam in amarissima morte super cruce, pœna cruciati desiderij, quod ab initio cum ipsum in mundũ transmisi, usq; ad finẽ uitæ portauerat pro salute uestra, finita fuit atq; terminata, sed non fuit finitum uestrę salutis desiderium, quia si meę charitatis affectus quem uobis ipso mediante demonstraui, fuisset in uobis finitus atq; terminatus, procul dubio non essetis, quoniam ex amore creati fuistis. Itaq; certissime noueris, ꝙ si ex amore non conseruarẽ uos in esse, subito rediretis in nihilũ: sed ex amore creaui uos, & idem amor uos in esse cõseruat. Ego sum unũ cũ unigenito filio meo, & ipse mecũ, ideo finita est pœna desiderij, & nõ amor desiderij. Videtis ergo ꝙ oẽs beati qui sunt in uita durabili, salutẽ animarũ exoptãt absq; pœna, quia pœna terminata est in morte ipsorũ, sed non affectus ueræ charitatis, imo tanq; inebriati sanguine agni filij mei, uestiti charitate fraterna, transierunt per ciam ianuã, Iesu Christi sanguine madefacti, & puenerũt ad me mare pacificũ ab imperfectione segregati, uidelicet ab insacietate puenerunt ad pfectionẽ oim bonorũ plene satiati.

Qualiter illi qui perueniunt ad tertium & quartũ gradũ, ut habetur supra, cupiũt a corpore dissolui, ut etiam Apostolus Paulus optabat. Caput lxxxij.

QVoniam igitur Apostolus & preco meus Paulus ista uiderat & gustauerat, cum ipsum ad tertium cęlum attraxi, uidelicet ad altitudinem trinitatis, agnoscens atq; degustans ueritatem meam, ubi plene recepit sancti spiritus abundantiam, atq; didicit incarnati uerbi mei doctrinã, & tũc induit anima eius me patrem ẽternum, per sensum & unionem, uelut beati uitę durabilis, hoc excepto, ꝙ anima nõ erat a corpore separata, ideo clamabat optando separationem istam, dicẽs: O infœlix homo ego, quis me liberabit a corpore mortis huius? Sed quia bonitati meæ placuit eũ facere uas electionis, in abysso meę trinitatis exui eum de me, quia non potest cadere in me pœna, & ego decreueram eum multa pati debere, & posui Iesum Christum crucifixum in obiectum oculi sui intellectus, eum induendo uestimento suę doctrinę ligato & cõnexo, cum clementia sancti spiritus, qui est ignis ueę charitatis. Ipse uero tanq; uas aptum a mea bonitate reformatum, quia nullã omnino resistentiam egit quando percussus extitit, imo subito dixit: Domine quid uis me facere? Tunc ego eũ docui, quando coram oculis eius posui Iesum Christũ crucifixũ, eum induendo pfectę meę ueritatis alma doctrina, cum lumine ueręcõtritionis, cũ qua defectũ suum extinxit in charitate mea fũdatæ. Itaq; doctrinã induit Iesu Christi crucifixi, & ipam aię suę taliter astrinxit, ꝙ ut ipse tibi ppalauit nunq; exuit, uel ab ea separari potuit aliqua tẽtatione diabolica, siue stimulo carnis, ꝙ sępi⁹ impugnabatur, mea bonitate pmittẽte, ut in merito creseceret & in gratia, & ut i humilitate cõseruaretur, eo qa gustauerat alt tudinẽ diuinitatis atq; trinitatis. Ipse tamẽ huiusmodi uestimẽtũ nunq; ullo tpe uel in modico dimisit siue deposuit, uel laxauit ex aliq; psecutiõe siue molestia, siue tribulatione sibi occurrente, uidelicet pseuerantiã in doctrina Iesu Christi crucifixi, imo sibi strictius incorporabar in tantũ, quod ex hoc uitam exposuit corporalem, & cũ eodem indumento redijt ad me patrem ẽternũ. Paulus ergo gustauerat, qd erat gustare me sine corporali grauedine. Sibi nanque concessi gustare

ſtare per ſenſum unionis, ſed non per ſeparationem a corpore. Cum uero poſtea redijt ad ſe, ueſtitus indumento Ieſu Chriſti crucifixi, ſibi uidebatur amor eius imperfectus, in cõparatione perfectionis amoris, quã in me guſtauerat, & quam uideat habere beatos a corpore ſeparatos, ideo uidebatur ei q̃ grauedo corporis ei rebellaret, quia uidelicet impediebat ei perfectionem illam ſatietatis deſiderij, quã habet anima poſt mortem. Memoria ſibi uidebatur imperfecta & imbecillis, ut eſt, propter quam imbecillitatem & imperfectionem impediebatur eſſe capax atq; retinere poſſe, recipere pariter & guſtare me cũ illa perfectione quam habent in uita durabili beati, qui ſunt a corpore ſeparati. Et ideo uidebatur ei, q̃ omnia dum erat in corpore mortali, ſibi foret ueluti lex una peruerſa, quæ contra ſpiritum impugnaret, non tamen impugnatione peccati, quia ſicut iam dixi, q̃ ego certificaueram eum dicens: Paule ſufficit tibi gratia mea. ſed impugnatione cuiuſdam impedimenti perfectionis ſpiritus, uidelicet ne me uidere poſſet in eſſentia mea, quę uiſio per legem & grauedinẽ corporis impediebatur, & ideo clamabat: O infelix homo ego, qs me liberabit a corpore mortis huius? Nam habeo aliam legem in membris meis, quę repugnat legi mentis meæ. Et ita ſe ueritas habet, quia memoria iugiter ab imperfectione corporali repugnatur. Et intellectus impeditus atq; ligatus eſt ab iſta mole corporis, ne me uideat ut ego ſum in eſſentia mea. Inſuper & uoluntas eſt alligata, qa uidelicet attingere nõ poteſt ex grauedine corporis ad me, ſine pœna guſtandum Deum ęternum modo ſuperius enarrato. Itaq; Paulus ueritatem aſſerebat dicens: Habeo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę. Similiter iſti ſerui mei, de quibus ego tibi dicebam, q̃ iã peruenerant ad tertium & quartum ſtatũ unionis perfectæ, quam in me faciunt, exclamãt cum illo cupientes a uinculo corporali ſeparari atq; diſſolui.

Quibus cauſis anima cupit a corpore ſeparari. Caput lxxxiiij.

Et ad apertiorem intelligentiam iſtius pũcti notari debet illud quod habetur ſupra Capit. lxxix.

ISti ſerui mei fideles aſperitatem ſiue difficultatem huius corporalis diſſolutionis & mortis in ſe minime ſentiũt, imo deſiderant illam, & cum odio ſancto fecerunt aſperam guerrã cum ſuis corporibus. Vnde perdiderunt illam teneritudinem, quę naturaliter eſt inter corpus & animam, & ſuperato atq; ꝓſtrato naturali amore cum odio uitæ ſui corporis, & amore mei, mortem exoptant, & aiunt: Quis me liberabit a corpore mortis huius? Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Vnde tales cum eodem Apoſtolo dicunt: Mors eſt mihi in deſiderio, ſed uita in patientia. Quoniam anima cũ eſt eleuata in hac unione ꝓfecta, toto deſiderio me uidere peroptat, atq; mihi gloriam & laudem uidere ab omnibus exhiberi. Quando uero poſtea redit ad ſenſus corporeos, qui ſenſus omnes erant in me tracti & abſorpti per affectum amoris, magnam habet impatientiã in uiuendo, dũ ſe conſiderat ablatam & auulſam ab unione quã in me fecerat, & ab immortaliũ optabili conuerſatione, qui quotidie mihi gloriam exhibent, & inuenit ſe fore in conuerſatione mortaliũ, a qbus me uidet frequẽtiſsime miſerabiliter offendi. Super quo tales ſerui ualde afflĩguntur graviter, unde tam ex iſto q̃ ex amoroſo & anxio deſiderio uidendi me, ipſorũ uita eſt eis importabilis. Nihilominus quia uoluntas eorũ nõ eſt ſua propria, ſed eſt una cũ uolũtate mea per amorẽ, neq; uelle poſſunt aut optare, niſi qđ ego uolo. Peroptantes ad me uenire cõtenti ſunt, & in corpore manere ſi mihi ꝓ placet, etiam cũ quacunque pœna, pro maiori gloria & laude mei nominis & animarum ſalute, ita q̃ in nullo penitus ũnq̃ mea a uolũtate diſcordãt, ſed anxio deſiderio currũt induti Ieſum Chriſtũ crucifixũ. Et ambulantes per pontẽ ſuæ ſaluberrimæ doctrinæ, gloriantur in ſuis obprobrijs atq; pœnis, & tanto magis gloriantur, q̃to graviora ſe tolerare uiderint, imo ſuſtinendo multas tribulationes undecunq; prouenĩant, ipſi percipiũt inde refrigerium in deſiderio mortis. Et aliquãdo ex deſiderio & affectu ſuſtinẽdi pœnas, aliquo modo mitigatur illa pœna deſiderij quã habent a corpore ſolui. Iſti nõ ſolũmodo cũ patiẽtia tolerant aduerſa, ſicut in tertio ſtatu, ſed ipſi gloriantur in multis tribulationibus, quia pro nomine ac amore meo portant. Tolerando pœnas habent inde conſolationem, quando uero nõ habent aliquam pœnam ad tolerandũ, habent amaritudinem, dubitantes atq; timẽtes, ne forte pro bono quod operantur, uelim in præſenti uita præmiare, uel q̃ eorũ operatio mihi non ſit accepta. Sed eos permittendo tribulari, ualde lætantur, ſe ueſtiri conſiderantes de pœnis & obprobrijs Ieſu Chriſti crucifixi. Vnde ſi poſsibile foret eis habere uirtutem abſq; laborioſa pœna, nõ acceptarent. Potius enim eligunt in cruce cum Ieſu Chriſto delectari, & cum pœna uirtutem acquirere, quam alio modo uitam æternam habere. Quia ſũt in ſanguine ſuffocati & immerſi, ubi reperiunt ignitam charitatẽ meã. quæ charitas eſt ueluti ſucceſsus ignis a me ꝓcedens, qui rapit mentem eorum accendendo ſacri-

sacrificium desiderium ipsorum. Vnde consurgit oculus intellectus eorum in mea deitate speculando, ubi nutritur affectus & unitur qui sequitur intellectum. Hoc est unum uidere supernaturale per infusam gratiam animæ concessam a me, quæ me diligit, & in ueritate mihi seruit.

Quomodo melius est ire pro consilio salutis animæ ad unum humilem cum conscientia sancta, q̃ ad literatum superbum.

Caput lxxxv.

ISto lumine quod in oculo intellectus est a me positũ, uiderunt utiq; me Hieronymus, Augustinus, atq; Thomas de Aquino, & alij doctores ecclesiæ, unde magnam scientiam acquisierũt. Similiter & alij sancti & amici mei, qui facti sunt illuminati, cognoscentes & intelligentes in tenebris apertam ueritatem, quia uidelicet sanctam scripturam exposuerunt, & illuminauerunt, quæ uidebatur esse tenebrosa: quia non intelligebatur, non quidem ex defectu scripturæ, sed ex ignorantia non intelligẽtium. Ideo misi lucernas istas, ut illuminarent intellectus excęcatos & ignorantes. Ipsi uero leuabant oculos intellectus ad me, ut in tenebris agnoscerẽt ueritatem, ut iam dixi. Et ego uelut ignis acceptabam & rapiebam huiusmodi sacrificium eorum, eis exhibendo lumen supernaturale, & ita recipiebant in tenebris lumen ueritatis. Vnde scriptura quæ tunc uidebatur esse tenebrosa & obscura, nunc apparet omnibus lucida & aperta. Quilibet in ea recipit iuxta capacitatem suam, & prout ipse disponit animam suam ad amandum & cognoscendum me quia nullius ego contẽno dispositionem bonam. Itaq; uides q̃ oculus intellectus a me recipit ex gratia supernaturale lumen, in quo sancti doctores & alij serui mei agnouerũt lucem in tenebris, atq; de tenebris facta est lux. Nã intellectus ante fuit q̃ ab aliquo scriptura formaretur. Vnde scientia processit ab intellectu, quia uidẽdo discreuit. Isto modo Prophetæ cum alijs sanctis patribus cognouerunt, & intellexerũt prophetãtes de aduẽtu & morte dilectissimi filij mei, hoc habuerunt Apostoli post aduentum sancti spiritus. Isto lumine illuminati fuerunt Euangelistæ, doctores, confessores, martyres, & uirgines. Omnes habuerunt hoc lumen in diuersimodis, ut expedire cognoui saluti animarum suarum, uel etiam aliorum, aut ad declarationem sacræ scripturę, prout actum est a doctoribus, explanando sanctifice doctrinam unigeniti filij mei, & Apostolorum, ac Euangelistarum. Martyres uero cũ sanguine proprio declarauerunt sanctissimę fidei lumen atq; fructum, & thesaurum sanguinis agni. Virgines cum affectu puritatis & charitatis. In religiosis obedientibus commendatur obedientia filij mei, in quo maxime relucet, eo q̃ ex obediẽtia quã imposuit sibi, festinauit ad mortem crucis obprobriosam. Omne lumen illud aperte propalatur in ueteri & in nouo testamento. In ueteri, uidelicet quo ad Prophetas. In nouo, quo ad legẽ euangelicam agnitum extitit ab oculo intellectus, cum lumine per gratiam infuso supernaturale lumen. Et quia noua lex ab eodẽ lumine processit a quo antiqua lex, ideo noua nõ euacuauit uel irritauit antiquam, imo sunt unitæ simul. Sed ista noua lex abstulit imperfectionem antiquæ, quia fundata erat in timore solummodo. Veniente igitur uerbo meo cũ lege amoris, adimpleuit illam, auferendo sibi timorem pœnæ ac etiam fundauit in amore cũ timore sancto, ideo dixit ipsa ueritas, uidelicet unigenitus meus: Ego nõ ueni soluere legem, sed adimplere. Quasi diceret: Antiqua lex est imperfecta nunc, sed in sanguine meo dabo ei perfectionem, & ita eã adimplebo pro suo defectu remouendo timore pœnæ, & eam fundabo in amore atq; timore sancto. Quis hanc ueritatem aperte declarauit, lumen huiusmodi ex gratia cõcessum a me super naturale lumẽ. Itaq; omne lumen a sacra scriptura progrediens, egreditur ab isto lumine. Et ideo superbi scientifici & ignorantes excęcantur in lumine, quia superbia cũ amoris proprij nube cooperuit, & abstulit omnino huiusmodi lucem. Et ex hoc plus intelligunt sacram paginã literaliter & iuxta corticem exteriorem q̃ secundum intellectum interiorem. Et ideo gustant inde magis literæ sonum, hinc inde multos uertentes libros, & nõ attingunt, neq; gustãt sacrę scripturę medullã, quoniam abstulerunt sibi lumẽ cũ quo scriptura formata & declarata fuit. Vnde tales admirari solent & aliquando murmurare, uidendo multos idiotas, atq; sacram paginam ignorantes, & nihilominus in cognoscendo ueritatem ita illuminatos, quẽ admodum si longo tempore studuissent in ea. Neq; tamen ex hoc aliquis admirari debet, eo q̃ habent in se causam principalem luminis, unde scientia processit. Ipsi uero superbi, quia lumen amiserunt, non uident, nec intelligunt bonitatem meam, neq; lumen infusæ gratię super amicos meos. Quare noueris ualde melius esse pro consilio salutis animarũ, ad unum humilem uirum accedere, qui cũ sancta rectaq; cõscientia uiuat, q̃ ad unũ superbum scientificũ, qui solũmodo conscientiã & animam implere curat mani uento scientiæ: nam alia porrigere nescit alteri, nisi quæ reperit in se. Vnde propter uitã tenebrosam, accidit aliquando q̃ lumen sacræ scripturæ porriget & conuertet in

tenebras.

tenebras. Et huius oppositum est in amicis meis, quia lumen in eis existens animo charitatiuo libētissime ministrant alijs cū famelico desiderio salutis eorum. hæc ergo tibi dixi dulcissima filia, ut huius uniuersi status perfectionē agnoscere s, ubi ratio pitur oculus intellectus ab ignifera charitate mea, in q̄ supnaturale lumē amici mei recipiunt, & cum ipso lumine me diligūt, quoniam ipsa dilectio sequitur intellectū. Et quāto plus intelligit & agnoscit, tanto plus amat: & quanto plus amat, amplius intelligit: & sic unum ab altero nutritur. Cum hoc ergo lumine perueniūt ad meā æternam uisionem, ubi me gustant, & in ueritate uident cum anima fuerit a corpore segregata, prout ego narraui tibi supius, exprimendo beatitudinem quam anima recipit in me. Hic est ille status excellentissimus, in quo dū amici mei sunt in uita mortali gustant inter immortales. Vnde frequenter ad tantam unionem attingūt, ut uix intelligere ualeant, utrum in corpore fuerint an extra corpus: & ita gustant arram æternæ uitæ: tum ex unione quam in me fecerunt, ac etiam quia uoluntas est in se mortua, propter quam utiq; mortem, in me fecit unionem. Nam aliter in me poterant vniri perfecte. Gustant igitur arram æternæ uitæ: quia priuati sunt inferno propriæ uolūtatis, que q̄dam arrā infernī tribuit hoi uiuēti iuxta sensitiuā uolūtatem.

Vtilis repetitio quorundam, & inducit hæc anima ad orandum pro omnibus hominibus, & p ecclesia sancta.

Caput lxxxvi.

NVnc uidisti oculo intellectus, & aure tui sensus audisti à me qui sum æterna ueritas, qui modus habēdus est ad faciendum utilitatem proximo pariter & tibi doctrinæ & agnitionis meæ ueritatis. Vt in principio tibi dixi, scilicet quod ad cognitionem ueritatis peruenit ex agnitione tui, nō absolute pura & simplici, sed unita & condita cum agnitione mei in te, ubi reperisti humilitatem, odium atque displicentiam tui. Et ignē charitatis meæ propter agnitionem quam de me in te reperisti. Vnde uenisti ad amorem atq; dilectionem proximi tui, utilitatem ei faciendo doctrinæ, nec non & exemplaris ac honestæ uitæ. Insuper ostendi tibi dispositionē & qualitatē pōtis, ut est, ac etiā tres gradus generales positos atq; figuratos pro tribus animæ potentijs. Et quomodo nullus habere potest uitā gratiæ si non ascēderit oēs, uidelicet ut sint in nomine meo congregati. Ipsos etiam tibi patefeci particulariter, p tribus animæ statibus in corpore filij mei figuratis. de quo tibi dixi quod fecerat in corpore suo scalas, aperte demōstrās hoc in affixis pedib⁹ in aptura lateris & in ore, ubi gustat aia pacē ueram, ut dictū est. Ostēdi quoq; tibi supius imperfectionē seruilis timoris, & imperfectiōem me diligētis ex dulcedine consolationis quā inuenit in me, atq; perfectiōem tertij status, uidelicet eorum qui peruenerūt ad pacē oris, ex quo per pontē Iesu Christi crucifixi anxio desiderio cucurrerūt, ascendētes tres illos generales gradus, uidelicet congregādo tres animæ potētias. Vbi cōgregat omnes operationes suas in nomine meo, prout ego superius apte tibi demonstraui. Atq; de tribus gradibus particularibus quos ascenderunt ab imperfecto statu transeūtes ad perfectum: & sic eos in ueritate currere uidisti. Feciq; te degustare perfectionē aīæ cū ornatu uirtutū. Etiam ostendi tibi fraudes quas anima recipit anteq̄ ad suam perfectionē attingat, nisi prudenter tēpus exerceat in cognitiōe sui atq; mei. Item ostendi tibi miseriā illoꝝ qui sponte semetipsos in flumine submergūt, renuentes ambulare per pontem, sequendo uidelicet doctrinā mei dilectissimi filij, quem uobis ego gratiose concessi ne suffocaremini: sed ipsi uoluti stulti potius elegerunt in miserijs atq; putredine mundi submergi. Hæc omnia tibi declaraui, ut in te crescere facerem ignem desiderij sancti, atq; compassionē pariter & amaritudinem super animaꝝ interitu, ut ipsa cōpellaris inducere ac astringere me cum lachrymis, sudoribus cōtinuis, & humilibus orationibus, oblatis ante me cum ignifero desiderio ad faciendum periclitanti mundo misericordiā. Ista uero nō solum a te siue pro te requiro, sed pro multis alijs creaturis & amicis meis, qui percipient: ij à me charitate compellentur una tecum exorare me, ut ipsi mundo atq; corpori mystico sanctæ matris ecclesiæ, pro q̄ tu tam assidue me rogas, ego misericordiā exhibeam. Quia iam tibi dixi si bene recolis, quod adimplerem uestra sancta desideria, præbendo refrigerium uobis in uestris

laboribus,& ordinabo reformationem ecclesiæ sanctæ,sicut pœnosa desideria uestra præstolantur in ueros & uirtuosos pastores,nõ cũ gladio siue crudelitate guerræ,sed cum pacifica quiete, atq; lachrymis & sudoribus amicorũ meorum,quos ego ueluti colonos ordinaui uestuarũ animarum atq; proximorum, & in corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ. In uobis operando uirtutes,in proximis autem & in ecclesia sancta doctrinam & exemplũ, offerendo mihi continuã orationẽ,in salutẽ omniũ hominum,uirtutes in proximo parturiendo. Quia iã dixi tibi,ꝙ omnis uirtus siue defectus mediãte proximo patrabatur uel augmentabatur,& ideo uolo ꝙ utilitatẽ proximo uestro faciatis,& ita mihi dabitis acceptabilẽ fructũ uinearum uestratũ. Non omittatis ullo tẽpore odoriferum incensum humiliũ orationũ in conspectu meo in salutem animarum adolere,quia dispono mundo facere misericordiã. Et cũ ipsis orationibus,lachrymis atq; sudoribus abluere faciem sponsæ meæ,uidelicet ecclesiæ sanctę,quæ aliquã do tibi monstrata fuit in forma domicillæ cuiusdam inquinatam atq; deturpatã, ueluti leprosam faciem habentis. Hoc autẽ acciderat ex defectu ministrorum,atq; totius christianæ religionis, qui se nutriunt ad huius sponsæ pectus, de quorum defectibus alibi tibi narrare dispono.

Qualiter hæc anima petit a Deo scire de statibus lachrymatũ. Tractatus iij.

Caput lxxxvij.

TVnc anima præfata consurgens ingenti & ignifero desiderio ueluti ebria,tum ex unione quam in Deo fecerat, ac etiã ex his quæ perceperat in ore summæ ueritatis, tum adhuc anxiata dolore propter ignorantiam hominum, qui non agnoscunt suum benefactorem,nec affectum excellentissimæ charitatis eius, licet haberet in se quãdam uiuam spem sancto gaudio plenam, ex promissione sibi a domino facta, & quia modum eam & alios amicos suos aperte docuerat ad inclinandum eum, ut mundo gratiose misericordiam faceret,leuauit oculum intellectus in dulcem ueritatem altissimi. ubi stabat unita, uolens aliqua percipere de statibus animæ, de quibus audierata Deo, ad quos anima transit ipsis lachrymis operatiue mediantibus. Ideo cupiebat audire differentiam ipsarum lachrymatũ, & quales erant,& unde procedebant, & qui fructus in fine sequebatur post huiusmodi lachrymas. Et quia ueritas intelligi uel agnosci nullo modo potest, nisi ab ipsa ueritate concedatur, ideo petebat a ueritate declarari. Et in ueritate nihil intelligitur, uel agnoscitur, quod cum intellectus oculo nõ uideatur. Expedit igitur uolenti cognoscere quod auiditate surgat, atq; desiderio cognoscẽdi cum lumine fidei oculum intellectus aperiendo cum fidei pupilla in obiectũ ueritatis. Postquam igitur hoc agnouit anima, quoniã oblita nõ erat doctrinæ,quã ei ueritas, id est Deus exhibuerat,attendens alia uia scire nõ posse,q̃ de statu atq; fructu lachrymarum,optabat ingenti desiderio se supra se leuabat ultra modum assuetum, & cum lumine uiuæ fidei aperiebat oculum intellectus in æterna ueritate,in qua uidit & agnouit ueritatẽ eorum quæ petebat. Deus enim incessabili benignitate sua condescendens ignifero desiderio suo petitionẽ eius exaudiebat.

De differentia lachrymarum discurrendo per prædictos animæ status.

Caput lxxxviij.

DVlcis autem ueritas ait: Amabilis atq; charissima filia,tu petis à me declarari de speciebus & fructibus lachrymarum,& ego desiderium huiusmodi tuum acceptando complebo. Aperias igitur oculum intellectus,& ostendam ex iã supradictis tribus animæ statibus lachrymas imperfectas in timore fundatas. Prius uero dicam de lachrymis inquorum hominum. Istæ sunt utiq; lachrymæ dãnationis. Secũdæ uero sunt lachrymæ timoris, eorum uidelicet qui consurgunt ex timore pœnæ peccatorũ, & ex timore plorant. Tertiæ sunt illorũ, qui derelicto peccato me gustare incipiũt, unde cum quadam dulcedine plorant, & incipiunt ex amore mihi seruire. Sed quoniam amor ipsorum est adhuc imperfectus, etiam est planctus eorum imperfectus,ut apertius exponam. Quartæ lachrymæ sunt illorũ qui ad perfectionem in charitate proximi peruenerunt, in ueritate me diligẽtes absq; respectu sui,& istorum planctus est omnino perfectus. Quintæ quoq; lachrymæ

mæ ſunt unitæ, quaſi cum præcedenti/
bus, quæ cum magna dulcedine ſuauiſ/
ſime fundũtur, ut infra tibi narrabo. Poſt
ea ſubiungam de lachrymis igneis abſ/
que lachrymis oculorum, ut ego ſatisfa/
ciam illis qui plangere deſiderant, & nul
lomodo poſſunt. Et uolo te noſcere, quod
omnes iſti diuerſi ſtatus poſſunt eſſe ſuc/
ceſsiue, ſed exercitium uirtutis in eadem
anima, quando primo timore deſerto ac
amore imperfecto feruenter attingit ad
charitatem perfectam, atque ſtatum uni
tiuum.

Quomodo quinque ſunt maneries la/
chrymarum.

Caput lxxxix.

PEr hunc ergo modum informabo te
de lachrymis antedictis. Et primo no
ueris omnem lachrymam à corde proce
dere. Nullum enim eſt in homine mem/
brum, quod ita cordi ſatisfaciat atq; cor/
reſpondeat, ut oculus, quia ſi dolorem ha
bet oculus, ilico manifeſtat. Et ſi dolor
carnalis atque ſenſitiuus effundit lachry
mas carnales, quæ mortem animæ gene/
rant, quoniam à corde procedunt, & ab
amore multum inordinato, me grauiter
offendendo, ideo mortalem inde dolorem
habet, & ſimiles lachrymas effundit. Ve
rum eſt, ꝙ culpæ grauedo & planctus eſt
magis uel minus grauis iuxta menſuram
amoris inordinati, qui ſic lachrymãtur,
ſunt illi primi qui lachrymas mortis ha/
bent, de quibus tibi ſupra dixi, & infra di
cam. Nunc uidendum eſt de lachrymis
quæ uitam exhibent, uidelicet illorũ qui
culpas proprias agnoſcentes, ex timore
pœnæ deplorãt. Iſtæ ſunt lachrymæ cor/
diales atq; ſenſitiuæ, quia uidelicet nõ ha
bentes adhuc odium perfectum cõtra cõ
miſſam culpam, ex offenſa mihi facta, pro
cedunt cum quadã amaritudine cordiali
propter pœnam quæ ſequitur ex peccato
commiſſo, ideo plorat oculus, quia ſatisfa
cere dolori affectat. Et ſi uirtuoſe ſanctũ
deſiderium anima ſumpſerit, huiuſmodi
timorem omittet atq; derelinquet, quia
cognoſcet aperte, ꝙ timor ſolũmodo non
ſufficit exhibere ſibi uitã æternam, prout
iam tibi ſupra narraui. Et ideo cũ amore
ſurgit ad ſemetipſam agnoſcendam, & in
ſe bonitatem meam, & incipit aſſumere
ſpem uiuam in miſericordia mea, in qua
alacritatem habet. Et ita culpæ dolorem
immiſcendo cum gaudio ſpe diuinæ mi/
ſericordiæ meæ, tunc oculus pias effundit
extra lachrymas, quæ lachrymæ procul/
dubio de fonte cordis egrediuntur, ſed qa
non ſunt adhuc in ſtatu perfectionis, ali/
quando ſunt iſtæ lachrymæ ſenſuales. Et
ſi tu petis à me, quare ſiue quomodo, dico
tibi, quia radix amoris proprij non eſt à
ſe totaliter euulſa. Nõ dico de amore ſen
ſitiuo ſiue corporali, quia iam cõculcauit
illum, ſed eſt unus amor proprius atq; ſpi
ritualis, cum anima uult habere conſola/
tiones ſpirituales, uel mẽtales à me, uel ali
qua creatura mediante, quã amore ſpiri/
tuali diligit. Et quando priuatur conſo/
latione ſua intus uel extra, uidelicet int⁹
conſolatione mea, uel extra mediãte crea
tura, ſiue ſuperueniẽte diabolica tẽtatio/
ne, uel hominũ perſecutione, cor inde pœ
nã habet. Oculus uero qui ſentit amari/
tudinẽ atq; dolorẽ cordis, effundit ilico la
chrymas ex quodã tenero gemitu, in quo
ſibimetipſi cõpatitur amore proprio atq;
ſpirituali, quia uoluntas ꝓpria totaliter
abnegata & conculcata non eſt. Et ita la
chrymæ ſenſuales effundũtur, uidelicet
ex paſsione ſpirituali, quarum tibi narra
ui ſupra plenius imperfectionem, ſed ani
ma uirtuoſe creſcendo ſemetipſam exer/
cens in lumine notitiæ ſui, concipit odiũ
ſanctum atq; diſplicentiam contra ſe, un
de trahit unam ueram noticiam meæ bo
nitatis in ſe, cum quadam ignifera chari/
tate, propter quod incipit unire ſe uolun/
tatem ſuam, conformando cum mea, un/
de gaudium habet atq; compaſsionem.
Gaudiũ in ſe propter guſtũ amoris atq;
compaſsionem proximo, prout in tertio
ſtatu tibi narraui. Oculus uero qui cordi
ſatisfacere cupit, ilico gemit ex charitate
mea & proximi ſui, & cum amore cordia
li ſolummodo dolet ex offenſa mihi facta
& proximi ſui detrimento, & non de pœ
na ſiue damno proprio, quia de ſe cogita
re poſtponit, ſed ſolummodo cogitare ſtu
det, quomodo nomini meo poſsit laudem
atq; gloriam exhibere. Et cum anxio de
ſiderio cibum aſſumere delectatur in mẽ
ſa ſanctiſsimę crucis, habẽdo conformi/
tatem cum humili & immaculato agno

unigenito filio meo, de quo feci pontem humano generi ſicut iam dixi. Poſtq̃ ita dulciter anima tranſiuit per huiuſmodi pontem, ſequendo meæ ueritatis doctri/nam, tolerando patienter una cum dile/ctiſſimo filio meo pænam quancunq; ſiue moleſtiam: ut ego pro ſalute ſua permiſi & ipſa uiriliter omnia portat, non ſolum modo patienter: imo libenter & alacriter, ac exiſtimans ad quandam gloriam ad/uerſa quęcunq; pro nomine meo pati, non quippe ſuo, ſed modo meo. Tunc inuenit unam conſolationem atq; tantam men/tis quietem & tranquillitatem q̃ nulla lingua corruptibilis exprimere ſufficit. Ipſa nanq; firmauit oculum intellectus in me ueritatem dulcem, & æternam, quam uiſam agnoſcit, & agnoſcendo diligit: nam affectus utiq; ſequitur intel/lectum, ideo guſtat ꝑnam ueritatem me am. Et agnoſcendo uidet ipſam naturam diuinam unitam humanitati ueſtræ, & tunc in me mari pacifico dulciter atq; ſua uiſſime requieſcit. Cor enim eſt unitum in me reali ex affectu ſyncer & dilectionis. Et ſic oculus effundit extra lachrymas ualde magnæ dulcedinis, q̃ directe ueluti lac in uera patientia nutriunt animam. Iſtæ lachryme ſunt uelut unguẽtum odo re ſuauiſſimo repletum, qui pretioſus o/dor etiam a remotis auiditate multa perci pitur. O dilectiſſima filia q̃ eſt hæc ani/ma glorioſa quæ nouit ita realiter, atq; prudẽter a mari procelloſo uitæ præſentis ad me mare pacificum pertranſire, ubi uaſculũ cordis ineſtabiliter impleuit æter/na deitate mea. Propter hoc oculus uelut aquæ ductus, ut extraxit a corde ſibi ſatis facere conatur, & ſic effundit habundan ter atq; ſuauiſſime lachrymas. Hic eſt ul/timus ille ſtatus in quo cõſiſtit anima bea ta ſimul & doloroſa. Beata quidem eſt ex unione quam in me fecit per ſenſum, amo rẽ guſtando diuinũ. Doloroſa uero cõſi/ſtit ex offenſionibus quas in me fieri con/ſpicit, qui ſum æterna bonitas quã uidit, & guſtauit in cognitione ſui atq; mei. Et propter huiuſmodi cognitionẽ attingit adhunc ultimũ ſtatũ. Nec impeditur ex hoc ille ſtatus unitiuus, qui magnæ dulce dinis lachrymas effundit ex agnitiõe ſui met in charitate ꝓximi, ubi gemitũ inue nit amoris ex diuina miſericordia mea, et amaritudinẽ ex offenſa proximorũ, flẽdo cũ flentibus, & gaudendo cũ gaudẽtibus. Hi nanq; ſunt uiuẽtes in charitate de qb⁹ anima lætatur attẽdẽs à ſeruis meis exhi beri nomini meo gloriã & laudẽ. Itaq; ſe/cũdus gemitus qui tertius eſt, nõ impedit ultimũ q̃ quartus eſt unitiuũ, ſed unus ex hibet adiumentũ alteri. Quia ſi gemitus ultimus ubi repperit anima tantã unio/nẽ nõ accepiſſet, à ſecundo ſtatu qui terti⁹ eſt, uidelicet in charitate ꝓximi, ſua perfe ctione ꝓcul dubio careret. Itaq; neceſſariũ eſt q̃ unus ab altero condiatur. Aliter e/nim uitabili præſumptioni pateret, quia ſubintraret unus uent⁹ inanis cuiuſdam propriæ reputationis, & ita rueret ab alti tudine uirtutis in profundũ uitiorũ atq; primi uomitus. Ideoq; neceſſariũ eſt iugi/ter in ſe charitatẽ proximi retinere cũ uer noticia ſui. Et ita nutriet ignẽ in ſe diuinæ charitatis, ga ꝓximi charitas exoriẽ à cha ritate mea, uidelicet ab illa noticia quam habuit anima cognoſcẽdo ſemetipſã atq; bonitatẽ meã in ſe. Ibi nãq; uidit ſe & ag nouit ineffabiliter à me diligi, & idso cũ eodẽ amore quo ſe nouit amari, diligit o/mnem rationabilem creaturã. Et hæc eſt illa ratio propter quã anima quæ me no/uit & amat, ilico ſuccenditur ad amorem proximi ſui, quia feruenter amat illãcrea turam quã amplius amo. Propter hoc eti am agnouit aperte, q̃ mihi nullam uti/litatem afferre poteſt, neq; mihi reddere purum illum amorem quo ſe noſcit à me diligi, quare conatur iuxta poſſe red/dere mihi talem amorem in illo medio quod ordinaui uobis, uidelicet in pro/ximo ſuo. Eſt enim illud medium cui debetis utilitatem afferre, prout iam tibi dixi, q̃ omnis uirtus proximo mediante patrabatur. Vos amare debetis illo puro amore quo dilexi uos, hoc uero circa me facere non ualetis, quia dilexi uos non di/lectus a uobis, & abſque reſpectu cuiuſcũ q; utilitatis, & quia uos amaui antequã eſſetis. Imo ſolus an or quo uos dilexi m⁹ mouit ad creandũ uos ad imaginẽ & ſi/militudinẽ meã. Ideo mihi reddere non ualetis huiuſmodi gratuitũ amorẽ, ſed à uobis exigo, ut illũ exhibeatis ueſtro pro/ximo, uidelicet illum diligendo gratis cũ

nino

nino, ſine reſpectu propriæ cõmoditatis, uel utilitatis, tempora is, ſiue ſpiritualis, imo ſolum ad laudem atq; gloriam nomi nis mei, & quia diligitur a me. Et ita præ ceptũ legis implebitis, uidelicet diligendo me ſuper õia, & proximũ ueſtrũ ſicut uoſ metipſos. Ergo bene uerum eſt q̃ ad illã altitudinẽ attingi non ualet ullo mõ ſine ſecundo iſto ſtatu, qui tertius eſt & ſecun dus ad unionẽ, nec etiã ex quo peruenit a nima, conſeruari poteſt ſi diſcederet ab il lo affectu, unde peruenit ad ſecundas la/ chrymas iam dictas, ut impleri nõ poteſt lex mea ſine lege ꝓximi ueſtri, quia ſunt duo pedes affectus per quos obſeruantur præcepta pariter et conſilia, ita duo ſtatus iſti de quib⁹ factus eſt unus in uirtute nu/ triũt animam illã augmentando iugiter imperfectione uirtutis & in unitiuo ſta/ tu. Nõ quippe mutat alium ſtatũ ex quo peruenit ad iſtũ, ſed in hoc eodẽ augentur diuitiæ gratiarũ in diuerſis atq; nouis do nis & admirabilibus eleuationibus men / tis, ut iã ſupradixi cũ quadam noticia ue ritatis, ita q̃ in uita mortali conſiſtendo quaſi uiderur immortalis, ex eo ga ſenſus propriæ ſenſualitasti, morrificatus eſttuo luntates uero mortua eſt propter unio/ nem in me factam. O quam dulcis eſt hæc unio cuilibet animæ guſtãti, quia ui det & intelligit abſcõſa ſecreta mea. Vn de frequenter ſpiritu propheție dotabitur agnoſcendo quæ futura ſunt. Iſta bonitas, mea gratioſe conceditur quamuio humi lis anima nõ debet hoc appetere, ſeipſam indignam exiſtimãdo omnia proprie con ſolationis, pacis atq; ſerenitatis mentis ad nutriendã atq; conſeruandã intus in a/ nima ſua uirtutẽ. Neq; conſiſtit in ſecũdo ſtatu, ſed deſcendit indilate in uallẽ agni tionis, propriæ fragilitatis. Lumen au/ tem iſtud animæ gratioſe concedo, ut ipſa quotidie creſcat. Nã in uita præſenti nunq̃ eſt in tãta perfectione quin amplius in amore creſcere ualeat, excepto filio meo dilectiſſimo, cui nulla perfectio potuit au/ geri, qm̃ erat & eſt unum mecum, & ego ſecum. Nam anima ſua beata tunc erat propter unionem diuinæ naturæ. Vos ue ro peregrini quotidie creſcere poteſtis, i/ mo deberis in maiori perfectione uirtutis, non tamen ad alium ſtatum ſiue gradũ ex quo perueniſtis ad ultimum, ut a me dictum eſt, ſed eundem ultimum aug/ mentare poteſtis cum illa perfectione quæ placuerit uobis gratia mea mediante.

De fructu lachrymarum mundano/ rum.

Caput xciij.

TAmen incipere uolo a prima ſpeciẽ lachrymarũ de qua tibi feci mentio/ nem in principio, uidelicet illorum qui miſerabiliter in mundo uiuunt, in cor/ de ſuo fabricantes ſibi deum de rebus cre/ atis in mundo atq; de propria ſenſualita/ te, unde procedit omne damnum animæ pariter & corpori. Ego dixi tibi q̃ om/ nis achryma procedit a corde, ſic enim eſt ueritas, quia cor hominis tantum in ſe dolet quantum amat. Serui mundi gẽ/ munt, quando cor habet aliquem dolo/ rẽ, uidelicet quãdo priuatur illa re quã di/ ligit, ſed ualde diuerſi ſunt illorũ planctus Vis audire quãtum? Pro ut & quantum amor eſt diuerſus. Et ga radix amoris pro prij ſenſitiui uere corrupta eſt, omẽ quod egreditur inde corruptũ eſt. Iſte eſt uelut arbor ũa quæ nõ ꝓducit niſi fructus mor/ tiferos, flores male olẽtes atq; putridos, & folia maculata, rami uero ſunt uſq; ad ter/ rã inclinati & a uarijs uentis quotidie cõ/ cutiuntur. Hæc eſt arbor animæ quoni/ am omnes eſtis arbores amoris, & quoni/ am ex amore creati fuiſtis, ſine amore ui/ uere non ualetis. Anima quæ uirtuoſe uiuit in humilitatis ualle, figit radicem arboris eius, ſediſti qui miſerabiliter ui/ uunt, in monte ſuperbiæ fixerunt eam. Vnde quia male plantata fuit, non pro/ ducit uitæ fructum, ſed mortis. Fructus uero ſunt eorum opera, qui fructus omẽs uenenati ſunt ex uarijs eorũ offẽſionibus atq; peccatis. Et ſi quem aliquando fru/ ctum alicuius operationis bonæ faciunt, quia radix eſt in ſe corrupta, quicquid in de producitur uel egreditur eſt abſq; du/ bitatione corruptum. Quia nulla uirtus in peccato mortali perpetrata ualet ad ui tam æternam alicui, quia non eſt in ſta/ tu gratiæ perpetrata. Quamuis operatio uirtuoſa nunquam omitti debet in quo/ cunq; ſtatu fuerit homo, quia nullum bonũ erit abſq; præmio tẽpore ſuo, ſicut nullum malum impunitum abſq; du/

bio relinquetur. Operatio uirtuosa quę facta fuit in peccato mortali, sicut iã dixi, non ualet ad uitam æternam, sed iustitia mea diuina gratiose remunerat illã imp/fecta remuneratione, sicut operatio imp/fecta mihi fuit oblata. Nã in rebus tempo ralibus aliquãdo remunero tales omneso/perationes. Aliquãdo præsto tempus ex/pectando misericorditer emendationẽ hu iusmodi peccatoris. Aliquando concedo alicui seruo qui mihi gratus est, ut inter/cedat & offerat ante me deotas oratio/nes pro illo, & ita gratiose reddam ei uitã gratiæ, relinquendo peccatum, & uirtuo se uiuendo. Sicut egi cum Apostolo Pau lo, qui propter orationes beati Stephani discedit ab infidelitate sua gratia mea fa/uẽte, resipiscendo à persecutionibus, quas meis amicis inferebat. Itaq; nunq̃ opera/tio uirtuosa debet omitti, , qualitercunq; dispositus inueniatur homo. Dicebã tibi flores illos esse putridos, & sic est. Isti sunt animæ putridæ cogitatiões, quæ mihi ual de displicent, & præcipue quando iũgun tur in corde cũ odio atq; displicentia pro/ximi sui. Iste homo ueluti latro furat⁹ est honorem, quem offerre mihi creatori suo debebat, & sibimetipsi exhibuit. Iste flos exalat ubiq; fætorem iudicij falsi & mise/rabilis. Et hoc iuditium duplex est. unũ uidetur esse cõtra me, occulta iuditia mea & omne mysteriũ meũ inique iudican/do, uidelicet in odiũ iudicando, q̃p in ueri tate cũ amore paterno concedo, & in mor tem quod ad uitam ordino. Omnia con/demnat & iudicat iuxta suam infirmam atq; detestabilem ignorãtiam, quia talis cum amore proprio sensitiuo sibimet ex/cæcauit oculũ intellectus, unde cooperta pupilla sanctissimæ fidei, non potest ui/dere neq; cognoscete ueritatem. Secun/dum iudicium est cõtra proximũ suum, unde sæpe multa mala sequuntur, quia miser homo semetipsum ignorando, uult agnoscere pariter & iudicare cor & affe/ctum proximorum, & ex quadam opera tione siue minimo uerbo, statim inconsul te damnabiliter iudicat ea quæ sunt ho/minibus occulta, sed amici mei semper iu dicãt in bonum, quia fundati sunt in me summo bono. Huiusmodi uero miseri sẽ/per iudicãt in malum, quia fundati sunt in misérabili malo. Ex quibus iudicijs fre quentissime generantur odia, homicidia, detractiones, displicẽtiæ cõtra proximũ, atq; remoti fiunt ab amote uirtutis ami/corum meorum. Post hæc ilico sequũtur folia, uidelicet uerba multũ inordinata, q̃ procedunt ex ore contra reuerentiã, imo potius in uituperium & iniuriam contra me, pariter & contra sanguinẽ unigeniti filij mei, & aliorũ sanctorum meorũ, ac in detrimentum proximi. Neq; uidẽtur ad alia uacare, nisi ad maledicendum & cõ/demnandum opera mea, blasphemando quascũq; creaturas, ut eis occurrit, & eo/rũ iudicia temeraria persuadent. Nec ad/uertunt infælices isti, q̃p à me lingua crea/ta fuit, ut mihi redderet laudem & hono rẽ, & ut homo cõfiteretur omnia peccata sua, & ut illam exerceret in uirtutibus, & in salutem proximorũ. Ista sunt folia ma/culata, & ex culpa miserabili corrupta, quia cor unde processerunt erat immun/dum, atq; duplicitate & alia multa mise ria corruptum & putridũ. Agiliter enat rare non possesultra spirituale detrimen/tũ, uidelicet priuationis gratiæ meæ, quã incurrit anima, quanta sunt etiã damna temporalia, quæ propter huiusmodi lin/guas pestiferas occurrunt. Nam propter inordinata uerba frequentet inter homi/nes exorta sunt odia, mortales inimicitię, mutationes aliquando statuũ, desolatio/nes ciuitatũ atq; patriatũ, homicidia plu rima, & alia multa mala, quia uerbũ uul nerat aliquando cor audientis ualde læta liter, & illuc ingreditur, ubi gladius intra re nequiret. Hæc arbor habet in semeti/psa septem ramos ad terrã usq; deflexos, à quibus folia cum supradictis floribus e/grediuntur. Isti rami sunt septẽ peccata mortalia, quæ plena sunt alijs uarijs atq; multis offensionibus & peccatis insimul insertis & annexis in radice siue stipite miserabilis amoris proprij, pariter & ue/nanatæ superbiæ. Quod primo ramos ex se produxit, exinde flores iniquarum co/gitationũ, postea folia siue frõdes in hone/storũ uerborũ, ultimo fructus peruersorũ operũ. Inclinati sunt etiã ad terrã huius/modi rami, qm̃ ipsa peccata solũ modo se circũuoluunt in terra cuiuscunq; misera bilis, & inordinatę substãtiæ terrenæ, nec alijs uidentur uacare posse, nisi quomõ se ualeãt iplere siue satiare tali terreno luto.

Sed

Sed ipſi miſerabiles omnino ſunt inſatiabiles, & ſibimetipſis incomportabiles. Et quidē ualde congruum eſt, q̄ ipſi ſemper inquieti ſunt & uacui, quia ſolum uolūt & optāt ea quæ nullo modo poſſunt animū implere ſiue quietare. Et hæc eſt euidētiſsima ratio, ꝓpter quā ipſi ſatiari nequeūt, q̄m appetunt iugiter hęc uiliſsima & infima, q̄ finita, imo breuiſsima ſūt, & ipſi quantū ad eſſe ſunt infiniti, nam ipſorum eſſe quotidie durabit, licet ex culpa peccata finiantur quātum ad gratiā. Et homo conſtitutꝰ eſt à me ſup alias creaturas, & non aliæ creaturæ ſuper eum, imo ſatiari nō poteſt ſiue quietare animū ſuū, niſi ſolū in te quæ ſit eo maior. Maior autem homine ſum ego ſolus Deus ęternus, ideo ſolus ego poſſum eum & uolo ſatiare, atq; mentem eius in me fœliciter atq; pleniſsime quietare. Sed quia tales ex eorū culpa morrali gratia mea priuati ſunt, iugiter in pœnoſo tormento perſiſtunt.

Quomodo ptædicti mundani gēmētes à iiij. uētis colliduntur. Cap. xciij.

PRædicta igitur arbor propriæ ſenſualitatis in qua mūdani peccatores fecerunt ſuum principiū atq; fundamentum præcipue, cōcutitur à quatuor uentis, uidelicet à uēto ꝓſperitatis, aduerſitatis, timoris, atq; conſciētiæ. Iſti ſunt uenti quatuor: uētus proſperitatis nutrit in anima ſuperbiā cū præſumptione multa, ſe magnificando cū iactātia, proximū uero uilipēdendo cū iniuria. Si ſtatū dominꝫ tenet, iniuſte uiuit cū multa cordis uanitate procedens, & cū immunditia mētis & corporis, cū propria reputatione ſimul & ambitione, cū multis aliꝭ inconuenientibus atq; defectib⁹ q̄ ſequuntur poſt hæc, quos lingua tua facillime enarrare nō poſſet. Noueris tñ q̄ iſte uētus ꝓſperitatis in ſe nō eſt aliquo modo corruptus, nec etiā aliꝭ corrupti ſunt, ſed eſt corrupta principalis illa radix arboris, unde corrūpuntur omnia quæ procedūt ab ea. Nā ego q̄ ſum æterna & ſumma bonitas, omnia creaui, & quotidie facio bona. Iſti uero ꝓuerſi gemunt, eo q̄ aeorū nima nō eſt aliquo modo ſatiata, q̄m affectu ſatis inordinato deſiderant in his infimis ea quæ reperire nō poſſunt. Non habēdo cotdiali ter affligūtur, & in afflictione ſua gemūt. Iam enim dixi, q̄ oculus optat cordi ſatisfacere. Poſtmodū occurrit ei uētus unus cuiuſdā timoris ſeruilis, ex quo mirabili modo propriam umbram expaueſcit, metuendo perdere quæ ſic inordinate diligit. Iugiter enim uitam propriam amittere trepidat, uel uitam filiorum, uel aliarum perſonarum ei dilectarum, ſiue ſtatum dominij ſui, uel alicuius alterius ex amore proprio, ſiue diuitias, uel honorē. Iſte timor impedit omnino ne pacifice cū mentis tranquillitate poſsidere ualeat ea quæ tenet, quia non poſsidet ordinate ſecundum uoluntatem meam. Et ideo ſequitur inde timor iſte ſeruilis, & ita timidus eſt, quia factus eſt uilis atq; miſerabilis peccati ſeruus, & ipſe talem ſe reputare debet, qualis eſt illa res cui ſeruit. Peccatum uero nihil eſt, & ideo deuenit ipſe ad nihil eſſe. Dum autem timoris uentus exagitauit atq; commouit eum, ilico ſuperuenit uentus illius tribulationis & aduerſitatis quam expaueſcebat, & aufert ab eo quę poſsidebat. Aliquando particulariter & aliquado generaliter. Generaliter intellige, quando priuatur uita, qa tunc etiam inuitus omnia relinquit. Aliquotiēs occurrit in particulari, qa priuatur aliquibus. Aliquando ſanitate ſiue filiꝭ, uel honore ſiue ſtatu tēporali, ſiue diuitiꝭ, prout ego medicus egregius uidero ſalubriter expedire. Nā prō ſalute meatū creaturarum iſta concedo. Sed fragilitas eatum eſt ualde corrupta, & abſq; notitia ueritatis, ideo patientiæ fructum amittunt, & ex impatiētia mouentur ad murmurationem, ſcādalum, odium, atq; diſplicentiam cōtra me, pariter & mearum creaturarum. Et illa quæ dedi eis in uitā accipiunt, & exiſtimant in mortē, & cum illa menſura doloris amittunt ea cū quāto amore poſsidebāt. Vnde cōducuntur ad afflictiuū gemitum, & ad impatiētiā q̄ deſiccat animā & occidit, auferendo ſibi uitā gratiæ. Corpꝰ etiā affligit, exſiccat atq; cōſumit, pariter & excæcat intus & extra, ſpiritualiter uidelicet & corporaliter, & ita priuātur omni conſolatiua ſpe, q̄m ablata ſūt ab eis ea in qbus delectabātur, & in quibus affectū, fidē atq; ſpē collocauerant, ideoque gemūt. Lachryma nanq; ſola non eſt in cauſa tot inconuenientiū, ſed inordinatus affectus, & huiuſmodi dolor cordis, uñ lachryma ꝓceſsit.

Itaq;

ſeaq; non eſt exterior oculorum lachryma quæ mortem infert atq; pœnam, immo radix unde procedit, uidelicet inordinatus amor proprius a corde procedens: quia ſi cor ordinatum eſſet, & haberet in ſe uitã gratiæ, ſimiliter eſſet ordinata lachryma, & me deum æternum induceret ad ei miſericordiã exhibendam. Sed ideo dixi quod iſta lachryma mortem inferebat, quia eſt ueluti nuncius aperte patefaciẽs utrum uita ſiue mors in corde conſiſtat. Quarto dicebam occurrere quendam uentum conſcientiæ. hoc enim agit æterna mea bonitas. Cum ego primo probauerim cum proſperitate ut homines ex amore traherem, poſtea cũ timore ut ex importunitate dirigerent animum ad amandum cum uirtute ſine defectu. Tertio probaui cum tribulatiõe gratioſe conceſſa, ut aperte cognoſcant inſtabilitatem atq; fragilitatem uitæ præſentis. Videndo quod iſta minime proficiunt ex eo quod affectuoſe uos diligo amore pater/no concedo multoties unum conſcientiæ ſtimulum, ut os humiliter aperiat, eĳciendo & uomendo putredinem offenſarũ atq; peccatorum in ſacramentali confeſſione. Ipſi uero tanquam obſtinati, à me ſuo demerito reprobati, quia gratiæ meæ recalcitrauerunt, & illam acceptare noluerunt, & huiuſmodi ſtimulum conſcientiæ refugiunt, & ut ita dixerim abhorrent illũ, uilipendẽtes, & cum ſpaciamentis atq; miſerabilibus delectationibus trãſigentes cum diſplicentia mei atq; proximorum eorum. Totum occurrit eis eo quod radix eſt inſecta ſiue corrupta cum arbore tota: propter quod omnia ſuccedunt eis in mortem, unde conſiſtunt in pœna continua, & in amaro gemitu, ſicut iam dixi. Et niſi ſe correxerint, habendo tempus in quo liberũ arbitriũ habent, & ipſo poſſunt uti, tranſeunt ab iſto gemitu quem habent in tempore finito, & omni eo perueniũt ad infinitum gemitum. Itaq; gemitus finitus redundat eis ad infinitum, quia lachryma fuit effuſa cum odio uirtutis infinito, uidelicet cum animę deſiderio fundato in odio, quod eſt infinitum. Sed tamẽ ſi uoluiſſent poterant ab ipſo egredi gratia mea mediante, quoniam liberum habebant arbitrium, quamuis ego dixerim infinitum eſſe. Infinitum eſt quantum ad affectum animæ & eius eſſe, ſed non odium uel amor exiſtens in anima: quia dũ eſtis in iſta uita poteſtis odire, uel amare, ut eſt ueſtræ uoluntatis. Qui uero finit uitam in amore uirtutum, bonum adipiſcitur infinitũ: ſed ille qui finit uitam in odio, continuo ſtat in odio infinito, ęterna damnatione cõdemnatus, ut iam dixi, demõſtrando q̃ in flumine ſponte mergebantur, ſemetipſos ibidẽ ſuffocantes, in tantum q̃ ipſi nequeunt aliquid operari bonũ, priuati miſericordia mea, ſimul & uera charitate frarerna, quam in ęterna patria ſancti mei guſtant ad inuicem. Priuati quoq; charitate ueſtra, qui eſtis uiatores & peregrini a me conſtituti & ordinati, ut ad ueſtrum terminũ uenire poſſitis, uidelicet ad uitam æternã. Ipſi uero ſuis demeritis omni bono ſe priuant. Vnde nec orationes, nec eleemoſynæ, nec alia bona ualent eis ad uitã. Ipſi ſunt à diuina charitate mea ueluti membra iã à corpore p̃ciſa, quia dũ uixerunt omnino renuerunt ſe ſubiecti ſanctis præceptis meis in corpore myſtico ſanctæ matris eccleſiæ, nec eius obedientiæ, unde ſanguinem hauritis unigeniti filĳ mei. Quare merito recipiũt æternæ damnatiõis horribilem fructũ, cũ amariſſimo gemitu & inæſtimabili ſtridore dentium. Iſti ſunt illi martyres dæmonis, de quibus tibi feci mentionem. Itaq; dæmon dat eis illud præmiũ exhorrendum, quod ipſe prius habet. Vides ergo q̃d iſte plan/ctus infert ualde pœnoſum fructum, in uita præſentit & in fine conuerſationem dæmonum infinito tempore.

De fructibus ſecundarum & tertiarum lachrymarum.

Caput xcv.

REſtat in præſenti loco dicendũ de fructibus quos illi recipiunt q̃ uitare cupiam incipiunt ex timore pœnæ. Quidam enim ſunt qui mortem peccati mortalis egrediũtur, ex formidine pœnæ. Iſta eſt q̃ſi una uocatio generalis, ut iam dixi. Quem fructum habet iſte qui ſic agit: hic incipit euacuare domum animæ ſuæ ab immunditia peccatorum, eo quod liberum arbitrium mundauit præ formidine. Et ex quo purificauit animã à culpa, recipit atq; ſentit ilico pacẽ in conſcientia, & incipit affectum animæ diſponere, oculũ intellectus aperiendo ad uidendum locum ſuum, quẽ antequam euacuaretur uidere nequibat, ſed ſolummodo putredinem uariorũ, atq; multorum peccatorum uidebat. Et incipit habere conſolationes, quia conſcientiæ

uel mi-

uermis in eo pacificatus est, expectando quasi cibum uirtutis apprehendere. Sicut occurrit in homine qui postquã stomachum euacuauit malis humoribus, appetitum habet, atque dirigit, ut assumat aliquod alimentum: sic isti præstolantur ut arbitrij liberi manus cũ amore cibi uirtutum, eis cibum porrigat, ut manducare ualeant. Et in ueritate sic est. Nam si primum timorem excitauerit anima, uirtuose postquam affectũ suum uacuauit & expurgauit a peccato, recipit secundum fructum, uidelicet statum secundum lachrymarũm. In quo per affectum incipit anima fulcire domum uirtutibus, licet sit adhuc imperfecta, quanquam a timore surrexerit, inde tamen percipit consolationem, quoniam amor animæ huius hominis delectationem habuit in ueritate mea, quæ quidem est ipse amor. Et propter consolationem & delectationem quam in me reperit, incipit amare ualde dulciter, quia sentit in se dulcedinem consolationis meæ, uel creaturarum mearum propter me. Igitur amorẽ exercendo, qui est ingressus domũ animæ suę, ex quo timor eã purgauit a sorde peccati, statim incipit habere fructus meæ diuinæ charitatis. Et postquam amor intrauit ad posidẽdum, incipit indilate sentire consolationẽ uariorum atq; multorum fructuum. Vltimo uero perseuerando, recipit in se fructum ponendi mensam, uidelicet postquam anima migrauit a timore ad amorẽ uirtutum, in mensa sua discumbit, ad lachrymas tertias uirtuose perueniendo. Iste mensam sanctissimæ crucis in corde pariter & in anima sua ponit. Ex quo mensam huiusmodi parauit, ibi recipiendo cibũ dulcis & amorosi filij mei, qui demonstrat aperte mei patris honorem atq; salutem uestram, propter quã latus eius aperiri uoluit, & semetipsum exhibuit uobis in cibum. Tunc anima comedere incipit honorem meum, & animarum salutem cum, odio, & magna peccati displicentia. Quem ergo fructum anima recipit in isto tertio statu lachrymarũ? Dico tibi, recipit fortitudinem quandam in odio sancto, fundatam contra propriam sensualitatẽ, cum uno fructu mihi gratissimo uerę humilitatis, & inuicta patientia, cum qua uitat omne scandalum: & ideo pœna priuat animã, quia cum odij gladio propriam uoluntatem interemit, ubi constitit omnis pœna uestra. Quia sola sensitiua uoluntas in se scandalum habet in iniurijs uel persecutionibus illatis, uel ex priuatione consolationum spiritualium siue tẽporalium, ut iam tibi dixi, & ita uenit ad impatiẽtiam. Sed quia uoluntas est occisa cum lachrymoso dulciq; desiderio, gustare incipit fructũ lachrymarum, uidelicet gloriosæ patientię. O fructus optabilis atq; magnæ suauitatis, & o q̃ uere dulcis es te gustantibus in ueritate, mihi quoq; gratissimus & acceptabilis es. Dum es in amaritudine gustas, & habes in te dulcedinẽ. Iniuriarum tempore tu pacem habes. Dum es in procelloso mari, ubi uẽti periculosi nauicula animę concutiunt, & illudunt undis, tu cũ pacifica tranquillitate conseruaris absq; detrimento quocunq;. Nauicula nanq; tua reperitur operta cum dulci & æterna uoluntate diuina, unde uestimentum accepisti charitatis ardentissimæ, ut aqua non ualeat ingredi. O filia dulcissima, ista patientia est una regina consistens in quadam arce fortissima, ipsa quotidie uincẽdo triumphat, nec ullo tempore uincitur, ipsa non uult esse sola, sed est cum uera perseurantia sociata. Est etiam ueluti medullũ charitatis ignitæ, ipsa quidem est quæ patefecit uestimentum eius, utrum in ueritate sit nuptiale uel nõ. Si uero fuerit in aliquo laceratũ ex imperfectione uirtutis, indilate manifestat per eius oppositum, uidelicet impatientiam. Omnes uirtutes aliquando se possunt occultare, demonstrãdo perfectionem cum imperfectæ fuerint, te autem o patientia latere nequeunt, quia si tu es in anima quæ directe medullum es uerę charitatis, aperte demonstras omnes uirtutes alias ibi uiuas atq; perfectas adesse. Et si tu non ades, aperte cognoscitur alias imperfectas esse uirtutes, & nonperuenerunt adhuc ad mensam sanctissimæ crucis. Tu patientia, concepta fuisti realiter in uera noticia propriæ fragilitatis atq; meæ bonitatis in se. Insuper odium sanctũ te peperit, & humilitate uera te perunxit. Tibi patiẽtia nullo modo denegatur honoris mei cibus atq; salutis animarum, sed ipsum affectuose quotidie manducas. Et in ueritate sic est. Aspicias o filia mea, uirtutem hãc excelsam in martyribus, qui cum sancta dulciq; tolerãtia manducabãt huiusmodi cibum animarum. Mors eorũ uitam exhibebat, atq; mortuos reducebat ad uitam, & ita mortalium criminum expellebat ab anima tenebras. Mundus iste cũ omni magnificentia sua, atq; domini siue tyranni cũ omni potentia sua se tueri minime poterãt ab eis, ex uirtute præfatæ reginæ dulcis patiẽtiæ. Ista gloriosa uirtus est quasi lucerna succẽsa super candelabro. Hic est ille fructus optabilis, quẽ exhibuit animæ lachryma, postquã attigit ad sui proximi charitatem manducando cum innocentissimo & immaculato agno filio meo dilectissimo cum desiderio cruciato & anxio, & cum intolerabili pœna mearum offensarũ cõtra me creatorem suum illatarum. Nõ dico

pœnam affligentem, quia uera dilectio cum cum forti patientia occidit omnem timorē & amorem propriū, unde pœna prouenit. Sed hæc est pœna solum ex offensa mihi facta, & detrimento proximi, quę fundatur in charitate syncerissima, pinguefaciēs animam. Itaque gaudet & in se lętatur, quia signum est aperte demonstrans esse me per gratiam singularem in anima.

De fructu quartarum & unitiuarū lachrymarum.

Caput xcvi.

DIxi tibi de fructu tertiarum lachrymarū, prosequar ergo tibi narrare de quarto & ultimo statu, de lachryma uidelicet unitiua, q tamē nō est a tertio statu segregatus, ut iā tibi dixi, sed unitur, uelut unitur mea charitas cū charitate ꝓximi, una cōditur ab altera. Sed ad quartum attingendo tantum excreuit anima, ꝙ non solum tolerat aduersa, quæcūq; patiēter, imo ualde libenter, & cum sancto gaudio uilipendit omnem recreationem, undecunq; sibi prouenire possit, anxie desiderans habere cōformationem cum unigenito filio meo Iesu Christo crucifixo. Hęc anima recipit fructum cuiusdam quietis mentis, & unam unionem perfectā per sentimentū in natura mea dulci diuina, ubi suauissime lac in ueritate gustat uelut infans qui requiescit pacifice ad ubera suæ genitrici, in ore tenendo mamillam, & ad se trahendo siue sugendo lac, ipsa carne pectoris mediante. Sic anima quæ peruenit ad hūc ultimum statum ualde mirabili modo requiescit ad ubera meæ diuinæ charitatis, in ore sancti desiderij tenendo carnem Iesu Christi crucifixi, uidelicet uestigia sua uirtuose realiter imitando, atq; doctrinam eius. Nā aperte cognouit in tertio statu, ꝙ ipsum nō oportebat per me patrem ambulādo transire, quoniam in me nulla pœna cadere potest, sed sic in dilecto filio meo. Vos uero nō potestis absq; pœna transire, sed cum tolerantia multa peruenietis ad uirtutes ueras atq; probatas. Vnde se collocauit ad pectus Iesu Christi crucifixi, & ita traxit ad se lac uirtutum, in quibus habuit uitam gratiæ. Et ita se ueritas habet. Nam uirtutes non habebant in se huiusmodi dulcedinem, nisi quia factæ fuerunt & unitæ in me, uidelicet intuitu & amore mei perpetratæ fuerunt, & in salutem animarum, & non intuitu propriæ consolationis, uel utilitatis. Nunc amabilis atq; dulcissima filia diligenter attende, q̄ gloriosus & uere dulcis est iste status in quo fecit anima tantam unionem pectori charitatis, ꝙ non inuenitur os absque pectore, neque pectus absq; lacte. Similiter hæc anima non inuenitur absq; Iesu Christo crucifixo, nec absque patre semper æterno, quem inuenit gustando summam & ęternam deitatem. O quis intelligeret & attenderet, qualiter implētur illius animæ potentiæ. Memoria semper impletur iugi recordatione mei, trahens ad se per amoris affectum ei collata mea gratiosa beneficia, nec tantum beneficiorum actum, quantum affectum meæ paternæ charitatis, cum qua sui largitus. Et præcipue beneficium creationis, attendendo se creatam ad imaginem atque similitudinem meam, super quo beneficio cognouit in primo statu supra posito pœnam, quæ propter ingratitudinem ei sequebatur. Et ideo surrexit a miseria culparum & iniquitatum suarum, ad beneficium preciosi sanguinis Iesu Christi, in quo ad eam gratiam recreaui, lauando faciem animę suæ, ac omniū aliorum a lepra peccatorum. Vbi anima reperit in secundo statu dulcedinem quandam amoris, gustando suauitatem atq; culpæ displicentiam, quam culpam ipse mihi tantum displicuisse uidit, & agnouit, ꝙ illam ualde punui super corpore dilectissimi filij mei. Post hæc adinuenit in se sancti spiritus aduentum, qui declarauit atque declarat animam in ueritate. Sed quando recipit anima lumen istud? Postquam agnouit per primum atque secundum statum in se beneficium meum, tunc habet in se lumen perfectum agnoscendo ueritatem meam, uidelicet quoniam ex amore paterno solūmodo motus, ipsam ego creaui ut haberet uitam æternam. Hęc est ueritas, quam aperte demonstraui uobis in sanguine Iesu Christi crucifixi. Postquam eam agnouit, amat eam, & amando demonstrat, uidelicet amando pure quicquid amo, & odiendo quicquid odio. Et ita se reperit in tertio gradu charitatis ꝓximi. Itaq; memoria repletur ad huiusmodi pectore in perfectione quacunq; trāsacta, quoniā in se retinuit ipsa beneficia mea. Intellectus ueo retinuit lumen introspiciens in memoria, & ibi ueritatem agnouit, & amittendo cęcitatem amoris proprij, remansit in lucidissimo sole, uidelicet in obiectū Iesu Christi crucifixi, ubi cognouit eum Deum uerum & hominem. Præter huiusmodi noticiam & agnitionem ex unione facta, surgit etiam & eleuatnr ad unum aliud lumen acquisitum, non per naturam, neque per propriam uirtutem ab homine patratam, sed per gratiam singularem a dulcissima ueritate mea concessam, quæ nunquam uilipendit anxia desideria, neque labores fideles oblatos ante me. Tunc affectus qui sequitur intellectum, unitur in me cum amore perfectissimo & ignoto.

Et si

Et si quis a me peteret quæ uel qualis est hæc anima. responderem: Est alter ego, quoniã in me se transformauit ex affectu & unione amoris. Quæ lingua corporalis exprimere posset excellentiam istius ultimi & unitiui status atq; fructus uarios & quamplurimos quos anima recipit in eo cum plenitudine potentiarum eius? Hæc est illa congregatio dulcis, de qua tibi feci mentionem, explanando supra de tribus gradibus uerbum incarnate meæ ueritatis. Non posset aliqua lingua corruptibilis explicare. Tamen hoc sancti Doctores ab isto lumine docti & illustrati demonstrant, cum quo sacram paginam explanabant. Vnde noueris ordinis tui glorioſum Thomam de Aquino habuisse scientiam suam magis p studium orationis & mentis eleuationem & lumen intellectus, quam per humanum studium. Ipse fuit ueluti lumen uale lucidum quod in ecclesia sancta collocaui, ut illuminarentur errorum tenebræ. Si etiam aspicias euangelistam glorioſum Ioannem, quantum lumen acquisiuit incumbendo supra pectus Iesu Christi filij mei, cum quo post multum temporis ita laudanter euangelizauit. Et ita discurrendo omnes isto lumine ecclesiam sanctam illuminauerunt, aliqui per unum modum, aliqui per alium. intrinsecum uero sensum, unionem perfectam, atq; dulcedinem ineffabilem exprimere lingua tua, nullo modo posset, quia finita res est. Hoc exprimere glorioſus apostolus uoluit dicens: Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt ea quæ præparauit Deus diligentibus se. O quã dulcis est illa mãsio, dulcis ultra quãcũque dulcedinẽ, cũ unioni perfecta, quã anima fecit in me. Quoniã & ipsius animæ nõ est uoluntas media, p eo ga me cũ facta uidetur unũ. Ipsa per uniuersum orbẽ odorẽ iactat ex fructu continuatũ, & humiliũ orationũ. Cum ingenti odore sancti desiderij clamat in salutẽ animarũ cum uoce sine uoce humana, corã diuina maiestate mea. Isti sũt unitiui fructꝰ quos comedit anima in præsẽti uita, in hoc ultimo statu cum multis laboribꝰ, lachrymis atq; sudoribus acquisito. Et ita cum uera perseuerẽtia ptrãsiit ab hac unione quæ licet in gratia perfecta sit, in seculo tamen existens est imperfecta, ga eo quod appetit satiari non potest, & quia cum corpore ligatur in quo lex peruersa uiget, quæ quasi dormitat ex affectu uirtutis, sed non est in se mortua. Et ideo potest excitari sublato uirtutis instrumento, quo mediante dormit. Ideo dicitur imperfecta nunc unio talis. ista tamen unio indubitanter animam introducit ad illam perfectionem æternam arq; felicissimam, quæ nunquam in aliquo casu potest auferri si ue minimi, prout iam tibi dixi, narrando de beatis, ibi gustat cum ueris gustatoribus in me uitam æternam, in oppositum eorum qui receperunt fructum sui gemitus æternum interitum. isti peruenerunt a gemitu finito & breui, ad æternã gaudia, recipiendo uitam glorioſam perpetuo duraturam, & cum fructu lachrymarum, & ignita charitate clamant, & offerunt lachrymas igneas ut iam dixi pro uobis in conspectu meo. Nunc explicaui tibi gradus lachrymarum, & ipsarum perfectionem, & imperfectionem atq; fructũ, quem anima recipit ex ipsis lachrymis, quia perfecti lucrantur uitam æternam, iniqui uero damnationem infernalem.

Reperitio breuis eorũ quæ supra dicta sunt. Et quomodo diabolus effugatur ab his q peruenerũt ad lachrymas quintas.

Caput xc.

NVnc ergo uidisti de statibus lachrymarum & illarum differentiam, prout meæ bonitati placuit explanare tuo desiderio satisfaciendo. De primis uidelicet illorum qui sunt in statu peccati mortalis quorum planctus generaliter a corde procedit, quia principium affectus, unde lachryma uenit, omnino corruptũ erat & ideo gemitus ide corruptus egressus est etiã cũ omnibus operibus eorũ. Secundus gemitus est illorũ q, ppter pœnã quæ segẽ post culpã cõmissam incipiunt agnoscere mala sua quę metẽtur. Hoc ẽ quasi generale principiũ a me datũ fragilibus, q uelut ignorãtes in flũine se spõte submergũt, in tãdo doctrinã unigeniti filij mei. Pluri mi uero sunt qui se ipsos agnoscũt absq; timore seruili, uidelicet proprię pœnæ quorũ aliqui subito procedunt cũ odio sancto sui, ex quo se dignos existimãt omni pęna.

Alĩ uero cum quadam cõmendabili simplicitate, mihi creatori suo seruire conãtur, dolentes de suis offensionibus contra me factis. Procul dubio magis aptus est ad perfectionem attingere ille qui cum odio magno sui procedit quam alĩ, licet exercendo se uirtuose bene perueniunt etiam illi, sed iste prius. Ille qui uadit cum odio sui uitare debet in timore seruili remanere. Qui uero procedit cum illa simplicitate sua, cauere debet ne remaneat in illa cũ tœpore mentis, non exercendo se feruenter & uirtuose. Hæc tamen est una cõmunis uocatio. Tertius atq; quartus gemitus est illorum qui derelicto timore perue nerunt ad amorem atq; spem, gustantes misericordiam meam in qua multa dona, & consolatioẽs a me gratiose recipiũt. Ex quibus oculus qui satisfacere cupit sensui cordis cũ gemitu lachrymas effũdit. Sed quia gemitus adhuc est imperfectus im/mixtus cũ planctu sensitiuo spirituali, sicut dictum est exercendo se feruenter, & uirtuose, peruenit ad quartum, ubi anima in sancto desiderio augmentata uoluntati meæ conformatur, & unitur in tantũ q̃ non ualet optare uel uelle, nisi quæcũq; uolo, charitate proximi uestita. Vnde recipit in se quendam amoris gemitum cũ amaritudine mearum offensarum, & animarum detrimenti. Hic est unitus cum quinta & ultima perfectione, in qua realiter unitur, ubi laudabiliter excreuit ignis sancti desideriĩ. Quem ignem desideriĩ sustinere non ualet aduersarius hostis antiquus, sed ilico fugit, & animã ita succẽsam igne sancto nullo mõ uulnerare potest, neq; per iniuriã illatam, quoniam in charitate proximi patiens effecta est, neq; per consolationem spiritualem siue tẽporalem, quia per odiũ & humilitatẽ ueram, hæc õia cõtemnit. Verũ est quia diabol⁹ ex parte sua nunq̃ dormit ullo tẽpore, & in hoc uos negligẽtes instruit, qui tempori uestri lucri somno uacatis. Vigilia uero sua talibus nocere nõ ualet, quia calorem huiusmodi charitatis eorũ, nullo modo sustinere potest, nec odorem unionis quã in me mari pacifico fecerũt, ubi nõ potest aia decipi, dũ ũita psistit in me. Itaq; fugit uelotius, ut a bolla feruẽti musca fugere solet ex timore magni caloris. Si aũt olla tœpescit, ipsa musca nõ expauescit, sed illã ingredit, ibiq; moratur. Quãuis aliquotiẽs ipsa perit ibidem inueniendo maiorem calorem quam existimauerat inuenire. Et ita contingit animæ priusquam ad statum perfectionis attingat. Diabolus iudicans ipsam tepidam, ingreditur ad eam cum uariis atq; multis tentationibus. Cum autem est ibi prudentia sancta, calor alicuius feruentis uoluntatis, atq; displicentia culpæ, uirili uirture resistit, uolũtatem alligando ne consentiat, cum funibus amoris uirtutum & odiĩ uitiorum. Lætetur igitur omnis anima quæ molestias atq; tentationes uarias, & multas habet, undecunq; proueniant, quoniam illa est uia perueniendi ad huiusmodi dulcem atq; glorioſum gradũ. Quia si meministi dixi tibi q̃ ex uera noticia & odio uestri & agnitionis meæ bonitatis in uobis, uos ueniebatis ad perfectionem. Nullũ itaq; tẽpus est in quo recognoscat anima sic a parte sui sum in ea, sicut illo tempore multarum tribulationũ. Quia si bene cognoscit attendendo se tentationibus obsessam atq; circundatam, & se liberare nequit neq; resistere quin illas habeat. Resistere quippe potest ne uoluntas illis acquiescat, aliter uero non. Tunc agnoscere se potest atq; debet, quia per se nihil est. Si enim esset, uel posset aliquid per semetipsam se liberaret a molestiis quibus omnino carere desiderat, & isto modo materiam habet humilitatis cum uera noticia sui. Et cum lumine sanctissimæ fidei recurrit ad me Deum æternum, cuius gratiosa bonitate sibi reperit uoluntatem bonam esse seruatam, quæ non consentit illis illicitis cogitationibus atq; tentationibus a quibus impugnatur. Rationabiliter igitur & iuste bene consortari deberis in doctrina dulcis & amorosi uerbi, uidelicet unigeniti filiĩ mei tempore multarũ afflictionũ, pœnarũ, tentationum & aduersitatũ, undecunq; perueniant, ex quo uobis uirtutem augmentant, & ad statũ pfectionis uiã exhibent & adducunt.

Qualiter deus a quibusdam qui gemere desiderant, ex ipsorum utilitate subtrahit habere lachrymas. Caput xci.

DIxi tibi de lachrymis pfectis & imperfectis, & qualiter oẽs lachrymæ cuiuscũq; manerii procedũt a uasculo cordis

dis, quare possunt oēs uocari lachrymæ cordiales. Differentia solūmodo cōsistit in amore salubriter ordinato, uel inordinato, & in amore pfecto, uel in pfecto. Nunc uero tibi dicere dispono, ut petitioni tuæ satisfaciā, de quibusdā qui uellent habere perfectionem lachrymarum & uidetur ꝙ habere nequeant. Tales ergo si nequeunt habere lachrymas oculorum, ne se reputent inanes, habere studeant igneas atq; cordiales lachrymas. Est enim gemitus unꝰ ignitus, uidelicet ueri atq; sancti desideriꝰ. Habēs igitur illū ex amoris affectu, quasi cōsumitur & uitā suā in gemitu dissoluere uellet & cōsumere pro diū sui & ꝓ animarū salute, neq; uero hoc obtinere posse. Tales inq̄ indubitāter habēt ignitas & multum acceptabiles atq; gratissimas lachrymas, in quibus spiritus sanctus, ante me ꝓ eis atq; ꝓximis eorum utiliter & affectuose deplorat, ga uidelicet mea diuina charitas animā offerentē hæc anxia desideria iugiter ante me flamma sua mirabili mō succēdit absq; lachrymis oculorum. Itaq; lachrymæ tales uere nūcupande sunt ignitæ, & isto mō potest dici spiritū sanctū in anima tali gemere. Quæ ga nequit habere lachrymas oculorū, offert anxiū desideriū & affectuosam. uolūtatē habēdi gemitū amore mei. Quā uis aperiēs oculū intellectus a pte cognoscet ꝙ in omni seruo meo qui flagrat odore sancti desideriꝰ, & humiles atq; cōtinuas orationes offert in conspectu meo, spiritus sanctꝰ quotidie gemit. Et hoc uelle uidebat exp̄mere gloriosus Paulꝰ Apostolus cū ait ipse spiritus sanctus postulat ꝓ uobis gemitibus inenarrabilibus. Igit̄ apte cognoscere potes, ga nō ē efficacię minoris iste fructus ignitarū huiusmōi lachrymarū q̄ sit ille lachrymarū oculorū. imo frequēter est ampliōris efficaciæ iuxta mēsurā amoris. Ideo talis aīa nullatenus, debet induci ad aliq̄mētis cōfusionē nec existimet se priuatā, uel excluſā a gratia mea ꝓ eo ꝙ optat habere, lachrymas & habere neqt eo mōq̄ desiderat, scilicet eas optare debet ordinate, cū uoluntate uidelicet uniformi cū uoluntate mea, & humiliter acceptare si do, uel si nego ꝓut uoluntati meæ placet. Aliquādo ego nō exhibeo lachrymas oculorum actualiter, ut anima quotidie stet ante me cū oratioē cōtiūa & affectuoso desiderio gustādo me, qm̄ habē do quod a me postulat, ei non esset utili/tatis illius quā existimat. Sed esset in mente sua quieta & cōsolata si petitionē suam optatā haberet & ita minueret siue tæpefieret affectus siue desideriū cū quo postulabat. Igit̄ in augmentū & nō in defecto uirtutis aliquādo subtraho lachryma oculorū, sed exhibeo mentales solūmō atq; cordiales igne sancto diuinæ charitatis accensas. Itaq; semp omni tpe piter & in omni statu ualde gratāter illas acceptabo, dū tamē oculus intellectus ueni nunq̄ amoueatur siue claudatur ab obiecto meæ ueritatis æternæ, sed cū amoris affectu lumine fidei illustretur. Quia uere sum optimus medicus, uos aūt infirmi, unde cum magna diligentia cūctis administro, put expedit uestræ saluti cū augmēto pfectionis animarū uestrarum. Hæc ē itaq; declaratio statuū lachrymarū de qbus a me prima & æterna ueritate tu dulcissima filia mea declarari petisti. Debes igitur submergere temetipsam in sanguine Iesu Christi crucifixi humilis & immaculati agni unigeniti mei, cū augmēto uirtutū, ut in te nutriat̄ ignis diuinæ charitatis.

Quomodo iiij. ex prædictis v. statibus lachrymarū exhibēt uarietatis plurima/rum, & quomodo deus uult sibi seruiri cū re infinita & finita. Cap. xcij.

ISti p̄dici quiq; statꝰ ueluti quinq; principalia canalia sunt, quoꝝ quatuor exhibēt habundātiā & infinitam uarietatē lachrymarū. Et oēs uitā exhibēt, inquātū exerceāt̄ uirtuose, sicut ibi dicitur. Nō dico ꝙ in hac uita sitis in gēitu infiniti, sed infinitas eas uoco ꝓpter infinitum animæ desideriū. Nūc audisti quomō lachryma ꝓcedit a corde, cor aūt illā oculo porrigit, quā prius in se cōceperat & aggregauerat infinito desiderio. Velut uiride lignū in igne positū q̄d uigore caloris gemēdo fundit aquam, qm̄ in se uiriditatē habet. Si uero siccū esset, aqua nō effūderet̄ sic cor hominis agit humectatū uiriditate atq; renouatiōe gratiæ, priuatū amoris ꝓpriꝰ ficcitate, q penitus animam exiccat a q̄libet uitore fructifero. Et ita sunt unitæ lachrymæ cū igne, uidelicet ignito desiderio. Et ga desideriū nūq̄ in p̄sāti uita satiat̄ neq; finit ideo quāto plꝰ amat, ei minꝰ a mare uidet̄. Et ita sāctū desideriū exercet̄ q̄dē in charitate fūdatū, ex q̄ gemit oculꝰ.

Etiam ex quo separata fuerit anima post mortem a corpore, pertingens ad me finē suum, non amittit ipsum desiderium suū, imo quotidie desiderat habere me, simul & proximi sui charitatem. Quia charitas ingreditur aulam æternam, ueluti domina, secum auferendo fructum omnium aliarum uirtutum. Finitur ergo quæcunq; pœna, non desiderium, ut iam tibi dixi: Anima nāq; me desiderat, & ipsa me possidet, & in ueritate fruitur, absq; timore quocunq; perdendi quod a multo tempore præterito desiderauit; & isto modo nutrit anima famem. Et dum famescit, iugiter in me saciatur, & saciata famescit: remotum est tamen a sacietate fastidium, & a fame procul est omnis pœna: quoniam in æterna beatitudine nulla perfectio deficit. Itaq; desiderium uestrum extenditur in infinitum, quoniam alias minime ualeret aliqua uirtus, mihi seruiendo solūmodo cū aliqua re finita. Nam ego qui sum deus uester, infinitus, a uobis uolo seruiri cum infinita re. Vos uero nihil habetis infinitum, nisi desiderium & affectum animarum uestrarum. Et ego sub hoc intellectu hoc dixi, q̄ erāt infinitæ uarietates lachrymarū. Et ita ueritas esse comprobatur ex infinito desiderio, quod est cum huiusmodi lachrymis unitum. Cum anima postea separatur a corpore, lachryma remanet extra, sed affectus charitatis ad se trahit omnem fructum ipsarum lachrymarum, quas omnino consumpsit, utlut aqua consumitur in fornace succensa. Nō q̄ aqua sit extra fornacem, imo calor ignis in se traxit eam atq; consumpsit. Sic anima quæ iam peruenit ad gustandum ignē diuinæ meæ charitatis, quæ migrauit a uita præsenti cum affectu charitatis meæ atque proximi sui, & cum unitiuo amore cū lachrymas effundebat, nunq̄ omittit offerre sancta desideria sua, beata simul & lachrymosa, sine pœna. Nō quippe lachrymas oculorū effundendo: quia iam est in fornace sic cocta, ut iam dixi: sed lachrymas ignis, a spiritu sancto procedentes. Ergo uidisti quomodo debeant infinitæ lachrymæ nominari. Nam etiam in hac uita lingua tua non sufficit enarrare quot uarij gemitus in statu prædicto fiāt. Ego uero tibi dixi differentiam illorum quatuor statuum, & etiam de fructu quem producit lachryma effusa cum desiderio, & quid operatur in anima.

Quomodo deo regratiatur hæc anima de declaratione prædictorū statuū lachrymarū: & ei tres petitiōes facit. Cap. xcvij.

TVNC hæc anima ex ingenti desiderio anxia pro declaratione quā habuerat a domino deo super statibus lachrymarū antedictis, ueluti philocapta dicebat: Gratias, gratias ago tibi summo & æterno patri, qui desideria sancta seruorū tuorū exaudis & imples, atq; salutē nostrā inæstimabiliter optas & amas: qui nobis ex amore paterno amorē exhibuisti tempore quo tecum eramus in guerra, mediante dilectissimo filio tuo. Per hunc igitur amorem ineffabilem tuum, & igniferam charitatem ex gratia tibi supplico, ut itinere tuto ad te uenire ualeam, cum salubri lumine, & non in tenebris curram p uiam sanctissimæ doctrinæ tuæ, cuius ap te mihi demōstrasti ueritatem, & ego possim agnoscere pariter & uitare duas alias fraudes, de quibus aliquando suspicor occurrere posse. Itaq; priusquam egrediar a statibus istis, a te pater æterne declarari uellem. Primum est si quis a me consiliū exposcet de modo seruiendi tibi, quid uel qualiter ei respondere debeo? licet ego pater æterne recolo quia mihi supra declarasti super illo uerbo tuo, dicens: Ego doctor in paucis uerbis, & multis operationibus. Nihilominus si maiestati tuæ placeret ulterius aliqua uerba tāgere, mihi gratissimum erit. Et insuper si orante me pro seruis atq; creaturis tuis, ego reperitē in oratione mentem unius ualde bene dispositam, mihiq; uidebitur illum intueri gaudentē in tetalium uero cōspexero quasi cū mente tenebrosa, nunquid ego pater æterne iudicare possum unū in luce gr̄æ, & aliū esse gr̄a priuatū? uel uidēdo quēdā ambulātē cū pœnitētia magna, & aliū absq; tali pœnitētia: nunq̄d iudicare possum illū q talē penitētiā agit, in maiori pfectiōe fore q̄ aliū? Suppliciter oro ut mihi declares hoc dubiū, ne sim in lumine meo qñq; decepta. Sed m est signū q̄d aīa recipit in uisitatione tua, uel aduersarij nostri. Si bñ recolo, dixisti, q̄ in uisitatiōe tua remanet aīa cū gaudio ad uirtutē animosa. Nunc scire poto utrū tale gaudiū a ꝓpria passione spūali posset aliqñ fraudari aut decipi?

Hæc

Hæc illa sunt, de quibus humiliter a te postulo declarari, ut in ueritate tibi seruire ualeam, & utilitatem afferre proximo meo, uitando quodlibet iudiciũ falsum erga creaturas tuas, & præcipue circa seruos tuos, eo quia mihi uidetur huiusmodi iudicium esse causam, ut anima fiat a te remota. Ideo uitare tantum inconueniens exopto.

Quomodo lumen rationis est necessarium cuilibet animæ uolenti Deo in ueritate seruire. Et primo de lumine generali.

Caput xcviij.

DEus autem æternus habendo complacentiã desiderij a tq; fam etalis animę, necnõ & de puritate cordis, atq; de synceritate desiderij, cum quibus optabat ei seruire, uertit ad eam oculum suę pietatis & misericordię, dicẽs: O dulcissima filia charissima, & sponsa fidelissima, leua te supra te, aperiens oculum intellectus, ad uidendam infinitam bonitatem meã, & amorem ineffabilem quem habeo circa te, & alios amicos meos, & aperias aurem tui sensus & desiderij, quia si tu non uideres, nõ posses audire neq; cognoscere ueritatem meam. Quia uidelicet anima quæ minime uidet oculo intellectus, in meæ ueritatis obiectum non potest audire siue cognoscere ueritatem. Ideo uolo ut apertius eam agnoscas, ut assurgas ultra tuum sentimentum sensitiuum, ego uero qui delector in tua petitione atque desiderio, tibi satisfaciã. Non quod ex uobis aliqua delectatio mihi possit augmẽtari, quoniã ego sum ille qui sum, & qui uos crescere facio, & non uos me, sed in memetipso delector de factura mea. Tunc anima fuit obediens eleuando super se, ut agnosceret ueritatem eorum quę petiuerat, Deus autem æternus ait ei: Vt apertius intelligere possis ea quæ tibi dicam, a principio sumam exordium de tribus luminibus, quę processerunt a me uero lumine. Vnum est quoddam generale lumen illorum, uidelicet qui sunt in communi charitate uiuentes. Et quanuis tibi de quolibet dixerim, tamen multa dixi tibi, quæ uolo replicare, ut infimus intellectus tuus intelligat apertius ea quæ nosce desideras. Alia quoque duo luminaria sunt eorum, qui a mundo sunt segregati, & ad perfectionem attingere desiderant. Et super hoc ego tibi declarabo de his quæ petiuisti, narrãdo tibi particulariter ea quæ tetigeram in generali. Si bene recolis, ego dixi tibi, quod absque lumine nemo potest per uiam ueritatis incedere, uidelicet absq; lumine rationis. Quod lumen rationis a me trahitis uero lumine, cum oculo intellectus, & cum lumine fidei, quod uobis in sacro baptismo tradidi, nisi uobismetipsis auferatis illud ex defectib⁹ uestris. In quo baptismo mediante uirtute sanguinis unigeniti filij mei, fidei formam accepistis, quæ fides cum exercitio uirtutis & lumine rationis ab ipso lumine illuminante, uobis uitam exhibet, adducendo uos per uiam ueritatis, & cum ipso peruenitis ad me uerum lumen, sine quo deuenire etis ad tenebras. Duo lumina quę procedunt ab isto lumine, sunt uobis omnino necessaria, quibus duobus etiam addam tertiũ. Primum est, quod uos omnes illuminati sitis in agnoscendo bona mundi transitoria, quæ uelociter transeunt ut uentus. Sed illa plene non potestis agnoscere, nisi fragilitatem uestram antea cognoscatis, quantum in se labilis est, & ualde prona cum peruersa lege, quæ membris uestris est alligata, mihi creatori uestro sæpe rebellans. Non tamen ex huiusmodi lege compellitur aliquis ad peccandum, siue ad committendum, uel unum minimum peccatum, nisi sponte consentiat. Ergo solummodo contra spiritum impugnat. Neque legem ipsam ego concessi hominibus, ut ipsi uincerentur atque succumberent, sed ut ipsi uincerent, & sic in animabus eorum augmentaretur atque probaretur uirtus, pro eo q; uirtus nullo modo probatur, nisi per eius oppositum. Sensualiter aduersatur quotidie spiritui, & ideo in illa sensualitate probat anima dilectionem, quam habet in me creatore suo. Sed quando siue quomodo probatur? Quando cum odio atque displicentia contra ipsam insurgit. Insuper etiam istam hominibus impendi legem, ut in humilitate uera conseruentur. Quare cum diligentia debes aduertere, quod cum ego creassem animam ad imaginem & similitudinem meam, & ipsam excellentissime dotassem tanta dignitate nobilissima, post modum illam associaui cum re tam uilissima sicut est corpus, ex luto quippe formatum, etiam alligando sibi legem huiusmodi peruersam, ne forsitan attendendo pulchritudinem suam, erigeret caput ex superbia cõtra me. Vnde fragile corpus habentibus huiusmodi lumen, occasionem exhibet humilitatis animæ. Neque materiam habet elationis, si se bene considerat homo, sed mansuetudinis & humilitatis. Itaque lex ista quantumcunque peruersa, nullo modo compellit aliquem ad quancunque peccati culpam, propter impugnationem quam facere possit,

imo

imo uobis occasionem exhibet, ut in ueritate uosmetipsos agnoscatis, & instabilitatem uitæ præsentis. Hæc aperte uidere debet oculus intellectus cum lumine sanctissimæ fidei, quam tibi dixi fore pupillam oculi. Hoc est illud lumen omnino necessarium omnibus habentibus in se rationem, qui participes esse cupiũt uitæ gratiæ, atq; fructus sanguinis immaculati agni in quocũq; statu fuerint. Qui uero caret isto lumine, indubitanter est in statu damnationis. Et ista est efficacissima ratio, ꝙ illi q̃ non habẽt lumen priuati sunt gratia, quia qui lumine caret, ignorat omnino culpæ malum, & ea quæ sunt in causa, & ideo uitare nescit, nec odire causam eius. Et modo consimili qui bonũ ignorat atq; boni causam, uidelicet uirtutem, amare non potest neq; optare me, qui sum uerum atq; summum bonum, neq; uirtutem quam uobis exhibui, uelut instrumentum & quoddam medium ad acquirendam & impetrandam gratiam meam, ubi cõsistit esse bonum. Itaq; patenter aduertere potes, quãtum uobis necesse sit habere istud lumen, quia culpæ uestræ non consistunt in alio, nisi amando quod odio, & odiendo quod amo. Ego diligo uirtutem & odio peccatum. Ergo qui peccatum amat, & uirtutem odit, se indubitanter offendere me nouerit, & est gratia mea priuatus. Hic ambulat uelut cæcus, qui peccati causam ignorando, uidelicet amorẽ proprium sensitiuum, non habet odio se ipsum, neq; peccatum agnoscit neq; malum, quod et sequitur ex uitioso peccato. Ignorat etiam uirtutẽ atq; me qui tribuo sibi uirtutem, unde uitam adipiscitur eam amplectendo & exercendo. Ignorat quoq; dignitatem in qua se conseruare potest, & ad gratiam uenire mediante uirtute. Vides ergo ꝙ ignorantia & sua cæcitas est occasio sui mali. Igitur uobis expedit omnino lumen istud habere sicut iam dixi.

De illis qui posuerunt affectum suum potius in mortificatione, q̃ in occidendo propriam uoluntatem, & hoc est plus q̃ generale lumen, & est lumen secundum.

Caput xcix.

POstquam anima generale lumen istud acquisiuit, sibi nullo modo debet esse contẽta, quia dum estis in hac uita mortali peregrini, potestis imo debetis iugiter in uirtute crescere. Qui uero crescere minime studet, ipso facto retrocedit. Quilibet ergo crescere debet in cõmuni lumine, quod acquisiuit gratia mea mediante, siue solicite conari debet ad secundũ lumen perfectum attingere, ut sic ab imperfecto perueniat ad perfectum. Cum lumine nãque uos oportet ad perfectionem attingere. In hoc uero secundo lumine perfecto sunt duę maneries perfectorum. Perfecti nanq; dicũtur, qui modum uiuendi communem secularium omiserũt per uiam ueritatis ambulãtes, modo tamen duplici. Nam aliqui conantur iuxta posse perfecte castigare corpus eorum, cũ cum grauissima & aspera pœnitentia. Et ut illa sensualitas eorum rationi rebellare nõ audeat, omnem affectum suum apposuerunt magis ad mortificãdum corpus, q̃ ad occidendũ uoluntatem propriã, ut alias tibi dixi. Isti pascuntur ad mensam pœnitẽtiæ. Et quippe boni sunt atq; perfecti, si pœnitentia fundata est in me cum lumine discretionis, uidelicet cũ uera notitia mei, pariter & ipsorum & cũ humilitate profunda. Et præsertim si attendant potius ad iudicãdum uoluntatem meam, q̃ uolũtatem hominum. Sed si non ambularent isto modo, uidelicet humiliter induendo uoluntatem meam, frequenter offenderẽt perfectionem eorũ, iudicando temere illos qui non uadunt per eandem uiam, quam ambulant ipsi. Hoc autem accideret eis, ex eo quia studium atq; desiderium suum apposuerũt amplius ad mortificandum corpus, q̃ ad occidendũ propriam uoluntatem. Tales uolunt quotidie tẽpus, locum & animæ consolationes atq; mundi tribulationes & diaboli prælia, secundũ uoluntatem propriam, & non sicut ego concedo, prout in secundo statu narraui tibi. Isti dicere solent a propria uolũtate fraudati, quam ego tibi nominaui spiritualem uoluntatẽ. Ego uellem consolationẽ illam & non tribulationem istam uel diaboli molestiam, nec ita desidero propter me, sed ut amplius Deo placere ualeã, & ipsum ex gratia magis in anima mea possideam, quia uidetur ei seruire perfectius isto modo q̃ illo. Et ita qui talis est, frequẽter in pœnam incidit atq; tędium, & ita quãdoq; fit incompotabilis sibimetipsi, & in hũc modum ostendit sui status perfectionem. Nec aduertit ꝙ ibi iacet uitanda putredo superbiæ, cum tamen iacet ibi, quia si mens uere foret humilis, & nõ ita præsumeret, uideret aperte cũ lumine rationis, ꝙ ego dulcis ueritas omnibus exhibeo statum, tempus, locum, atq; consolationes, ut expedit uestræ saluti, & ad perficiẽdam in anima perfectionem, & uirtutis augmentũ, propter quam & ad quam eam elegi. Et agnosceret ꝙ omnia tribuo cum affectuosa charitate. Ideo cum amore debet omnia recipere cum reuerentia, prout agunt ueri serui mei, de quibus tibi dicam, qui manent in isto perfectissimo lumine.

De

De tertio & perfectissimo lumine rationis, & de operibus quæ facit anima, postquã ad ipsum statum peruenit, & de quadam pulchra uisione quam habuit hęc anima.

Caput c.

HI tertij qui dicuntur secundi, postquam ad huiusmodi lumen gloriosum attigerunt, in omni statu perfecti sunt. Et omnia q̃ quomodolibet eis ego concedo siue permitto cum debita reuerentia suscipiunt, ut in tertio & unitiuo statu animæ tibi mentionẽ egi. Isti se reputant omni pœna dignos, atq; mundi scãdalis & consolatione priuati. Et sicut se pœna quacunq; dignos existimant, ita se reputãt indignos omni fructu siue consolatione, q uel quæ sequi debet in fine post pœnam. Nam in lumine gustauerunt, & agnouerunt æternam uoluntatem meam, quæ nihil aliud optat, nisi bonum uestrũ & ut in me sanctificati sitis. Et ideo uobis hæc omnia pmitto, & affectuosa charitate paterna concedo. Postquã anima cognouit eam, induit illam, nec attendit ad alia, nisi solum ad conseruandum, & augmentandum huiusmodi statum suum perfectum, ad laudem & honorem mei nominis, oculum intellectus aperiẽdo, cum fidei lumine, in obiectũ Iesu Christi crucifixi unigeniti filij mei, amando & uirili corde sequendo saluberrimã eius doctrinam, qui regula est & iter omnibus, uidelicet perfectis & imperfectis. Attẽdit enim amorosus agnus ei præbere doctrinam perfectionis, quam attente considerando phi locapitur in ea. Perfectio quidem hæc est qa uidit & agnouit ipsum unigenitum filiũ meũ, se nutrisse ad mensam sancti desiderij, quoti die perquirendo mei patris eius honorẽ, atq; salutẽ uestram. Et ex hoc anxio desiderio cũ ingenti solicitudine festinauit ad mortem obprobriosam, salutiferæ crucis, & ita perfecte obedientiam iniunctam ei per me patrẽ æternum, nunquã uitando labores & obprobria, nec ex ingratitudine uestra uel ignorãtia, nõ agnoscendo beneficiũ tam excessiuum & immensum, nec ex persecutione ludæorum siue murmurationibus uel clamoribus populorũ, nunquam se quoquomodo retraxit, sed omnia uelut miles ualde strenuus, atq; capitaneꝰ inuictissimus, expugnando prostrauit. Eum enim in campo prælij collocaueram, ut aduersantes dæmones expugnaret, & uos de manibus eorum liberaret omnino. Nã eratis ipsorum peruersæ seruituti damnabiliter obligati: & ut ipse uos instrueret de uia, doctrina & regula sua, & ita peruenire possetis ad ianuam æternæ uitæ uobis apertam cum clauę sui pretiosi sanguinis cum igne tantæ dilectionis effusi, cum odio atq; displicentia culparum uestrarum. Quasi dicat uobis amorosus iste filius meus: Ecce uobis uiam ostendi, & uitæ durabilis aperui ianuam, cũ proprio sanguine. Nõ sitis ergo negligẽtes, ipsam uirtuose prosequi, cum ignauia sedentes in amore proprio, & cũ ignorantia uiæ lucidissimæ, atq; præsumptione uolentes uestro modo mihi seruire, & non modo meo, quia uiam planam & apertissimã explanaui coram uobis. Surgatis ergo solicite sequentes eum, quia nemo potest ad me patrem æternum uenire, nisi per eum. Ipse uobis est uia, pariter & ianua, per quam uos oportet ad me mare pacificum ingredi. Cum autẽ anima peruenit ad gustandum hoc admirabile lumen, quia dulciter uidit & agnouit, ideo gustauit, ueloclssime currit ad me, ueluti philocapta cum ingenti dilectione ad mensam sancti Desiderij, non uidendo se propter se, quærendo cõsolationes proprias temporales uel spirituales, ueluti persona quæ totaliter in isto lumine atq; salubri noticia propriam uoluntatẽ abnegauit. Nullum omnino laborem uitat, undecunq; proueniat, imo lætatur cum pœna tolerare obprobria quæcunq;, molestias diabolicas, & murmurationes hominum & in mẽsa sanctissimæ crucis manducat honoris mei cibum, atq; salutis animarum. Neq; remunerationem aliquam exquirit a me, uel ab aliqua creatura, quia spoliatus est ab omni amore mercenario, quia me nequaquam amat aliquo respectu sui, & induit in ueritate lumen perfectum amando me syncere, sine respectu quocunq;, ubi solum ad gloriam & laudẽ nominis mei non seruiendo mihi, propter propriam consolationem, neq; proximo ex utilitate quacunq; priuata, sed ex amore puro. Isti perdiderunt semetipsos, exuentes hominẽ ueterẽ & induti nouum hominem, uidelicet Iesum Christum unigenitum meum, ipsum uirili corde sequentes. Isti sunt qui sedent ad mẽsam sancti desiderij, qui solicitudinem amplioren opposuerunt ad occidẽdam uoluntatem propriam, q̃ ad mortificandum corpus, ipsi quip emortificant etiam corpus, sed nõ pro affectu principali, sed uelut instrumentum & in adiutorium ad occidendum propriam uoluntatem, sicut ego tibi supra dixi, super illo uerbo, dicens, q ego delectabar in paucis uerbis, & multis operibꝰ, & ita facere debetis, qa principalis affectus esse debet in occidendo propriam uoluntatem, ut non quærat, neque uelit, nisi solummodo sequi Iesum Christum crucifixum, honorem & gloriam nominis mei exquirendo solicite, atq; salutem animarum. Isti qui consistunt in isto glorioso lumine realiter

liter ita faciunt. Et ideo semper inquiete morantur, nec habent unde scandalizentur, quia remouerunt a se uoluntatem propriam, unde scandalum oriebatur. Et omnes mundi persecutiones, ue l aduersarij tentationes uicerunt, illas uilipendendo suppeditantes. Ipsi consistunt in aqua multarum tribulationū atq; tētationum, sed in fine nullū omnnio detrimētum habent, eo quia roborati sunt, atq; fulciti a sustentaculo sancti & igniti desiderij. Omnia præbent eis gaudij sancti materiam. Neq; iudicant aliquādo seruos meos, uel alias rationabiles creaturas, imo lętantur de quocūq; statu siue modo quem uidēt gaudendo, dicētes: Gratias tibi pater æterne, quoniam in domo tua māsiones multę sunt & uarię. Et ampliori gaudio lætantur, attendentes amicos meos per varias uias ambulantes, q̄ si omnes per eādem uiam ambularent, quia magis in hoc apparet excellentia meæ bonitatis. Et omnibus augetur eis gaudium & attrahunt odorem rosarum. Neq; solummodo de bono uiri tutis ædificantur; uerumetiam de manifesto peccato iudicare nolunt, imo cum una charitativa cōpassione me pro transgressoribus huiusmodi deprecātur cum humilitate perfecta, dicētes: Hodie tibi, & cras mihi, nisi diuina gratia me conseruet. O charissima filia mea, cordialiter afficiaris, atq; congaude ad hunc excellentem atq; gloriosum statum. Et aspicias istos q̄ currunt in isto pretioso flumine, & ipsorum excellentiam, eo quia mentes habent omnino sanctas, comedentes ad mensam sancti desiderij, & cum lumine peruenerunt, ut animarum cibo nutriātur, ad honorem mei patris æterni, induti uestimento dulci immaculati agni dilectissimi filij mei, uidelicet doctrina sua, cum ignifera charitate. Isti tempus amittere nolunt in dando falsa iudicia contra seruos meos, neque contra seruos mūdi, neq; scandalizantur ex aliqua murmuratione, siue fit contra se siue contra proximum, murmurationem nāq; contra se tolerare contentantur amore mei: quando uero fit aduersus alios ex compassione proximi tolerant, & non iudicando siue murmurando contra patientem uel agentem, quoniam amor eorum ordinatus est in me ę lesti patre, ac etiam in proximo suo. Et quoniam ordinatus est nullo tempore scandalizantur uersus eos, quos ita diligunt, uel circa creaturam aliquam habentem inferationem. Ac etiam iudicare uoluntatem alicuius hominis omnino renuunt, imo solum in omnib⁹ iudicant uoluntatem clementiæ meæ. Isti doctrinam obseruant in principio uitæ tuæ tibi datam ab unigento filio meo, dum ab eo postulasti cum ingenti desiderio, quomodo peruenire posses ad perfectam puritatem. Apertissime tibi respondit: Si tu uis ad perfectam puritatem uenire, atque scandalis omnibus esse priuata, semp uniaris in me per amoris affectum, eo quia summa sum & æterna puritas. & sum ignis ille, qui animam in ueritate purifico. Vnde quanto mihi magis adhæret, tanto magis efficitur pura, & quanto magis a me discedens elōgatur, amplius efficitur immunda. Et ideo cadunt in tot iniquitates homines uitæ præsertis, qui elongati sunt a me. Nam anima quæ se mihi realiter unit, proculdubio de puritate mea participat. Rem etiam aliam te facere conuenit, ut attingere possis ad unionem atque puritatem istam, uidelicet ut nunquam iudices in aliqua re quam nideris ab aliquo fieri siue dici contra te, siue contra aliū uoluntatem hominum, sed in omnibus uoluntatem meam. Et si tu uideres etiam peccatum expressum, extrahas ab ista spina rosam odoriferam, uidelicet eos offerendo coram me: pueram & fraternam compassionem. Et injurijs tibi factis iudica, quod uoluntas mea ita permittit uel ordinat, ad experientiam uirtutis in te, pariter & in alijs amicis meis, iudicando q̄ ille facit ita, uelut instrumētum a me positum & ad hoc electum, & præcipue, quia frequenter accidit huiusmodi bonam intentionem habere, quia nemo iudicare potest occulta cordis hominum. Illud uero quod non uides uel agnoscis expressum & apertū esse mortale peccatum, in mente tua iudicare nullo modo debes, imo solummodo uoluntatem meam in eis. Si autem expresse cognoueris, etiam non debes assumere pro iudicio, sed per compassionem, ut iam dixi, & isto modo perueniesad puritatem perfectam: quia sic agendo tua mens nullo tempore scandalizabitur in me, nec in proximo tuo. Nā indignatio solet accidere contra proximum, quando iudicatis uoluntatem eius esse malam contra uos, & non uoluntatem meam in eo. Quæ quidem indignatio separat animam a me, atque perfectionem uestram impedit, & in quibusdam etiam aliquando gratiam aufert ab ea, plus uel minus iuxta grauedinem indignationis uel odij concepti contra proximum, propter huiusmodi iudicium. Sed e conuerso pacem anima sentit in se, quæ uoluntatem meam iudicat ut est dictum, quę solum modo bonum uestri ū exoptat. Et omnia quæcunque do uobis uel permitto, facio solum ut habeatis illum finem gloriosum ad quē ego creaui uos. Et quia talis iugiter in dilectione sui proximi consistit etiā immoratur in dilectione mea, ubi consistens unitur

unitur in me. Ideo si desideras ad puritatē attingere quam a me petis, omnino tibi necessarium est ista tria principalia facere. Primo ut uniaris in me per affectum amoris, in memoria iugiter habendo beneficia mea, quæ tibi feci, & oculo intellectus attendendo meæ charitatis affectum, quia uere uos ineffabiliter diligo. Et in hominis uoluntate iudicare debetis uoluntatem meam, & non malam uoluntatem hominum persequentium siue detrahētium, quoniam ego solus iudex existo, & non uos, & hinc extrahere poteris omnem perfectionem. Et hæc est illa doctrina, quam tibi tradidit uerbum incarnatum, si bene memini sti. Nunc amantissima filia mea, tibi dico, q̄ isti de quibus tibi dicebā, q̄ uidebatur eos huiusmodi doctrinā opere didicisse in uita præsenti gustant arram æternæ uitæ. Si doctrinā istam in mente conseruueris, in dubitanter euades diabolicas fraudes, q̄a cognosces etiam a remotis. Et insuper ea quæ a me petisti, nihilominus ad satisfaciēdum sancto desiderio tuo, clarius tibi pandam, aperte demonstrando, q̄ nullum iudicium uos uirtuose dare poteftis pro iudicio, sed pro sancta cōpassione.

Per quem modum arram æternæ uitæ recipiunt in uita præsenti, qui consistunt in isto glorioso & perfectissimo tertio lumine.

Caput ci.

DIxi tibi, q̄ huiusmodi serui mei recipiunt arrā æternæ uitæ in præsenti sęculo. Arram utique recipiunt, sed non solutionem ad plenum. Nam expectant illam in me uita durabili, fęliciter habere, ubi semper est uita sine morte, satietas absq; fastidio, atq; fames absq; pœna. Quoniam est a fame remota quęcunq; pœna, nam ibi omnes habēt quæ desiderant, tamē a satietate remotum est omne fastidium, quoniam ego sum huius uitæ cibus absq; defectu quocunq;. Sed in uita præsenti recipiunt arram isto modo, quoniam incipit hic anima famescere, & feruenter optare mei patris ęterni gloriam & honorem, atq; cibum salutis animarum, & isto cibo famē suam pascit. Quia uidelicet anima nutritur ex charitate proximi, salutē cuius ingenti fame peroptat. Et hoc eius desiderium est ei, quasi cibus ex quo nutritur. Nunquam tamen in præsenti uita satiatur, quoniam insatiabilis est, & ipsi quotidie remanet ipsa fames. Et uelut arra est initiū securitatis, quæ datur homini pro futura solutione completa, licet in se sit imperfecta, nisi quia recipiens illam, est in mente certificatus de solutione futura recipienda, sic hęc anima philocapta & uestita doctrina meæ ueritatis, quæ iam accepit arram in semetipsa mec charitatis, atq; proximi sui expectat in uita durabili recipere perfectionē integrę solutionis indubitanter. Hęc arra quidē est imperfecta, nā anima quę gustat illā, nō habet adhuc pfectionē absolute, ita q̄ non sentiat in se pœnā & in alijs. In se quippe pœnā habet ex offensa mea propter legē puersam, quę ligatur in mēbris eius, qm̄ cōtra spiritū impugnat. In alijs autē ex offensione ꝓximi sui. Perfecta quidem est quoad gratiam, nō tamen in ea pfectione qua sancti mei do tantur, q̄ iam ad me ꝓuenerunt uitam durabilē, sicut iam tibi dixi, q̄ eorꝫ affectuosa desideria sunt absq; pœna, uestra uero sunt cum pœna. Stant igitur isti serui mei qui nutriūtur ad mēsam huius desiderij sancti, ut alias tibi dixi, beati simul & doloroſi, put unigenit⁹ filius me⁹ in cruce stabat. Caro nanq; sua ꝓpter illata tormēta grauissima, ualde dolebat, sed eius anima beata semp erat ex unione diuinę creaturę. Similiter isti beati sūt ex unione sancti desiderij eorꝫ in me, sicut iam dixi, quoniam induerunt ex toto dulcem uoluntatem meam. Doloroſi uero sunt ex compassione proximorū, & quia sensualitatem ꝓpriam iugiter affligunt, auferēdo sibimetipsis omnes delicias atq; sensuales consolationes.

Quomodo proximus argui debeat dolendo uitare iudicium falsum. Caput cij.

NVnc aduerte charissima filia, Nam ut amplius esses in tua mēte declarata sup eo q̄ a me postulasti, dixi tibi de cōi lumine, qđ oēs habere debetis in quocūq; statu fueritis. Loqr de illis q̄ cōmorantur in charitate cōmuni. ac etiam tibi dixi de illis q̄ sunt in lumine pfecto. Qđ utiq; lumē in duo tibi distinxi. Vnū erat illorꝫ, q̄ discedentes a seculari uita, studebant ualde mortificare sua corpora. Secūdū erat illorꝫ, q̄ principaliter uacabant ad occidēdum ꝓpriam uoluntatē. Et isti sunt illi pfecti, q̄ se nutriebant ad mēsam sancti desiderij. Nūc autē in particulari tibi loqr, licet loquendo tibi proderit etiam alijs, & ita tuo desiderio satisfaciā. Ego uolo te ꝑcipue tria facere, ut ex ignorantia nō impediatur in aliquo pfectio tua, ad quam ego te uoco & inuito, & ut aduersarius diabolus sub specie boni atq; mantello uirtutis charitatis ꝓximi nutrire nō ualeat in anima tua radicē prę sumptionis, qm̄ hinc in falsa iudicia ꝑcipitaret eris quę tibi ꝓhibui. Tibi qdem iuste iudicare uideretur, & ecōuerso tu iudicares iniuste, sequendo tuū uidere. Et aliqn̄ dęmonium ueritates tibi plures ostenderet, ut postea te ꝑcipitaret in falsitatem atq; mendacium. Et hoc ideo faceret ut esses iudex intentionum atq; mentium creaturarum habentiū inse rationem, Et hoc est absolute solummo

do meum. Hoc est unũ ex illis, quę uolo q̃ omnino serues & habeas in te, uidelicet q̃ nemi nẽ iudices absq; modo, sed uolo iudicium tuũ habere modũ. Modus autẽ est iste, q̃ nisi defectũ, pximi tui prius expresse non solũ semel uel bis, imo pluries aperte manifestarẽ, in mẽte tua nõ debes in particulari redarguere, uidelicet illũ in quo uidetur esse defect⁹. Sed in cõmuni corrigere debes uitia te uisitantiũ charitatiue, plãtando uirtutes, & cũ affabili benignitate. Tamen q̃n uideris expedire cũ benignitate, poteris etiã aspritatẽ imiscere. Quãuis ergo tibi uideatur, q̃ ego tibi pahdã defectus alienos, nisi cognoscas expresse meã esse reuelationẽ, ut iã dixi, nõ arguas in particulari, sed ambula per uiã tutiorẽ, ut uitare possis astutiã atq; fraudẽ diaboli. Quia cũ hamo talis desiderij te decipere posset inducẽdo te ad iudicandũ in pximo, quod a ueritate remotũ esset, unde posses eũ sępe iniustre & iniuste scandalizare. Vnde sit in ore tuo silentiũ, uel unũ sanctum colloquiũ, in cõmendando uirtutes & uitia contẽnendo. Et q̃n tibi uidetur in pximo tuo defectũ aliquẽ agnoscere, cũ quadam humilitate dulciuna secũ etiã temetipsam argue. Tunc si uero uitiũ illud erit in proximo quẽ corrigere cupis, absq; dubio corripietur, emendabitur agilius attendendo se, ita dulciter esse cõprehensum, & ilico tibi dicet illud quod ei dicere uolebas. Tu uero secura stabis, & ita diabolo p̃cidisti, & obstruxisti uiam, quia te decipere nõ ualebit, nec impedire pfectionẽ animæ tuę. Itẽ uolo te prudẽter aduertere, quia confidere nõ debes in aliqua uisione, sed poti⁹ huiusmodi postergare coneris, & eas humili corde uitare. Et solũmodo remanere studeas in agnitione tui, & in te cognoscere meã ineſtimabilẽ bonitatem. Ita faciunt illi q̃ peruenerunt ad statum pfectionis, de quibus tibi dixi, quia q̃tidie redibam ad uallẽ cognitionis ipsoꝝ. Neq; tamen in hoc impedebat in eis altitudinem unionis, quam in me fecerant. Et hoc unum est illorum triam, quæ te uolo seruare, ut in ueritate mihi seruias.

Si quis in oratione uidet aliquem proximum esse tenebrosum, nõ tamen debet ex hoc a seruo Dei temere iudicari, q̃ ille sit in peccato mortali.

Caput ciij.

SEcundum est, de quo declarari petisti, q̃ si quandoque contingeret, q̃ me rogares in particulari pro aliquibus proximis tuis, & in oratione uideres in uno pro q̃ rogas aliquod gratiæ lumen, & in alio non, licet ambo sint amici mei, sed tibi uideretur, q̃ unus mentem haberet inuolutam atq; tenebrosam, tu uero non debes, nec etiam uirtuose potes eum iudicare, q̃ graui culpa subiaceat, quia frequentissime iudicium huiusmodi falsum esset. Vnde uolo te non ignorare, quod aliquando tu me rogas pro eadem persona, & una uice uidebis eã cum lumine iucundo & uno desiderio sancto coram me, in⁹m, quod de bono illius uidebitur tibi quod anima tua pingueſcat, ut affectus uerę charitatis exigit, s. ut unusquisq; lętetur & exultet de prosperitate proximi sui, & alia uice uidebis eũ ita, quod tibi uidebitur mẽtem suam ualde remotam a me, totam tenebrosam, atq; molestijs exagitatam, ita quod tibimetipsi uidebitur ualde laboriosum orationẽ effundere coram me pro eo. Quandoq; hoc ex aliquo contingit defectu illius, pro quo rogas, multoties tamen occurrit, non ex defectu suo, sed quoniam ego Deus ęternus ab eius anima me subtraxi per sensum, prout ego frequenter ago, ut anima perueniat ad perfectionem, prout ego in statibus animæ tibi narraui, quia me quandocũq; subtraho per sensum, sed non per gratiam. Vnde tunc anima nõ sentit aliquam dulcedinem uel consolationẽ, ideo mens est arida, sterilis atq; pœnosa quam pœnam etiam extendere permitto, usque ad animam qui orat pro tali. Et hoc ago ex affectuosa charitate, quam habeo ad illam animã, quę recipit orationẽ, ut ille qui me rogat, una secũ adiuuet ad dissoluendam nubem, quæ mẽtem eius obumbrauerat. Itaq; dulcissima filia, uides cum quanta procedit ignorantia, & quãtum esset arguendus ille qui iudicare uellet ex ista simplici uisione, quod uitium graue foret in anima tali, quauis ego demonstrassem ita tenebrosam, de qua tam uidisti & intellexisti, quia non est priuata gratia, sed solũmodo sensu dulcedinis, quam ei de me dabam. Igitur uolo tu quoq; uelle debes, & alij serui mei, q̃ attendatis ualde diligenter ad agnitionem uestri, ut perfectius agnoscatis in uobis ineſtimabilem bonitatem meam. Et hoc & aliud etiã iudicium mihi relinquatis, quia meum est, & non uestrum. Sed omittatis iudiciũ quod utique meum est, & assumatis uestræ menti compassionem erga proximum, cum fame honoris, atque salutis animarum, cum anxio desiderio annunciando uirtutes, uitia uero redarguite in uobis, & in eis, ut ibi superius est expressum. Et in hunc modum in ueritate uenies ad me, demonstrans aperte meminisse doctrinę cum obseruantia commendabili, quam ab incarnata ueritate recepisti, uidelicet in omnibus uoluntatem meam iudicando, & non uoluntatem hominum. Et ita facere debes, si desideras in ueritate uirtutem adipisci realem, & morari

iugiter

fugiter in ultimo perfectissimo atq; glorioso lumine, nutriendo te semper in mensa desiderij sancti, de cibo salutifero animarum, ad gloriam & laudem sancti mei nominis.

Quomodo pœnitentia sumi non debet p fundamento principali, sed affectus & amor uirtutum. Caput cliij.

TIbi charissima filia dixi de duobus. nunc uero tertiũ addam, quod a te requiro, circa quod habeas aduertentiam, & argue temeti psam, si quandoq; molestiam senseris a diabolo uel a præsumptione tua, desiderando uidere seruos meos omnes ambulare per uiam illã per quam tu uadis. Nam hoc esset contra doctrinam, quã ueritas incarnata tibi tradidit. Quia frequenter occurrit, q; aliqui uadunt p uiam abstinentiæ, uel admirabilis pœnitentiæ, & ita uellent omnes agere. Si uero ita fieri nõ uiderint, assumunt inde displicentiam, & in se scãdalizantur, iudicando tales nõ ambulare salubriter. Attende q; isti ualde decipiuntur, qa frequenter accidit, q; ille de quo sic iudicant, ampliorẽ merebitur habere gratiã, licet ipse se nõ affligat in tãta pœnitẽtia, q̃ illi q; scandalizantur in eo, & maiori pœnitentia cõteruntur. Et ideo tibi iam dixi, q; illi qui pascuntur in mensa pœnitentiæ, nisi procedant cũ humilitate uera, & q; p principali fundamẽto & affectu nõ assumant pœnitẽtiam ipsam, sed pro uirtutis instrumento, sæpe propter huiusmodi murmurationẽ suã pfectionẽ offendunt. Et ideo nõ debẽt ignoranter incedere, sed attẽdere, qa pfectio nõ cõsistit solũmodo in macerãdo corpus, imo potius in occidendo puersam atq; ppriam uoluntatẽ. Et p hanc uiam abnegatæ uoluntatis, & uoluntati meæ subditæ desiderare debetis oẽs ambulare. Hæc est doctrina lucis illi⁹ luminis glorioſi, in q̃ anima philocapta currit induta realiter uoluntatẽ meã. Non tñ ego contemno pœnitentiam, qa pœnitẽtia qdẽ utilis est ad domãdũ atq; castigandũ corpus, qñ cõtra spiritũ impugnare uellet. Sed amantissima filia, nolo q; hoc accipias tanq̃ regulã omnibus imponẽdam. Nam oĩa corpora nõ sunt æqualis cõplexionis, qa natura fortioris est unus q̃ alter. Et etiã qa frequẽter occurrit, qd̃ p pter accidẽtia diuersa pœnitẽtiam iã cepta oportet omittere. Itaq; si fundamentũ esset in te, uel alteri psuaderes, qd̃ sup pœnitẽtia faceres uel faceret omina, deficeret & esset imperfectũ. Et ita cõsolatio uobis abesset, & uirtus in anima, cum effectis priuatiue quam inordinate diligebatis ubi feceratis principiũ uestrum, & ita iudicaretis uos esse priuatos gra mea. Sic igitur existimetis uenturos ad importabile tædiũ & ingentẽ amaritudinẽ atq; confusionẽ, ex quo p deretis exercitium uirm, atq; oronem feruentẽ, quam offerre mihi solebatis agendo pœnitẽtiam illam. Qua dimissa propter occurrentia plurima, non sapit uobis oro illo modo q̃ prius, imo quodammodo uidetur insipida. Hoc uero contingeret, qa fundamentũ esset collocatum in corporali pœnitẽtia, & in eius affectu, & non in anxio desiderio sancto. Desiderũ intelligo ueræ atq; realiũ uirtutũ. Itaq; potes attente considerare, qt̃ inconuenientia mala sequerentur uobis uolendo facere principium atq; fundamentũ in pœnitẽtia corporali, qa p pcederetis ignoranter & iniuste murmuraretis contra seruos meos, & ueniretis ad amaritudinẽ ualde tædiosam. Et mihi seruire studeretis operibus finitis, cũ ego sim bonũ æternũ & infinitũ, & ideo a uobis expecto desiderium infinitum. Oportet ergo qd̃ fundamentũ uirm sit in occidendo & abnegando ppriam uoluntatẽ, & cũ ea uoluntati meæ subiecta, mihi p bebitis infinitum famelicũ atq; dulce desiderũ, honorẽ meum exgrendo, & animarũ salutẽ. Et nutrietis uos in mensa sancti desiderij qd̃ nunq̃ in se uel in proximo suo scandalizatur, sed in oĩbus exultando gaudet, atq; fructum extrahit de tot. & ita uarijs modis, q̃s in animarum salute teneo. Nam ita faciunt illi miseri qui doctrinam istam obseruare nolunt, uiã utiq; dulcem atq; directam a dilectissimo filio meo uobis exhibitam & ostensam, imo faciunt oppositum iudicando temere iuxta cæcam infirmitatem eorum. Et ideo ueluti frenetici suam uitam ignorant, unde semet ipsos inueniunt esse priuatos bono terreno, pariter & cælesti. Et ut alias dixi, gustant in uita præsenti arram inferni.

Repetitio in summa cum quadam additione de reprehensione pximi. Caput cv.

NVnc ergo filia charissima, satisfaciendo tuo desiderio, declarauit te super eo, qd̃ a me postulasti, uidelicet quomodo pximum arguere debeas, ne quandoq; dæmoniaca fraude decipiaris, nec etiam ab infimo iudicio tuo, qua uidelicet in generali arguere debes. & nõ in speciali, nisi forte tibi reuelasse expresse, sed cũ humilitate, sicut admonui te, redargueres de bestia cum eis temetipsam. Etiam tibi dixi, & iterato dico, quia nullo modo licet tibi iudicare creaturam aliquam rationalem in communi siue particulari, neq; mentes amicorum meorũ, siue reperias eas esse dispositas, uel etiã indispositas, propalando tibi causam quare iudicare non debes, quia iudicando proculdubio te fraudatam inuenies in tuo iudicio. Sed tu pariter & alij compassionem habere debetis, iudicium uero mihi relinquatis. Etiam

Etiã te docui doctrinam, quã exhibere debes uenientibus ad te pro consilio, quomodo possint egredi de tenebris mortalium peccatoꝝ, & uiã prosequi uirtutũ, ut uidelicet cis exhibere coneris pro principio atq; fundamẽto uirtutũ amorẽ & affectũ, cũ ipsorũ agnitione, pariter & meę bonitatis in eis, & abnegẽt & occidant in se propriã uoluntatẽ, ut in nullo mihi penitus rebelles inueniantur. Pœnitẽtiam autẽ eis exhibe, uelut instrumentũ uirtutis, & non proaffectu principali, sicut iam dixi: non tamẽ ęqualiter omnibus, imo prout uideris eos ad portandũ aptos, & iuxta possibilitatẽ atq; statum suum. Aliqui possunt amplius, aliqui uero minus, secundũ aptitudinẽ exteriorũ instrumẽtorum. Et quia te monui, ꝙ in generali proximos argueres, & non in particulari, nolo tamẽ ut credas, ꝙ actualiter uidendo quendam expressum defectum in proximo tuo, tu non possis eum corrigere inter te & ipsum, imo potes. Et etiam si esset obstinatus ad se corrigendũ, ordinate potes & iuste manifestare duobus uel tribus. Et si nõ, pdest ita fecisse, potes ecclesię sãctę corpori mystico patefacere. Sed ego te cautam esse uolui, ne temere iudicare uelles ex aliqua uisione leui, nec per sensum in sua mente, nec etiam per uisum exteriorẽ tu nõ debes prȩcipitanter & incaute prorumpere ad arguendum proximum in speciali, nisi tibi constaret a me procedere p expressam reuelationem, & eo modo sicut iam dixi. Hæc uia tutior est, ut a diabolo decipi non ualeas sub umbra charitatis proximi.

De signis ad agnoscendum quando uisitationes & uisiones mentales a Deo sint, uel a diabolo.

Caput cvi.

EXpleui charissima filia, declarare te super hoc articulo, quantum expediens est ad conseruandam & augendam perfectionem in anma tua. Modo te declarare uolo super eo quod a me postulasti, uidelicet de signo, quo possis aperte cognoscere si uisio uel uisitatio mentalis quam anima recipit aliquando, fuerit a me, uel a diabolo. Super hoc alias tibi dixi, quod quãdo procedit a me uisitatio, signũ erat alacritas in anima remanens post uisitationem, famesq; uirtutum, & prȩcipue cum anima remanet uncta uirtute profundę humilitatis, atq; diuinæ charitatis igne succensa. Sed quia petis, utrum in alacritate tali possit interesse fraus aliqua diabolica, qa fi sic esset, uelles uia tutiori perambulare, uidelicet habendo & attendendo signũ uirtutis, quę decipi non uaet, ego tibi pãdam in prȩsenti fraudẽ, quæ recipi potest, & quomodo cognoscere possis utrum alacritas illa fuerit in ueritate, an non. Fraus inimici potest isto modo recipi: Ego uolo te noscę, quia quodcunq; creatura rationalis amat uel optat habere, postq̃ habuit, inde gaudium habet. Et quanto magis amat id qđ habet tanto minus uidet, uel prudenter agnoscere studet unde uenerit, ex delectatione quã habet, & assumpsit habendo rem quam optauerat. Quę delectatio uel alacritas inordinata mentem eius impedit, ne uideat uel discernat. Sic isti qui delectantur & appetũt habere cõsolationes huiusmodi, mentales uisiones exquirunt, & amplius principalem affectum in cõsolationis delectatione posuerunt, q̃ in me directe. Sicut ego dixi tibi de illis q adhuc erant in statu imperfecto, qui attẽdebant ad donũ consolationum, quas a me donatore recipiebant, q̃ ad meę charitatis affectum, cum quo largior eis. Hinc ergo tales in alacritate sua facillime decipi possunt ultra fraudes alias, quas in alio loco tibi distincte recitaui. Aliquando nanq; fraudantur in isto, quia postq̃ ipsi cõceperunt amorẽ & auiditatẽ ad huiusmodi cõsolationes, ut est dictũ, ex quo postea recipit cõsolationem uel uisionem, eorum anima lætatur ualde, quia se recepisse uidet quod amat, & optabat habere. Vnde sępius hæc alacritas a dęmonio procedere posset, licet alacritatem huiusmodi sentiret, de qua tibi dixi, ꝙ quãdo uisitatio procedebat a dęmonio ueniebat ad animam cum quadam alacritate, postea uero cũ pœna remanebat, atque conscientiæ stimulo uacua uirtutum desiderio. Nunc autem auisote, ꝙ anima quandocunq; poterit alacritatem istam habere, ac etiam cum eadem ab oratione surget. Attente tamen aduertendum est, quia si fuerit hæc alacritas absque uirtutis ignifero desiderio & humilitate peruncta, non remanserit anima, nec in fornace meæ diuinæ charitatis exusta talis uisio, consolatio & uisitatio indubitanter a diabolo procedit, & non a me, non obstante, quod anima signum alacritatis in se perceperit. Sed quia talis alacritas iuncta est cum affectu uirtutis modo prædicto, manifeste patet alacritatem illam ab amore mentalis consolationis procedere. Ideo lætatur anima gaudendo, ꝙ habet quod optauerat. Nam est amoris uera conditio in occurrentibus quibuscunq; sentire gaudium habendo quod amat & optat. Itaq; confidendum non est in hac alacritate pura, licet alacritas illa simul cum tali consolatione perduraret, uel etiã ultra. Quoniã amor ignorans ex ipso gaudio non agnoscere ibi fraudem adesse diaboli-

bolicam non ambulando caute cum ampliori prudentia. Si uero prudenter ambulare studebit, attente considerabit, utrum alacritas ista associata fuerit ab affectu uirtutum. Et ita manifeste perpendet uisionem huiusmodi fuisse meam uel diaboli. Hoc est ergo signum illud quo mediante possis intelligere qualitatem huius alacritatis, quando mens uisitatur a me, ui delicet cum est unita cum affectu uoso desiderio uirtutum. Hoc est utique uerissimum signum, ut quilibet agnoscere possit aperte quando uisitatur a me, uel quando talis alacritas ab amore consolationis propriæ procederet. Etiã uisitatio diabolica cognoscitur aperte, quia p̃bet aliquam alacritatem in aspectu primo, & in fine tantam uirtutem in se reperit, quãtam prius habebat, & alacritas ista procedit ab amore propriæ cõsolationis quam optat, ut est ibi supradictum. Etiam uolo te nosce, q̃ non omnes ab hac alacritate decipiuntur, nisi solũmodo tales imperfecti qui lętantur gaudendo talibus uisionibus, atq; ꝓprijs consolationibus, qui magis attendit ad mea dona, q̃ ad me donatorẽ. Sed illi qui pure sine respectu propriæ consolationis eorũ attendũt ad affectũ meæ diuinæ charitatis, cũ qua largior ab hac alacritate, nullatenus decipi ualent. Et ideo subito recurrunt ad istud uerissimũ signũ, quãdo diabolus uellet aliquando cũ fraude transformando se in angelũ lucis illos illaquearе si ue decipere, ueniens ad mentes eorũ cũ alacritate iocunda. Ipsi uero qui minime passionati sunt ab amore propriæ cõsolationis, ilico prudẽter in mentibus eorũ agnoscũt diabolicam fraudẽ. Nã alacritate cito prætercũte, conspiciũt se tenebris esse circũdatos. Et ideo semetipsos humiliant cũ uera noticia sui, contẽnẽdo quancũq; consolationẽ, amplectẽtes & astringentes meę ueritatis doctrinã. Dęmoniũ uero uidẽdo se cõfusum, ultra nunq̃ uel raro saltem sub illa forma redibit. Illi uero qui suas cõsolationes appetũr, ut ibi dixi, sępe decipiẽtur, nisi diligẽter attẽdant ad huiusmodi fraudẽ agnoscendã & uitandã, eo modo quo superius est expressum, uidelicet inueniendo talẽ alacritatẽ absq; uirtutis affectu, & si nõ percipiãt postea seu irtutis humilitate perunctos, & uera charitate succensos erga meũ honorẽ & animarũ salutẽ, hoc egit mea bonitas inestimabilis, s. q̃ ita prouidit circa uos imperfectos atq; pfectis, in quolibet gradu, ne decipi homines ualeant, inquantũ in se conseruare uoluerint lumen intellectus a me gratiose concessum, cũ pupilla sanctissimæ fidei. Nec obumbrari se permittant ab aduersante dęmonio, nec ab amore proprio, q̃ si ꝑ ante perdere non uultis, nullus omnino a uobis poterit auferre.

Quomodo Deo ualde placet ille qui petit & pulsat cum perseuerantia ad ianuam ſuę ueritatis.

Caput cvij.

SAtis aperte charissima filia, tui oculum intellectus illuminaui, ut prudenter uitare ualeas inimici generis humani fraudes, tuo desiderio satisfaciendo, super eo quod a me postulasti, quia non contemno sancta desideria seruorum meorum, imo libenter accepto, & uos ad postulandum inuito. Et quod amplius est? Amantissima filia, noueris quia ualde mihi displicet ille qui non pulsat in ueritate iuxta portam sapientię unigeniti filij mei, sequẽdo realiter saluberrimam doctrinam eius. Quã omnis qui sequitur uocem sancti desiderij pulsat iugiter orationibus humilibus atq; continuis, uociferans ad me patrẽ ęternũ. Ego uero sum pater ille, qui uobis exhibeo panem gratię cęlestis, mediante porta dulcis meę ueritatis. Ali quando tamen ad probanda uestra desideria una cũ perseuerantia dissimulo uos audire, tãmen uos intelligo, & interim prouideo prout expedire uideo saluti uestræ. Insuper exhibeo famẽ uobis, & uocem qua clametis ad me. Postea uidendo cõstantiam uestram desideria uestra libenter adimpleo, quando sunt ordinata & in me directa. At ita petendũ atq; pulsandũ ueritas incarnata uos inuitabat in Euangelio, dicens: Quęrite, & inuenietis, petite, & accipietis, pulsate, & aperietur uobis. Et ita uolo te facere, q̃ nunq̃ ullo tẽpore desistas a me subsidiũ ingenti desiderio postulare, uoce grãdi mihi supplicando, ut mũdo miserabili misericordiam faciam, neq; pulsare desistas ad ianuã ueritatis incarnatę sequẽdo realiter uestigia sua. Delecteris insuper in cruce, secum manducando cibum animarum, ad gloriam atq; laudem sancti mei nominis, iugiter emittendo mugitum cum cordis anxietate super morte generis humani, quia uides ipsum ad tantam miseriam adductum, q̃ lingua tua nesciret exprimere. Cum huiusmodi mugitu & clamore meorum amicorum dispono mundo facere misericordiam. Et hoc est quod a te, necnon & ab aliis amicis meis iugiter expeto, & hoc erit ꝑ signo, q̃ in ueritate me diligatis. Et ego promitto uobis uestra sancta desideria nullo mõdo contemnere.

Qualiter hęc anima Deo regratiatur, deindeque pro toto mundo facit orationem, & pręcipue pro suis in Christo filijs, & pro duobus patribus animæ suæ. Postea aliqua postulat.

Caput cviij.

Trnẽ

TVnc anima prædicta tanquam ebria uidebatur extra semetipsam, & alienatis ex toto sensibus corporalibus, ex amoris unione, quam in creatore suo fecerat, eleuata mẽte speculando ueritatem æternam cum oculo intellectus ueritate cognita, philocapta fuerat in ipsa, dicens: O summa & æterna Dei bonitas, quæ siue qualis ego sũ humilis atq; pauper cula, cui tu pater æternus ita dignatus es tuã patefacere ueritatem, & occultas diabolicas fraudes, ac etiã proprij sensus uitabilem passionẽ, imo deceptionem, qua ego pariter & alij seru tui decipi possum⁹ in ista miserabili uita nostræ peregrinationis, ut ambulemus cum cautela prudenti. Quis obsecro te mouit? Solus amor, quia me dilexisti, non amatus a me, imo priusquam essem. O dilectionis ignis ineffabilis. Gratias ago tibi pater æterne, quia sum imperfecta, circundata tenebris obscuris. Tu uero perfectio summa, & lux inaccessibilis, ostẽdisti mihi perfectionem, & uiam lucidissimam, doctrinam uidelicet optabilem atq; salubrẽ, unigeniti filij tui. Ego iam obieram, & tu me resuscitasti. Multo tempore iacuerã infirma: tu uero mihi medicinam exhibuisti. Nec solũmodo medicinam precioſi sanguinis unigeniti filij tui, quam uniuersaliter humano generi tribuisti, sed in particulari mihi tradidisti medicinam optabliem, contra quandã occultam ęgritudinem, quam etiam ignorabã, nec illam agnoscebam, instruendo me, ꝙ nulla tenus ego iudicare præsumã aliquam rationalem creaturam, & ptæcipue seruos tuos, de quibus aliquando uelut excæcata & ægrotãs hac eram infirmitate corrupta, quia sub colorata specie tui honoris, atq; salutis animarum, ego temere iudicabam. Et ideo tibi regratior affectuoso corde, summa & æterna bonitas, quia manifestando ueritatem tuam, diabolicas fraudes atq; passionem propriam tu mihi notificasti meam ægritudinem, unde maiestati tuæ supplico, ut misericorditer atq; gratiose mihi concedas, ut hodie finis imponatur & terminus, ut ego nunquã egrediar a uia saluberrimæ doctrinæ tuæ, quam mihi pariter & alijs omnibus qui sequi uoluerint, eam ita gratiose tribuisti, quia sine te nihil omnino fieri potest. Igitur ad te confugiendo recurro pater æterne. Neq; pro me sola tibi supplico, sed uniuersaliter pro toto mundo, & præcipue pro corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ, peto ꝙ ista tua sancta doctrina reluceat in ipsius ecclesiæ sanctę ministris. Maxime uero singulariter a te cum instantia postulo, pro cũctis illis quos mihi dedisti, ut amore præcipuo diligã, ꝙs ex affectu singulari feciſtiunum esse mecũ. Nam ad honorem & laudem tui sancti nominis mihi ualde gratum & acceptabile refrigerium erit eos ambulare uidendo cum sancto feruore per uiam huiusmodi dulcem atq; directam. Opto nanq; ꝙ ipsi per eam uelocissime currant, mortui penitus ad omnem uoluntatem propriã, absq; iudicio quocunq; temerario, sine scãdalo, sine murmuratione cõtra proximum. Et amor mi dulcissime supplico tibi, ꝙ nullus eorum ab infernali dæmonio de manibus meis auferatur, ut in ultimo die perueniant omnes ad te patrem æternũ. Insuper offero maiestati tuæ petitionẽ aliam pro duabus columnis, uidelicet pro duobus patribus, quos ad custodiam atq; doctrinam in terra mihi tribuisti a principio meæ conuersationis, usq; nunc in subsidium, & ad roborãdam infirmitatem meam, ut eos unias, & in duobus corporibus unam animam introducas, & neuter eorum attendat ad aliud, q̃ ad perficiẽdum in eis, & in mysterijs quæ suis in manib⁹ hodie posuisti gloriam & laudem tui sancti nominis, in salutẽ animarũ. Et ego miserabilis & indigna serua, ut filia modos illos cũ debita reuerentia teneam erga illos amore tui, qui cedant ad honorem tuum, pacem & quietem ipsorum, & ædificationem proximorum. Certissime spero ueritas æterna, quia non condemnes affectuose desiderium meum, neq; petitiones, quas obtuli maiestati tuæ. Nam aperte uidi & agnosco, prout uoluisti mihi patefacere, licet etiam experiẽtia me docuerit, quia sancta desideria libenter acceptas. Ego autẽ indigna serua tua, conabor iuxta posse, gratia tua fauẽte, doctrinam atq; præcepta tua cũ diligentia seruare. O pater æterne, recordor unius uerbi tui, quando recitabas aliquid de ministris ecclesiæ sanctæ, quia promisisti ꝙ alibi latius enarrares de defectibus, quos hodierna die cõmittunt. Ideo si placet implere promissum, audiam, ut augeatur in me materia doloris atq; compassionis cum sctõ desiderio in salutem ipsorũ. Iã enim supra promisisti, ꝙ cũ oratione continua, lachrymis, doloribus, sudoribus atq; multa tolerantia seruorum tuorum nobis exhiberes optabile refrigerium, in sanctis & bonis pastoribus, ecclesiam uirtuose reformando. Vt igitur hoc in me crescat ideo postulo.

Quomodo Deus hanc animam ad orationem sollicitat, respondendo ad aliquam supra dictarum petitionum.

Caput cix.

TVnc Deus ęternus misericordiæ uertens oculum, huiusmodi desiderium una cum illis petitionibus acceptabat, & ultimę petitioni quam ei porrexerat, uolendo satisfacere dixit: O charissima filia mea, super eo quod a me postulasti, tuum desiderium adimplebo.

dum

dum tamen ex parte tua non cõmitas ig/norantiam siue negligentiam, quia mul/to grauius offenderes & acriori reprehen/sione digna fores postea quam prius, quia clarius, & amplius de mea ueritate cogno uisti. Et ideo ualde sollicite debes oratio/nes effundere pro creaturis omnibus ra/tionalibus, & pro corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ, atq; pro illis quos tibi tra/didi, ut amore singulari diligas. Igitur absq; negligentia iugiter orationem offeras in conspectu meo, præbendo proximis in uita uirtutis exemplum, atq; uerbi do/ctrinam, arguendo uitia, & commendan do uirtutes indefesse. De columnis uero quas tibi gratiose concessi & de quibus mihi dixisti, fac ut sis eis unum medium, tribuendo utriq; prout expedit, & secun/dum aptitudinem eorum, ut ego creator tuus instruxero te, quia sine me nihil om/nino potes facere, & ego tua desideria salu briter adimplebo. Sed uide ne deficiatis. tu & ipsi fideliter in me sperando, quia p uidentia mea nunquam deficiet uobis. Et quilibet humili corde recipiat illud quod est aptus ad recipiendum. Et unus quisq; ministret illud quod ego tribui & in futuro tribuam, ad ministrandum iux ta modulum suum, prout a mea bonita/te recepit & recipiet.

De dignitate sacerdotum atq; de sacra mento corporis Iesu Christi. Et de his qui digne uel indigne suscipiunt uel cõ/municant. Caput cx.

NVNC uero tibi respondere dispono super eo quod a me postulasti de mi/nistris ecclesiæ sanctæ. Et ut ueritatem a pertius agnoscere ualeas, aperi oculum in tellectus, & ipsorũ excellentiam attendere diligenter, & in quanta dignitate sunt a me constituti. Et quia contraria iuxta se posita magis eluescunt. uolo tibi de/monstrare dignitatem eorum qui uirtuo se thesaurum a me commissum in mani/bus eorum exercent. Et ex hoc apertius intelligere poteris miseriam eorum qui hodie pascuntur siue nutriuntur ad u/bera sponsæ meæ. Tunc ut obediret ani/ma speculabatur attentius in ueritate, u/bi uidebat aperte relucere uirtutes in uc/tis gustatoribus. Tunc ait animæ Deus æternus. Charissima filia prius tibi uolo narrare dignitatem eorum, in qua pro/pter bonitatem meam eos collocaui ultra generalem amorem quẽ habeo & ostendi cæteris creaturis meis, creando uos omnes ad imaginem atq; similitudinem meam. Et postea uos ad gratiam in sanguine di/lectissimi filij mei recreaui, unde uenitis, ad tantam excellentiam, ex unione diui/nitatis facta per unigenitum filium me/um in humana natura, ꝙ in hoc exced/tis Angelos, quia uestram humanam & non angelicam uniuit sibi naturã. Vn/de sicut iam dixi, Deus factus est homo, & homo factus est Deus ex unione utri/usq; naturæ. Dignitas hæc & excellentia, generaliter est concessa creaturis omni/bus quæ sunt ratione capaces. Inter om/nes autem elegi ministros meos pro salute uestra, ut ab eis uobis quotidie sanguis u/nigeniti filij mei ministretur, qui uere est humilis & immaculatus agnus. Istis etiã/ am ut ita loquar exhibui solem ad mini/strandum, ipsis exhibendo scientię lumẽ atq; calorem meæ diuinæ charitatis, insu per & calorem unitiuum cum lumine pa riter, & calorem uidelicet unigeniti filij mei uerum corpus & sanguinem. Quod utiq; corpus est ueluti sol qui mecum est unitus, qui sum uere sol. Et hæc unio ta/lis est atq; tanta quod ibi nulla segregatio potest habere locum, sicuti sol diuidi non potest, neq; calor eius a luce, neq; lux a ca/lore ex unione suæ perfectionis. Iste sol a sua rota non abscedens, uniuersum orbẽ illuminat, ac etiam omnes uolentes ab eo calefieri, quantum est in se calefacit, nec ex alicuius immunditia sol iste fœdatur uel inquinari potest. Et eius lumen secum est iugiter unitum uti iam dixi. Sic hoc uerbum uidelicet unigenitus filius meus uerus est sol, totus deus & totus homo, quia mecum est unum & ego secum. Po/tentia mea non est a sua sapientia separa ta, neq; calor ignis sancti spiritus est a me patre, nec ab ipso filio meo segregatus, quia uobiscum unum est, quia spiritus sanctus a me patre & ab ipso filio meo pro cedit, quia sumus idem ipse sol. Ego sum ille sol deus æternus unde procedit unige nitus filius meus atq; spiritus sanctus. Spiritui sancto est ignis appropriat⁹, filio

meo ſapientia, in qua ſapientia miniſtri mei gratiæ lumen hauriunt, quia mini/ ſtrauerunt lumen hoc in lumine, & cum graditudine beneficij recepti a me patte, ſequenoo in ueritate doctrinam iſtius, ue rę ſapientie filij mei, hoc eſt lumen illud, quod habet in ſe colorem ueræ humanita tis, unum equidem unitur alteri. Vnde lumen diuinitatis meæ fuit illud lumen, unitum cum colore humanitatis ueſtræ, qui color effuſus eſt ualde lucidus, quoniã fuit impaſſibilis uirtute naturæ diuinæ. Et hoc obiecto mediante huius incarna/ ti uerbi conſperſi & inſerti cum lumine meæ deitatis, & cum ignito calore ſancti ſpiritus habuiſtis in ueritate lumen. Cui lumen iſtud adminiſtrandum exhibui. Miniſtris meis in corpore myſtico ſanctę matris eccleſiæ, ut uitam habeatis, ab eis accipiendo uenerabile ſacramentum cor poris eius in cibum & ſanguinem eius in potum. Dixi tibi ꝙ huiuſmodi corpus eſt ueluti ſol, unde non poteſt uobis exhi/ beri corpꝰ abſq; ſanguine, neq; corpꝰ atq; ſanguis abſq; aia filij mei, neq; corpus & aia ſine diuinitate, quoniã unũ ab altero ſeparari nõ ualet. Prout alibi dixi tibi ꝙ natura diuina nũquã ſeparata fuit ab hu mana natura, nec in morte, nec in a/ lio caſu, neq; ſeparari poteſt. Itaq; to/ tam diuinam eſſentiam in hoc uenera/ bili ſacramento recipitis ſub albedine panis illius. Et ſicut non poreſt di/ uidi ſol, ita diuidi non ualet in hac al/ bedine panis uel hoſtiæ totus Deus atq; totus homo quamuis in mille diuide/ retur particulis hoſtia ſi poſſibile foret ſub quamlibet particula totus Deus, & totus homo contineretut iam dixi. Ac cidit enim ſicut in ſpeculo quod quam/ uis in ſe diuidatur, ibi tamen imago re/ præſentata non diuiditur, ſic hanc ho/ ſtiam diuidendo non tamen diuiditur totus Deus, & totus homo, ſed in qua/ libet particula continetur ex integro, nec in ſemetipſo minuitur, ut apparet in hoc ſequenti exemplo. Si tu habe/ res unum lumen, & orbis uniuerſus ac/ cederet pro iſto lumine, participiando ſingulis de tali lumine, in ſe tamen hu/ iuſmodi lumen in aliquo non minuitur & omnibus uidetur habere totum. Ve/ runtamen aliqui plus & aliqui minus ex iſto lumine participiant iuxta materiæ quantitatem, quam ille qui debet reci/ pere portat: nam in tali quantitate re/ cipit ignem. Et ut apertius intelligas exemplum hoc attende: Si plurimi por/ tarent candelas ad accendendum, & una ponderis eſſet unius untiæ, alia dua/ rum ſiue ſex, uel unius libræ, & quamuis omnibus accenſis in qualibet parua & magna totum lumen accipias uidelicet calorẽ, calorẽ & ipſum lumẽ, iudicabis ta men ꝙ minus de lumine recipiat ille qui candelam paruam accendit quam ille qui maiorem. Igitur ita contingit in hoc uenerabili ſacramento de his qui re/ cipiunt illud & eorum candelas affe/ runt, uidelicet ſanctum deſiderium cum quo recipiunt ipſum uenerabile ſacra/ mentum. Quæ candelæ ſunt in ſemet/ ipſis extinctæ: ſed accenduntur in per/ ceptione præcioſi ſacramenti huius. Ex/ tinctas eſſe dixi, quia per uos ipſos omni/ no nihil eſtis, neq; ualetis, ueruntamen ego uobis exhibui materiam cum qua nutrire poſſitis in uobis huiuſmodi lu/ men. Materia namq; ueſtra eſt amor, quoniam ex amore creaui uos, ideo neq; uiuere poteſtis abſq; amore. Hoc eſſe uobis ex amore traditum, habuit in ſacro baptiſmo diſpoſitionem, quem accep ſtis in uirtute ſanguinis unigeniti filij mei. Nam alias participate nullo modo poſſe/ tis ex hoc uero lumine, ſed eſſetis ſicut candela ſine licinio interiori, quæ ſuccen/ di non poteſt neq; lumen in ſe recipere ualet: hoc licinium in quo recipitur lu/ men huiuſmodi, hoc eſt fidem ſanctam coniunctam cum gratia, quam in baptiſ/ mo recipitis cum affectu animæ ueſtræ a me creatæ, quæ apta eſt ad amandum, in/ tantum ꝙ abſq; amore uiuere nequit, i/ mo cibus eius eſt amor, ut iam dixi. Sed ubi ſuccenditur hæc anima taliter uni/ ta? Proculdubio ſuccenditur ad ignem meæ diuinæ charitatis, cum ſancto timo/ re pariter & amore mei, ſequendo uerita/ tis incarnatæ doctrinam. Tamen ac/ cenditur amplius uel minus prout affert anima & exhibet huic igni materiam, quia licet habeatis omnes eandem mate riam, quia uidelicet omnes a me creati fu/

iſtis

istis ad imaginem atque similitudinem meam, & uos Christiani lumen habea/tis in sancto baptismo tamen unusquis/q; crescere potest in amore atq; uirtute mediante gratia mea, prout est de bene/placito uestro. Non q; immmuetis ali/am formam quam a me recepistis, imo cre scitis & augmentatis in amore, uirtutes utentes in uirtutæ & affectu charitatis arbitrio libero, dum tempus est uobis a me gratiose concessum, quia transacto tempore facere non potestis. Itaq; po/testis in amore crescere sicut iam dixi ti/bi. Et cum hoc amore uenire debetis ad recipiendum hoc uenerabile sacra/mentum, lumen utiq; dulcissimum atq; glorioſum, quod uobis exhibui ministris meis exhibendum uobis in cibum. At/q; tantum accipitis ex isto lumine quan/tum de materia syncere dilectionis & a/moris, & igniti desiderij portatis quam/uis totum in ueritate recipiatis, ut iam tibi dixi, ponens exemplum eorum qui candelas afferebant, qui secundum quan/titatem ponderis candelarum, ita lumen accipiebant: quamuis in quolibet uidea/tur esse totum integrum, & non diuisum, quia diuidi non potest, ex imperfectione uestra quacunq;, nec etiam ex imperfe/ctione ministrorum. Tantum ergo percipitis ex isto lumine, uidelicet de gratia quam in isto uenerando sacramen/to recipitis, quantum uos cum sancto de/siderio disponitis ad recipiendum. Si quis uero cum culpa peccati mortalis ac/cederet ad hoc uenerabile sacramentum, ab eo non habet aliquam in se gratiam, quamuis actualiter in ueritate recipiat ex integro Deum & hominem, ut iam dixi. Sed amantissima filia nosti qua/liter est animæ quæ tantum sacramen/tum, & tale indigne recipit? Quasi stat uelut una cãdela quæ sit aqua madefacta, quæ si quam taliter ignem accipit, ilico stridet & extinguitur indilate, solum mo do fumo remanente. Sic hæc anima semetipsam affert candelam quam in san cto baptismo recepit, postmodum au/tem aspersit illam aqua culpæ, quæ fuit aqua directe quæ madefecit licinium in quo stabat lumen gratiæ baptismalis, ex/inde uero non calefacta iuxta uere con/tritionis ignem, neq; culpam eius cum humilitate confitendo: accessit ad men/sam altaris ad recipiendum huiusmodi lumen actualiter, sed non mentaliter. Et quia talis anima fuit indispósita ad ac cipiendum tale sacramentum, in ea gra/tia non remansit, quia propter aquam culpæ fuit extinctum in ea lumen gratiæ. Tunc autem ipsa remansit in tenebrosa confusione cum maiori grauedine cul/pæ. Atq; de tam excellentissimo sacra/mento non percipit, neq; persensit, nisi conscientiæ stridorem ipsam remorden/tem, non ex defectu luminis, quia reci/pere non ualet aliquam in se læsionem, sed ex aquæ defectu quam in anima repe/rit. quæ quidem aqua impediuit affec/tum animæ. Vnde recipere non ualu/it illud admirabile lumen. Itaq; uides q; nullo modo lumen illud unitò fabica/lore pariter & colore diuidi potest, nec ex paruo desiderio quod anima gerat re/cipiendo sacramentum istud, nec ex de/fectu qui esset in anima quæ recipit nec ex defectu eius qui ministrat. Vt ergo dixi tibi de sole qui licet per immunda loca transeat, ipse tamen nullatenus in/quinatur neq; sordescit. Ita lumen hoc amenum in isto uenerabili sacramento nullatenus inquinari potest, neq; diuidi/tur, neq; minuitur in semetipso, nec a sua rota separatur; licet uniuersus orbis de suo luminoso calore communicet. Ita minimæ separatur hoc uerbum uidelicet unigenitus filius meus a me uero sole, qui sum pater æternus, quamuis in corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ ministre/tur omnibus uolentibus illud accipere, imo totus in me remanet atq; totum ac/cipitis & habetis, Deum uidelicet & ho/minem, ut exemplum egò tibi dedi de lu mine, quia si omnes homines mundi su/as candelas ibi accenderent, in se remane/ret ex integro, & omnes totum habe/rent.

Qualiter omnes corporei sensus in isto sacramento decepti sunt, sed non animæ sensus, & cum illo debet uideri, gustari, & tangi. Et de uisione quadam pul/chra.

Caput cxi.

O CHARISSIMA filia nunc a/ peri diligenter oculum intellectus ad considerandum affectuose meæ chari/ tatis abyssum, quia uere coruniuscuiusq; creaturæ rationalis ex amore solui de/ beret, attendendo præsertim inter alia be neficia mea gratiose uobis exhibita, be/ neficium huius uenerabilis & eximij sa/ cramenti. Sed amantissima filia consi de/ rare debes q; huiusmodi ineffabile sacra/ mentum debet uideri, & attractari non solummodo tactu & uisu corporali, quia corporei sensus penitus in eo deficiunt. Nam albedinem illius panis tantummo/ do uidet oculus, manus & nihil aliud pal/ pat, gustus quoq; saporem panis inde per cipit. Igitur animæ sensibus quidecu/ pi non ualent, uideri, & attractari debet, nisi forsitan ipsa sibimet uellet auferre lu/ men sanctissimæ fidei cum infideli dam/ nabili. Soli ergo sensus animæ gustant, uident, & palpant hoc admirabile sacra/ mentum. Sed cum quo uidet oculo? cum oculo intellectus, inquantum in/ tus habeat pupillam sanctissimæ fidei: hic oculus uidet & attendit sub albedine tali uerum Deum, & uerum homi/ nem, naturam humanam unitam cum natura diuina, corpus animam atq; san/ guinem Iesu Christi animam unitam illi glorioso corpori, atq; corpus & animam unitam naturæ meæ diuinæ: tandem a me se nullatenus euellendo siue diuiden/ do. Hoc uero si bene recolis, in exordio quasi uitæ tuæ manifeste tibi patefeci, & non tantum oculo intellectus, sed etiam oculo corporali tuo uidisti, quamuis ex excessu luminis oculus tui corporis ilico defecerit in uisu, & in oculo mentali ui/ sio sola remanserit. Ostendi quippe ti/ bi pro declaratione tuæ mentis ad tero/ borandam contra bellum, quod a Dæ/ monio receperas, in ipso uenerabili sacra/ mento, & ut in amore cresceres, & in lu/ mine sanctissimæ fidei. Tu nosti q; cum ad ecclesiam in aurora pergeres, ut missam audires, ex quo fueras a Dæmonio molestata, tu stetisti secus altare cruci/ fixi, sacerdos autem aduenerat ad altare Mariæ. Igitur te ibi manente tuos, con/ siderando defectus, quia dubitabas offen/ disse me, propter bellum quo te Diabolus impugnauerat, & attendendo meæ cha/ ritatis affectum, quia te dignam feceram audire missam, cum te ipsam existima/ res indignam, uel etiam ecclesiam meam ingredi. Quoniam sacerdos uerba sa/ cramentalia protulit in altum, supra mi/ nistrum oculum attollens, uidisti me de/ monstrante lumen unum lucidissimum ueluti radium solis a pectore meo proce/ dens, prout radius a tota solis egreditur, & tamen ab ipsa tota minimæ separatur. In quo & cum quo lumine descendebat una columba super hostia pariter, & ca/ lice permanendo uirtute uerborum con/ secrationis a ministro prolatorum, unde tuus oculus corporeus omnino defecit, ex cessum huiusmodi luminis nullo modo sustinere ualens. Ideo uisio remansit so/ lum in oculo mentis, & intellectus. Il/ lico gustasti & uidisti trinitatis abissum, & uerum Deum & hominem absconditum, & uelatum sub albedine illa. Neq; lumen, neq; præsentia uerbi quam in e/ dem albedine uidisti intellectualiter ap/ petebat illam albedinem. Vnum aliud non impediebat, quia uidelicet uidere Deum, & hominem, non impediebat il/ lam panis formam, ita q; non haberet al/ bedinem atq; saporem. Ista tibi pate/ facta fuerunt, a bonitate mea. Tunc aper te cognouisti q; huiusmodi uisio in oculo intellectus tui remansit. Itaq; sicut iam dixi, hoc admirabile sacramentum uide/ ri debet, & attendi principaliter cum o/ culo intellectus, & cum pupilla sanctissi/ mæ fidei, quia decipi non potest. Manus quoq; dilectionis affectuose illud attracta/ re debet, & id quod oculus ille uidit, & agnouit in ipso sacramento fide tangit manu dilectionis ueluti se quasi certifi/ cans de eo quod per fidem uidit, & intel/ lectualiter agnouit. Gustus uero sancti desiderij auiditate multa gustare debet illud. Gustus ipse corporis, gustat sa/ porem panis, desiderium uero sanctum, uidelicet animæ gustus, & Deum homi/ nem in ueritate gustat. Vides ergo sensus corporales esse fraudos, non au/ tem animæ sensus. imo clarificatur, & in semetipsa certificatur, quia clare uidit

cum

cum oculo intellectus & cum pupilla luminis fidei salutaris. Et quia uidit & agnouit ideo tangit, amoris manu fideli, & cum animæ gustu & ignito desiderio attendit atque gustat ineffabilem & igniferam charitatem meam, cum qua eam feci dignam, ita gratiose recipere tantum inæstimabile sacramentum atque gratiam quam in ipso sacramento se recipere percipit. Itaq; nunc aperte cognoscere potes, quia debetis non solummodo sensu corporali recipere pariter & uidere sacramentum istud, imo cum sensu spirituali disponendo sensum animæ affectuosa mente ad gustandum, recipiendum, & uidendum uenerabile sacramentum.

De excellentia sumentis in statu gratiæ sacramentum hoc admirabile.

Caput cxij.

ATTENDE filia charissima in quanta consistit excellentia quilibet homo congrue recipiens hoc præcioſum & admirabile sacramentum. (Est enim panis uitæ, cibus Angelorum), In me nanq; manet, & ego in eo uelut piscis consistit in Mari, & econuerso mare consistit in pisce. Sic ego sto iugiter in anima, & anima consistit in me mari pascifico. In anima tali gratia remanet, quia recipit huiusmodi panem uitæ persistens in gratia. Ideo panis illius accidenter consumptus, remanet ibi gratia mea. Similitudinarie loquendo contigit, ut in sigillo quando super cera bene dispoſita ponitur, quo sublato, remanet effigies eius in cera. Sic in anima bene dispoſita remanet effigies gratiæ meæ uirtute istius, uenerandi sacramenti, quia uidelicet remanet in ea calor ignitæ charitatis meæ, quæ clementi sancti spiritus est. Ibi quoque manet unigeniti filij mei sapientia, intellectus oculo clarius illuminato in ipsa uerbi mei sapientia, ut uideat atque cognoscat ipsius ueritatis meæ doctrinam. Hæc ergo sapientia in magna fortitudine remanet, participando fortitudinem potentiæ meæ, quæ fortificat animam contra mundum & aduersarium, atque contra propriam passionem sensitiuam. Itaq; uides quod in anima remanet effigies, inde sublato sigillo, quia uidelicet consumptis accidentibus illius hostiæ, uerus iste sol in sua rota reuertitur atque consistit. Non quia diuisus, uel ab ea segregatus esset (est enim mecum semper unum, & ego secum) sed abyssus meæ paternæ charitatis, uobis exhibuit istum Angelicum cibum in uita præsenti, ubi uiatores estis atque peregrini, ut habeatis inde refrigerium, & non amittatis huiusmodi præcioſi sanguinis unigeniti filij mei memoriam salutiferam. Vtergo uestris indigentijs diuina prouidentia mea subueniret, ueritas incarnata se uobis ordinauit in cibum. Igitur attende diligenter quantum obligamini diligere me, quia tam excessiue uos diligo, & quia sum æterna bonitas, & omni respectu dignus a uobis affectuoſe diligi.

Quomodo Deus requirat a sacerdotibus in tanta dignitate constitutis maiorem puritatem quam in ali creaturis.

Cap. cxiij.

HAEC omnia dixi tibi charissima filia, ut amplius agroſcas in quanta dignitate ministros meos ordinauerim, & ut amplius ex corde percipias amaritudinem atq; dolorem super miserias eorum. Si diligenter ipſi met attenderent ipsam dignitatem suam, non facerent in tenebris mortalium peccatorum, nec inquinarent ita facies animarum suarum. Et non solummodo uitarent offendere me, sed tradendo corpus proprium ad comburendum igni, non uiderentur eis in aliquo satisfeciſſe mihi pro tam glorioſo beneficio. Nam in uita præsenti nõ possunt ad maiorẽ dignitatẽ ascẽdere

e iij ipſos

ipsos appello Christos meos, quoniam uncti mei sunt. Et hunc angelicum panem uobis exhibendum eis committere decreui. Et eos ueluti flores odoriferos in corpore sanctæ matris ecclesiæ collocaui. Dignitatem istam procul dubio non habet Angelus quam hominibus ita gratiose concessi, uidelicet illis, quos ad huiusmodi ministerium meū elegi: quos uelut Angelos terrestres esse uolo in uita præsenti. In qualibet anima puritatem atq; charitatem exquiro, uidelicet ut affectuose me diligat, pariter & proximum eius, & q; ei iuxta posse subueniat in oratione sancta, simul & subsidio temporali, secum charitatiue uiuendo. Multo tamen amplius a ministris huiusmodi meis exigo puritatem interiorem, & exteriorem, & amorem ad me, similiter & ad proximum suum, ministrando corpus & sanguinem unigeniti filij mei, cum igne charitatis, atq; fame salutis animarum, ad laudem & gloriam mei nominis. Sicut enim isti ministri requirunt & uolunt habere puritatem atq; mundiciam in calice, ubi fit hoc uenerabile sacramētum siue sacrificium, ita requiro puritatem, & animæ mundiciam in eis. Et corpus eorum uelut instrumentum animæ uolo q; in puritate seruetur. Neq; uolo q; se nutriant & inuoluāt in luto fætentis immundiciæ, neq; sint elati per superbiam, exquirentes excelsas prælationes, neq; crudeles existant in se parter & in proximo, quia crudelitate sua minime possent uti sine detrimēto proximi, quia si sunt sibimetipsis ex culpa crudeles, etiam proximorum animabus procul dubio crudeles existunt, pro eo q; non exhibent eis exemplum uitæ, neq; curant eorum animas extrahere de manibus inimicorum, nec eis unigeniti mei sanguinem & alia sacramenta, sicut obligantur administrant. Itaq; quando crudeles existunt in semetipsis, etiam in proximo crudeles esse probantur.

Quomodo sacramenta nullo modo debent emi siue uendi, & illi qui recipiunt, ea debent huiusmodi temporalibus uoluntarie subuenire ministris.

Caput cxiiij.

IGITVR uolo ministros meos esse liberales, & non auaros, uidelicet ne propter auaritiam, & cupiditatem uendant alicui spiritus sancti gratiam. Nullo modo uolo q; ita faciant, imo sicuti gratis, & cum magna liberalitate recipitur a bonitate mea, ita gratis & libero corde synceræ dilectionis affectu circa meū honorem atq; animarum salutem donare debent omni rationali creaturæ humiliter exposcenti, nec aliquid de præcio sumere debent. Ipsi nanq; non emerunt illa, imo gratiose receperunt, ut administrarent uobis. Bene tamen eleemosynaliter accipere possunt: Vnde subditus huiusmodi sacramenta recipiens, iuxta posse ministris ex parte sua subuenire debet. Congruum est enim ut ipsi pascantur a subditis in temporalibus, subditi uero pasci debent a ministris meis, in gratia mea, & in spiritualibus donis ministrando sacramenta, quæ sunt a me in ecclesia sancta collocata, ut in salutem uestram ordinato tempore exhibeant. Et uos ignorare nolo q; absq; comparatione qua cunq; ualde plus ipsi conferunt uobis, quam uos eis, quia nulla comparatio dari potest a rebus finitis atq; transitorijs ex quibus aliquando uos eis subuenitis ad me Deum æternum, qui sum bonum infinitum. Qui prouidentia mea & affectuosa charitate paterna illos ordinaui, ut ea uobis ministrent. Ne quam solummodo pro tanto sacramentali ministerio uobis ab eis exhibito, sed a quacunq; creatura gratia spiritualis aliquo uobis administretur, uel per orationem uel alio modo, uos cum omnibus temporalibus uestris bonis, attingere non ualetis ad satisfaciendum pro his quæ spiritualiter uobis exhibentur absq; comparatione. Noueris tamen q; substantiam quam a uobis accipiunt ipsi debent in tres diuidere partes: unā pro suo uictu conseruent: aliam pauperibus distribuant: partem uero terriam pro reparatione ecclesiæ, uel alijs necessarijs exponant, & si aliter expenderent inutiliter offenderent sine dubio.

De

De dignitate sacerdotum&, quia sacramentorum uirtus ex defectu ministrantium siue recipientium, nullo modo minuitur. Et quia non debent a secularibus corrigi.

Cap. cxv.

VT tibi supra dictum est hoc agebāt uirtuose uiuendo dulces atq; glorioſi ministri mei, de quibus tibi dixi q̄ ipsorū attēderes excellentiam ultra dignitatem quam eis exhibueram faciendo eos Christos meos. Nam exercendo uirtuose dignitatem istam uestiti sunt isto dulci atq; glorioso sole, quē illis exhibui ministrandum. Aspice dulcem Gregorium, Silue/strum & alios antecessores atq; succeſſores, qui subsecuti sunt post principalem pontificem Petrum, cui traditæ fuerunt claues regni cœlorum a ueritate mea pro uobis incarnata, quæ dixit ei: Tibi dabo claues regni cœlorū. Et q̄d cunq; solueris sup terrā erit solutū & in cœlis etiā. Attē de filia dilectiſſima, qa me tibi pādēte uirtutū excellētiā istoꝝ, tibi plenius ostendā in quāta dignitate collocaui p̄dictos ministros meos. Ista qdē est clauis præcioſi sanguinis unigeniti filij mei, q̄ claui fuit apta uobis ianua paradiſi q̄ lōgo tpe clausa permāserat ex culpa p̄mi uestri patētis Adæ. Sed ex q̄ uerbū incarnatū humão generi donaui pro redemptione uestra, sacratiſſima morte sua saluberrime mortem uestram occidit atq; destruxit, de prę/cioso sanguine suo uobis habundātiſſime faciendo balneum. Itaq; per effusum sanguinē, passionē & mortē eius in uirtute naturæ meæ diuinæ q̄ fuit unita cū humanitate uſa, cœlum humano generi fuit apertū. Clauem aūt huius p̄cioſi sanguinis Apostolo Petro dereliquit, atq; comiſit, cæteris q; successoribus eius præteritis & q̄ succedent in futuꝝ, usq; ad ultimum iudicij diem habent & habebūt eandem auctoritatem quæ Petro data fuit. Nec ex aliquo defectu commiſſo per eos hæc auctoritas ullo modo minuitur, neq; perfectio sanguinis aufertur uel alicui sacramento, quia iam tibi dixi q̄ hoc uenerabile sacramentum ueluti sol ex aliqua immunditia cuiuscūq; ei nullatenus inquinari potest, neq; lux eius amittitur siue minuitur, ex quibuscunq; tenebris mortalium peccatorum, qui forent in eo qui ministrat uel in eo qui recipit. Nam culpa illorum ecclesiæ sanctæ sacramentis omnino nullam potuit facere læsionem, neq; uirtutem illorum in aliquo minuere. Sed in eo qui ministrat irreuerenter, uel indigne accipit, absq; dubio gratia minuitur, & augetur in hoc actu culpa. Itaq; uicarius meus in terra uidelicet papa habet huius præcioſi sanguinis claues. Et ſi bene recolis hic ego tibi patefeci sub ista figura uolendo tibi demonstrare quantam reuerentiam uolo seculares habere ministris meis, siue sint boni, siue mali, & quantam habeo displicentiam uidēdo contrariū. Noſti q̄ tibi monstraui corpus ecclesiæ mystícum in forma quasi cuiuſdam cellarij, ubi sanguis unigeniti filij mei conſeruabatur, cuius uirtute sacramenta cuncta ualent & habent uitam. Ad ianuam uero cellari stabat papa uicarius meus, cui commiſſum erat huiuſmodi sanguinem ministrare. Ad ipsum etiam pertinebat eligere ministrantes, alios qui iuuarent eum administrandum in uniuersali corpore religionis Christianæ. Sed ille solus quē acceptabat & ungebat, minister uerus erat, alius uero non. Ad ipsum procedit uniuersus ordo clericatus hos eligit & ponit administrandum sanguinem iustum unumquemq; per officia sibi congrua. Et ut ipse posuit eos in ecclesia sancta sicut aduocates, ita pertinet ad eum solum ipsos corrigere de suis defectibus, & ita uolo penitus obseruari. Nam ex excellentia & autoritate quam eis conceſſi, eos extraxi & exemi totaliter a qualicunq; seruili iurisdictione siue subiectione temporalium dominorum: lex ergo ciuilis de nihilo se cū illis intromittere debet in aliqua punitione. Sed solus ille qui habet iurisdictionem in lege canonica, & diuina. isti sunt uncti mei. Et ideo monui dicente scriptura, nolite tangere Christos meos, unde magnam proculdubio ruinam incurrit ille qui temere præsumit eos aliquo modo punire.

Quomodo persecutionem factam eccleſiæ siue ministris Deus imputat sibi facta, & q̄ est grauiſſima culpa.

Caput cxvi.

Si tu peteres a me quare tibi monstraui ꝙ culpa illorum qui sanctam ecclesiã atq; ministros eius persequebãtur graui/ or erat alijs culpis eorum, & etiam quare uosebam non obstantibus eorum quibus cunq; defectibus ꝙ reuerentia circa illos in nullo minueret unquam, ego respondebo tibi. Quoniam quæcunq; reuerentia fit eis, non eis, imo mihi fit ex uirtute sanguinis unigeniti filij mei, quem eis ego commisi ministrandum, unde si non esset ille respectus, uos haberetis ipsis ministris meis tantam reuerentiam quantam alijs hominibus uitæ præsentis & non ultra. Quare propter huiusmodi mysteriũ estis compulsi reuerentiam eis exhibere. Postea uero uos oportet ad eorum manus incidere & accedere. Non quidem ad eos propter semetipsos, imo uirtute sacramentorum quę commissa sunt eis a quibus, illa recipere debetis, quæ si possetis habere & illa recusaretis, essetis in statu damnationis in tali statu moriendo. Itaq; reuerentia talis est omnino mea, & huius præciosi sanguinis unigeniti filij mei qui mecum unum est, & ego secum ex unione naturæ diuinæ cum humana natura, & non illorum. Et sicut ista reuerentia mea est, ita reputo meam irreuerentiam eis exhibitam. Quare tibi iam dixi ꝙ eis non obligamini facere reuerentiam huiusmodi suo principaliter respectu, sed auctoritatis intuitu quam ego eis commisi. Et ita nullꝰ eos offendere debet, quoniã offendendo illos reputo talem offensionem esse meam, & non eorum. Iam enim exp̃sse prohibui dicens, Christos meos a manibus eorum, nullatenus esse tangendos. Et nullus excusari potuit dicendo, ego non facio iniuriam, nec ecclesiæ sanctæ facio rebellionem sed contra defectus iniquorum pastorum. Iste mentitur in caput eius, & uelut excecatus ab amore proprio non uidet quamuis in ueritate bene uideat, sed uidere dissimulat, ut conscientiæ stimulum aliquo modo cooperiat. Ipse tamen uidet & intelligit, ꝙ sanguinem unigenti filij mei persequitur, & non illos. Mea quidem est hæc iniuria, sicut erat illa reuerentia mea. Et ita reputo meum omne damnum eis illatum & contra me facta omnes contumelias, uel derisiones & obprobria, & uituperia, quæ fiunt illis, quia Christos meo nullo modo contingere siue punire debent. Ego nanq; illos habeo punire, non ipsi seculares. Sed illi uelut iniqui demonstrant irreuerentiam quam circa sanguinem habent. Et quia uilipendunt hunc excellentissimum thesaurum eis a me traditum, in salutem animarum suarum, & uitam. Nam ultra recipere non ualebant, quam habere uerum Deum & hominem in cibum ut supra iam dixi tibi. Sed quia reuerentia mihi non fiebat ab ipsis, ministris, ideo circa eos est imminuta reuerentia consueta, sustinendo persecutiones ab illis qui considerãt in eis multa peccata, prout alibi tibi magis aperte narrabo. Sed tamen in ueritate si reuerentiam in eis istam habuissent, intuitu mei non insurrexissent, ita cõtra eos ex quocunq; defectu perpetrato per illos, quia sanguis huius dignitas in nullo minui potest, unde neq; reuerentia minui debet, & quãdo minuitur offendor ego. Ideo multiplici respectu talis culpa mihi displicet amplius quã aliæ culpæ suæ, super quo præcipue tres causas in præsenti dicam. Prima quidem, quoniam ea quæ ministris meis aguntur, ut iam dixi, contra me directe reputo facta. Secundario, qua præceptum meum transgrediendo uilipendunt. Nã eis expresse prohibui ne tangant eos aliqua molestia: unde sanguinis uirtutem a perte contemnunt, quam a sacro baptismo traxerunt. Sunt igitur inobedientes ea quæ sunt inhibita faciendo: & sunt ipsi pretioso sanguini rebelles propter ipsorum irreuerentiam, imo cum magna persecutione molestantur & ueluti putrida membra sunt a corpore sanctæ matris ecclesiæ precisa. Et si taliter obstinati perseuerant in huiusmodi rebellione ac irreuerentia morte superueniente, procul dubio barathrum æternæ damnationis incurrũt. Tamen ad extrema perueniendo si se taliter humiliauerint ex corde culpam suam agnoscendo, & ex affectuoso desiderio capiti suo reconciliari uoluerint, quamuis actualiter implere non ualuerint, ad misericordiam eos acceptabo. Consulo tamen ne tale tempus expectare uelint, quia securi minime sunt ut illud habere possint. Tertia quoq; causa propter quã ista est grauior culpa alijs, quia peccatũ

est

ex affectata malitia perpetratum agnoscen tes enim ista nullomodo facere debere, neque posse cum bona conscientia, deliberatione prę uia uolunt offendere. Quæ quidē offensa pro cedit a quadam odibili & peruersa superbia, si ne ulla corporali delectatione, imo corpus u na cum anima consumitur. Anima consumi tur, qa gratia priuatur, & sæpe cōscientiæ ver mis eos intus exurit. Et substantia temporalis in obsequium diaboli dissipatur, unde corpo ra post hęc uelut animalia moriuntur. Itaq; ta le peccatum directe contra me militat & op pugnat. Et absque colore delectationis uel u tilitatis, imo solummodo cum affectata mali tia & horribili fumo superbiæ, quæ superbia p cedit absq; sensibili delectatione & amore, sed ab illo timore detestabili & peruerso quem il le Pilatus habuit, qui timore perdendi tempo rale dominium unigenitum meum interemit. Ita fecerunt atq; faciunt isti. Multa peccata cō mittuntur ignorantia siue simplicitate, non in telligendo siue cognoscēdo. Aliud uero cōm mittitur ex deliberata malitia, quia cognoscūt aliqui aperte malum quod ipsi faciunt, & ex inordinata concupiscentia & uoluntate quam habent in peccato, uel ex aliqua utilitate mise ra, quā putant uel iudicant in eo repetire, gra uiter offendunt. Et sic offendunt atq; damni ficant animam suam, atq; pariter & proximū eius, me quidem offendunt, quia nō exhibent gloriam atq; laudē nomini sancto meo. Pro ximum uero, quia sibi non exhibent charita tis debitum. Me tamen actualiter in hoc actu minime percutit iste, quia uidelicet mihi dire cte faciat offensam, imo semetipsum offendit. quæ quidem offensio mihi displicet propter eius detrimentum. Horum autem offensio fit absq; medio directe mihi soli. Cætera peccata colorē aliquē habent & cum aliquo medio pe petrātur, ut alias ego tibi dixi, q̄ omne peccā tum & omnis uirtus fiebat proximo mediante. Peccatum enim fit ex priuatione charitatis Dei & proximi, uictus uero cum amore chari tatis. Offendentes proximum, me nimirū of fendunt ipso mediante. Sed quoniam inter om nes homines hos ministros meos elegi, q̄ sunt uncti mei, ministratores sanguinis unigeniti fi lij mei, carni uestræ uniti cum natura mea di uina, itaq; consecrantes Iesu Christi filij mei personam repręsentant. Itaq; potes aperte co gnoscere, q̄ hæc offensio fit huic uerbo filio meo, & si fit ei, utiq; mihi fit, quia sumus unū. Isti miseri preciosum sanguinem hunc perse quuntur, & isto inęstimabili thesauro se pri uant, atq; saluberrimo fructu eius. Vnde mi hi grauior est hæc eorum offensa facta, mihi & non ministris, q̄ sint alia sua peccata. Sicut e nim honor ille non est, nec esse reputo mini strorum, imo uere meus est, ita persecutio talis in me dirigitur, & in hunc preciosum sangui nem unigeniti filij mei, quia sumus unum, ut supra dictum est. Vnde noueris, q̄ omnia prę terita peccata quæ commiserunt hactenus, isti culpæ cōparata leuiora iudico, quare tantam inde sentio displicentiam. Vnde sicut alias tibi patefeci materiam, exhibendo tibi doloris & amaritudinis ex offensione mihi facta & dam natione miserorum, ita te nunc exhortor, pa riter & alios amicos atq; seruitores meos, ut in uigilare solicite studeatis orationibus humili bus, continuis & deuotis ante me, ut ex bonita te mea misericorditer illustrentur atq; solu antur huismodi tenebræ, quæ superuenerunt in his putridis membris, a corpore sanctę ma tris ecclesiæ præcisis. Sed ego quasi nō inuenio quēquam qui charitative de persecutione quę sit isti preciosō sanguine condoleat. Bene mul tos inuenio mihi displicentiam irrogantes atq; me sagittis amoris proprij sagittantes. Isti cū quodam timore seruili & inani reputatione, p pria uelut excęcati reputāt ad honorem suum accedere, quod in ueritate sibi dedecus est. Et econuerso reputant esse dedecus illud, unde sa lutem & honorem indubitanter ācquirerent, uidelicet humiliando se capiti suo.

In hoc capitulo loquitur de persecutoribus ecclesię sanctę atq; de ministris uarijs modis.

Caput cxvij.

DIxi tibi q̄ a plurimis ego sagittabar, & ita se ueritas habet, uidelicet cū intentio ne sua mala me iuxta posse sagittando petiūt, non q̄ in me cadere possit aliqua lęsio cuiuscū q̄ rei, uel ab aliquo possim offendi. Quia con tingit in me per modum loquendi sicut appa reret in durissimo lapide, qui percussus ictū in se non recipit, imo reuertitur ad percutientē, ita culparum illoq; percusiones, unde sentio sętō rē, proculdubio mihi nocere nullo modo pos sunt, sed uenenata sagitta culpæ lętalis eos p cutit & occidit. Quæ culpa gratia priuat eos in uita præsenti, fructum huius precioſi san guinis amittendo. Et si in ultimo se non emen dauerint cum contritione cordis & humili cō fessione sancta, peruenient ad ętternam damna tionem, a me pręcisi, & cum dæmonio copula ti colligationem enim insimul inordinaueruṅ, quoniam ilico cum anima gratia priuatur in peccato ligatur cum uinculis odij uirtutum, & amoris uitiorum. Et cum arbitrio libero ligamen istud in manu diaboli posuerunt, cum quo ligat eos, quoniam ab eo aliter ligari non possent. Isto ligamine ligati sunt adinuicem

isti persecutores huius precioſi ſanguinis, & ueluti membra cum dæmonio ligata, dæmonum officium aſſumpſerunt. Ipſa nanque dæmonia conantur iuxta poſſe fideles a ſalutis uia peruertere, gratiæ ſtatum ab eis auferendo, & ad culpas inducere mortalium offenſarum, atque peccatorum, ut irremediabile malũ quod experiuntur in ſe, participent cum illis fidelibus, quos decipere poſſunt. Similiter iſti faciunt qui ueluti membra diaboli ſponſæ filios Ieſu Chriſti filij mei ſubuertunt, eos a charitatis uinculo diſſoluentes, & eos liga miſerabili & infelici ligantes, & ipſos cum eiſdem huiuſmodi fructu ſanguinis exultãt eſſe priuatos. Hoc utique uinculum ſigillo tenebrarum apparet eſſe ſigillatum, quia non agnoſcunt in quot inconuenientia miſeranda ceciderunt, & alios ad cadendum impellunt. Ideo non ſe corrigunt, quia minime cognoſcunt, imo tanquam excæcati gloriatur in eorum corporis & animæ deſtructione. O chariſsima filia, dolcas amaritudine uehementi, uidendo tantam miſeriam & cæcitatẽ in his qui loti ſunt in iſto pꝛecioſo ſanguine, ſicut & tu. Sunt inſuper adulti atq; nutriti prædicto ſanguine ad eccleſiæ ſanctæ pectus, & modo ueluti rebelles ab eius pectore diſceſſerunt ex quodam uilipẽdendo timore, atq; iub colore corrigendi defectus miniſtrorum meorum, de quibus expreſſe prohibui, ne tangerentur ab eis. Vnde terror ualde te debet inuadere una cũ alijs amicis meis, quandocunque nominari ſentis uituperoſam huiuſmodi colligationem atq; deteſtabilẽ, lingua tua narrare non ſufficit, quantum illã abhominor. Et quod uidetur etiam eſſe deterius, quia cum clamide defectuum miniſtrorũ meorum ſe defendere uolũt, & eorũ culpas nec aduertere uidentur, quia nulla clamis ante meos oculos aliquid abſcõdere poteſt, quin aperte uideam omnia. Coram oculo creaturæ quandoque poteſt aliquid abſcondi, mihi uero nunquam, quia non ſolum præſentia uideo, uerumetiam omnia præterita & futura cognoſco. Ego dilexi uos, & agnoui plus quã creditis. Et hæc eſt una de cauſis, quare miſerabiles homines in uita præſenti ſe non corrigunt, quoniam in ueritate cum lumine uiuæ fidei non exiſtimant a me uideri, quia ſi ueraciter ita crederent, & quod omnis culpa puniretur, & omne bonum a me remunerabitur, ut in alio loco tibi dixi, proculdubio non ita multiplicarent offenſas, imo potius iam factas contra me ſolicite corrigerent, & humiliter a me miſericordiam expoſcerent, & ego mediante ſanguine filij mei miſericordiam eis impenderem. Sed ipſi ſunt ueluti obſtinati, & a bonitate mea reprobati, & in ruinam ultimam inciderunt priuati lumine, propter eorum defectus, & tanquam omnino cæci ſunt effecti, ſanguinis unigeniti mei perſecutores. Quæ perſecutio fieri non debet ex aliquo defectu qui uideretur, uel eſſet in miniſtris eiuſdem precioſi ſanguinis.

Breuis repetitio ſuper prædictis de eccleſia & miniſtris eius.

Caput cxviij.

ALiqua tibi narraui chariſsima filia, de reuerentia quæ fieri debet unctis meis, nõ obſtantibus quibuſcunque defectibus eorum, quoniam illa reuerentia non fit, neque fieri debet intuitu ſolummodo ipſorum, ſed propter autoritatem quam eis exhibui. Et quoniam ex defectibus eorum ſacramenti miniſterium nec minui nec diuidi poteſt, ipſa reuerentia circa eos deficere non debet, intuitu theſauri precioſi ſanguinis. Faciendo autem oppoſitum, offenditur tibi paruam ſcintillam in comparatione magnæ diſplicentiæ, quam inde percipio, & q̃ grauiter offendunt. Et quantum habeo moleſtam colligationem factam, & q̃ quotidie iſti faciunt in ſeruitium diaboli contra me, cum perſecutione precioſi ſanguinis unigeniti filij mei, ut amplius amariſsime doleas, iſte quem in præſenti narraui tibi, eſt unus defectus particularis ex perſecutione facta contra ſanctam eccleſiam, & ita tibi dico generaliter de religione chriſtiana, quoniam omnes in peccato mortali conſiſtentes uita gratiæ ſe priuant, atque ſanguinem precioſum uilipendunt, hoc ualde mihi diſplicet. Sed ualde maiorem diſplicentiam habeo de ſupra memoratis, qui ligati ſunt ita directe contra me.

De excellentia & uirtutibus miniſtrorum ſanctorum. & quemodo conditionem habẽt ſolis, & de ipſorum correctione circa ſubditos.

Caput cxix.

NVnc ut impendam aliquale refrigerium animæ tuæ mitigabo dolorem tuum, atque tenebras iſtorum miſerabilium ſubditorum cum uita ſancta & odorifera miniſtrorum meorum, de quibus tibi dixi, quod habebant conditionem ſolis. Itaque cum odore uirtutum ipſorum factorem poteris in præſenti mitigare, atque ſimili modo cum luce tenebræ ceſſabunt, ac etiam cum iſta luce melius intelligere poteris tenebras uitiorum, quæ regnãt in miniſtris meis. Igitur oculum intellectus aperias, & uidebis in me iuſticiæ ſole glorioſos miniſtros, qui cum adminiſtrarent uerum ſolem, conditionem uiderunt ſolis, ut ego tibi recitaui de Petro principe cæterorum Apoſtolorum,

ſtolorum, qui claues ab unigenito filio meo regni cœlorum accepit, ita tibi dico de aliis, qui lumen in hoc uiridario ſanctæ matris eccleſiæ miniſtrauerunt, uidelicet corpus atque ſanguinem unigeniti filij mei, ueri ſolis uniti mihi, nec a me quoquomodo diuiſi, ut eſt ibi ſupra dictum. Et omnia ſacramenta eccleſiæ ſanctæ, quæ quidem omnia ualent, & uitam exhibent in uirtute precioſi ſanguinis in diuerſis gradibus, ut aſpiritu ſancto ſunt ordinati miniſtri, cum quo miniſtrauerũt, cum lumine gratiæ, quod extraxerunt ab iſto uero lumine. Sed iſtud amabile lumen eſt ſolum. Non enim poteſt eſſe ſolum gratię lumen, neque poteſt eſſe diuiſum. Ita totum habetur ſiue nihil. Ille qui conſiſtit in peccato mortali, priuatus eſt ilico lumine gratiæ. Qui uero gratiam habet, eſt illuminatus in oculo intellectus, in agnoſcendo me, qui gratiam ei dedi & uirtutem quæ conſeruat gratiam. Et in ipſo lumine peccati miſeriam agnoſcit, atque cauſam ipſius, uidelicet amorem proprium ſenſitiuum, ideo mouetur ad odium contra illum. Et ex hoc odio proprij amoris in affectu ſuo recipit calorem meæ diuinæ charitatis. Affectus ilico ſequitur intellectum, unde recipit ab iſto glorioſo lumine calorem, ſectando doctrinam dulciſsimæ meæ ueritatis. Qua re memoria repletur indilate recordatione beneficij ſanguinis. Itaque cernis quod lumen hoc haberi nequit abſque calore, pariter & colore, quoniam hæc tria unum ſunt ex unione perfecta. Et ita nemo habere poteſt unam animæ potentiam ordinatam ad recipiendum in ſe me uerum ſolem, quin omnes tres ordinatæ ſint & in nomine meo congregatæ. Cũ enim oculus intellectus cum lumine fidei conſurgit ultra commune lumen & aſpectum ſupranaturalem ad ſe ſpeculandum in me, affectus eum indilate ſequitur amando, quæ uidit & agnouit intellectus, & ipſo facto memoria repletur his, quæ diligit affectus. Et ita diſpoſitæ potentiæ talis animæ participant & habent me ſolem uerum, & illuminantur in potentia mea & ſapientia unigeniti filij mei, & iſta ſuccenſa clementia ſpiritus ſancti. Videſ ergo, quod iſti miniſtri mei fideles aſſumpſerũt conditionẽ ſolis, quia uidelicet induti cũ plenis potẽtijs animarũ eorum, de me uero ſole more ſolis agunt. Sol quippe calefacit & illuminat, & cum calore ſuo terram germinare facit. Ita faciunt iſti dulces electi, & uncti miniſtri mei, quos in corpore myſtico ſanctæ matris eccleſię collocaui ad miniſtrandum corp⁹ & ſanguinem unigeniti filij mei, cum aliis eccleſię ſacramentis, quę uitam habent ex uirtute ſanguinis uirtuoſe miniſtrauerunt illa mentaliter & actualiter. Mentaliter, uidelicet illũ ſtrando corpus myſticum eccleſię ſanctę lumine ſcientię ſupranaturalis, cum colore ſanctæ uitę, ſequentes Ieſu Chriſti filij mei doctrinã, calorem quoq; miniſtrauerunt ardentiſsimæ charitatis. Vnde cũ calore ſuo charitatiuo germinare faciebant animas quę ſteriles erant, eas illuminando lumine ſcientię pariter & eorum uita ſancta & ordinata, tenebras expellebant infidelitatis, atq; mortalium peccatorũ, ordinãtes uitã eorũ qui uiuebant inordinate, cũ frigiditate mentis ex priuatione charitatis, & in tenebris peccatorũ. Igitur aperte cognoſcere põtes, q̃ ipſi ſunt ueluti ſol, ex eo q̃ ſolis cõditionem aſſumpſerunt a me uero ſole, quoniã ex amoris affectu ſunt quaſi unũ mecum effecti, & ego cum eis. Quilibet iuxta gradum ſuum, ut cum elegi, lumẽ exhibuit in eccleſia ſancta. Petrus cum prędicatione, miraculis, & doctrina, poſtremo cum proprio ſanguine. Gregorius cum ſcientia ſacram paginam exponẽdo, & cum uitę ſanctę ſpeculo. Sylueſter uero contra Iudęos & infideles, ante Conſtantinũ imperatorem cum efficaciſsima diſputatione fidem chriſtianam approbando uerbis, atq; factis, ut ego ſibi uirtutem adminiſtraui. Si cõſideres Auguſtinum, Hieronymũ, atq; gloriоſum Thomam de Aquino, & alios quamplurimos, uidebis quanto lumine ſponſam iſtã illuſtrauerunt, ueluti luminaria ſplendentia ſuper candelabro collocata, errores extirpauerũt, & obcęcatas animas illuminauerunt, cum humilitate perfecta, ueluti famelici ſalutis animarum, & honoris mei, manducantes iſtum cibum ingenti dilectione ſuper menſa ſanctiſsimæ crucis. Martyres uero ſanguine proprio dilatauerunt ueram & ſalutiferam fidẽ, qui ſanguis iactabat odorẽ in conſpectu meo, & cum odore ſanguinis atq; uirtutum, lumine ſcięti æ ſanctificabant in iſta ſponſa fœtorem infidelitatis expurgando, & animas in tenebris aſſuetas illuminando, quia lumen uerę fidei reluceba t in eis. Prælati quoq; in ſtatu prælationis a uocatio meo in terra conſtituti mihi cũ ſancta & honeſta uita ſacrificiũ iuſticię faciebãt. Margarita quoq; iuſtitiæ cum humilitate uera & ardentiſsima charitate cum ſalutifero lumine diſcretionis in eis atq; ſubditis eorum apertiſſime relucebat. In ſe principaliter iuſte mihi debitum exhibebãt, uidelicet nomini meo tribuendo gloriam & honorem. Si uero reddebãt odium & diſplicentiam propriæ ſenſualitatis contemnendo uitia, & amplectendo uirtutes,

una cum charitate mea, pariter & proximi sui, cum humilitate conculcabant superbiam. Et ad mensam altaris accedebant ueluti angeli cum puritate corporis & animæ, cum sinceritate mentis, offerendo mihi sacrificium in fornace ueræ charitatis exusti. Et quia prius de semetipsis iusticiam egerant, ideo de subditis etiam iusticiam agebant, uolentes & inducentes eos uirtuose uiuere, corripientes transgressores absq; timore seruili, non attendentes ad semetipsos, imo solum ad honorem meum, & salutem animarum. Ipsi tanquam boni pastores imitabantur pastorem optimum, uidelicet Iesum Christum unigenitum meũ, quem uobis assignaui, ut ipse gubernaret & aleret uos oues, & uitam pro uobis exponeret. Isti uere sunt imitati uestigia sua, ideo correxerunt, & non permiserunt membra languentia putrescere, uidelicet non corrigendo, imo charitatiue cum benignitatis unguento siue cum ignis asperitate plagam incidendo culpæ sicuti sancta discretio uidebat expedire, fortiter arguendo atq; disciplinando plus uel minus, defectus exigentiam. Et pro tali reprehensione siue correptione, uel etiam pro ueritate salubri profitenda, mortem sui corporis utilipẽ debant: isti quidem erant hortulani ueri, qui solicite cũ sancto zelo atq; timore Dei spinas peccatorum euellebant, plantando uirtutum odoriferas in ecclesia sancta plãtas, unde subditi uiuebant uirtuose cum sancto timore, quotidie crescentes ueluti odoriferi flores in corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ. Quare corrigebant absq; timore seruili, quia penitus erant illo priuati. Nam in eis aberat uenenosa culpa peccati, & ideo cum iusticia sancta uiuebant, arguendo uiriliter absq; timore quocunque. Hæc est illa margarita, quæ ualde lucebat in eis, quæ lumen exhibebat, & pacem in subditorum mentibus, unde cum sancto timore perstitebant in unitate cordium. Vnde certissime noueris, quia nihil aliud est in causa talium tenebrarum atq; diuisionũ in mundo inter seculares, clericos atq; religiosos, & ecclesię sanctę pastores, nisi quia iusticię lumen omnino defecit, & iusticia tenebrosa pręualuit. Nullus in uita pręsenti status in lege ciuili siue diuina conseruari potest in statu gratię, sine sancta iusticia. Quoniam accidit ei qui non corripit nec corripitur, ueluti membro quod incipit in se putrescere, quia si medicus iners & insipiẽs ibi solummodo superponat unguentũ, & non utatur opportuno cauterio plagã incidendo, corpus uniuersum inficitur atq; putrescit. Ita prælato contingit, uel alijs dominis, q; uidendo membra subditorum esse corrupta propter fœtorem peccati mortalis, apponunt solum unguentum blanditiarum & adulationum absq; debita reprehensione, nullo tempore liberabuntur, sed ex hoc inficientur alia mẽbra quæ uicina sunt in ipso corpore, uidelicet sub eodẽ pastore. Si uero fuerit idoneus & expertus medicus animarum illarũ, ut erant isti glorioſi pastores una cum unguento reprehẽsionis ignem adhibebit. Et si membrum huiusmodi penitus obstinatum esset in malo, præcidet illud a congregatione, separando, ne corrumpat alia membra putredine peccatorum. ipsi tamen non ita hodie faciũt, imo uidere dissimulant. Sed nunquid ignoscantur, hoc est, quia radix amoris priuati uiuit in eis, unde puersum timorem seruilem extrahunt. Nam ex timore perdendi statum prælature siue temporalia quędam, non corrigunt. Sed uelut excæcati faciunt, ideo non agnoscunt quomodo status in se cõseruatur. Quod si cognoscerẽt quomodo bene conseruatur cũ iusticia sancta manutenerent eam. Sed quia lumine uero priuati sunt, neq; uidere, neq; intelligere queunt, & existimant eum ex iniusticia conseruare, non arguendo subditorum iniquitates, ipsi uero decipiuntur a propria passione sensitiua, & ab ambitione prælaturę siue dominij. & isti non arguunt neq; corrigunt, eo quia sunt eisdẽ defectibus, uel maioribus infecti. Scientes ergo se culpabiles audaciam atq; confidentiam amittunt arguẽdi cæteros, inhibiti atq; ligati a seruili timore, se uidere dissimulant. Et si quandoq; uident aperta quædam, arguere siue disciplinare negligunt, imo se blandis uerbis obligari permittunt, interuenientibus xenijs & oblationibus, unde postmodum in ipsorũ malorum excusationes adinuenire conantur, ut ipsos in nullo punire uel arguere debeant. In istis impletur illud Euangelicum a mea ueritate prolatum, ipsi cæci sunt atq; cæcorum duces, & si cæcus a cæco ducatur, ambo in foueam cadunt. Non ita fecerunt illi qui præcesserũt, uel faciunt etiam aliqui moderno tempore cõsistentes ueri duces, & amabiles ministri mei, de quibus tibi dixi, q; habebant in se proprietatem solis atque conditionem, qui uere seueluti sol habent. Non inueniuntur in eis tenebræ peccatorũ uel ignorantię, quia sequuntur in ueritate doctrinã unigeniti filij mei, neq; tepidi sunt, eo quod exusti sunt, & iugiter exuruntur in fornace meæ diuinæ charitatis. Et ueluti cõtemptores diuitiarum, prælationum, atque dignitatum uitæ præsentis, absque timore quocunque corrigunt audacter. Nam ille qui prælationem siue dominium appetere non uult, amittere nullo modo metuit. Ideo

deo uiriliter arguunt isti, quoniam immunis a culpa reperitur eorum conscientia. Quare preciosa margarita iustitiæ tenebrosa non erat in ipsis ministris meis fidelibus, imo lucida, amplexabantur insuper auide paupertatem uoluntariam, & uilitatem propriam cum humilitate profunda. Ideo paruipendebant irrisiones, cõtumelias, detractiones, hominum iniurias, obprobria, pœnas atque tormenta quorumcunque persecutorum. Omnia cum inuincibili patientia tolerabant amore mei, tanquam angeli terrestres, imo plusquam angeli, non ex natura, sed ex gratioso ministerio super naturam eis a bonitate mea commisso, uidelicet ministrandi corpus & sanguinem unigeniti filij mei. Et uere ministri mei tales angeli sunt, eo quia sicut angelus a me uestræ custodiæ deputatus inspirat in mentibus uestris inspirationes bonas atque sanctas, ita faciebant ipsi, & hodie facere tenentur, eo quia deputati sunt ad uestram custodiam. Ideo iugiter habebãt oculum in subditos eorum, uelut ueri custodes, inspirantes in eorum animabus inspirationes bonas & sanctas, cum exemplari uita & uirtuosa, pro eis offerentes amorosa & dulcia desideria in conspectu meo, cũ humili oratione continua. Itaque uides, quod sunt angeli collocati super candelabro, uelut accensæ lucernæ in corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ ab ignita charitate mea, pro uestra salubri custodia, ut in cæcitate uestra ducem habeatis, ut uos in ueritatis atq; salutis uia dirigant. Ipsi ministri mei cum humilitate magna & exemplari conseruabãtur cum subditis eorum, ipsos charitatiue gubernando cum uiua fide, pariter & firma spe, minime dubitabant, ne sibi siue subditis ista temporalia deficerent. Ideo pauperibus abundantissime distribuebant ecclesiæ sibi commissę substantiã, & bene seruabant, & opere perficiebant illud ad quod erant obligati, distribuendo uidelicet in necessitate pauperum, ecclesiæ substantiam temporalem. Ipsi deposita facere uitabant, itaque post uitam eorum non inueniebantur eis aliqua deposita, imo post mortem aliquorum debita plurima reperiebantur contracta pro necessitatibus pauperum charitatiue subleuandis. Et hoc occurrebat ex excellentia charitatis eorum, quæ procedebat a uera spe, quam in prouidentia mea collocauerant. Nam erant proculdubio timore seruili priuati, & ideo minime timebant eis aliqui necessaria debere quoquomodo deficere siue temporalia. Hoc est utique signum, quod aperte demonstrat hominem in me collocasse spem, & non in se, quando uidelicet timore seruili non timet. Sed illi qui sperant in se, sunt illi qui timent & expauescunt ex umbra propria, metuentes atque dubitantes ne cœlum una cum terra deficiat eis. Cum isto timore atque peruersa spe quam habent in modica prudentia sua, tantam infælicem & miserabilem solicitudinem assumunt in acquirendo atque conseruando res istas exteriores, quod uidetur ipsos omnino postergare spiritualia, & uix inuenitur quis ad hæc attendat. Sed ipsi miserabiles infælices atque superbi, nõ attendunt neque considerant, quod ego sum ille qui prouideo quæ sunt necessaria animæ, simul & corpori uestro, quamuis cum illa mẽsura qua speratis in me, cum ea remetietur uobis prudentia mea, neque miseri atque præsumptuosi attendunt, quod sum ille, qui sum, ipsi uero non sunt. Esse nanque suum a mea bonitate acceperunt, & omnem gratiam super hoc esse fundatam. Et ideo superuacue laborat, & inuanum laborat ille qui custodit ciuitatem, nisi custodiatur a me. Stulto labore fatigatur omnis qui se putat illam sua uigilia siue solicitudine posse defendere, quoniam ego sum ille solus qui custodio. Tamen a uobis exigo, ꝙ hoc esse uobis a me concessum, & alias gratias in ipso, & super ipso fundatas, exercentis uirtuose uiuendo, cum arbitrio libero, dum tempus habetis, & lumen rationis, quod ego uobis exhibui, quia creaui uos absq; uobis, sed nõ decreui saluare uos, absq; uobis. Vos quippe dilexi antequam essetis. Et hoc uidetur, & aperte cognouerũt isti dilecti mei, & ideo me dilexerunt ineffabiliter. Et propter affectuosum amorem quo me diligebant, ita fiducialiter in me sperabant, & nunquam in aliquo dubitabant, siue metuebant. Vnde Syluester disputando coram imperatore Constantino, contra illos duodecim Iudæos in præsentia magnę multitudinis, in maxima constantia perseuerabat, cum fide uiua credens & existimãs, quia me secum existente, nullus ei nocere poterat, & ideo nullum timere debebat. Et ita cæteri mei serui fideles, omni timore seruili depposito, constanter in omnibus agebãt, quia soli non erant, imo bene sociati, quoniam in dilectione charitatis existentes, in me stabant, & a me lumen sapientiæ unigeniti filij mei recipiebant. A me uero potentiam habebant, unde fortes erant contra principes atq; mũdi tyrãnos. A me quoq; recipiebãt ignem sancti spiritus, in quo percipiebant eiusdẽ clementiã & amorem ignitum. Hic amor est associatus cum lumine fidei, cum firma spe, cũ inuincibili fortitudine, cũ pace uera & longa perseuerantia, uidelicet usque ad ultimum suæ mortis.

Itaque uides aperte q̃ soli non erant, imo sociati, & ideo nullo modo metuebant. Solus ille qui se solum uidet & attendit, in se solum modo sperans, charitatis amore priuatus est ille qui timet, & quæcunque paruа res incutit ei timorem, ex eo quia solus est priuatus ex defectu suo, me qui summam securitatem animæ tribuo, me per affectum amoris in ueritate possidenti, hoc experientia cognoscebant hi gloriosi dilecti mei, quia nihil animabus eorum obesse poterat, imo potius ipsi nocebant hominibus, & dæmonibus, qui frequentissime ligati permanebant ex uirtuosa potentia, quã ego super eos ex bonitate mea concesseram. Et hoc erat quod correspondere uolebam fidei, spei, atque dilectioni, quam habebant in in me, lingua tua faciliter enarrare non posset uirtutes istorum nec oculus intellectus aspicere fructum, quem in uita durabili recipiunt. Et ita recipient omnes qui realiter uestigia sequentur eorum. Ipsi permanent in conspectu meo, uelut preciosi lapides, quia labores eorum ualde libenter acceptaui & lumen quo corpus mysticum ecclesiæ sanctæ cũ odore uirtutis illustrauerunt. Et ipsos in uita durabili dignissime collocaui, ubi recipiunt beatitudinem & gloriam inæstimabilem in uisione mea, quoniam ipsi præbuerunt exemplum sanctæ & honestæ uitæ, & cum lumine uirtuose ministrauerunt illud uerum & æternum lumen, uidelicet corpus & sanguinem unigeniti filij mei, atque cætera sacramenta. Et ideo ualde singulariter a me diliguntur & honorantur, tamen ex dignitate quam eis ita gratiose commisi, quia sunt uncti atque ministri mei fideles, tum etiam quia thesaurum quem eis in manu posui, non absconderunt in terra per negligentiam atque ignorantiam, sed a me receptisse cognouerunt. & eum ad lucrum exposuerunt cum fideli solicitudine, humilitate profunda, & alijs uirtutibus ueris atque realibus. Et quoniam ego in salutem animarum eos in tanta collocaueram excellentia nunquam otiose pertransibant imo uelut boni pastores ingenti solicitudine reducebant oberrantes oues, ad ouile salubre sanctæ matris ecclesiæ. Quare per amoris affectum & animarum salutem uelut famelici morti se metipsos exponebant, ut eas abstraherent de manu diaboli. Ipsi quandoque se simulabant infirmos cum infirmis. Aliquando namque ne peccator ex desperatione confunderetur, & ut apertius, atque maiori fiducia suam ægritudinem in confessione propalarent, dicendo cum intentione sancta simulabant, Et ego sum infirmus. Salubriter ergo nouerant flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus, & prudenter exhibebant unicuiq; cibum suæ saluti necessarium & utilem, uidelicet conseruando bonos, quorum uirtute gaudebant, quoniam ex inuidia nullo modo tabescebant, imo dilarati multum in affectu syncero charitatis omnium proximorum eorum, & præcipue subditorum suorum. Peccatores autem a peccatis suis extrahere solicite satagebant, eis affectuose prudenter atq; charitatiua compassione condescendentes. & in corpore pœnitentiali frequenter in animo maiorem amaritudinem imponentes habebant, quam illi quibus imponebatur. Et aliquando plures erant qui pœnitentiam iniunctam una cũ peccatoribus illis agebant, & præcipue cum percepissent huiusmodi pœnitentiam eis extitisse molestam uel ualde grauem, unde frequenter ex hoc actu charitatiuo difficultas aspera uertebatur in dulcem atque gratam. Isti fideles ministri mei dilecti cum essent in statu prælaturæ se subditos exhibebant ex humilitate, & cum essent in ecclesia domini, se facie bant infimos, atque subditorum seruos existentes in uirtute sani atque robusti, ex charitate se simulabant infirmos, & imbecilles. Cũ simplicibus erant, & ipsi simplices, cum paruis, parui, & ita cum hominibus humiliter atque charitatiue salubriter conuersari nouerãt, unicuique cibum utilem animæ suæ ministrando. Horum uero quid erat in causa? Proculbio fames atque desiderium, quod habebant ad honorem meum, atq; salutem animarum, & ita uelocissime currebant ad manducandũ huiusmodi cibum in mensa gloriosæ crucis, nullum omnino recusando laborem. Sed uelut zelatores igniferi salutis animarum, atq; salutiferæ fidei dilatationis & exaltationis, immergebant semetipsos inter spinas multarum tribulationum, & cum iniuncta patientia pericula mundi tolerabant, iugiter offerentes in conspectu meo incensum affectuosi & anxij desiderij cum oratione continua & humili, atque sudoribus lachrymosis, & sic ungebãt proximi sui plagas. Plagas inquam culpæ mortalium peccatorum, unde perfectam sanctitatem ipsi subditi assequi poterant, si cum humilitate cordis huiusmodi recipiebant unguentum.

Capituli repetitio, in summa de reuerentia quæ sacerdotibus reddi debet, siue bonis siue malis.

Caput cxx.

NVnc o charissima filia, demonstraui tibi scintillã partem de ipsorũ excellẽtia, scintillam uoco respectu eius quod est. Tibi narran-

rando pauca de dignitate in qua ipsos collocaui, quoniam eos elegi, atq; meos esse feci ministros. Et intuitu dignitatis istius & autoritatis quam eis exhibui, nolebam, sed neq; uolo, ꝙ propter aliquem defectum ipsoꝝ secularis aliquis eos aliquo modo puniat, & ipsos iniurioſe tangentes uel punientes, me ualde grauiter offendunt: imo uolo ꝙ eos habeant in debita reuerẽtia. Non quidem eos intuitu sui, sicut iam dixi, sed intuitu mei, uidelicet, ꝓpter autoritatem eis a me conceſſam. Vnde reuerẽtia talis nullo tempore minui debet, quanuis in eis minueretur uirtus. Ipsos quippe tibi posui narrando ueluti ministratores ueri solis, uidelicet corporis & sanguinis unigeniti filij mei, & aliorum ecclesiæ sacramentorum. Ista dignitas contingit atq; pertinet bonis atq; malis, & ad quemlibet ipsorum illam ministrare pertinet, ut iam dixi superius. Dixi tibi, ꝙ ministri mei perfecti solis conditionem habent, & sic est, illuminantes atq; calefacientes ex charitatis ardore proximos eoꝝ. & cum isto calore fructificabant atq; germinare faciebãt uirtutes in omnibus eoꝝ subditorum. Etiam tibi dixi, quia sunt angeli uobis assignati per me pro tuta custodia uestra, ut bonam de uobis diligentiam habeant, atq; sanctas inspirationes in cordibus uestris intromittant mediantibus orationibus suis, atq; salutari doctrina, & exemplo uirtuosæ uitæ. Solicite quoq; ministrent uobis ecclesiastica sacramenta, prout angelus agit, qui uos a malo custodit, uobisq; seruit, & bonas inspirationes in mente uestra inspirat. Itaq; cernis ꝙ ultra dignitatem quã eis ego concessi cum ornamento uirtutum, sicut de talibus tibi narraui, & ut omnes obligãtur esse, quantum ipsi digni sunt a uobis amari, & in quanta reuerentia debent a uobis haberi, quoniam ipsi dilecti filij sunt, & ueluti sol in corpore mystico ecclesiæ sanctæ positi propter uirtutes eoꝝ. Nam omnis homo uirtuosus, dignus est amari, sed multo fortius isti propter ministerium in eorum manibus a me positũ. Quare uirtutis intuitu ac propter huiusmodi sacramenti dignitatem eos amare debetis. Eorum uero qui miserabiliter uiuũt odire defectus obligamini. Non tamen eorum iudices esse debetis, quia nolo & omnino prohibeo, quia christi mei sunt. Ideo debetis amare atque reuereri penitus autoritatem eorum eis a me conceſſam. Vos optime nostis, quia si quidam immundus & male inductus uobis adduceret aliquem precioſum thesaurum, de quo uitam continue traheretis, uos amore thesauri & domini mittentis, odio nullo modo portitorem haberetis, non obstante quod esset in se laceratus & immundus. Immunditia quippe bene displiceret uobis, atq; conaremini ꝙ ab immũditia purgaretur, & induere tur amore domini. Igitur ita facere debetis, ex debito, secundum ordinem affectuoſę charitatis, & ita uolo uos agere circa tales ministros meos, quando sunt inordinati, qui cum immundicia uitiorum, atq; lacerati per separationem ueræ charitatis uobis adducunt ingentes thesauros, uidelicet ecclesiæ sanctæ ueneranda sacramenta, quæ uobis uitam gratiæ conferunt, indubitanter uobis illa digne sumẽtibus. Ergo non obstantibus illorum uitijs atque defectibus amore mei mittentis, & amore uitæ gratiæ, quam a magno thesauro recipitis, qui ab eorum manibus uobis in ecclesia sancta ministrat, uidelicet unigeniti filij mei corpus & sanguis, uniti cum diuina mea natura, reuerenter acceptare eos debetis. Odio quidem habeatis eorũ uitia, cum displicentia magna, sed iuxta posse conemini charitatis affectu & oratione sancta illos adiuuando induere, ac indumenta ipsorum abluere lachrymis, & eos offeratis cum sancto desiderio in conspectu meæ diuinæ maiestatis, ut illos induam ex bonitate mea uestimento charitatis. Vos aperte scitis, quod uolo eis libenter impendere gratiam, inquantum ipsi disponant se ad accipiendum illam, & uos ad intercedendum pro eis, quia proculdubio non est meæ uoluntatis, ut ipsi ministrent uobis, & alijs in uita præsenti solem in tenebris, neque ꝙ ipsi nudati sint uestimento uirtutum, & immundi utuant inhoneste, imo posui eos dando uobis in exemplũ uirtutum, ut sint uelut angeli terrestres, & uelut sol, mentes peccatorũ illuminãdo. Si uero tales esse renuunt, oportet uos orare pro eis, & non eos iudicare, iudicium uero mihi reseruare. Ego autẽ orationibus uestris intercedentibus impendam eis misericordiã abundantissime, si recipere se disponent: si uero uitam suam corrigere neglexerint in uita sua, dignitas eis ita gratioſe conceſſa, redundabit eis in ruinam. Et a me summo iudice cum improperio maximo in mortis extremitate nisi realiter & uiua fide recursum habeant ad misericordiæ meæ latitudinem inæstimabilem, uelut obstinati dirigentur ad ignem æternum.

De defectibus & uita reproba sacerdotum, & ministrorum iniquorum.

Caput cxxi.

NVnc autem filia dilectissima, ut tu & alij serui mei materiam habeatis amplioꝝ offerendi pro illis ante me continuas & humiles orationes uolo tibi dicẽdo mõstrare sedra

tam

tam uitam ipſorum. Quamuis undecunque te uerteris, uidebis aperte ſeculares atq; religioſos clericos, prælatos atq; ſubditos paruos & magnos, iuuenes & antiquos, & in omni manerie gentium offendere me, iugiter omnes enim culpæ putredine mortalium peccatorum infecti ſunt. Qui tamen fetor mihi nullo modo nocet, imo ſolummodo ſibimet offendẽtibus. Vſque nunc ego narraui tibi de iuſtis miniſtris meis, & de eorũ excellentia, & de uirtute bonorum, tum ex aliquo refugerio tuæ mentis, tum etiam ut apertius & plenius agnoſcas, utilitatem atq; miſeriam iſtorum ita miſerabilium, & uideas q̃ maiori reprehenſione digni ſunt, atq; maiori pœna cruciandi. Prout econuerſo dilecti mei fideles ex eo q̃ uirtuoſe tractauerunt eis a me commiſſum theſaurum, maiori præmio & excellentia digni ſunt, & ut in conſpectu meo ueluti margaritę precioſæ conſtituantur & ordinentur: & econuerſo miſerabiles iſti pœna crudeli atq; terribili cruciabũtur imperpetuum. Attende filia chariſſima, quoniam ipſi principium atq; fundamentum ſuum fecerunt, & conſtituerunt in amore proprio, unde proceſsit arbor uitandæ ſuperbiæ, cum indiſcretionis filio. Quia ſi tanquam indiſcreti ſibi honorem attribuunt atque gloriam, magnas prælationes inquirentes cum delicijs & ornamento ſui corporis, mihi uero reddunt uituperium & offenſas. Sibi enim attribuunt illud quod non eſt eorum, mihi uero quod non eſt meũ. Mihi debet attribui gloria & honor, ſibi autem debent reddere od ũ propriæ ſenſualitatis cũ uera noticia propriæ uilitatis, exiſtimando ſe tanto miniſterio prorſus indignos, quantum a me gratioſe receperunt. Ipſi autem oppoſitum operantur. Nam inflati ſuperbia nullo tempore ſatiantur, quotidie rodendo terram diuitiarum, & delicias uitæ p̃ſentis, tenaces, cupidi & auari circa pauperes, unde propter hanc auaritiam atq; miſerabilem ſuperbiam ipſorum, quæ nata fuit ex amore proprio ſenſitiuo, curam omiſerunt animarum, & ſolum attendunt, & iugiter uacant cum ingenti ſolicitudine temporalib⁹, & exterioribus uanitatibus omnino quaſi derelinquentes oues, quas ego commiſeram eis, ueluti oues abſq; paſtore. Nec eis alimenta tribuunt, nec eas aliquo modo nutriunt, neq; ſpiritualiter, neque etiam temporaliter. Spiritualiter enim adminiſtrant eccleſiaſtica ſacramẽta, quæ nullo modo uirtutem ſuam amittunt, uel etiam minuunt ex aliquo defectu illorum, neque uobis auferri poſſunt. Sed ipſi non uos alunt orationibus cordialibus, deuotis & humilibus, nec habent ignitum uſtrum ſalutis deſiderium, & famem cum honeſta uita. Nec etiam ſubditos pauperes alunt corporali cibo ſubueniendo neceſsitatibus eorum in ſubſtantia temporali, de qua tibi dixi, quod fieri debent tres partes, una debet eſſe pro neceſsitatibus eorum, ſecunda pauperibus erogari, tertia uero in utilitatem eccleſiæ debet expendi. Sed ipſi faciunt oppoſitum. Quia non ſolummodo ſubtrahunt a pauperibus illam partem, quam obligantur eis impendere, ſed ipſi rapiunt aliena, Simoniam exercendo per inordinatum pecuniæ deſiderium, uendendo ſpiritus ſancti gratiam. Aliquoties enim accidit, quod aliqui miniſtri & infęlices indigentibus impendere denegant illud quod eis ualde gratioſe conceſsi, ut uobis exhibeant, niſi manus impleatur eis, atque multis exenijs uiſitentur. Et intantum ſubditos amant, quantum ab eis aliquam utilitatem habent, & non ultra. Eccleſię ſubſtantiam expendunt ſolum in ornatis atque delicatis ueſtibus, non ut honeſti clerici ſiue religioſi, ſed ueluti domini ſiue ſeruaris curiæ domicelli, quotidie ſatagentes, pompoſos equos habere, ac etiam uaſa plurima tam aurea quam argentea, cum curioſis ornamentis in domo tenentes atq; poſſidentes, ea quæ tenere non debent, cum multa uanitate cordis. Cor etiam ipſorum ex uanitate diſſoluta uerba loquitur. Et omne deſiderium eorum eſſe uidetur in epulis atque conuiuijs, de uentre quodammodo ſibi deum facientes, inordinate comedentes & bibentes. Et ideo ſubito ruunt in immundiciam uiuendo laſciue. Vę uę ipſorum uitæ miſerabili & infęlici, quoniam illud quod unigenitus filius meus acquiſiuit cum grauiſsima pœna ſuper ligno ſanctiſsimæ crucis, ipſi cum meretricibus expendunt. Et ita damnabiliter iugiter animas deuorant & occidunt, Ieſu Chriſti ſanguine precioſo redẽptas, eas diuerſimode cũ ſe tenti miſeria corrumpendo, & de patrimonio uel hæreditate pauperum filios adulterinos alunt & ornant. O diabolica templa, ego uos elegi & collocaui, ut in præſenti uita tanquam angeli terreſtres eſſetis, & uos eſtis tanquam incarnati dęmones, & ipſorum officium aſſumpſiſtis. Dęmones habent in ſe tenebras, quas etiam alijs impendunt, & poſtea cruciata tormenta miniſtrant. Iuxta poſſe ſubtrahunt animas a ſtatu gratiæ cum uarijs moleſtijs atque tentationibus, ut inducant eas ad ſtatum æternæ damnationis in peccatis mortalibus inuoluendo. Quamuis nemo compelli poſsit ad peccatum aliquod, niſi ſponte conſentire uelit, licet ipſi dæmones

iuxta

iuxta posse sollicite uires apponant. Ita miserabiles isti non digni uocari ministri, sed ueluti Dæmones incarnati. Nam ex defectu proprio se conformauerunt cum illorum uoluntate diabolica, & ideo faciunt officium ipsorum, me lumen uerũ in tenebris mortalis peccati ministrantes. Et administrant ostendentes abhominabiles tenebras inordinate, imo scelerate uitæ ipsorum, tam subditis quam alijs hominibus exhibendo materiam confusionis, atque scandali mentibus intuentiũ eos, ita scelerate uiuere. Sunt etiam in causa ministrandi confusionem atque conscientiæ pœnas his quos aliquando subtrahũt a statu gratiæ, & a uia ueritatis, & eos ad culpam reducendo faciunt illos ambulare per uiam falsitatis & mendacij. Quamquam ille qui sequitur eos non est ex hoc excusat⁹ a culpa sua, quia compelli nullo modo potest ad culpam peccati mortalis ab istis dæmonibus uisibilibus, uel etiam ab inuisibilibus, absque proprio consensu uoluntario. Nullus itaque debet uitam ipsorum imitando respicere faciendo mala quæ faciunt. Sed iuxta monita meæ ueritatis in Euangelio sancto, facere debetis ea bona quæ dicunt ex doctrina data uobis in corpore mystico sanctæ matris ecclesiæ, in sancta pagina declarata, mediantibus prædicatoribus à spiritu sancto doctis, qui uobis in ueritate pronunciant uerbum meum. Et illorum uitam, & opera mala nullo modo sequamini, nec eos in aliquo punire uelitis, quia me grauiter offenderetis. Illis quoque relinquite uitam iniquam, & pro uobis accipite doctrinam ueram atque salubrem. Punitionem uero mihi seruate, quoniam ego sum ille dulcis æternus Deus, qui cuncta bona remunero, & omnem offensam in congruo tempore punio. Non enim illis parcetur siue dimittetur in suo tempore debita disciplina propter dignitatem eis a me gratiose concessam, uidelicet quia ministri mei sunt effecti. Imo iuste punientur ultra cæteros, in maiori miseria, uisi non correxerint, ga plus a mea bonitate receperunt. Et non tanquam ingrati me totaliter offendentes indubitanter ualde maiori punitione sunt digni. Itaq; uides eos esse uelut Dæmones, & e conuerso tibi dixi de meis electis, q̃ erant Angeli terrestres, & ideo faciebant Angelorum officium.

Quomodo in prædictis ministris inquis iniustitia regnat, & præcipue non corrigendo subditos.

Caput cxxij.

DIXI tibi q̃ in electis ministris meis iuste Margarita refulgebat, nunc uero tibi dico, q̃ isti miserabiles & infelices in pectore suo gestant iniustitiam pro fibula, quæ quidem iniustitia cum amore proprio coniungitur atq; connectitur in eis. Nam ex amore proprio committunt iniustitiam, contra suas animas ac etiam erga me, cum indiscretiõe tenebrosa, quia mihi non exhibent honorem, & gloriam, neq; sibimetipsis uitam sanctam & honestam, neq; desiderium salutis animarum habent & uirtutum esuriem. Et ideo committunt iniustitiam erga subditos, atq; proximos eorum, neq; uitam corrigunt, imo uelut excęcati non agnoscunt, & ex inordinato timore displicendi creaturæ p̃mittunt eos in suis infirmitatibus, inique dormire. Nec aduertere uidẽtur, quia placere desiderantes, ira grauiter offendunt, & mihi creatori suo, ac etiam eisdem ualde displicent. Aliquando se corrigere simulabunt, ut cum aliqua parua iustitia se cooperire possint, non arguendo maiores qui grauiora comiserunt quã illi minores quos corrigunt, & hoc ex timore seruili, ne forsitan eos impediant uel auferant eis uitam, siue statum eminentiæ suæ: sed acriter arguunt infimos, quia considerant eis obesse non posse nec auferre sibi statum. Iste proculdubio committit iniustitiam, ex amore proprio detestabili, qui proprius amor uniuersum orbem infecit atq; mysticum corpus ecclesiæ sanctæ, syluestre quidem faciendo uiridariũ huius uenerãdi sponsæ, flores ibi putridos inserendo, quod uiridarium bene fuit excultum, & uirtuose renouatum, & ornatum odoriferis floribus, tempore quo ministri mei fideles, & ueri laborantes aderant. Nam ex eorum uirtute subditi non uiuebant inique, sed cum uita sancta & honesta hodie uero nõ ita, sed oppositũ. quoniam ex iniquitate pastorum ipsi subditi mali sunt. Propter quod ista sponsa cer-

nitur plena esse spinis multarum iniqui/
tatum. Non quidem in semetipsa recipe/
re potest aliquam læsionem cuiuscunq;
putredinis peccatorum, quo ad ipsius ue/
neranda sacramenta, sed illi qui nutriun/
tur ad ubera prædictæ sponsæ putredinem
illam habent, & uolũtarie recipiunt in a/
nimabus suis auferendo sibi dignitatem
in qua posueram eos. Non q̃ in se digni/
tas illa minuatur in aliquo, sed intuitu de/
fectuum eorum, propter quos quamplu/
mi uilipendunt hunc unigeniti mei præ/
cioſum sanguinem. Quare frequentissi/
me seculares omittunt illam habere reue/
rentiã eis ad quam obligantur uirtute san
guinis Iesu Christi, quamuis ita facere nul
lo modo debeant. Et si perdant illam ipso
rum huiusmodi culpa nõ est, ideo minor
licet illi defectuosi cognoscantur, ut iam
supra dixi: tum ipsi miserabiles & infæli/
ces exemplum exhibent iniquitatis atq;
misericordiæ ubi posueram & elegeram eos ut
exhiberent exempla uirtutum.

De quamplurimis alijs defectibus mi/
nistrorum. Ceput cxxiij.

ATTENDE filia charissima præ/
fatorum iniquorum atq; miserabili/
um ministrorum, uñ tantam putredinẽ
exhauriuit. Indubitãter a propria sensua
litate sua quam ex amore proprio domi/
nam instituerunt & animam infælicem
suam esse fecerũt, cum ego liberauerim e/
os ab omni seruitute, cum unigeniti filij
mei sanguine, totum humanum genus a
seruitute liberaui Diabolica. Gratiam hu
iusmodi recepit omnis creatura commu
nicalisthos uero quos unxi nõ solum a ser
uitute Diabolica liberaui & eligendo con
stitui ut mihi solum æterno Deo seruirẽt,
uobisq; ministrarẽt, ecclesiastica sacramẽ
ta, sed illos etiam ab humana seruitute li/
beraui, taliter q̃ omnino prohibui atq;
prohibeo, ut secularis aliquis dominus il/
los iudicet uel aliquo modo puniat. Et at
tende filia charissima meritum quod mi/
hi retribuunt pro tanto beneficio, quia
quotidie me persecuntur cum iniquitati
bus atq; scelerata uita sua, cum tanta pec
catorum uarietate, q̃ lingua tua narrare
nequiret, & audiendo quasi deficeres. Ta
men aliqua tibi narrare uolo, propter ea
quæ dixi ut materiam ampliorem habeas
compassionis atq; lachrymarum. Ipsi sta
re deberent iugiter in mẽsa fructiferæ cru
cis ex anxio desiderio, ibiq; se nutrire cibo
salutis animarum amore mei. Et quam/
uis omnis alia creatura in se rationem ha
bens, hoc ipsum agere teneatur: Isti mul/
to fortius obligantur, quos elegi ut uobis
affectuose ministrarent unigeniti filij mei
corpus & sanguinẽ, & ut uobis exhibeant
exemplum uitæ salutaris, & ut cum an/
xio atq; pœnoso desiderio sequendo uiam
incarnatæ meæ ueritatis cibo nutriãt iu/
giter animas uestras in mensa sanctissi
mæ crucis, ipsi uero pro sua mensa taber/
nas elegerunt, ibiq; iurant, atq; frequentis
sime periurant, uiuendo miserabiliter in
multis iniquitatibus etiam in publico, si/
cut homines excæcati sine lumine ratio/
nis. Et ita sunt effecti uelut animalia tota
liter immunda, propter huiusmodi dese/
ctus & uerbis atq; factis atq; actibus in ui
ta lasciua studentes, officium uero negligũt,
imo frequenter ignorant, & aliquando per
soluẽdo magis ore quam corde persoluũt,
quoniam illud est a me remotum. Ipsi di/
recte uiuunt ueluti ribaldi atq; lusores, &
ex quo luserunt atq; alienauerunt ani/
mas eorum in manibus Dæmonum, ipsas
exhibendo, ipsi male consumunt & alie/
nant bona temporalia suarum ecclesiarũ,
quæ receperunt in uirtute præcioſi san/
guis Iesu Christi. Vnde pauperes priua/
ti sunt omni subsidio quod habere tener/
tur, & ecclesia non habet ea quæ necessa/
ria sunt in opportunis diuino officio. Vn
de quia facti sunt in se templum abhomi
nabile Dæmonum, uilipendunt aduerte/
re necessaria templo meo. Sed illud orna/
mẽtũ quod in templo meo facere deberẽt
ob reuerẽtiã sanguinis unigeniti filij mei,
faciunt in domib⁹ eor̃ in q̃b⁹ habitant.
Et q̃d etiam deterius est ipsi faciunt ueluti
sponsus, qui sponsam propriam ornat, ita
faciunt isti, Dæmones incarnati, q̃ de sub
stantia temporali suarum ecclesiarum or
nant abhominabiles atq; Dæmoniacas
eorum concubinas, cum quibus inique
sceleratissime uiuunt, & absq; uerecundia
quacunq; faciunt eas ad ecclesiam cum
alijs ambulare, atq; diuinis officijs in/
teresse, dum ipsi miserabiles in altari
consistunt ad consecrandum unige/
niti filij mei corpus & sanguinem.

Nec

Nec erubescunt q̃ infælices illæ concubi/næ filios eorum ad manum adducant, ut offerant una cum alio populo. O Dæmones incarnati atque Dæmonibus deteriores, utinam iniquitates uestræ non essent ita publicatæ coram oculis uestrorum subditorũ, ex eo q̃ si latérent eos, offendere/tis tantummodo me cum detrimento animarum uestrarum, proximo uestro minime noceretis exhibendo sceleratam uitam uestram eis in exemplum. Quare cũ exemplo uestro materiam præbetis ne sua peccata derelinquant, imo potius, ut illa siue maiora committant. Nunquid hæc est illa puritas quam a ministris meis opto & exigo? præcipue cum ad celebrandum accedunt ad altare? Puritas eiusmodi uidetur, hæc esse tali ministri, quoniam in mane surgit cum inquinata & cõtaminata mente, & corpore polluto iacuit in peccato mortali fætentis immundiciæ, deinde procedit ad celebrandum. O tabernaculum Dæmonis, ubi est nocturna uigilia cum officio diuino deuote celebrato? ubi humilis oratio continua? In ipso nanque tempore nocturno disponere te debes ad sactum mysterium quod habes in mane perficere, cum uera notitia tui, te reputans indignum ad tantum atq; tale mysterium, & cum cognitione mei, quoniam ex bonitate mea te feci dignum, & non tuis meritis elegi te in ministrum meum, & ut illud in creaturis meis uirtuose ministrares.

Quomodo in ipsis ministris inuenitur esse peccatum contra naturam, & de quadam uisione super hoc habita.

Cap. cxxiiij.

NOVERIS amantissima filia charissima, quia tantam puritatem abeis ac etiam uobis in isto uenerabili sacramento requiro, quantam in uita præsenti homo potest habere. Vnde quantum in uobis est quotidie conari debetis illam iugiter acquirere. Nosse nanq; debetis, gaudii, possibile foret expediret etiã ipsam Angelicam naturam in hoc uenerabili sacramẽto purificari, sed omnino purificatiõe nõ indiget, cũ in angelo peccati uenenũ occurrere nõ ualet. hoc uero tibi dixi, ut intelligas quãtã ab omnibus in isto uenerabili sacramento puritatẽ exquiro, præcipue tu habeas. Sed oppositũ agunt, gaudent imũdi, neq; solũmõ de immũdicia fragili ad quã estis quodãmõ naturaliter inclinati, q̃uis uirtuosa ratio, quando ultra una cũ arbitrio libero uobis a meq; bonitate traditio, refrenare potest huiusmodi naturalẽ inclinationẽ atq; rebellionẽ. Sed isti miseri nõ timẽ istã inclinationẽ in se refrenare nõ studẽt, imo q̃d ẽ ualde peior, uocãt illi sodomitico peccato cõtra naturã. Etipsi ueluti stulti, & excæcati, non uident, nec intelligũt huiusmodi miseriã putredinis in qua sunt, eo q̃d offuscatũ habẽt oculũ intellectus, & attẽdere nõ uident, quia propter abhominabilẽ fætorẽ quẽ inde procipio, iusto iudicio meo solũ ex isto peccato quinq; ciuitates aliquãdo feci sub mergi, quia iusticia mea noluit ultra sustinere tãtã abhominationẽ, quia nõ solũ ego q̃ summa sum & æterna puritas, abhominor enormitatẽ tãti criminis tuæ & ipsi dæmones abhorrent illud atq; detestãtur, quos ipsi miseri uoluntarie sibi dominos effecerũt. Non quippe dæmonibus displicet illud, uel aliud peccatũ, ut eis aliq̃d bonũ uirtuose placeat: Sed quia naturam habent Angelicam, & ideo natura talis omnino uitat actualiter uidere cõmitti tãenorme peccatũ, quamuis ipsum peccatorem antea uulnerauerit uenenata sagitta concupiscentiæ. Cũ uero ueniat ad actũ huiusmodi peccati, subito fugiendo recedit occasione prædicta. Vnde tu bene recolere debes, q̃ ante mortalitatem, ego tibi patefeci quantum erat abhominabile mihi, & quantum quasi totus orbis ex isto peccato corruptus erat. Vnde leuando te supra temetipsam, te ex anxio desiderio, & elevatione mentis ostendi tibi mundum uniuersum. Et quasi peccatum hoc abhominabile uidebas in omni maneries gentium effusum, & uidebas, ut ego tibi monstraui dæmones inde fugere, sicut iam tibi dixi. Et ipsa tunc habuisti tantam in mẽte tua pœnam ex illo fætore, q̃ quasi uidebatur tibi in mortis articulo laborare. Neq; uidebas locum in quo tu & alii serui mei stare possetis, ne a tali fætore contaminaremini. Non enim inuenies locum aliquem in quo tu te stare posses, nec inter paruos, nec inter magnos, nec inter antiquos, nec

nter iuniores, nec inter religiosos, nec inter clericos, nec inter prælatos, nec inter subditos, nec inter dominos, nec inter seruos. Nam omnes quasi uidebã illa maledictione contaminari mente simul & corpore. Tunc ostendi tibi non in omnibus hominib⁹ particulariter, sed in generali de quacunq; manerie gentiũ, quia plurimi non sunt, ita contaminati. Nam inter malos & reprobos etiam aliquos mihi reseruaui iustos & bonos, amore quorum iustitia mea refrenatur ne lapidibus inimigam, ut eos in instanti conterant, atq; terræ, ut eos ilico deglutiat atq; absorbeat, & auibus ut eos deuorent, atq; dæmonibus ut eorum animas pariter & corpora secũ asportent, imo uias atq; modos inuenio q̃ tum est in me, ut habeãt a me misericordiam, hoc est ut illi corrigant uitam suam. Ordino etiam seruos meos qui omni lepra mortifera carent, ueluti mediatores, ut pro eis intercedant in conspectu meo, & illis aliquãdo patefacio huiusmodi miseriarum eorum, ut amplius & feruentius in corde solicitentur ad inquirendam salutem eorum, offerentes eos in conspectu meo, cum compassione maiori atq; dolore peccatorum illorum, & offensę contra me perpetratę me feruẽter exãordo, sicut ego patefeci tibi. Quia si bene recolis cum exordinatione mea tu percipisses unam particulam scintillam huiusmodi fætoris, ad quãdam extremitatem te cognouisti deductam, unde cordialiter exclamando dixisti: O pater æterne miserere mei, tuarum q; creaturarum, uel animam meam a corpore subtrahas, quia mihi uidetur ultra tolerare non posse, uel mihi refrigerium exhibe, mihi locum ostendendo in quo possim una cum alijs amicis tuis uirtuose acquiescere, ne lepra talis ullo modo nobis obesse ualeat, uel animas siue corpora contaminare. Ego uero tibi respondi, pietatis oculum ad te uertendo, dicens & nunc iterato dico: filia dilectissima requies uestra consistit in hoc ut laudem & gloriam quotidie nomini meo reddatis, adolentes iugiter deuotarum orationum incensum in conspectu meo pro infelicibus istis, qui iacent in tanta miseria, quotidie prouocantes diuinum iudicium contra se propter iniquitates eorum: locus uero uester in quo semper immoremini sit uobis Iesus Christus crucifixus unigenitus filius meus, habitantes atq; latitantes in cauerna sui prætiosi lateris, ubi gustabitis ex amoris affectu in illa sua natura humana meam diuinam naturam, in corde suo sic aperto inuenietis aperte meam atq; proximi charitatem. Nam propter honorem meũ, & ut obedientiam iniunctam sibi a me perficeret in salutem uestrã, uelocissime cucurrit ad mortẽ obprobriosam sanctissimæ crucis. Cum uero gustaueritis hunc ineffabilem amorem, & cum diligẽtia consideraueritis doctrinam eius, operare sequemini, nutriendo uos iugiter in mẽsa sanctissimæ crucis, ex charitate portantes cum uera patientia defectus proximorum uestrorum, ac etiam omnem laborem, pœnam atq; tormẽtum undecunq; peruenient, & per modum hunc euadetis, lepramque fugietis. Iste locus est, & modus quem assignaui tibi, & alijs amicis meis. Tamen isto remedio non obstante non auferebatur ab anima tua sensus illius perceptæ putredinis, nec ab intellectus oculo recedebant illæ tenebræ, quibus offuscata fueras donec animæ tuæ fuit a mea bonitate prouisum. Quare dum postea communicant sumendo uenerabile sacramentum corporis & sanguinis unigeniti filij mei, qui uere Deus est, & homo, prout in altari sumitis in signum apertę ueritatis, omnis fætor ille subito cessauit una cũ tenebris, ex odore pariter & luce perceptis in gustu prædicti uenerandi sacramenti, in tantum q̃ odorem illius in ore simul & gustu tuo, plurimis diebus admirabili modo retinuisti & psensisti, sicut a bonitate mea fuerat ordinatum. Ita q; uides amantissima filia quantum abhominor in quacunq; creatura iniquitatem huiusmodi, sed ualde magis in his quos a mundo retraxi & elegi, ut in statu conti/nentiæ mihi ministrarent. Aliqui in Angelico statu sanctæ religionis, quidam autem in statu prælationis ueluti fructiferæ plãtæ in agro mystici corporis ecclesiæ sanctæ plantati, ut mihi fideliter in uerita te ministrarent. Aures tuæ leuiter audire non possent, neq; lingua tua narrare, quantum iste defectus abhominabilis mihi displicet in eis, ultra displicentiam quam habeo generaliter in hominibus in uita seculari uiuentibus. Ex eo

q̄ isti sunt uelut lucernæ super candelabro collocatæ, ministrationes ueri solis in lumine uirtutis & honeste sanctæque uitæ. Sed ipsi ministrant in tenebris. Et adeo tenebrosi sunt q̄ sacram paginam in se proculdubio luminosam, quam hauserunt electi mei cum lumine supranaturali, me uero lumine pandente sicut alibi narraui tibi, ex eorum inflata superbia frequenter interprætantur in tenebris, & immunde uiuentes non uident nec intelligunt aliquid inde nisi literalem corticem exteriorem, & absq; sapore quocunq; recipiunt illam, ex eo quia gustus animæ non est ordinatus, imo corruptus ab amore p̄prio & elatione mentis, & immundicia stomachum habentes impletum, exoptantes inordinatas eorum concupiscentias adimplere. Repleti nanq; sunt immundicia, cupiditate, curiositate & auaritia, & absq; uerecundia sua crimina publice cōmittendo gloriantur, ac etiam usuram a me prohibitam exercere multi miseri nō erubescunt.

Quomodo subditi ex prædictis defectibus quos in prælatis aspiciunt se minime corrigunt. Caput cxxv.

QVOMODO possunt igitur isti & talibus infecti uicijs atq; repleti, de fratribus arguere quenquam & iustitiam exercere de subditorum erroribus & defectibus? Nullo modo bona fronte possunt, ex eo quia reproba uita propria tollit eis audaciam & iustitiæ sanctæ zelum. Et si quando uellent exercere iusticiam aliquam, audent eis infelices atq; miseri subditi dicere: Medice primo cura temet ipsum, & postea mihi præbe medicinam, tu laboras enim egretudine grauiori quā ego, & arguere me contendis. Male proculdubio facit ille qui solo uerbo subditū arguit, & nō cum ordinata sanctaq; uita, licet siue sit ille bonus siue malus, ordinate tamen potest, imo debet in subdito suo peccatū arguere, ac etiā iuxta posse corrigere; sed ipse male facit quod ipse non arguit atq; corrigit uerbo & exemplo uirtutis & sanctæ uitæ. Subditus uero grauius offendit nō acceptando correctionē humiliter a bono siue malo prælato sibi factā in salutē animæ suæ, uitā suā defectuosā corrigēdo, ga sibi soli nocet & nō alteri, unde solus ipse tpe cōgruo punietur p̄ suis defectibus. Hæc oīa mala cōtingūt, ga prælati nō attēdūt ad corrigendū subditos cū sancta & exēplari uita. Et ideo non corrigūt, ga ab amore p̄prio sunt excæcati, in q̄ sunt datæ sunt oēs iniquitates eorū, & nō attendūt nisi ad pficiendas inordinatas uoluntates atq; concupiscentias eorū, & ad ista uident oēs uacare iugiter tā subditi q̄ prælati, tam clerici q̄ religiosi. O filia mea dilectissima ubi est hodie religiosorū obedientia, q̄ collocati sunt in sancta religione uelut Angeli, & illorum quam plurimi sunt Dæmonibus inferiores, imo deteriores. Electi sunt ut annuncient in ueritate uerbum meū in doctrina pariter & uita, & ipsi clamant uerbo solūmodo uocis, & ideo non sequitur aliquis fructus in cordibus auditorum. Prædicationes eorū potius compositæ sunt ad complacētiam hominū & aurium pruritum & consonātiam quam ad honorem meum, uel animarum salutem. Ideo solicite student nō in sancta uita, sed ut uerba sua ualde polite proferant, cum quadam mundana siue facundia Tulliana. Isti proculdubio non seminant utile semen uerbi mei realiter atq; salubriter, quia non attendunt ad euellendum uitia & plantando uirtutes. Vnde quia non extraxerunt ex orto suo spinas, ex orto proximorum euellere negligunt, & omittūt cellas p̄prias inutiliter & curiose discurrēdo p̄ ciuitates, unde cōtingit eis uelut piscib⁹ accidit, q̄ quādo diu non existunt in aqua p̄culdubio moriuntur. Ita religiosi uani quando morantur extra cellam, inhoneste uiuēdo, uita gratiæ priuati moriunt. Tales a sua cella discedūt, de qua sibi cā lū facere deberent, & eūdo p̄ uicos & plateas curiose uisitāt amicorū siue consanguineorū habitationes & aliorum secularium, ut inordinate eorum uoluntati placet & uidetur. Quorum huiusmodi culpa pro parte redundat in prælatos eorū indiscretos, qui concedunt huiusmodi licētias amplas & largas nimis & indiscretas, & ueluti miseri pastores & infælices p̄ effectū nō aduertunt nec curare uident uidēdo subditorū animas in manibus dæmonū, imo q̄ est etiā ualde grauius ipsimet sunt in causa damnationis eorū.

Nam aliquando uidentes illos esse dissolu
tos, uelut incarnati Dæmones eos ad mo/
nasteria dirigunt, ubi nouerunt esse Dæ/
moniacas moniales lasciuas & inordina/
tas, & ita cum ingenio subtili & admira/
bili unus est causa ruinæ alterius princi/
pium autem ipsorum ex operatione Dæ/
monis erit sub colore deuotionis, sed quo/
niam utriusq; uita miserabilis est atq; las/
ciua, non diu durat iste color huiusmodi
simulatæ deuotionis, quia subito fructus
apparent huius infelicis & inordinate de
uotionis, & primo quidem apparent flo/
res inique fætentes immundarum & in/
honestarum cogitationum, postea frondes
uerborum turpiū, & ex utraq; parte pro
cedentium, deinde suadente Diabolo ue/
nenata sua desideria perficiunt, fructus
uero qui sequuntur inde, tu nosti, quos a/
liquando uidisti, quia filij sunt, & aliquan
do deducuntur ad tale præcipitium am/
bo, q̄ habitū sanctæ religionis abnicētes
apostatant uterq;, scilicet ille ribald⁹ atq;
miser, & ipsa publica meretrix efficitur.
Omniū istarum iniquitatū mali prælati
sūt in causa, qa supra eor̄ subditos oculos
habere neglexerūt, imo cōcedebant eis lar
gam atq; inordinatam licentiam, & ui/
dentes & agnoscentes, eorum iniquitates,
uidere, dissimulabant. & quia subditus nō
fuit in cella delectatus, & ita per utriusq;
defectum incidit in mortem, lingua tua fa
ciliter enarrare nequiret in quod & quam
uarijs modis offendere me conantur. Fa/
cti sunt arma Diaboli, & cum fætore suo
uenenose corrumpunt intus & extra, ui/
delicet in religione sancta, sed extra secu/
larium aspectum, priuati charitate frater
na sunt, & quilibet optat atq; contendit
esse maior, & contra paupertatis uotum
propria possidere conantur. Ipsi promi/
serunt ordinem obseruare, sed in facto mi
serabili modo transgrediuntur imo quod
est ualde peius, non solum ipsi transgredi
untur ordinem, sed ueluti lupi rapaces in
surgunt, & psequunt bonos & humiles,
q̄ ordinē conātur obseruare; faciendo sup
eos trufas atq; derisiones, existimantes ex
his derisionibus quibus obseruatores ordi
nis ita psequuntur eorum propriam coo/
peruisse miseram uitam: sed ex hoc aper/
tius ipsi patefaciunt illam, & ideo tot in/
conuenientia in sanctis religionib⁹ occur
rūt. Sanctæ q̄ppe sunt in se, qa factæ sunt
atq; fundatæ realiter a spiritu sancto: ideo
nō ē defectus in ordinibus, sed in trangres
soribus. Ideo minime edūt, ppter aliquem
defectū subditor̄ siue malor̄ religiosor̄.
Ex hoc ergo q cupit aliquam ingredi re/
ligionē, nō debet attendere neq; sequi mo
res eor̄ q uiuunt inordinate transgredi/
do regulā, imo sup brachia sanctæ religio
nis appbare nauigare debet, q̄ nō ifirmat
in semetipsa, nec infirmari potest in ijs q
feruenter usq; ad mortē illā obseruāt. Di/
cebā q̄ sanctæ religiones ex defectu præ/
lator̄ atq; puerſor̄ subditor̄ ad tantā re
laxationē adductæ sunt, q̄ illi q simplici/
ter ordinem obseruare conantur, iudican
tur a transgressoribus ueluti culpabiles &
ualde reprehensibiles, ex eo, quia minime
sequuntur inordinata uestigia sua, ipsiq;
peruersi ceremonias quamuis bene ordi/
nauerunt, obseruare studeant, solum in ocu
lis hominum secularium, ad conplacen/
dum eis, & ut eorum inordinationes atq;
defectus aliqualiter operiantur. Itaq; ui/
des q̄ uotum primum obedientiæ, quo pro
miserunt ordinem obseruare, non implēt
de qua quidem obedientia tibi loquar in
alo loco. Vouerunt insuper obseruare
paupertatem uoluntariam atq; continen
tiam, hæc autem qualiter obseruent uide
possessiones & abundantiam pecuniarū
quas in sua singularitate possident, a cha/
ritate communi separati, nō communicā
do cū suis fratribus tam temporalē quam
spiritualem substantiā, ut ordo charitatis
ac sacra religio disponit & ordinat. Ipsi
uero solūmō studeant impinguare semet/
ipsos, animalia sua, & sic una bestia nutrit
aliam, & interim frater ei⁹, fam ęcruciat &
affligitur ingenti frigore, uelut inops atq;
pauperculus. Postquā n. habundantissime
prosefulcitus est pannis & pellibus & q̄/
tidie nutritur, & utitur in sua mensa cu/
riosis epulis, ultra de fratre suo pauperculo
non curat, & ideo renuit esse cum eo in
paupere mensa refectorij. Sollicite studet
adesse ubi carnibus implere possit atq; sa/
nare propriam gulam, unde postea uide/
tur impossibile q̄ ipse tertium continen/
tiæ uotum obseruare ualeat. Quia ple/
nus uentet non gignit mentem castam.

Imo

Imolasciui fiunt huiusmodi, cum inordinatis concupiscentijs, & ita procedunt de malo in peius. Et multa mala continguntur eis ex eo quia possident ista temporalia, quia nisi haberent ad expendendum, non ita uiuerent inordinate, nec haberent amicitias inutiles & curiosas. Quia quando quis non habet unde largiatur, amicitia quæ nõ est in uera charitate fundata, sed in amore doni uel alterius complacentiæ, quã unus ab altero recipit, nõ diu pmanet. O miserabiles in tẽta miseria collocati ꝓpter eos defectꝰ qbꝰ se uolũtarie subiecerũt, cũ ego collocauerim eos in tãta dignitate, ipsi uitãt ad eos accedere uelut ad locũ uenenatũ, & si quantisper ibi morantur uoce clamant, cor autem eorum est ualde remotum a me: ad altaris mensam accedunt ex quadam consuetudine magna, quam ex aliqua deuotione siue præcedenti quacunq; dispositione, quemadmodum irent ad mensam corporalẽ. Hæc & alia multa mala de quibus tibi dicere nolo ne grauentur siue maculentur aures tuæ, secuntur ex defectibꝰ pastorum & eorum ignauia, quia non corrigunt subditorum suorum defectus, neq; curant uel aliquem ostendũt habere zœlum, ut ordo seruetur, quoniam in se non seruant ipsi. Sed iniuste ponunt aliquãdo lapides graues obuiarum, quæ molestabunt humilis ordinis obseruatores, eos iniuste puniendo de culpis quas in ueritate minime commiserunt. Totum hoc accidit quoniam in tali prælato prætiosa margarita iustitiæ minime refulget, imo solum iusticiam rognat in pectore suo, & ideo punit iniuste subditum, qui meretur habere gratiam atq; beneuolentiam, & illis qui sunt Diaboli, membra sicut ipse, dat amorem, iocunditatem & statum ordinis, officia talibus imponendo. Ipsi uelut excęcati uiuunt, & uelut excæcati præbent ordinis officia, & ita subditos inordinatissime gubernant. Et nisi se correxerint in uita præsenti, cũ ista cæcitate sua peruenięt ad tenebras æternæ damnationis. Et oportebit ut ante me suum iudicem districtam rationem exhibeant de subditorum animabus, & qa male mihi reddere poterũt, ideo iuste recipient a me quæ recipere merentur.

Quomodo in dictis iniquis ministris ecclesiæ, regnat luxuriæ peccatum.

Caput cxxvi.

CHARISSIMA filia dixi tibi scintillã paruam de uita religiosorũ, & cum quanta miseria uiuunt in sancta religiõe, cum ouium uestimento, cum ipsi sint lupi rapaces: nunc uero tibi narrare dispono de defectibus clericorũ atq; ministrorum ecclesiæ sanctæ, tecum iuste conquerendo de prædictis eorum defectibus ultra defectus quos alias tibi narraui supra tribus columnis uitorum, uidelicet de immundicia, inflata superbia & cupiditate: quoniam ex cupiditate, sancti spiritus uendebant gratiam, ut iam tibi dixi. Istorum trium uitiorum unum ab altero dependet, & istarum columnarum amor ꝓprius est in causa. Iste columnæ dum erectæ consistunt, & amore uirtutum non deficiunt ad terram, & omnino non tument, uerum sufficiunt animam tenere ligatam & obstinatam in quolibet alio uitio. Quoniã omnia alia uicia sicut iam supradictũ est, oriũtur ab amore propriotnã ab amore proprio principale superbiæ uitium oritur: homo namq; superbus utiq; priuatꝰ est amore charitatis, & a superbia procedit ad immundiciam & ad auaritiam, & sic homines per semetipsos inchatenantur atq; ligantur in chatena diaboli. Nunc o charissima filia respice cum quãta miseria fœtentis immundiciæ maculãt isti miseri corpus atq; mentem ipsorum, ut aliqua iam tibi dixi. Sed aliquid addere uolo ut apertius agnoscas exuberantem fontem misericordiæ meæ, & ampliori cõpassione moueatis ad hos infelices quos ista tangunt. Sunt aliqui ita impleti Dæmoniaca conditione, ꝙ non solummodo carent omni reuerentia circa uenerabile sacramentum, excellentã uilipendẽdo in qua collocaui eos ex inæstimabili bonitate mea, sed ipsi uelut immemores ex affectione misera quam circa creaturam aliquam habent, cum ab illa obtinere non ualent q̃d optãt, agũt aliquas incantatiões inuocando Dæmones, & cũ uenerabili sacramẽto q̃d ẽ uobis exhibitũ in cibũ uitæ, faciũt sua maleficia mortifera, ut inæliciſsima desideria sua pficere ualeãt, ac inhonestas uolũtates corũ excutioni mãdaret.

Et

Et ouiculas illas de quibus ipſi debent habere curam, ipſis prouidendo ſpiritualiter atq; corporaliter: his & alijs modis affligendo cruciant. Et ut etiam ipſa uidiſti eas ire compellunt uelut inſanientes, & mentecaptas. Et ita uiolenter acquieſcere eas faciunt his quæ ſunt ultra uoluntatem ipſarum propter maleficia quæ fecerunt iſti Dæmones incarnati. Et aliquando propter huiuſmodi uiolentiam quam ipſe reſiſtendo ſuſtinent, earum corpora grauiter affliguntur. Et quoniam hæc & multa alia mala tu plene noſti de miſerabili & inhoneſta uita eorum, ultra non expedit in præſenti replicare. O chariſſima filia carnem humanam ultra choros Angelorum exaltatam ex unione diuinæ naturæ cum humana ueſtra natura taliter iſti miſeri & infelices, uilipendunt atq; tanto fœtori ſubijciunt. O miſer & abhominabilis homo, non homo, ſed animal immundum, quia carnem tuam oleo ſancto perunctam, & mihi conſecratam, abſq; uerecundia meretricibus exhibes, ac etiam deterius inquinas. Carni tuæ totius q̃ generis humani fuit ablata plaga qua uulnerauerat eam Adam ex inobedientia ſua, ſuper ligno ſanctiſſimo crucis, uirtute plagati corporis unigeniti filij mei. O miſer ipſe te honorauit, & econuerſo tu irrogas ei contumeliam. Ipſe uulnera tua ſanauit præcioſo ſanguine ſuo, & q̃d amplius eſt ipſe tibi commiſit ipſum ſanguinem omni populo ſuo miniſtrandum, & tu uulneras eum quantum eſt in te cum huiuſmodi peccatis inhoneſtis atq; laſciuijs. ipſe ueluti bonus paſtor abluit oues eius in ſanguine ſuo, & tu lotas inquinando fœdas, quia iuxta poſſe tuum in fœtentiſſimo ſubmergis eas. Tu debes eſſe ſpeculum honeſtatis, & econuerſo tu es exemplum inhoneſtatis, & immunditiæ. O/mnia membra tui corporis, ut apparet miſerabiliter ad operandum diſponis, & oppoſitum agis eius q̃ unigenitus filius meus egit. Nam ego ſuſtinui q̃ eius oculi uelarentur, ut oculi tui ſalubriter illuminarentur, tu uero cum tuis oculis laſciuis uenenata ſagitta percutis animam tuam, & iuxta poſſe conaris uulnerare cor illarum creaturarum quas ita corrupta mente reſpicis. Ego ſuſtinui q̃ aceto ſelle mixto potaretur, & tu uelut animal inordinatũ auide tibi procuras epulari ſpendide, quodammodo faciendo tibi de uentre Deum, uel idolum: in tua lingua iugiter habes inhoneſta uerba cum uanitate multa, quã exercere deberes in amonendo proximum, in anunciando diuinum officium, ut obligaris ore pariter & corde. Ego autem ex illa ſolummodo ſentio fœtorem: iuras enim atque ſæpe periuras, etiã blaſphemando, quemadmodum eſſes unus uilis ribaldus. Ego ſuſtinui q̃ illi ligarentur manus, ut te ſimul & humanum genus a culpæ uinculo ſolueret. Manus tuæ conſecratæ ſunt & unctæ, adminiſtrandum uenerabile ſacramentum: Tu uero eas exerces in tactib⁹ immundis & inhoneſtis. Omnia opera tua quæ per manus intelliguntur corrupta ſunt, & in obſequium Diaboli parata & ordinata. O miſer homo, ego te collocaui proculdubio in dignitate magna, ut mihi ſoli ſeruias, tu & omnis alia creatura habens in ſe rationem. Ego ſuſtinui q̃ ipſi filio meo pedes affigerentur, faciendo tibi ſcalã de corpore ſuo, & uolui ſibi coſtatum aperiri, ut ipſa ſecreta cordis aperte uidere poſſes. Ipſum uobis ego conceſſi uelut apotecham apertã, ubi poſſitis uidere pariter & guſtare in effabilem amorem quem ad uos habeo, reperiẽdo naturã in eo diuinã unitã ueſtræ naturæ humanę, ibi uidere potes q̃ ille ſanguis eius de quo te feci miniſtrum, eſt ueluti ſalubre balneum ad abluendum tuas & aliorum iniquitates: tu uero de corde tuo feciſti Dæmoni templum. Tuus etiam affectus qui pro pedibus intelligitur in ſe non habet nec offert in cõſpectu meo niſi putredinem, atq; uituperium. Ipſi pedes tui non deſerunt, niſi ad loca Diaboli, ita cum toto corpore tuo, tu percutis unigeniti filij mei corpus, ex eo, q̃ facis oppoſitum omnium quæ fecit ipſe, ac etiam eorum quæ facere teneris. Iſta tui corporis inſtrumenta ſonum tenuerunt in ordinatum atq; malũ, ex eo, quia tres animæ tuæ potentiæ congregatę ſunt in nomine Dæmonis, ubi congregate debueras in nomine meo. Memoriam debuiſti tenere plenam beneficijs a me gratioſe receptis, tu autem in ipſa conſeruas inhoneſtatem, & alia multa mala. Oculum inſuper intel-

lectus

lectus cum lumine sanctissimæ fidei debu isti ponere in obiectum Iesu Christi crucifixi, a quo minister electus es: tu uero proposuisti tibi statum, atque delicias uitæ præsentis cum uanitate multiplici, & tuus affectus amare me solummodo debet absque medio, tu uero modo damnabili creaturas inordinate diligis, atque miserabile corpus tuum, insuper alia animalia tua plus amare conuinceris quam me domi num tuum. Et quid hoc aperte demõstrat? Impacientia quam erga me demonstras, auferendo tibi quicquam ex his quæ diligis, atque displicentia quam erga proximum habes, quando tibi uidetur aliqd habere detrimentum a te o, nam ipsum habes odio cum blasphemia, & charitatem eius atque meam aperte multum offendis. O miser, & infælix effectus es uelut minister diuinæ meæ charitatis igniferæ, tu uero propter inordinata desideria tua propria, pro paruo temporali detrimẽto perdis illum. Attende filia charissima, quoniam hæc est una de illis tribus misserabilibus columnis de quibus iam tibi supra dixi.

Qualiter in prædictis ministris auaricia regnat, etiam ad usuram præstando. Cap. cxxvij.

NVNC ergo tibi de secunda columna, uidelicet de miserabili auaricia narrare dispono, quam ego satis abhorreo, pro eo quod infælices isti uendere conantur illud quod unigenitus filius meus tanta liberalitate donauit eis. Attendere nãq; debent ipsum in ligno crucis apertum & ex toto laceratum undiq; sanguinem effusum. Non enim redemit homines auro uel argento, imo suo sanguine præcioso propter amoris abundantiam. Neq; redemit unam solummodo mundi partem, imo quantum in eo fuit ex amplissima charitate sua redemit uniuersum genus humanũ, præteritos uidelicet, præsentes & futuros, neq; uobis exhibuit huiusmodi sanguinem absq; igne, pro eo q̃ cum igne feruentis amoris uobis illum impendit. Neq; recepistis istum ignem & sanguinem absq; natura diuina, quoniam in ipso fuit perfecte unita cum humana natura uestra, & huius unitj sanguinis ex affectu tã excessiuæ charitatis isti miseri ministri effecti sunt. Et ipsi cũ auaricia tanta & cupiditate detestabili, q̃d a filio meo prætio tanto, & ingenti charitate, redemptum est in cruce, uidelicet animas, ita uilipendunt, & male tractant. Atq; thesaurum eis gratis cõmissum, ex quo ministri facti sunt huius pretiosi sanguinis, in auaricia tanta dispensant, quod etiam sancti spiritus gratiam uẽdere satagunt, quam ipsi gratis acceperunt, ut alijs etiam ipsi simili modo ministrẽt: sed ecõuerso subditos a se redimi faciunt, quando ipsi subditi petunt, quod sibi gratis concessi. Tales non habent os auidum, ut aperte uidetur ad gustandum & manducandum escam animarũ ad honorem meum, imo solum ad deuorandũ pecuniam. Et ita sunt in charitate restricti, super eo quod ipsi liberaliter acceperunt, quod in eis per gratiã habitare nequeo, neq; proximus per amorem. Substantiam temporalem quã ipsi acceperunt habundanter uirtute pretiosi sanguinis Iesu Christi, lasciue consumũt, uiuendo luxuriose cum mulieribus & hominibus inhonestis, & attinẽtibus eorũ, nutrientes uituperabiliter adulteros filios eorum. Et solum attendentes ad semetipsos, uelut fures atq; latrones digni morte æterna, furantur ea quæ sunt ecclesiæ & pauperũ Iesu Christi. O miserabiles, ubi sunt filij dulcium atq; realium uirtutum, quas habere debetis? ubi est ingens & affectuosum desiderium circa meum honorẽ atq; salutem animarũ? ubi est ille dolor atq; cruciatus, quo salubriter affligi debes, uidendo lupum infernalem auferentem atq; deuorantem oui culas tuas? Nõ adest. Quoniã in arto corde tuo, atq; similium tuorum, amor mei, neq; proximorũ tuorum non est, neq; etiam capere potest in eo. Tu solũmodo diligis temetipsum, amore priuato, atq; sensitiuo, cum quo uenenas temetipsum & alios. Tu es ille dæmon infernalis, qui deuoras eas cum inordinato amore. Aliud non uidetur appetere gula tua. Et ideo minime curas, quãuis ille dæmõ inuisibilis eas asportet. Tu ipse dæmon uisibilis effectus es instrumẽtum, ut ad inferna descendant, quos uestis atq; pinguefacis, de substantia ecclesiæ. Temetipsum & alios diabolicos ui-

fos una tecum simul & animalia tua, uidelicet pulchros equos ornatos, qs in stabulo tuo tenes nõ ex necessitate, sed ex curiositate propter inordinatas cõcupiscentias tuas. Tu deberes cõtentari si necessitati satisfactum esset. Istę superfluę cõcupiscentię solent esse secularũ hominũ, uitæ præsentis delectationes uero tuę deberent esse circa pauperes, et iã infirmos uisitando, subueniẽdo necessitatibus eorum spiritualiter atq; temporaliter. Ex hoc te præcipue feci ministrum atq; tantam exhibui dignitatem. Sed quia tu brutũ animal effectus es, ideo delectaris in animalibus illis. Tu uero non uides ueluti excæcatus: quia si uideres & attente cõsideres æterna supplicia q̃ tibi parata sunt, nisi te correxeris, nullo modo faceres: imo doleres de præteritis transgressionibus atq; p̃sentes uitæ tuose uitares. Ergo filia charissima considerare potes quã iuste conqueri debeo de miseria ministrorum istorũ. Et cũ quãta liberalitate dotaui eos atq; magnificaui, & ipsi cum quanta misera cupiditate degenerant: & abhominabiles atque reprobi fiunt. Ad hoc etiã aliqui augẽt suas iniquitates ad usuram uidelicet pręstando, non quod quasi usurarij publice tendiculam in hostio suo teneant: Sed cum ingenio subtili exquisito tempus ue nundare procurant proximo suo ex cupiditate sua peuersa, quod omnino prohibitum & illicitũ est. Et si esset aliquod enxenium parui ualoris, & ipse cum intẽtione sua recipiat in loco præcij pro seruicio commodatæ pecuniæ, tanq̃ usurate, putabitur: & quicquid aliud accipiet pro tali tempore. Ego constitui miserum huiusmodi ut ipse secularibus hoc interdicat: & ipse facit ita. Et insup addo quod si quis ad eum uadit pro consilio super tali materia, quãdo inuolutus est in eodem defectu, & quia lumen rationis amisit, cõsilium eius tenebrosum omnino est, atque passionatum, ex eo quod anima sua simili passioni subiacet. Isti cum alijs pluribus defectibus oriuntur a corde suo cupido & auaro. Tali congrue dici potest uerbum ueritatis incarnatæ, quando facto flagello de funiculis eiecit uendentes & emẽtes a templo, dicẽs: domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Tu bene uides dulcissima filia, quod ita se ueritas habet: ipsi uendunt & emunt, mercantiam agentes de gratia spiritus sancti. Et sic manifeste patet quod illi qui uolunt ecclesiastica beneficia, multa largiuntur exenia simul & pecunias illis qui stant in circuitu curiæ. Et illi miseri fautores attẽdere negligunt utrum sint boni uel mali. Sed ut complaciant, & amore doni perceptis agunt huiusmodi plantam uere putridam in uiridario sanctę matris ecclesię collocare: unde faciẽt ex hoc optimam summo pontifici rationem. Et sic uterq; fraudulẽter incedit cũ uicario Iesu Christi, ubi deberent cum ueritate pure procedere. Sed si uicarius unigeniti filij mei deprehendit huiusmodi defectum illorũ, utrunque punire debet, auferendo beneficium indigno, nisi uitam suam emendauerit. Alter uero qui emit, congrue ponet in carcere donec de suo defectu uideat esse correctus ut alij timeant, ita decętero perpetrare. Si summus pontifex ita faceret, procul dubio succedet ad honorẽ meum, & debitum eius: sin autem de isto peccato punietur, quoniam compelletur ante me reddere rationem de suis ouibus. Crede filia dilectissima quod hodie nõ ita seruat: & idcirco in ecclesia mea defectus oriuntur, ex eo quia quando promotiones in ecclesia fiũt nõ inquirit de uita promouendorum utrum bona siue mala fuerit. Et si quid inquiritur interrogãtur illi qui cum eis simul male uitę sunt, qui non aliter exhibent attestatores: nisi prout in se percipiunt esse maculatos. Et hodie pręcipue respicitur ad alicuius status altitudinem, uel nobilitatem huius miseri corporis, uel ad temporales diuitias: & quod ualde polite loqui nouerit promouendus. Et quod est ualde mirabile, imo detestabile, in consistorio quandoque dicitur & allegatur quod pulcher est homo: attende diabolicum opus: quia deberet inquiri de ornatu & pulchritudine uirtutis & ingrit, attẽditur de pulchritudine corporis & corticis exterioris. Deberent inquiri pauperes, humiles, q̃ uitarent ex humilitate prælationes istas: & assumuntur illi qui cum uanitate multa: & inflata superbia, & ambitione querunt. Attẽdunt

tendunt etiam ad scientiam: quę si est in homine bonę uitę cum humilitate uera bona quidem est & perfecta. Cum autem est in homine superbo, inhonesto, & uitę sceleratę quasi uenenum est ei, neque de scriptura quicquam intelligit, nisi secundum exteriorem corticem literæ in tenebris eam intelligit: quia caret omnino lumine rationis, & offuscatum habet oculum intellectus, in quo lumine rationis declarata fuit, & intellecta cum lumine supernaturali scriptura sacra, prout apertius alibi tibi dixi. Itaque scientia proculdubio in se bona est: sed non in eo qui iugiter abutitur ea, imo efficitur sibi uelut ignis inferni: nisi uitam suam uirtuose correxerit. Et ideo potius est attendendum ad hominem sanctæ uitæ quam ad hominem scientificum qui malæ uitæ fuerit, frequentissime tamen fit oppositum: imo boni & uirtuosi licet in scientia sint, idiotæ stulti reputantur, atque contemnuntur ab eis, pauperculos quoque uitant: quia nihil habent ad largiendum. Itaque uides quod in domo mea quę debet esse domus orationis, ubi relucere debet iustitiæ sanctę lumen, & scientie, cum honesta sanctaque uita, cum odore uirtutis, mendacium abundantissime uidetur. Debet & uirtus paupertatis uoluntarię lucere cum sancta solicitudine circa cutã animarum, ut exuantur a potestate dæmonum. Sed omnes quasi satagunt, & appetunt aggregare diuitias, & tantam diligentiam atque solicitudinem erga temporalia sumpserunt, ut omnino spiritualia reliquisse uideantur, nec ad alia communiter attendere uidentur, nisi ad ludendum, & ad risum, & ad multiplicandum huiusmodi substantiam temporalem, & uelut inanes attendere non uidentur, quod hic est modus ut illam amittant. Nam si uirtutibus abundarent, & haberent ad spiritualia diligentiam, ut obligantur, absque dubio temporalibus abundarent. Et multas rebelliones passa fuit ecclesia sancta, quas indubitantissime non habuisset si spiritualia curasset. Ipsi debent dimittere mortuos tradere sepultuę mortuos proprios, & uirili uirtute sequi doctrinam ueritatis, uidelicet Iesu Christi filij mei, ut in eis mea uoluntas uirtuose pficiatur, hoc est illud agendo propter q̃d eos elegi, & in tanta dignitate collocaui. Sed oppositum agunt, quia moribunda & ista transitoria cum affectu nimis inordinato sepelire contendunt, & auferunt officium de manu secularium. Hoc autem mihi ualde displicet, atque damnosum est ecclesiæ sanctæ, quia deberent illa gubernanda prætermittere secularibus, uidelicet illis qui positi sunt ad huiusmodi regimen temporalium, ut unus mortuus congrue sepeliat alium. Et quia dixi quod unus mortuus alium sepeliat attende, quod duplici modo mortuum intelligo, unus est, quando ministrat aliquis ista temporalia cum culpa peccati mortalis, uidelicet per inordinatum affectum atque solicitudinem. Alius modus est quando est corporis officium quod non habet in se uitam, nisi quantum habet ab anima. Et tantum de uita participat quãtum anima trahit in comorã, & non ultra, & ideo per se res mortua potest appellari. Debent igitur uocati, atq; ministri mei, qui uelut angeli uidere debent, dimittere mortuis ista mori bunda & terrena, ipsi uero gubernare debent animas quę semper uiuunt, & nullo tempore moriuntur, quantum ad essentiã, gubernantes eas ac eis ecclesiastica sacramenta ministrantes, & alia dona sancti spiritus, eas alẽdo cibo spirituali uerbi dei, & exemplo sanctæ uitæ, & isto modo mea domus erit locus orationis abundando iustitijs & uirtutibus eorum. Et quia nõ ita faciunt, imo contrarium, uideo per experientiam, ideo congrue dicere possum, q̃ est effecta spelunca latronũ, ex eo q̃ ex auaritia sunt effecti mercatores emẽtes & uendentes, ut iam dixi. Et est effecta receptaculum animalium ex eo, quia uiuunt ut animalia bruta cum inhonestate fetida. Et hoc enim, ex illa fece runt ueluti stabulum, quoniam iacent in luto miserabilis inhonestatis. Et ita tenent in ecclesia dæmoniacas concubinas eorum absque uerecundia, sicut sponsus honorifice sponsam in domo sua retinet. Itaque uides hæc & alia multa mala quæ transeo p̃ p̃senti, q̃ pcedunt, & oriunt ab his duabus columnis abominandis, uidelicet inmunditia, cupiditate & auaritia.

Quomodo superbia regnat in prædi-

Cis ministris per quam sensus perditur.
Cap. cxxvij.

NVnc filia amantissima de tertia colũna, uidelicet de supbia dicere uolo, & quis illã ul imo loco ponã, ipsa tñ est prima pariter & ultima: quoniã omnia uicia condita sunt & ortum habent à superbia, sicut uirtutes uitam habent & condun/tur a charitate. Superbia nanq; nutritur & oritur ab amore proprio sensitiuo, de quo tibi dixi, quod erat fundamentum istarum trium columnarum, & omnium malorum quę creaturæ committunt, pro eo quod ille qui se diligit amore inordinato, priuatus est amore mei, quia me non amat. Non amando me iugiter offendit: quia præcepta legis aperte transgreditur, ex eo quia me non amat super omnia, neq; proximum ut uti seipsum. Et hęc euidentissima ratio est, quia qui semetipsum amat hoc amore priuato atque sensitiuo, mihi minime seruit, neque me diligit: imo mundum amat & ei seruit. Mundus enim atq; sensitiuus amor iste priuatus à me ualde discrepant, nec ali quam habent conformitatem mecum. Et quia tantum ab inuicem discordamus, ideo necessarium est quod ille qui mundum amat hoc amore sensitiuo, & ei seruit, odio me habeat: & ille qui me diligit, necessarium est ut mundum habeat odio iuxta uerbum unigeniti filij mei, dicentis in euangelio, quod nemo potest seruire duobus dominis aduersis atq; contrarijs: quia si uni seruit, alteri displicebit. Itaq; uides aperte quod amor iste priuatus sensitiuus atq; proprius animam expoliat & priuat omino charitate mea, & induit eam uitium elationis atq; superbiæ: unde defectus omnis oritur ab hoc amore, uelut à principali fundamento. Et quamuis ego merito conqueri possim de quacunq; creatura rationali, quæ tali peccato polluta & inuoluta fuerit, ualde tamen amplius habeo displicentiam de Christis & unctis meis, qui magis humiles esse debent: tum quia quilibet obligatur habere uirtutem humilitatis, quæ charitatem alit ueluti baiula siue nutrix, tum quia etiam ministri facti sunt humilis agni dulcis & immaculati unigeniti filij mei. Et quomodo non erubescunt ipsi pariter, & omnis humana generatio montem ascendere superbiæ, considerando me dominum æternum hominibus inclinatum & humiliatum cum humano generi tribui uerbum unigenitum filium meum in carne uestra mortali, ut uos homines ab æterna morte redimeret. Et ipsum uerbum filium meum uidet ex obedientia mea pro salute uestra cum humilitate profunda & inæstimabili charitate mortem crucis obprobriosæ subijsse. Caput habet inclinatum ut te peccatorem affectuosa charitate salutet: coronã in capite, ut a me possis onerari: brachia tenet aperta & extensa, quia te cupit amplexari: pedes habet affixos, quia te uult expectare tecumq; morari. Et tu miser homo qui factus es a me minister tantæ benignitatis & humilitatis, deberes amplecti crucem, & tu renuis & amplexaris mundum & iniquas creaturas. Tu deberes esse firmus & stabilis, incarnatæ ueritatis imitando doctrinam, figendo mentem atq; cor tuum in eo, & tu circũuolueris uento, & una quæq; parua res te commouere facit. Si tibi prosperitas adest, ilico moueris ex inordinata lætitia: si autem aduersitas occurrit, & impatientia turbaris, & ita patefacis aperte superbiæ medullam, uidelicet impatientia: quia sicut medulla charitatis est uera patientia, sic impatientia est medulla superbiæ: unde superbi & iracundi frequentissime turbantur atq; scandalizantur de quacunq; parua re. Superbia mihi displicet, in tantum quod etiam à cælo ruit, cum Angelo superbire placuit. Superbia nunquã ascendit in cælum, imo de cælo descendit in profundum inferni. Et ideo ueritas ait in euangelio: Qui se exaltat, uidelicet per superbiam, humiliabitur. & qui se humiliat, exaltabitur. Superbia mihi displicet in omne manerie gentium, sed ualde magna in huiusmodi ministris, ut iam dixi, ex eo quia sunt in humili loco à me collati, ut agno mansueto & humili uirtuose ministrent sed ipsi faciunt oppositum, multi robore suffundi deberet ille sacerdos uere miser uolendo superbire, considerando me uobis humiliatum & exhibendo uobis unigenitum filium meum. Ipse meus unigenitus humiliatus est usque ad mortem crucis obprobriosam.

Ipse

Ipſe caput habet inclinatum atq; ſpina/ tum, & iſte miſer eleuat ita ſuperbe caput contra me pariter & proximum ſuum. Et cum debeat eſſe agnus humilis, & i/ pſe factus eſt aries uel hircus cum elatæ ſuperbiæ cornibus, & omnes adhæren/ tes ei percutere ſatagit. O infelix ho/ mo, tu non attendis quæ de manibus me is nullo modo potes euadere. Nunquid hoc eſt officium quod tibi commiſi, ut cornibus tantæ ſuperbiæ me lædas & of/ fendas, & cum iniuria conuerſeris cum proximo tuo. Nunquid hęc eſt illa man ſuetudo quam ad altare ſanctum afferre debes, offerendo mihi ſacrificium illud excellentiſſimum, uidelicet corpus & ſanguinem unigeniti filij mei. Tu es ef/ fectus. uelut animal ferociſſimum, ita quod nullum timorem habes de me. Tu deuoras proximum tuum, & in diuiſio/ ne permanes cum eo, & factus es perſona rum acceptor; uidelicet illos acceptando qui tibi ſeruiunt, uel aliquam utilitatem afferunt, uel alia cauſa tibi placent, quia forte ſunt eiuſdem uitæ reprobæ, ſicut es tu, quos corrigere deberes, & eorum defe ctus contemnere. Tu uero facis oppoſi/ tum, præbendo eis exemplum quod ipſi faciant quod facis tu, ſiue deterius. Si tu bonus eſſes ita faceres: quia uero tu ma/ lus es, arguere neſcis, neq; defectus alteri/ us tibi diſplicent. Tu contemnis humi/ les atque pauperculos uirtuoſos, tu refu/ gis eos, eo quia fœtor uicij tui non ualet odorem ſuſtinere uirtutis. Tu reputas eſ/ ſe tibi uituperium ad hoſtium tuum uide re pauperculos meos, tu uitas eos in ſuis opportunitatibus uiſitare, uides eos peri/ elitari fame, nec extendis ad eos manum adiutricem. Et hæc omnia faciunt illa cornua ſuperbiæ tuæ, que nolunt inclina/ ri in actum uirtutis & humilitatis alicu/ ius. Quare non inclinatur? Quia propri/ us amor in eo regnat, qui nutrit huiuſmo di ſuperbiam: ideo non uult in aliquo cõ deſcendere ſiue miniſtrare pauperibus aliquam ſubſtantiam temporalem, nec etiam ſpiritualem, abſque retributione ſi/ ue redemptione. O maledicta ſuperbia in amore proprio fundata, quomodo ta/ lium intellectus oculos excæcaſti, taliter, quod dum uidetur eis amare ſemetipſos, atque de ſe teneros eſſe, & dum uidetur eſſe in diuitijs atque delicijs, atque in alto ſtatu cõſiſtere, & ipſi ſunt in magna pau pertate atq; miſeria, quia priuati ſunt uir tutum diuitijs. Ipſi deſcenderũt ab altitu dine gratiæ ad infimitatem ſiue profun/ dum mortalium peccatorum. Iudicant ſe bene uidere, ipſi uero cæci ſunt: quoni am ignorant ſemetipſos, & me, neque co/ gnoſcunt ſtatum ſuum, neque dignita/ tem in qua collocaui eos, neque mundi fra gilitatem intelligunt, atque modicam fir mitatem, quia ſi cognoſcerent, non face/ rent ſibi deum ex eo. Quis abſtulit eis hu iuſmodi lumen uerum? Superbia. Et per hunc modum effecti ſunt incarnati dæ/ mones, cum elegerim eos in angelos, & ut in uita præſenti ſint angeli terreſtres, & ipſi ſe deiecerunt ab altitudine tælorũ in profundum abyſſi, & intantum eſt ini/ quitas per eos augmentata, quod aliquan do committunt alium defectum de quo tibi dicam. Sunt aliqui taliter effecti dæ/ moniaci, quod aliquando conſecrare ſi/ mulant, & hoc in ueritate non agunt, iu dicium meum formidantes, & ut aufe/ rant, omne frenum atq; timorem in malis operibus eorum à corde ſuo. Nam aliquã do in mane ſurgunt ab immunditia, & in ſero cum crapula uelut ebrij dormitũ ierunt, & erunt aliqua neceſſitate coacti celebrare, ut populo ſatisfaciant: attendẽ do tamen iniquitates proprias, intelli/ gunt aperte cum bona conſcientia ſe non poſſe neq; debere celebrare, unde morden tur aliqualiter à ſtimulo conſcientiæ re/ ſpectu timoris iudicij mei: non quidem ex odio uitij, ſed ex proprio amore. Vide nunc amantiſſima filia quantum excęca ti ſunt: quia deberent habere recurſum ad cordis deuotam contritionem, & ad ſui defectus diſplicentiam cum ſancto pro poſito corrigẽdi, & ipſi diabolit cum hoc remedium aſſumunt, quia non conſecra/ bunt & uelut excæcati non aduertunt ga error iſte poſterior grauior & periculo/ ſior eſt quam ille primus, ex eo quia fac/ iunt idololatrare populum, adorando non conſecratam hoſtiam loco ueri ſacra/

mentí, corporis & sanguinis Iesu Christi filij mei, qui est deus & homo, post hostiæ consecrationem, sed minime consecrando solum modo est panis. Igitur attende qualis & quanta sit hæc abominatio, & quanta sit patientia mea sustinendo tales, q nisi se correxerint, uniuersę gratiæ redundabunt eis in iudicium. Populus autem ad uitandum illud inconueniens, debet adorare cum ista conditione, dicens: in quantum iste minister, omnia quæ debet dixerit atq; fecerit, ego credo quod tu es Iesus Christus filius dei uiui, mihi datus in cibum, ab inæstimabili charitate diuina, in memoriam tuæ dulcissimæ passionis & excellentissimi beneficij sanguinis effusi, cũ inæstimabili charitatis igne, ad abluendas iniquitates meas, atq; totius uniuersi. Itaq; faciendo sic ex aliqua cæcitate cui uscunq;, nullus offendet adorando unam rem pro alia, quamuis illa culpa peccati solũ est illius iniqui ministri, tamen actualiter ibi fieret, quod est omino prohibitũ. O charissima filia qui terram inhibet, ne repente deglutiat eos? Quis meam refrenat potentiam, quin immobiles eos illico faciat esse, uelut statuas lapideas, ante populum uniuersum, in confusionem ipsorum, utiq; misericordia mea, quia refreno meipsum, hoc est quod cum misericordia refreno iustitiam, ut eos uincam ex uiolentia misericordiæ. Ipsi uero uelut obstinati dæmones non agnoscunt, neq; uident misericordiam meã, sed quasi uidentur existimare, quod ex debito sim eis obligatus ad ea quæ gratiose concedo, ex eo q à superbia sunt excæcati, nec ita fore cognoscunt.

De quamplurimis alijs defectibus, qui procedunt à superbia & amore proprio. Cap. cxxix.

HAc omnia tibi narraui, ut affectione maiori mouearis ad amarum gemitum, super illorum obscura cæcitate, dum in statu damnationis uoluntarie perseuerant, & ut amplius agnoscas inæstimabilem misericordiam meam, ad hoc ut in ipsa misericordia fiduciam assumas, atq; securitatem maximam, & sic offeras ipsos ministros ac uniuersum orbem, ante me, postulando pro eis, à me misericordiam. Et quanto seruentius offeres in cõspectu meo pro eis amorosa & pœnosa desideria, tanto demonstrabis apertius amorem affectuosum, quo me diligis, ex eo q utilitatem illam, quam tu & alij serui mei mihi facere non ualetis, uestro proximo facere debetis, & hoc à uobis exigo. Et ego tunc uoluntarie me compelli permittam, à sancto desiderio, deuotis lachrymis & orationibus uestris, & ita sponsæ meæ misericordiam exhibebo, & eam in sanctis & bonis pastoribus in ueritate reformabo. Quia tali modo reformata, subito mali subditi corrigentur uiolenter, ea quasi de malis quæ perpetrantur à subditis, mali pastores in causa sunt, quia si corrigerẽt iuste subditorum defectus, & in eis iustitiæ margarita reluceret, cum honesta sancta q uita, subditi non ita procederent inordinate. Noueris ergo q ex his peruersis, inordinatisq; moribus illico sequitur q unus alterius uestigia sectatur. Subditi nanq; non obediunt prælato, ea prælatus quãdo subditus erat, inobediens erat & ipse prælato suo, unde congrue recipit à suis subditis, quod ipse suo prælato fecit. Et quia prauus erat subditus, nunc erit prauus est, cũ effectus est pastoris huius culpæ & cuiuscunq; alterius: est in causa superbia, in amore proprio fundata. Ignorans erat atq; superbus in statu subditi, nunc uero prælatus existens ualde plus ignorans est atq; superbus, & est ignorantia sua tanta, quod uelut excæcatus ad officium sacerdotale quandoque promouetur facit hominem idiotam, qui uix legere nouit, & officium suum ignorat, ut de frequenter ignorando dicere uerba sacramentalia, minime cõsecrabit ex ignorantia sua. Et in hoc actu committit defectum eundem, in non consecrando quẽ commiserunt ex malitia cæteri, non consecrantes, sed consecrare simulantes. Et ubi debent eligere uiros expertos, & in uirtute fundatos, & qui intelligant, atq; nouerint, illud quod agunt in tanto misterio, & ipsi faciunt oppositũ, quia non attendunt utrum ille sciat, neq; si tempus à sole dispositum habeat, imo studiose uidentur eligere pueros, & nõ homines ętatis congrue, nec attendunt unũ honeste uiuant cum sancta & ordinata uita, & dignitatem ad quã promouentur intelligant, uel mysterium ab eis exequendũ, & omnino secon-

se contractandum, imo solum attendunt ad multiplicandum gentes, & non uirtutes. Ipsi quippe cæci sunt atq; cæcorũ aggregatores est nec attendunt, quod ex hoc & alijs inordinatis actibus eorum ego rationem ab eis exigã, in extremitate mortis eorum, ex eo quod promouerunt ad sacerdotium homines ita tenebrosos & ignorantes, ut est dictum, & ipsi committũt eis curam animarum, cum aperte cognoscant quod de seipsis curam habere nesciant. Tales ergo qui minime cognoscunt in se defectum proprium, quomodo poterunt cognoscere siue corrigere defectum alienum? Non poterunt ullo modo atq; contra semetipsos agere deliberabũt. Oues uero quæ pastore carent, qui cum diligentia custodiat eas, & in uia salutari dirigat, a uia deuiant, & ita sæpe deuorantur, atq; lacerantur a lupis. Et quia pastor est inutilis, omnino negligit aliquem habere canem, qui latret uidendo lupum uenientem, imo talem retinet qualis est ipse. Et ita ministri & pastores huiusmodi, quia solicitudine carent, neq; conscientiæ canem habent, neq; baculum iustitiæ tenent in manu, ideo uirga minime corrigunt, canis etiam conscientiæ minime latrat, semetipsos præcipuę nõ arguunt, eo quod oues errantes extra uiam ueritatis, transgrediendo præcepta mea, per uiam ueritatis & iustitiæ reducere non accelerant, ne lupus infernalis eas deuorare ualeat. Si enim iste conscientiæ canis, uere latrabit, & iste prælatus defectus subdito rum super se ponet, & uirgam iustitiæ sanctæ correctionis in manu tenebit, indubitanter oues ad ouile redibunt, & erunt in loco suo. Sed quia sicut iam dixi, pastor est inutilis, uidelicet absq; uirga, & absq; cane conscientiæ, oues eius pereunt, nec ipse curat. Canis enim conscientiæ debilitatus est, ideo minime latrat, ex eo quod ei cibum nõ exhibuit. Cibus nanq; qui dari debet isti cani, est agni filij mei sanguis. Quia quando memoria tanquam uas animæ plena reperitur, isto pretioso sanguine conscientia nutritur atq; fortificatur, hoc est, ga propter istius præciosi sanguinis memoriam, anima succenditur ad odium uitiorum. Quod odium una cum amore purificat animam à macula peccati mortalis. Et tantum uigorem exhibet illi conscientię, quod se cum diligentia magna custodit, in tantum, quod si ga inimicus animæ, uidelicet peccatum uellet ingredi, nec solum si effectus peccati, imo si sola cogitatio ingredi uellet, subito cõscientia ueluti canis ualde latrat, cum tanto stimulo, quod indilate rationem excitat. Et ipsa cum diligentia considerat, utrum ille qui tentat intrare sit amicus uel inimicus. Et ideo non committit iniustitiam, quoniam ille qui habet conscientiam, habet etiam iustitiam. Igitur iniqui tales, indigni uocantur ministri, nec etiã digni uocati creaturæ rationales, ex eo, quod ex eorum defectibus ꝓpijs, animalia sine ratione se fecerunt, huiusmodi cane conscientiæ carent, & intantum est in eis delibatus, ꝗd quasi dici potest ipsos illo carere. Ideo non habent uirgam iustitiæ sanctæ, unde propter suos defectus intantum timidi sunt effecti, quod expauescunt ex umbra, nõ ex timore sancto, sed ex timore seruili. Ipsi disponere se debent usq; ad mortem, ut animas eruere possint à potestate dæmonum, & ipsi subiugant eas ipsis dæmonibus, non exhibendo doctrinam eis, nec exemplum uitæ sanctę, quin etiam ꝓ illarum salute renuũt unũ uerbum iniuriosum audire. Sæpe quoq; contingit animam subditi, circumuolutã esse grauissimis excessib⁹ atq; peccatis, & alteri satisfacere tenebit in ꝗplurib⁹, & isti miseri propter inordinatũ amorẽ, quem habebũt ad illius familiam, ne pauper efficiatur cũ uidẽtibus oculis pretransibunt, nec ordinare curabũt, ut ꝓ tali debito ꝓximo satisfaciat, licet illius debitoris uita mala multis innotescat, & ipsi sacerdoti suo notificabit, ut ueluti medicus illius animæ medeat. Ipse uero miser quasi coact⁹ ibit, ut agat ad ꝗd obligatur, tñ ex uno uerbo nõ ei grato, uel iniurioso ꝗd audiat, uel etiã pro quodam intuitu timoruo, quasi territus ultra se recusabit impedire, uel aliquando forte ex aliq̃ emolumẽto, unde tũ ex illo dono, tũ ex timore seruili, animam illius in manu diaboli derelinquet. Et nihilominus exhibebit etiam uenerabile sacramentum, corporis Iesu Christi filij mei, & aperte uidebit & intelliget animã illã in etiam peccatis mortalibus.

Tamen

Tamen ut hominibus mundi placeat,& ex inordinato timore,uel etiam intuitu p cepti doni,miniſtrauit ei ſacramẽta & ho norifice ſepeliet etiam in eccleſia ſancta, quamuis uelut animal immundum,atq; putridum,& membrũ a corpore p̃ciſum, extra cũ indignatione ꝑ̃cere debebat. Quid horum eſt in cauſa? Indubitanter amor proprius atq; ſuperbiæ cornua. Nã ſi me ſuper omnia dilexiſſet,& anim ã illi/ us infelicis, & fuiſſet humilis, & abſq; ti/ more ſeruili, proculdubio ſalutem illius animæ procuraſſet. Ergo potes aperte ui/ dere,quot & quanta mala ſequuntur ab his tribus uitiis, de quibus tibi dixi, quod erant quaſi tres columnæ,& quod cætera uitia ꝑcedebant a ſuperbia,uidelicet ava ritia, & immunditia mentis & corporis eorum. Aures tuæ nõ ſufficerent audire, quot ſunt illa mala quæ ꝑcedunt ab ipſis, uelut a mẽbris diaboli, propter auaritiã, ſuperbiam & inhoneſtatẽ eorum. Tu cũ aliquando uidiſti ſimplices aliqua bonæ fidei, quæ ſentiunt aliquem in ſua perſo/ na defectum,ex aliquo timore proceden/ tem,dubitantes autem ſe a dæmonio ue/ xari,uadunt ad miſerum ſacerdotẽ, aſſi/ mantes poſſe liberari ſiue iuuari. Et ua/ dunt ut unus diabolus expellat alĩ, ipſe uero uelut auarus acceptabit abea donũ, & uelut laſcivus & inhoneſtꝰ,infelici mu lierculæ dicet: A biſto defectu nullo mo/ do liberari poteris, niſi per talẽ modum, & ita miſerabiliter inducet eam ad perdẽ dum pudicitiam ſecum. O uere dæmon, imo peior aliquo dæmone, qa multi ſunt dæmones, qui tale peccatum abhorrent. Tu uero deterior effectus, ex inigitate tua circumuoluis in illo corpus & animã,ue/ luti porcus in luto fœtenti. O animal im mundum, nunquid hoc eſt quod a te re/ quiro, uidelicet quod in uirtute ſangui/ nis Ieſu Chriſti, de quo te miniſtrum in/ ſtitui,tu dæmones expellas ab animabus atq; corporibus hominũ, non cette iu il/ los introducis. Non attendis,q; ſecuris iu ſtitiæ diuinæ,iam ad radicẽ arboris uitæ tuæ poſita ſit? Hoc aũt apertiſſimæ no/ ueris,quoniam iniquitates tuæ, tibi cum uſura compenſabuntur ſuo loco,& tem/ pore, niſi punias & corrigas eas,cum pœ nitentia congrua, & contritione debita tui cordis. Neq; tibi parcetur,aut in modi co deferetur, licet a me fueris in gradu ſa/ cerdotali conſtitutus, imo grauius in ma iori miſeria congrue punieris, quam alĩ, pœnas enim pro te ſimul,& ꝑ talibus iu/ ſtiſſime portabis, & illo tempore memo/ riæ cõmendabis eĩcere dæmonẽ,cum dæ/ monio concupiſcentiæ tuæ. Inſuper & ali am infelicẽ uidiſti ligatã, in peccato mor tali,quæ uadẽs ad miſerum ſacerdotem, ut eam abſolueret a ſuo peccato, ab eo for tius eſt alligata in grauiori culpa quam erat, & per admirabiles uias induxit eã, ad peccãdum ſecum. Ergo uere talis pa/ ſtor eſt abſq; cane conſcientiæ, imo ſuffo/ cat conſcientiam aliorum, nec tantũ non uult conſeruare propriam. Ego nanq; ele gi eos,ut ad honorem meum canteni di/ uinum officiũ, atq; pſalmizent in nocte, ipſi uero ſtudent in malis,& ad dæmonũ incantationes,& iuxtã poſſe ſatagunt, ut operatione diabolica, nocte media addu/ cant eis aliquæ creaturæ,quas amore pol/ luto diligunt. Ita nanq; iudicant eſſe, ſed illudunt ur a diabolo,quoniam in uerita/ te non eſt ita. Nunquid ego te poſui & ele gi,o miſer, ut noctis uigiliam expenderes in talibus iniquitatibus? Certe non, ſed ut eam expẽderes in ſancta uigilia,& hu/ milioratione, ut in mane bene diſpoſitꝰ uadas ad celebrandum,& odorẽ uirtutis infundas,in uniuerſo populo,& non fœ/ torem uitiorꝫ. Conſtitutus es enim in an gelico ſtatu, ut etiam in uita præſenti, cũ ſancta meditatiõe, cum angelis ualeas cõ uerſari, & in ultimo cum eiſdem, in bea tifica uiſione mea, guſtare me poſſis in æ/ ternum, & tu ſicut apparet uis eſſe diabo lus incarnatus, ex quo cum dæmonibus eſſe delectaris, antequam uenias ad mor/ tem. Sed cornua ſuperbiæ tuę percuſſerũt intus in oculo intellectus,tuæ ſanctiſſimę fidei pupillam,unde lumen omnino pdi/ diſti,& ideo non uides ad quantam mi/ ſeriam deueniſti. Nec ut apparet in ueri/ tate credis omnem culpam eſſe tempore ſuo puniendam, & omne bonum eſſe re/ munerãdum. Quia ſi uere crederes hoc, ita ſcelerate non uiueres,& non accepta/ res, nec optares huiuſmodi conuerſatiõ/ nem,imo magnum inde terrorem habe/ res etiam illos audire nominari. Sed quia

tu

tu sequeris uoluntatem ipsorum, ideo de ipsis & ipsorum operibus uidetur ꝙ ualde delectaris. O cęce miser homo, utinam a dęmonio peteres quod est meritum, quod tibi reddere potest de seruitio quod ei facis, ipse proculdubio tibi responderet, ꝙ exhiberet fructum quem habet in se. Nam aliud tibi præbere nequeũt ipsi dęmones, nisi cruciata, & ignifera tormẽta, quibus iugiter ardentissime cruciãtur, in q̃ ceciderũt ab altitudine cęli, ꝓpter superbiam suã. Ita tu terrestris angelus ex tua supbia cadis ab altitudine sacerdotalis dignitatis, & a thesauro uirtutis in profundũ atq; paupertatẽ abhominandę miserię. Si uero uitã tuã emẽdare neglexeris, igne puniēris ęterno, absque remedio. Tu fecisti tibi deũ de mũdo, atq; de temetipso. Dicas ergo mũdo cũ oibus delicijs ei⁹, quas in ꝑsenti uita recepisti, similiter & tuę sensualitati, cũ qua mũdi rebus abutebaris, ut ante me summũ iudicẽ pro te rationẽ exhibeant. Vtiq; respõdebũt apte, ꝙ te iuuare nullo modo possit, & ita te derident, asserẽtes quia p te necessariũ est, ut hoc expediatur. Et ita cũ uituperio remanebis, & ingẽti cõfusiõe corã me, pariter & uniuerso mũdo. Ego te cõstituerã in sacerdotali dignitate, ut ipsum uniuersum & te, uidelicet sensualitatẽ propriã ulipendendo contẽneres, & ita faciendo etiam alios instrueres, tu uero sices excęcatus a cornibus tuę supbię, ꝙ ignoras nõ solũ alios per uiã dirigere salutarẽ, imo temetipsum. Sed aptius hoc intelliges in ultima mortis extremitate, ubi remediũ assumere non ualebis in aliqua uirtute tua, qua cares, sed solũ in amplissima misericordia mea, sperando fideliter in illo p̃cioso sanguine, de quo fuisti minister effectus. Hoc autẽ efficacissimũ atq; salubre remedium nunq̃ auferetur tibi uel alteri cuicunq;, dũ estis in tẽpore uitę presentis, inquantũ uolueritis in misericordia mea, quę est inestimabilis, ac in sanguine pro uobis effuso, uirtuose sperare. Quãuis non debetis esse stulti uel ita cęci, ꝙd extremitatẽ ultimi tẽporis adducamini. Aduertendũ est enim, ꝙ in extremitate uitę qui male uixit, a dęmonibus ualde turpiter accusatur, necnon a mundo, & a propria fragilitate, neq; sibi blandiũtur illo tempore, demõstrando dulcedinẽ ubi fuerat amaritudo, neq; rem perfectam, ubi fuerat imperfecta, neq; lumen in loco tenebrarũ, ut in uita sua facere solebãt, imo ueritatem demõstrabunt, ut est in facto. Canis quoq; conscientię q ui debilitatus erat, incipiet acerrime latrare tam ualde, ꝙ quasi conducet anima ad quandam desperationem, quamuis homo nunq̃ ex aliquo defectu suo debet ad huiusmodi desperationẽ adduci, imo fiducialiter in precioso sanguine dilectissimi filij mei confidendo sperare debet, quia sine comparatione quacunq; maior est & amplissima misericordia mea, quam in sanguine recipitis, q̃ omnia peccata quæ committuntur in mundo, non est tamẽ ullo modo differendũ, ut iam dixi, quia ualde multum est homini periculosum inter multos hostes in campo prę-lij se recipere nudum & inermem.

De multis alijs defectibus, quos iniqui prælati ministri committunt.

Caput cxxxi.

VEre charissima filia, miseri de quibus egõ tibi narraui, non attẽdunt ad hęc aliqua consideratione, quia si considerarent, nõ cõmitterẽt iniquitates huiusmodi, nec etiã alias, imo facerent ut illi qui uirtuose uiuebant, qui potius eligebant expectare mortem, q̃ offendere me, uel inquinare turpiter animæ suæ faciem, atq; minuere dignitatem in qua collocaueram eos, sed iugiter augmentabunt uirtuose uiuendo dignitatem atq; pulchritudinẽ animam suarũ. Non ꝙ in se considerata sacerdotij dignitas augmentari siue crescere possit ex uirtute cuiuscunq;, uel ex defectu diminui, ut ego supra tibi dixi, sed uirtutes exhibent unũ ornamentum, & unam in anima dignitatẽ ultra pulchritudinẽ eius, quam habet a principio, cũ ipsam ad imaginem atq; similitudinẽ meam creaui. Isti cognouerunt ueritatẽ æternę meę bonitatis, atq; dignitatẽ eorũ, quia superbia & amor proprius non eos obfuscauerat, nec abstulerat eis lumen uirtuosę rationis, ex eo quia priuabantur illis a me, diligẽdo ueritatẽ, pariter & animarũ salutẽ. Infęlices autẽ isti, quia luce priuati sunt, non pertimescũt deuitio in uitiũ ambulare, donec in foueã inducantur, atq; de tẽplo suarũ animarũ & ecclesiã sanctaaquę uiridariũ est odoriferũ ipsi fecerõt unum animaliũ brutorũ receptaculũ. O charissima filia, quantũ est abhominabile mihi uidere domos eorũ, quę debent esse receptacula pauperũ atq; meorũ amicorũ, cũ ipsi recipiũt in eis immunditias iniquarũ personarũ ipsi debent ueluti spõsam amabilẽ habere breuiariũ, atq; sacrę scripturę libros habere loco filiorũ, in quib⁹ oppido delectari debent, ut ualeant proximum instruere salutari doctrina, cum exẽplo sanctę uitæ. Sed ipsi sponsam breuiarij pertractãt ueluti adulterã, & in suo loco tenẽt unã diabolicã cõcubinam, cũ qua uiuunt immundissime cũ fœtenti miseria: libri uero iuste sunt acies filiorũ, ꝙs acquisierunt in tanta miseria & iniqtate, & absq; uerecundia quacunq; cũ his impudẽtissime delectanti. Dieb⁹ paschalibus, & in alijs ecclesię solẽnitatibus, in quibus

obligantur nomini meo reddere gloriã & honorẽ, deuote officiũ diuinũ persoluendo, incẽsum adolẽdo mihi, humiliũ orationũ: ipsi dissolute ludunt atq; solaciantur cũ suis dęmoniacis concubinis, eundo cũ secularibus ad uenandũ & aucupãdũ, uelut essent dissoluti atq; miserrimi seculares, uel domini curię. O miserabiles homines, ad quid estis adducti, uos obligamini uenari & aucupari animas ad laudẽ & gloriã nominis mei, & in uiridario ecclesiæ sanctę cõmorari, & uaditis uenando p nemora. Sed quia talis homo factus est una bestia, in anima sua retinet animalia multoꝝ peccatoꝝ mortaliũ, & ideo factus est uenator bestiarũ irrationabiliũ. Ortus enim animæ tuæ factus est syluester, in quo multę uepres abundant, ideo delectaris ambulare p loca deserta, quærendo syluestres bestias. Erubescas igitur homo, & cũ diligentia defectus proprios attende, quia materiam habes erubescentię magnæ, qualiter cũq; te uerteris. Tu uero nescis erubescere, quia perdidisti sanctũ uerumq; timorẽ meũ, imo uelut meretrix absque uerecundia, quandoq; te iactabas habere mũdi statũ, pulchrã habere familiã, & aciẽ filioꝝ. Et si forte nõ habes, iuxta posse satagis habere, ut tibi succedant hęredes, unde tu fures atq; latro, qm̃ optime nosti, q̃ ita facere nõ debes. Hæredes enim tui debent esse pauperes, & ecclesia tibi cõmissa. O dęmõ incarnate sine lumine, tu q̃ris ea quæ recusare debuisti, & te iactas de eo qđ tibi cedit ad magnã confusionẽ, unde multo rubore debuisti suffundi, pcipue corã me, qui uideo secretissima tui cordis, ac etiã ante alias creaturas omnino cõfusus es. Cornua tñ tuę superbię non permittũt ut agnoscas ipsam confusionẽ tuam. O dilectissima filia, cõsidera qm̃ illum cõstituit super potestate doctrinæ meę ueritatis, ad illustrandũ uobis uiatoribus ecclesię sacramenta uenerãda, ipse uero decreuit stare infra sub põte, uidelicet i flumine miserabili atq; procelloso deliciarũ, & lasciuię mũdi, & in ipso flumine uobis illa ministrat, neque considerat in quanto periculo cõstat. unda, nãq; mortis indilate rapiet eum, & nisi se correxerit cũ uera cordis contritione, indubitanter ibit cũ dominis eius dęmonibus, quibꝰ uoluntarie seruiuit & acquieuit, ut cũ ducerẽt per uiã fluminis inferiorẽ, quare sine remedio perueniet ad ęternã damnationẽ, cũ tantaru prehensione & improperio, q̃ lingua tua narrare nequiret, & sine dubio grauiu erit q̃ uni seculari, ppter officiũ sacerdotis, unde culpa similis, & eadẽ amplius in eo punietur, & in alijs tanta dignitate constitutis, q̃ in alio qui seculariter in mundo uiuisset, & in pũcto mortis inimici sui contra eum insurgent, accusãdo cum improperio maiori, prout alias egõ tibi dixi.

De differentia mortis iustorum & peccatorum, & primo de morte iustorum.

Caput cxxxi.

ET quoniam ego dixi tibi, q̃ mũdus atq; dęmones una cũ ppria sensualitate ipsum ualde turpiter accusabant, & ita se ueritas habet, in isto puncto nunc uolo tibi latius explicare super his infęlicibus, ut ampliori compassione mouearis ad eos quantũ distat bella iustoꝝ a bellis hominũ peccatoꝝ, & quantũ differunt inter se mores eoꝝ, & cũ quanta pace moritur iustus, amplius uel minus iuxta pfectionẽ animę, unde uolo te nosce q̃ oẽs pœnę quas habent homines, in uoluntate cõsistunt, quia si uoluntas esset ordinata, & cũ uoluntate mea concors esset, omnino pœna careret. Nõ tñ assero, quin in se labores haberet atq; sentiret, sed illi uoluntati quę sponte portaret amore mei, non essent ad pœnã, qa libentissime portat ex quo meę uoluntatis est, cum qua concordat. Etiam ex odio qđ cõtra se cõcipit guerrã isti serui mei fecerũt cũ aduersario dæmone, cũ mũdo & cũ ppria sensualitate. Quare puncto mortis aduenit te cũ pace ptranseunt, qm̃ inimici eoꝝ in uita superati fuerũt ab eis atq; debellati. Mundus eos accusare nõ potest, ex eo q̃ i; si fraudes eius cognouerunt, & ideo mũdo renunciauerunt, & omnibꝰ põpis atq; delitijs eiꝰ. Fragilitasq; suoꝝ corpoꝝ eos accusare nõ potest, qm̃ ipsi subiugauerunt eã uelut seruã sub fręno rationis & uirtutis, macerando corpꝰ cũ pœnitẽtia, cũ uigilia, cũ oratione cõtinua & humili. Voluntatẽ uero sensitiuã interemerunt cã odio atq; displicẽtia uitioꝝ & amore uirtutũ, conculcata penitus omni teneritudine ppriꝰ corporis, q̃ teneritudo atq; delectatio, q̃ naturale est inter corpus & animã, facit mortẽ apparere difficilẽ, qa naturaliter homo metuit ita mortẽ: sed qa uirtꝰ in iusto q̃ pfectus est, transcẽdit & superat naturam, uidelicet illum timorem, qui naturalis est, cum odio sancto suo, pertrãsit, & cum desiderio redeundi ad finem suum: atq; teneritudo naturalis non ualet eum impugnare. Etiam conscientia requiescit, quoniam in uita sua bene custodiuit canem latrante uenientibus inimicis ad ciuitatem animæ capiendam, uti canis agere solet ad custodiam alicuius ianuæ deputatus, qui sentiendo uel uidendo uenire quosdam extraneos ualde latrat, ut homines excitet. Ita canis iste conscientiæ custodem, uidelicet rationem excitat, & ratio simul cum arbitrio libero cognouerunt aperte cum lumine

mine intellectus, utrum aduenies esset amicus uel inimicus. Amicum, id est uirtutes, & sanctas cogitationes acceptauerunt affectuose cū sancta solicitudine illas exercentes. Inimicum autem, id est uitium atq; cogitationes peruersas expulerunt cum odiosa displicentia. Itaq; cum manu liberi arbitrij tenentes gladium ancipitem, uidelicet amoris uirtutum, & odij uitiorum, & cum lumine rationis iumicos eos expugnauerunt, & sic in puncto mortis conscientia non habet in se remorsum: eo quia bonam habuit undiq; custodiā, ideo pacifice geuit. Anima tñ ex humilitate ac etiam ga tēpore mortis, amplius agnoscit thesaurum temporis atq; lapides pretiosos uirtutum, valde redarguit semetipsam, ex eo quia sibi non uidetur expendisse tempus uirtuose, sicut oportebat. Ista tamen amaritudo nō affligit animā, imo pinguefacit eā, pro eo q̄ ex hoc in semetipsa, se uirtuose recolligit, iugiter habens in obiectum humilis agni sanguinem pretiosum, & non attendit ad aliquas uirtutes quas hactenus egerit, quia minime confidit in eis, imo solum in ipso sanguine dilectissimi filij mei, ubi misericordiam ineſtimabilē inuenit. Et ut in uita præsenti cum iugi memoria sanguinis uixit, ita dum est in tempore mortis ipso sanguine balneatur & inebriatur. Dęmonia uero q̄niam illam arguere nequeunt de peccato, eo q̄ in uita sua malitiam eorum valde prudēter & uirtuose superauit: iuxta posse tamen adhuc inquirunt opportune si possent in ea aliquid lucrari, unde ueniunt cum aspectu nimis horribili, ut ei terrorem incutiant, & cū variis atque multis fantasijs. Sed quoniam in anima tali non inueniunt esse uenenum peccati, ipsa nō expauescit in omnibus illis, ut expauesceret anima cuiusdam alterius iniqui peccatis mortalibus irretita. Ipsi uero dęmones attendentes animam illam introisse sanguinem cum ignifera charitate, non ualent eam aliquo modo tolerare, sed a remotis eam sagittare conantur. Et ideo clamores eorum & huiusmodi guerra nullum inferunt impedimentum siue detrimētum ei, quia iam incipit in se gustare uitam ęternam, ut alias tibi dixi. Nam cum intellect⁹ oculo qui continet in se pupillam atq; lumen almæ fidei, me uidet qui sum æternum & omne bonum, quod habere prestolatur ex gratia, non ex debito, in uirtute sanguinis unigeniti filij mei. Extēdit ergo brachia spei, & manibus amoris illū astringit, introādo posset antequam perueniat ilico transeundo per arctā ianuam unigeniti mei sanguine madefactam & inebriatam in me mare pacificum, uerbo meo pariter unitum, quia sumus unum, ut bene nosti: quantum uero gaudium habeat in se creatura, que cum tanta dulcedine se peruenisse cognoscit ad istum fęlicissimum passum, lingua carnis aliqua narrare nequiret, ex eo quia bonum angelicæ naturæ degustat, & ut uixit in charitate fraterna cum proximo suo, ita bonum fęlicium beatorum in ueritate degustat atq; participat, hoc habent omnes generaliter qui pertranseunt ita dulciter & uirtuose. Ministri uero mei, de quibus ego tibi dixi, q̄ ut angeli uixerāt, multo fælicius & amplius habent, ex eo q̄ in uita præsenti uixerunt cū intellectu maiorum, & cum ampliori fame mei honoris, atq; salutis animarū. Non absolute loquor de lumine uirtutum, quod unusquisque potest habere, sed quoniam isti cum additamēto luminis uirtuose uiuendi, quod est supernaturale lumen, etiam habuerunt sacræ paginæ lumen, propter quam amplius agnouerūt de ueritate mea. Quicunq; uero plus agnoscit, plus diligit, & qui plus diligit, a me plus accipit: meritum enim nostrum cū amoris quantitate mēsuratur atq; cōpensatur. Et si tu petes a me, utrū unus qui scientia careat ad hunc amorem attingere possit, absolute respondeo q̄ sic. est enim valde possibile, sed unum particulare priuilegium non facit legē uniuersalē, ego uero loquor in generali. Statum quoque maiorē habēt, propter sacerdotalē dignitatē, ex eo q̄ directe collocati fuerūt in officio mādandi animas ad honorē meum, q̄q̄ omnes obligati sitis in charitate proximi uestri pmanere. Sed istis ex officio cōmissum est unigeniti filij mei ministrare sanguinē, & animas uirtuose gubernare, q̄d adimplēdo cum sancta solicitudine & cum affectu uirtutis ultra recipiunt q̄ alij. O quātum ipsorū anima beata cōfisit in illa mortis extremitate, pro eo q̄ extitērunt annūciatores atq; defensores almę & catholicæ fidei, & illā inseruerunt medullis animæ suę, cum qua sucum in me locum aspiciunt, spē cum qua uixerunt in uita prędicti, extendunt in me cum iocunditate magna. Speraverunt enim in dulci prouidentia mea, nullatenus in se confidentes, uel in proprio sensu. Et ga de se spem omnino pdiderunt, nō habuerunt inordinatum affectum alicui creaturę, nec in alia re creata, quia uolūtariæ paupertatem uitam elegerunt, cor illorum fuit uere uas electionis ad annunciandum atq; portandum ubiq; nomen meum cum ingenti & igenifera charitate, cum exemplo sanctę uitę, atq; sana doctrina uerbi propter animarum salutem. Surgunt ergo cum igenifera charitate per affectum amoris, astringentes me finem suum, offerentes in conspectu meo iustitiæ margaritam, quam

liter habuerunt in se, semper unicuiq; faciẽ do iustitiam, & discretione magna reddendo unicuiq; debitum suum. Ideo iuste mihi quod meũ est assignant, uidelicet cum humilitate uera, tribuendo gloriã & honorẽ nomini meo, a me recognoscendo recepisse gratiam, uir tuo se tempus expendendi, cum conscientia pura. Sibi autem attribuunt humiliter indignationem sanctam, quia se reputant indignos q huiusmodi gratiam habuerint, conscientia ipsorum bonum mihi tribuit testimonium, & ideo iuste retribuo eis iustitiæ coronam, margaritis uirtutum ornatam, uidelicet de fructu quem extraxit affectuosa charitas eorum ex aliis uirtutibus. O angeli terrestres, ualde cõmendabiles atq; beati, minime quippe fuistis ingrati de beneficijs a me receptis: & ideo realiter & illęsi transistis per ipsum suo precioso sanguine madefacti, & immersi cum gregib⁹ ouium uestrarum, quorum exẽplo sanctę uitæ, ac etiam per doctrinam uestram omnino salubrem multitudinem adduxistis ad æternã uitam, & alias quamplurimas in statu gratiæ reliqstis. O filia charissima, talibus uisio dęmonũ in nullo nocere potest, ex eo q uisio mea confortat, quam per fidem uident, & ex affectuosa dilectione tenent. Sic ergo balneati pretioso sanguine Iesu Christi, gloriose transeunt cum ingenti fame salutis animarum propter honorem meum, charitate succensi p tanuam filij mei, & transeuntes intrauerunt in me mare pacificum, & a bonitate mea digne collocati sunt in gradu suo iuxta mensuram affectuosæ charitatis, quam unusquisq; secum attulit.

De morte peccatorum, & pœnis eorum in hora mortis. Caput cxxxij.

SEd attende charissima filia, quia sicut excellentia iustorum est ualde magna, sic ecõuerso miseria peccatorum & infelicium ualde maior est. de morte quorum aliqua tibi narraui, quãtum est terribilis & obscura, nam in hora mortis, pcacissime dęmones eos accusant atq; molestãt, in figura sua se demõstrantes cũ inęstimabili terrore & obscuritate. Insuper & misero peccatori renouat cõscientię stimulus, q ualde rodit & cruciat eũ, inordinatę delitię, q bus abusus est, ppria sensualitas, cui⁹ dominationi se subiecerat, de uirtuosa ratione faciẽdo seruã, ualde miserabiliter eũ accusant. Tunc enim aperte ueritatẽ agnoscit eorum, quæ ante non cognoscebat, unde per errorẽ eius ad magnã confusionẽ adduxit, qm̃ in uita sua uixit uelut infidelis & mihi rebellis, ex eo q amor proprius uellauit pupillã luminis fidei sanctissimę. Dęmones quoq; molestant eũ de infidelitate, ut ad desperationẽ cũ adducãt. O q̃ eu re impugnant in hora tali, qm̃ inueniunt eum inermẽ, & absq; charitatis & aliaꝝ uirtutũ ar matura, qa ueluti diaboli mẽbrũ fuit illis ex toto priuatus in uita sua. Vnde carent tales omnino lumine supernaturali atq; cõscientiæ, quia nõ intellexerunt eã, ex eo q cornua sup bię penitus impedierunt, ne medullę dulcedinẽ intelligerent, unde tales in magnis prælijs ignorãt omnino q d agere debeant. In spe q̃q; minime nutriti sunt, qm̃ in me non sunt assuetisperare, nec in sanguine precioso filij mei, cuius eos esse feci ministros, imo solũ in semetipsis & delitijs atq; statib⁹ uitę præsentis. Nec aduertebant isti miseri dęmones incarnati, q omnia sub usura tenebant, & ueluti debitores de singulis oportebat eos ante me reddere rationẽ, modo se nudos inueniunt absq; uirtute aliqua, & undecunq; se uertunt, audiunt improperia multa, cũ ingenti confusione iniustitia propria qua fuerunt abusi in uita sua, pcaciter eos accusat in conscientia sua, unde non audent aliud q̃ iustitiã postulare. Noueris ergo, q ipsi tunc tantã & talẽ habent uerecundiam & confusionem, q omnino uenirent ad ultimam desperationẽ, & cum ea deducerẽtur a dęmonibus ad ęterna supplicia, nisi q in uita sua ex quodam usu pręsumebant dicere, q magna est misericordia Dei, quamuis eorum defectibus exigentibus ista fit magna pręsumptio, quia stultum est & ualde reprehensibile cum brachio misericordiæ meę offendere me, ideo non est uocanda misericordię spes, sed dicenda præsumptio, ipsi tamẽ hunc habitum assumpserunt. Venientes igitur ad mortis extremitatẽ, conscięti am propriam exhonestantes per sanctam & humilẽ confessionẽ, & ablata præsumptione, quod illo modo non offendant ultra, remanet habitus ille misericordiæ meæ, agnoscentes humiliter ex gratia, tunc q̃d ante superbe præsumebant, & ita misericordiam humiliter implorando reperiunt eam. Hoc agit utique gratiosa misericordia mea, ut ita sperent in uita sua. Quamuis ego non ita concedo, ut ex misericordia mea magis offendant, sed ut in charitate de se dilatent, & in cõsideratione meę bonitatis. Ipsi tamen abutuntur in oppositum, & quia sub ipsa spe misericordiæ meæ frequenter offendunt, ego tamen eos in spe misericordiæ conseruo, ut in extremitate mortis habeant huiusmodi refugiũ, & omnino minime deficiant in tali reprehensione, & ita ueniant ad desperationẽ. Quare multo grauius offenderẽt & eis ampli⁹, pculdubio noceret hoc ultimũ peccatum desperando, q̃ alia peccata quæ commisissent unquam.

Causa

Causa ꝓpter quã hoc amplius mihi displicet, & ipsis ita nocet, est ita, qm̃ alia peccata fiunt ex aliqua cõplacentia siue delectatione ꝓpriæ sensualitatis, & aliqñ se cõmisisse dolent: unde tm̃ atq; taliter dolere possent, ꝙ illico plenã obtinerent indulgẽtiã. In pctõ ꝓ despatiõis, nulla fragilitas est in causa, ga nulla ẽ ibi delectatiõ, imo est ibi pœna grauissima & intolerabilis: ac etiã ille q̃ despat, misericordiã meã apte cõtẽnit, existimando maiorẽ culpã suã, q̃ misericordiã atq; bonitatẽ meã. V ñ post huiusmodi peccatum nõ dolet neq; pœnitet, ga cõmisso peccato & offensa mea, nec ultra dolere potest. Ipse bene dolet de suo damno irremediabili, sed nõ de culpa cõtra me ꝓpetrata, & ita recipit æterna supplicia. Itaq; solũ pcm̃ istud eũ ad infernũ adducit, ibiq; punitur ualde de hoc & aliis offensis atq; pctis eius. Sed si dolu/isset in ꝓ itate de cõmissis culpis erga me, sperãdo fideliter in misericordia mea, certissime fecissem ei misericordiã: qm̃ absq; cõparatione quacũq;, sicut alias tibi dixi, nimis excessiue maiorẽ misericordia mea q̃ oia pcta cõmissa, uel q̃ cõmitti possẽt ab aliqua creatura. Et ideo ualde mihi displicet ꝙ aliq maiores esse suos defectus existiment ullo modo. Hoc est em̃ illd pcm̃ ꝙ nullo tẽpe dimittit, in psenti seculo nec in futuro. O cæci miserabiles, ego posui i manibus uris margaritã atq; talentũ, ut ad lucrum expenderetis: uos aũt ueluti psum/ptuosi renuistis implere uoluntatẽ meã, sed abscõdistis in terra inordinati amoris ꝓpri sensitiui, q uobis modo mortiferũ fructum exhibet. O miseri homes, q̃ta est nũc pœna uestra quã in morte sentitis. Modo uos minime latent iniqtates uestræ, quia uermis cõsciẽtiæ modo minime dormit, imo ualde molestẽ rodit, dæmones quoq; terribili uoce sup uos clamant, exhibẽdo uobis meritũ q̃d sunt assueti impẽdere seruis & amicis eorũ, uidelicet improperium atq; cõfusionẽ. Et ut in mortis extremitate nõ euadatis ullo modo manus eorũ iuxta posse conantur ut ad despationẽ deueniatis, & ideo uobis cõfusionẽ inferunt, ut una cum eis habeatis & degustetis inæternum ea q̃ possident ipsi, uidelicet tormenta ꝓpetua. O miseri, dignitas in qua uos tam gloriose collocauerã, se lucidam uobis ostendit, ut est ad uestrã uerecundiã, ex eo ꝙ in tantã pctõrũ obscuritate ipsa fuistis abusi. Ecclesiæ substantiq; uos accusat, ut fures atq; latrones, & infidos debitores: obligati em̃ eratis pauperibus, & ecclesiæ uob cõmissæ debitum exoluere. Tunc accusaris a misera conscientia, ꝙ expenderis in meretricibus eam, & ad filios ꝓprios edu/candos, & ut carnales cõsanguineos exipsa substantia ditares: ex q̃ te similiter ingurgitasti, gulose uiuendo, reprehensibiliter ornando ꝓpriã domũ, aurũ & argentũ auare cõgregando, ubi debebas in uoluntaria pauptate uiuere. Conscientia tibi repræsentat ꝙ officiũ diuinum omittebas, neq; curabas ex hoc in mortale pcm̃ incidere. Si uero qñq; psolucbas orie, cor tuũ a me ualde remotum erat. Item cõscientia te cum similibus tuis arguit pro subditis uestris, q̃s alere debuistis uerbo pariter & exemplo sanctæ uitæ, dirigendo, monẽdo, atq; corrigendo uirga iustitiæ, & manu misericordiæ. Et qm̃ hæc agere neglexistis, in horribili dæmonum aspectu nimium cõfundemini. Et uolo te scire filia charissima, ga melius apparet albedo ꝓpe ingredientẽ collocata, & econuerso nigredo secus albedinem, q̃ ponendo seorsum & unum ab altero separatum: & ita miseris istis occurrit. istis in particulari dico, ac etiam aliis in gñali, ꝙ in mortis articulo, in quo aia cognoscit aptius cpa sua, uidelicet iniquitatẽ suam, & iustus beatitudinem suam, iniusto misero peccatori repsentatur iniqua uita sua. Et si nullum haberet accusatorem alium, cõsciẽtia ꝓpria sibi ꝓponit oia scelera q̃ cõmisit, & ꝓ tutes q̃s omisit, ad uerecundiã illius amplior. Et ga posita uirtute ꝓpe uicium, ex uirtute plenius agnoscitur uicium: & q̃to melius agnoscit, amplius erubescit, & ex defectu suo melius intelligit perfectionem ꝓ/tutis: unde maiori dolore tabescit, agnoscendo se ꝓ tutibus oibus in uita sua fuisse priuatum & expoliatum. Et in notitia q̃ habent isti uirtutis & uicioꝝ, bñ uident & intelligunt bonum q̃d ex ꝓtute sequit̃ homini uirtuoso, atq; pœnã q̃ illum consequitur q̃ iacuit in tenebris mortalium peccatoꝝ. Cognitionem istã tribuo non ut ueniãt in desperationem, sed ut perueniãt ad sui notitiã, & erubescãt ꝓ suo defectu; cum fideli spe misericordiæ meæ: ut cum illa uerecundia, & huiusmodi notitia;

delectant ſuos exceſſus, & humiliter poſcendo miſerico diam placent iram meam, uirtuoſus autem ex hoc augmentatur in gaudio & agnitione meæ ueritatis atq; charitatis. Attribuit enim mihi, & nō ſibi gratiam q̄ fuerit p̄ uiam uirtutis, unde dulciter exultat in me cum iſta uera noticia, & guſtat atq; recipit optatum finem ſuum, ut alias ego tibi dixi. itaq; iuſtus exultat in gaudio, qui uixit in præſenti uita cum ignifera charitate, iniquus uero tenebroſus. in pœna confunditur: iuſto tenebroſus & horribilis aſpectus dęmonum, nulli mō minimo detrimentum infert, nec etiam inde timet, ex eo q̄ ſolūmodo peccatum eſt illud, unde timor & nocumentum occurrit homini. Sed illi qui laſciue cū alijs miſerijs multis uitam duxerūt, habent inde nocumentum atq; terrorē in aſpectu dęmonum. Non tamē hoc eſt nocumētum deſperationis, niſi uelit ipſe deſperare, ſed eſt una pœna moleſtiſsimę repreh ſionis atque conſcientię grauiſsimę remordentis & eſt timor & tremor in horribili aſpectu damonum. Videas ergo chariſsima filia, quanto mala ſe differunt in mortis articulo cruciamēta hiue bella quę iuſti ſentiunt ab his quæ patiūtur iniqui, & q̄tum eorum finis eſt a ſe differens. Oſtendi tibi paruam ſcintillam, uidelicet oculo intellect⁹ tui. Et eſt ita parua reſpectu eius q̄d eſt, q̄ quaſi nihil eſt de pœna quam habet iniquus, & de bono quod habet iuſtus. Nunc aperte cognoſcere poteſ, quanta cęcitas eſt hominis, & prętim iſtoꝝ miſerabilium, quia quanto plus a me receperunt, & amplius illuminati ſunt a ſacra ſcriptura tanto magis obligantur, & amplioꝛem habebunt amaram atq; pœnoſam confuſionem. Et quoniam ampliꝰ in uita cognouerunt a ſacra ſcriptura, magis & amplius in morte cognoſcunt exceſſus proprios, quos ipſi cognouerūt, unde merito collocantur in ſupplicijs grauioꝛibus q̄ alij, prout econuerſo iuſti collocati ſunt in excellentia maioꝛi: iſtis accidit ueluti falſo chriſtiano, qui collocatus eſt in inferno cum tormento grauioꝛi, q̄ unus paganus, pro eo quod habuit in ſe fidei lumen, & ei renunciauit, ille uero paganus omnino caruit. Sic iſti miniſtri mei maioꝛi pœna cruciabuntur ex eadē culpa, quam alij ſeculares, & hoc propter miniſterium eis a me gratioſe commiſſum, uidelicet eis committendo ſolem ueneranci ſacramenti miniſtrandum. Et quia ſcientiæ lumen habuerunt ad ueritatem aperte diſcernendam, non ſolum modo proſe, ſed etiam pro cæteris, ſi uoluiſſent & deo maioꝛi tormento cruciantur. Sed ipſi miſeri non agnoſcunt, qui ſi ſua prudentia hæc attente conſiderārent, procul dubio non inciderent in huiuſmodi mala, ſed eſſent utiq; quales eſſe debent, & ipſi non ſunt ſoli, ſed totus uniuerſus eſt ualde corruptus, quoniam ipſi deteriora faciunt in gradu ſuo, q̄ ſeculares. Et cum ſuis fœtoꝛibus & iniquitatibus inquinant atq; turpiſsimen aculant facies animaꝝ ſuarum, ſubditoſq; ſuos corrumpunt, atq; ſanguinem ſponſæ meæ damnabili modo ſuggerunt: uidelicet eccleſiæ ſanctæ, unde propter huiuſmodi defectus eoꝝ, ipſa ſponſa mea ualde pallet, quia uidelicet amorem & charitatis affectum quem ad ipſam habere debent, ad ſe metipſos retorquere nō erubeſcunt, & ad alia non uidentur attendere, prętēr q̄ ad ipſam inſatiabili fame deuorandam, & ad extorquendum ab ea prętiationes atque magnos introitus, ubi deberent extorquere ſalutem animarum. Quare propter ipſorum uitam inordinatam, imo reprobam, ſeculares ueniunt ad ſi reuerentiam & inobędientiam eccleſiæ ſanctæ, quamuis iſi ſi minime debeant ita facere, neq; defectus eoꝝ excuſantur ex defectu quocunque miniſtrorum.

Repetitio ſuper aliquibus iam ſupradictis, & quomodo ſeculares expreſſe prohibent ne manus apponant in clericos.

Caput cxxxiij.

MVltos alios exceſſus iſtorum infidelium miniſtrorum ego tibi narrare poſſem, ſed ultra pro præſenti nolo fœtoꝛibus huiuſmodi tuas aures ingnare, alioꝝs uero tibi narraui, ut deſiderio tuo ſatisfacerem, & ut ampliꝰ anima tua ſolicitē offerre ꝓ eis ante me dulcia & amoroſa, pariter & amara deſideria. Narraui ęq; tibi de ipſoꝝ excellentia, in qua fuerunt a me conſtituti, & de theſauro qui uobis per manus eoꝝ miniſtratur, uidelicet de ſanctiſsimo ſacramento corporis unigeniti filij mei, ꝓ non do ſimilitudinē ſolis, ut apte cognoſceres, q̄ ex alię defectu miniſtroꝝ nullo modo minuitur uirtꝰ ipſius uenerandi ſacramēti, ideo nolo q̄ erga ipſos ullo modo reuerentia minuatur. Inſup oſtēdi tibi bonoꝝ miniſtrorū excellentiā, in qbus margarita iuſtitię relucebat & uirtutis. Et oſtēdi q̄tum in conſpectu meo ſit exoſa pſecutio quę fit contra ſanctā eccleſiā. & irreuerētia contra ſanguinē habita, ga reputo q̄ pſecutio facta contra miniſtros, fiat cōtra ſanguinē, eo q̄ exp̄ſſe ꝓhibui ne tangerēt iuſte xp̄os meos. Poſtremo tibi narraui de uituperoſa miniſtroꝝ ipſoꝝ uita, & in q̄ta miſeria uiuūt, & q̄tā amaritudinē & confuſibilē pœnā i morte ſuſtinēt, & q̄tū ultra cęteros poſt mortē crudeliter in inferno cruciantur.

Modo

Modo petitioni tuæ atq; promissioni meæ satisfactū est, narrando pauca de ipsor̄ uita miserabili. Nunc autē iterato replico, ꝙ non obstantibus illor̄ defectib⁹, etiā si plures essent: omnino prohibeo ne secularis aliquis eos aliq̄ modo puniat. Inobedientes uero faciendo cōtra p̄ceptum istud, aspere congruo tēpore punientur, nisi realiter cū contritione cordis & humili confessione uitā suā ante correxerint. Tamē utraq; pars, uidelicet huiusmodi ministri & eor̄ p̄secutores uidentur esse dæmones incarnati, unde iusto meo iudicio fit ut unus diabolus ita puniat aliū, sed offendit uterq;, seculares nō excusantur ex peccato prelati, neq; prelatus excusatur ex peccato secularis. Nunc autē inuito te filia charissima & cēs alios amicos meos ad fletū amar̄ sup huiusmodi mortuos, & ad immorandū uelut oues in ecclesiæ sanctę uiridario ad pascēdum ex desiderio sancto, offerendo iugiter ante me cōtinuas & humiles orationes pro eis, quia decreui mundo facere misericordiam. Neq; ab ista pastura uos subtrahatis ullo modo propter iniuriam, uel aliquam prosperitatē. Quia penitus uolo, ꝙ nullatenus eleuetis caput ex impatientia uel inordinato gaudio, sed iugiter ad honorē meum attendite, salutem animarum, atq; reformationem ecclesiæ sanctæ. Et hoc erit mihi signum euidentissimum, ꝙ tu & alij me realiter in ueritate diligatis. Tu uero bene nosti, ꝙ aperte tibi patefeci me uelle ꝙ tu & alij serui mei essetis sicut oues quæ pascere mini iugiter in uiridario ecclesiæ sanctæ, tolerando laboriose usque ad mortis extremitatem, & ita faciendo sancta uestra desideria perficiam.

Qualiter hęc anima deuota laudando dominum, facit orationem pro ecclesia sancta.

Caput cxxxiij.

NVnc anima deuotione multa uelut ebria & ignita charitate succēsa habēs cor sunm amaritudine magna uulneratum, eleuādo mētē ad ęternā Dei bonitatē, ait: O summe Deus ęterne, o lux maior quacūq; luce, a qua ꝓcedit omnis alia lux, o ignis ardēs supra omnē aliū ignē, tu es solus ignis q̄ ardes & nō cōsumis, nā cōsumis omne peccatū q̄d est in anima, simul & amorē ꝓprium, non tñ eam affligendo consumis, sed eam pinguefacis insatiabili dilectiōe, qa dum satiat a te nō bñ satiatur, imo te magis peroptat habere iugiter & uidere. Et q̄to plus te quęrit & optat, amplius te gustat & inuenit ęternum, atq; summum ignem ueręq; charitatis abyssum. O summum & ęternū bonū, quis te Deum nostrū inclinauit ad illuminandam me creaturam tuā ifimam de luimne tuę ueritatis. Tu idē ignis amoris es in causa. Nā affectuosa charitas tua te coegit & induxit ad creandum nos ad tuam imaginē atq; similitudinē, & ipsa te iugiter inducit & inclinat ad faciendum immensas & infinitas gratias creaturis tuis, quæ rationem habent. O bonitas ęterna, sup oēm bonitatem, tu solus es ille, qui summe bon⁹ es. Nihilominus tu donasti nobis unigenitum filium uerum, tibi coęternum, ut etiam in humano corpore conuersaretur in uita p̄senti nobiscum, qui sumus omnino tenebrosi atq; pleni fœtēti putredine. Quid obsecro fuit in causa? Amor, qa nos affectuose dilexisti, etiā anteqū essemus. O bone Deus. O ęterna magnitudo incōprehensibilis, ex amore fecisti te paruulum, ut hominem in te magnificares, & eum faceres magnū: quocunq; me uerto non inuenio nisi tuę dulcissimę charitatis ignē & abyssum. Nunquid ego pauper & miserella satisfacere quoquomodo possū gratijs & igniferi charitati tuę in particulari mihi concessis, e um excessu tantę dilectionis ultra gratias, alijs fidelibus tuis cōcessas. Certe non, ergo tu solus dulcis, & amantissime pater es ille, qui gratus eris pro me tibi, & ꝓ me misera respondebis, quia uidelicet affectus tuę paternę charitatis ꝓ me tibi gratias aget. Quoniam ego sum illa q̄ non sum, & si dicerem ꝙ aliquid essem ex me, utique mentirer in caput meum, & essem procul dubio mendax, & filia diaboli, qui pater est mendacior̄. Quia tu solus es ille qui es. Et esse meum & omnem gratiam in eo fundatam humiliter a te recognosco. Nam ex amore purissimo, & non ex aliquo debito mihi gratiose tribuisti. O pater dulcis & amantissime, quando genus humanum iacebat ęgrotans ꝓpter præuaricationem Adę, tu direxisti sibi medicum egregium dulcem & amorosum. s. uerbum unigenitum filium tuum. Nunc uero qñ iacebam infirma, uidelicet infirmitate negligentiæ, pariter & ignorantiæ magnæ, tu suauis atq; dulcissimus medicus ęterne Deus, exhibuisti mihi suauem, dulcem & amaram medicinam, ut ab infirmitate cōualescam, & indilate liberari ualeam. Mihi ꝓculdubio sumpta est, quia cum suauissima charitate tua mihi te manifestasti. Dulcis est & mihi ualde ultra quancunque dulcedinem, quoniam illuminasti oculum intellectus mei lumine sanctissimę fidei, in q̄ lumine ꝓut excellētissimę manifestati tu manifestare placuit, agnoui gratiam inæstimabilē humano generi cōcessam in corpore mystico sanctę matris ecclesię, ministrando totum Deum & hominem in uenerabili sacramēto, atq; ministrorum tuor̄ dignitatem, q̄s constituisti, ut nobis illud administrarent.

Ego

Ego cupiebam ut premissioni mihi sanctæ satisfaceres, tu multo plura concessisti, q̃ ego petere scuissem. Vnde uere cognosco, ꝙ cor hominis nescit neq; potest optare siue petere q̃tum tu uis ei præbere. Et ita manifeste cognosco, ꝙ tu es ille, qui es infinitus, atq; bonum æternum, nos uero sumus illi qui non sumus. Et quia tu es infinitus, & nos finiti, ideo tuæ creaturæ quæ rationẽ habet, exhibes id quod nescit, & nescit, neq; potest optare, & modũ quo tu scis uis, atq; potes animæ satisfacere, satiando illam etiam ex his quę petere nescit dulcissimum & gratiosissimum ignorat, & desiderare nequit. Et ideo recepi lumen in magnitudine tuæ charitatis, ex amore quem habere te manifiste patefecisti humano generi & præcipue eius unctis, qui debent esse uelut angeli terrestres in uita præsenti. Tu mihi monstrasti uirtutem atq; beatitudinem istorum unctorum tuorum, qui uixerunt uelut lucerna succẽsa cum iustitiæ margarita in ecclesia sancta. Et horum comparatione agnoui defectũ eorum, qui miserabiliter in ecclesia uiuunt, unde cœpi dolorem ingẽtem propter offensam tuam, atq; detrimentũ uniuerso mundo, nãq; ualde nocent, quia debent esse exemplum uirtutis & ipsi prębent exemplum iniquitatis & miseriæ. Et qa tu mihi miserę seruulæ tuę quæ sum in causa & instrumentum multorum defectuum, patefecisti uitam illorum de qua conquestus es, habeo dolorem & amaritudinẽ intolerabilem. Tu amor ineffabilis illa mihi manifestando tribuisti medicinam dulcẽ & amaram, ut ego conualescam ab ægritudine ignorantiæ & negligentię meæ, & cum solicitudine atq; desiderio magno recurram ad te, memetipsam agnoscendo atq; bonitatẽ tuam in me, simul & offensas tibi factas a tuis creaturis, & præsertim a ministris tuis, ut effundam unum flumen lachrymarum, eas distillãdo super me miserabilem, & a notitia tuæ infinitæ bonitatis, illas hauriendo & extrahendo ac etiam effundendo super huiusmodi mortuos q̃ cum tanta dissolutione miserabiliter uiuunt. Vnde nunc ineffabilis dilectio charitatis, ignis inextinguibilis & æterne pater, ꝙ huiusmodi desiderium nullo tempore deficiat, uel etiam tepescat in optando, & quotidie perquirendo tuum honorem, & animarum salutem. Et oculi mei nunq̃ ab effusione lachrymarũ ex hoc abstineant. Vnde cum instantia posco, ut gratiose mihi concedas, ut efficiantur ueluti duo fontes abundanter effundentes aquas, quę ꝓcedant & egrediantur a te mari pacifico. Gratias, gratias ago tibi pater æterne, qui plenissime satisfecisti non solum petitioni meę, uerum etiam in alijs quæ non agnoscebam, uel petere nesciebam, inuitando me dulciter atq; materiã exhibendo lachrymarum, ut offeram in conspectu tuo sacratissimo dulcia cruciata, & amorosa desideria cum oratione continua & humili. Nunc autem ab ineſtimabili bonitate tua peto, ut mundo misericordiam exhibeas, & ecclesiæ tuæ sanctę, humiliter supplicans, ut effectualiter implere digneris ea quæ tu me ipse postulare facis. Heu mihi miserabili, & animæ meæ pauperculæ, quia malorum omnium ut æstimo, sum in causa. Non ultra differas obsecro mundo facere misericordiam, paternas aures inclina & exaudi orationes seruorũ tuorũ. & illorum igniferа desideria comple. Vę mihi tu es ille qui facis & solicitas eos, ut a te petant & coram maiestate tua clament. Audias igitur uoces eorũ, & exaudi. Etiam tua ueritas exhortatur, & ait: Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur uobis. O pater æterne, serui tui clamant ad te ꝓ misericordia, respondeas igitur eis. Ego certissime noui, ꝙ tibi proprium est misereri, ergo tu non uales eam denegare postulantibus illã. Ipsi postulant ad ianuam tuę ueritatis, uidelicet unigeniti filij tui, quia uere cognoscunt amorem affectuosum quem habes ad hominẽ, unde pulsant ad ianuam ignis excellentissimæ tuæ paternæ charitatis, quæ ultra se continere non debet, ꝙ non aperiat cum perseuerantia pulsanti. Nunc igitur aperi, contere atq; confringe durissima corda tuarum creaturarum, non intuitu earum quæ non pulsant, imo solũ intuitu bonitatis, & paternæ tuæ charitatis, & etiam amore seruorum tuorum, qui procis ad te clamant. Aeterne ꝑ pater aperi tuę misericordiæ manum, & eis exhibe quæ postulant. Vides enim, ꝙ ad ianuam tuæ ueritatis pulsant, & a te petunt & quid a te postulant. Sanguinem istius ianuæ tuæ, s. ueritatis, in quo sanguine nostras iniquitates abluisti, & expurgasti corruptam putredinem transgressionis Adæ. Iste sanguis, peculdubio noster est, de quo nobis ordinasti balneum. Tu uero nõ uales, imo neq; uis alicui personę in ueritate petenti denegare, igitur impende fructum huius sanguinis pretiosi tuis creaturis, ponas in una lance pretium sanguinis unigeniti filij tui, ut infernales dæmones oues tuas asportare non audeãt. Tu quidem es pater optimus, qui nobis exhibuisti pastorẽ uerum, uidelicet unigenitũ filium tuum, qui propter obędientiam tuam prono bis oubus tuis uitam exposuit, faciendo nobis de pretioso sanguine suo balneum. Hic est ille sanguis, quem a te petunt iuxta ianuam istã, ueluti famelici atq; sitibundi serui tui, quo mediante

diante petunt & optant, ut huic uniuerſo mundo facias gratioſe miſericordiam; atque flores odoriferos ſanctorum paſtorum, ex odore quorum euaneſcat ab ea fetor, & putredo male uiuentium, & iniquorum hominum. Tu pater æterne promiſiſti quod ex amore quem habes ad homines cum orationibus amicorum tuorum, & tolerãtia multorum laborum abſque culpa ſua, tu faceres omnino mundo miſericordiam, & eccleſiam ſanctam tuã uirtuoſe reformares, & ita refrigerium in de nobis exhiberes. Ego ſupplico ne differas ulterius, ſed abſque dilatione maiori conuertãs oculum tuæ clementię, ac illicò reſpõde qui reſpõdere uis, antequam uocemus uoce miſericordiæ tuæ. Aperi portam inæſtimabilis tuæ charitatis, quam oſtendiſti nobis, ianua mediante, uidelicet unigeniti filij tui uerbi, pro nobis incarnati. Scio nanque quod aperis ante, quam pulſemus: quia cum affectuoſa dilectione quam impendiſti ſeruis tuis pulſant & ad te clamant, optantes & querentes honorem tuum, atque ſalutem animarum. Ergo largiaris eis panem uitæ, uidelicet fructum ſanguinis unigeniti filij tui, quem a te poſtulant, & ad gloriam & ad laudem nominis tui in ſalutem animarũ. Quia maior laus & honor nomini tuo reſultare uidetur in ſalute multorum, quam ſi in duritia ſua permanendo damnarentur. Tibi pater æterne ſunt omnia poſſibilia. Tu enim nos abſque nobis gratioſe creaſti: ſed nos abſque nobis ſaluare non decreuiſti. Sed obſecro q̃d uoluntates eorum inordinatas aliquo modo compellas, & uiolentes, & eos ad uolendum diſponas ea quę renuunt. Hæc a te peto per immenſam bonitatem tuam atque miſericordiam. Tu creaſti nos ex nihilo. Nunc autem ex quo per gratiam tuam ſumus in uita, obſecro nobis impende miſericordiam. Et refice pariter & reforma uaſa quę tam gratioſe formaſti ad imaginem & ſimilitudinem tuam: illa reformate digneris ad gratiam in miſericordia & ſanguine filij tui.

Hic incipit Tractatus quartus, de puidentia dei: & prius in generali.

Capi. cxxxv.



VNc ætenus patẽt cũ ineffabili benignitatẽ ſuæ clementiæ uertebat oculũ ad hãc animam, uolẽs aperte demõſtrare quod in õnibus huiuſmodi nũquam diuina ſua puidẽtia deficiebat, dũ ipſe uelit eã humiliter acceptare, patefaciẽs iſta cum una dulci querela cõtra ſuas ratiõales creaturas, incipiens iſto modo: O chariſſima filia, ſicut alias & aliq̃ties ego dixi tibi, oino decet facere mundo miſericordiã, & in oibus opportunis hoĩb⁹ uolo puidere. Sed ignorãs homo, reputat in mortẽ illud q̃ in uitã ei tribuo: & ita ſibimet ualde crudelis efficit, & ego puideo ſemp. Vñ uolote noſce, quicqd homini tribuo, procedit a ſumma puidẽtia. Et hinc eſt q̃ cũ ego cũ pro uidẽtia creaui eũ, in memetipſo reſpexi, & fui philocaptus de pulchritudine creaturæ meæ, quia mihi placuit creare eam ad imaginem & ſimilitudinem meam, cum prouidentia multa, & ideo dedi ſibi memoriam, ut in ſe beneficia mea tineret, uolens ut de potẽtia mei patris æterni participaret. Inſup intellectũ ei tribui, ut in ſapientia filij mei cognoſceret & intelligẽret uoluntatẽ meã, qui ſum omniũ gratiarum exhibitor atq; donator, cum igniferã charitate paterna. Sibi quoq; dedi uoluntatẽ ad amandũ, participando clementiã ſancti ſpiritus, ut amare poſſet ea q̃ cognouerat & uiderat intellectus: Hoc autem egit dulcis puidẽtia mea ſolum ut capax eſſet ad intelligendum & guſtandum me, cũ ſummo gaudio in æterna uiſione mea. Et ſicut alias ego tibi narraui, ex inobedientia primi ueſtri parentis Adæ, cœlum erat clauſum, qui dignitatẽ in qua creatꝰ erat ignorauit, nec attendit cum q̃ta puidentia & ineffabili dilectione creaueram eum, & ideo cecidit ad inobedientiã, & inde poſtmodũ ad immũdiciã, cum ſuperbia & cõplacentia muliebri, uolendo potius uxori ſuæ condeſcendere ſiue cõplacere q̃ obedire mihi: & q̃uis ei minime credideritea q̃ ſuggerebat, nihilominus acquieuit, ne cõtriſtaretur. A qua poſtmodũ in obediẽtia pceſſerũt oĩa mala p uniuerſũ orbẽ: unde uos oẽs huiuſmodi ueneni participes eſtis. De qua quidẽ inobedientia

in alio loco & i pertibi narrare dispono, q̃ cũ est hoi periculosa, ut amplius inde cognoscas obedientiã esse cõmendabilẽ. Vt ergo mortẽ ipsi⁹ inobedientiæ auferrẽ ab hoie, clemẽtissime ꝓuidi tribuendo uobis unigenitũ filiũ meũ, cũ magna prouidentia: ut ita satisfaceret uestræ necessitati. ꝓuidentiã inq̃, ut cũ homo uestræ humanitatis atq; meę deitatis abscõderẽ à dęmonio ueritatẽ meã, ꝙ nõ ualuit eã agnoscere. Quæ mea ueritas incarnata uenit ad cõsummandũ & oino destruendum illius mendatiũ, cũ q̃ deceperat hominẽ. Itaq; sup hoc usus fui magna ꝓuidẽtia. Attende diligenter amantissima filia, ga maiori ꝓuidentia nõ poterã uti q̃ ꝓberem uobis unigenitũ filiũ meum, imposuiq; sibi magnã obedientiã, ut à ueneno liberaret hu/manũ genus, ꝙ ex inobedientia primi uestri parẽtis in orbẽ fuerat effusum. Vnde tanq̃ philocaptus & uerus obediens, uelocissime cucurrit ad obprobriosam mortẽ sacratissimę crucis, & mediante sua sacratissima morte, uobis exhibuit uitã: nõ humanitatis, sed uigore diuinitatis, q̃ per ꝓuidẽtiã meã cõiunxi cũ natura humana, ut satisfaceret culpę cõtra me perpetratę, q sum bonũ infinitũ, q̃ reqrebat satisfactionẽ infinitã, uidelicet ꝙ humana natura q̃ offenderat & erat in se finita, uniret infinitæ rei, ut infinito modo mihi satisfaceret infinito ꝓ oĩbus hoibus, uidelicet ꝑteritis, ꝑsentibus & futuris. Et ut toties q̃tus offenderet homo, & in uita sua rediret ad me, satisfacere posset ex integro, uniui naturã diuinã cũ humana uestra natura, ꝓpter q̃ unionẽ habetis atq; recepistis pfectã satisfactionẽ. Hoc egit ualde gratiose ꝓuidentia mea, ga cũ o patione finita, ga finita fuit in se pœna crucis in filio meo, recepistis fructũ infinitũ uirtutæ diuinitatis, ut iã dixi. Hęc infinita ꝓuidentia mei patris uestri ꝓuidit, ut iterũ indueret homo uestimento gratiæ, q perdiderat indumentum innocentiæ, & oñi uirtute nudatus, fame pibat, atq; frigore cruciabat in ista uita suæ pegrinationis, ac erat oñi miseriæ subditus. Cæli porta sibi clausa fuerat, nec ultra spẽ aliq̃ habebat, q̃ si potuisset habere, q̃ddam inde refrigeriũ habuisset in uita ꝑsenti. Et ga non habebat, ideo positus erat in afflictione magna. Ego uero deus æternus, affectione paterna ꝓuidi misericorditer huic hominis indigentiæ atq; magnæ necessitati. Vt si nõ inductus a uestris iustitijs uel uirtutibus, imo solũ ab ineffabili bonitate mea mea, exhibui uobis optabile uestimẽtũ, unigenito filio meo mediante, qui dum semetipsum expoliauit uita corpali, uos induit uestimento gratiæ pariter & innocentiæ. Quã gratiã & innocentiã in sctõ baptismate recipitis, in uirtute sui ꝓtiosi sanguinis, uñ macula peccati originalis abluit, in q̃ cõcepti fuistis a parentibus uestris. Et ideo dulcis mea ꝓuidentia ꝓuidit, nõ cũ afflictiua pœna corporali, ꝓut erat in testamẽto ueteri cõsuetũ, qñ circuncidebantur hoies, sed cum dulcedie sacri baptismatis. Itaq; nunc iterũ indutus est. Et etiã ipsum homine ualde calefeci, dum unigenitus filius meus humano g̃ni patefecit ex uulnerib. atq; scissuris in suo sacratiss. corpore pceptis, ignẽ excellentissimæ charitatis meæ, qui uelatus erat occulte sub cinere uestræ humanitatis. Nonne uidetur hoc esse ual de sufficiens ad calefaciendũ cuiuscunq; cor hominis, g̃tũcunq; frigidũ & congelatum? Nisi forsitan uoluerit esse obstinatus & excæcatus ab amore ꝓprio: nec attendere uelit q̃tũ ineffabiliter eum affectuose diligo: Prouidentia mea cibũ uitæ tribuit ei, ut dum est in uita ꝑsenti pegrinus cõfortari possit, sicut alibi tibi dixi. Etiã inimici sui sunt ita debilitati, ꝙ nullus ei nocere potest, nisi sponte uoluerit acgescere. Via rectissima est & explanata cũ sanguine meæ ☧itatis incarnatæ, ut homo faciliter attingere possit ad illũ finalẽ terminum ad quẽ illũ tam gratiose creaui. Sed q cibus est iste? Sicut alibi seriose tibi narraui, est uenerabile sacramẽtũ corpis & sanguinis Iesu Christi crucifixi, ubi & in quo deus & homo cõtinetur. Vtiq; angelorũ cibus atq; uitæ, q saciat omnẽ fameliscum, q de tali cibo delectat nõ autẽ illum q nõ famescit. Iste nanq; cibus ore sanctis desiderio sumi debet, & amore succẽso gustari. Vides ergo ꝙ ꝓuidentia mea dedit homini uñ saluberrime cõfortari ualeat.

Quõ deus ꝓuidit exhibẽdo spẽ homini, & g sperat amplius, gustat perfectius eius prouidentiam. Cap. cxxxvi.

HOmo recipere debet firmam in corde spem, imo certitudinem propriæ salutis In opprobrijs Iesu, sibi reddit honor, quia

quia si cum omnibus membris proprij corporis ipse me pluries offendit, & Iesus unigenitus meus dilectissimus, in omnibus membris sui corporis grauissima tormenta sustinuit. Et cum humili obedientia sua correxit & emendauit inobedientiam Adæ primi uestri parentis atq; successorum. Et ab ipsius obedientia omnes acquisiuistis abundantissime gratiam, sicut ex inobedientia primi parentis omnes inuoluti fuistis in culpa, hoc est uobis a mea prouidentia concessum, quæ nũquam homini defuit a principio mundi usq; nunc, imo nec in futurum usq; ad ultimum ullo modo deficiet, quin ordinate salubriterq; prouideat in omni uestra necessitate, multis atque diuersis modis, prout ego iustus & optimus medicus infirmitati uestræ cognosco necessarium & utile pro salute uestra, ut homini restituam integram sanitatem, & pro conseruatione suę sanitatis prouidentia mea nunquam alicui eam recipere uolenti deficiet, ex his qui perfecte sperant in me. Qui uero sperant in me pulsant, & in ueritate clamant, non solummodo uerbo, sed affectu & lumine sanctissimæ fidei me gustabunt in prouidentia mea, sed non illi qui pulsant & clamant uerbo solum uocali, dicentes, Domine, domine. Dico tibi si me non exposcent & exquirent alia uirtute mediante, q̃ ego non cognoscam eos ex misericordia, sed tantummodo per iustitiam. Itaque replico q̃ prouidentia mea nunquam alicui, qui speret in me, in ueritate deficiet ullo modo, sed solũ illis qui de me desperãt, in se solummodo sperantes. Tu bene nosti, q̃ homo sperare nõ potest in duabus rebus oppositis, hoc exprimere uoluit ueritas incarnata, cum in Euangelio dixit: Nemo potest duobus dominis seruire. qui uni seruit, habebit alium in contemptum. Seruire uero non est absq; spe, quia seruus alicui domino utiq; seruit cum spe placendi domino suo, siue seruit cum aliqua spe quam habet in precio uel utilitate, quam inde consequi sperat. Inimico uero domini sui nullo modo seruiret, quia obsequium facere non posset absque spe qualiscunque lucri. Et ipse priuatum se cerneret eorum quæ præstolabatur a domino suo recipere. Sic ergo cogita filia charissima, quod accidit animę. Nam oportet eam in me sperare, mihiq; seruire, uel q̃ in mundo speret, & in semetipsa, & ipsi mundo seruiat, tantum enim seruit mundo extra me seruitio sensuali, quantum amat propriam sensualitatem, & illi seruit, de quo seruitio & amore sperat habere complacẽtiam, sensitiuam, uel aliquam utilitatẽ. Sed q̃ spes huiusmodi posita noscit in re finita, uana pariter & transitoria, ideo si bi deficit & non habet effectum eius quod optabat. Dum uero sperat in se uel in mundo, non in me sperat, quia mundum, uidelicet hominis desideria mundana iugiter odi. Et in tã tam abhominationem habui, q̃ unigenitum filium meum uolui subire mortem obprobriosæ crucis. Mundus itaq; nullam conformitatem mecum habet, nec ego secum. Sed anima quæ perfecte sperat in me, mihiq; seruit ex toto corde suo, statim ex necessitate compellitur occasione prædicta omnino de mundo pariter & de semetipsa diffidere atque desperare. Hæc intelligo de spe posita cũ fragilitate propria. Ista uero spes est amplius uel minus perfecta, iuxta mensuram amoris, quam anima in me habet. & ita perfecte uel imperfecte de prouidentia mea degustat, & absq; dubio cũ maiori perfectione gustant atq; recipiũt eã illi qui mihi seruiunt atq; sperant in me, solum intuitu complacendi mihi, q̃ illi qui seruiunt intuitu fructus alicuius, uel ex delectatione quam inueniunt in me. Isti primi sunt illi, quorũ in ultimo statu animę tibi narraui perfectionem. Alij uero de quibus in præsenti loquor, sunt illi secundi & tertij de quibus imperfectionem ostendi, narrando de statibus animæ, quia uadunt & seruiunt cum spe fructus uel propriæ delectationis. Tamen illis imperfectis & etiam perfectis affectuosa charitate prouideo, dum tamẽ ipsi non præsumant in se sperando, quia præsumptio præsumendi de se, siue sperandi, ab amore proprio progreditur, & offuscat oculũ intellectus, privans eum lumine sanctissimę fidei, unde non incedit cum lumine rationis, & ideo meam prouidentiam non agnoscit: non q̃ illã non experiatur, quia nullus est exclusus, eo q̃ iusti pariter & peccatores a me proculdubio prouidentur. Nam omnia creata sunt a bonitate mea. Ego nanq; sum ille qui sum, & absq; me nihil omnino factũ est, excepto peccato, quod nihil est. Itaq; recipiunt & ipsi de prouidentia mea, sed non intelligunt, quia nõ agnoscunt eam. Et quia non agnoscunt, ideo non amant illam, ideo nec inde fructum gratiæ recipiunt, omnia uident indirecte uelut excæcati licet omnia directa sint, lucem uident in tenebris, atque tenebras in luce, quia posuerunt spem atq; seruitum in tenebris, unde in murmurationem incidunt, & ad impatiẽtiam ueniunt. Ecce cum quanta stultitia procedũt. Sed o charissima filia, quomodo possunt isti credere, q̃ ego summa & æterna bonitas alia uelle possim q̃ bonum ipsorum in rebus paruis, quas quotidie permitto pro salute sua cum satis experiantur, quod ego nihil aliud uolo, nisi sanctificationem ipsorum in rebus ma-

gnis, cum omni cęcitate ſua facere neque unt, q̃d ſaltē aliqualiter cum paruo natu/rali lumine nō uideant bonitatē meā, atq; meæ ꝓuidentiæ beneficiū, q̃ inueniunt & eā denegare nō poſſunt, in prima creatio/ne, ac in recreatione, q̃ homo recepit in ſanguine, qñ fuit recreatus ad gratiam, ut alias tibi dixi. Hoc eſt ita claꝝ atq; ma niſeſtum, ꝙ nullatenus contradicere poſ/ſunt: nihilominus ipſi terrentur ex um/bra ſua, qm̃ huiuſmodi naturale lumen in uirtute ſua non exercuerunt. Homo ſtultus non aduertit nec attente conſide/rat ꝙ ego ꝓuidi de tempore in tempus in uniuerſo generaliter & unicuiq; particu/lare iuxta gradum ſuum. Et ga nullus eſt in ulta præſenti ſtabilis, imo q̃tidie muta/tur de tempore in tempus, uſq; quo perue nerit ad ſuum fixum terminum: iugiter ego prouideo de omnibus opportunis at que tempore opportuno.

Quomodo deus in ueteri teſtamento ꝓ uidit cum lege atq; prophetis, & poſtmo/dum in nouo cum euangelica doctrina.

Cap. cxxxvñ.

IN ueteri teſtamento prouidi dando le/gē in manu Moyſi, & illi populo mẽo dirigendo prophetas a ſpiritu ſancto do/ctos & illuminatos. unde noueris ꝙ ante q̃ unigenitus filius meus ueniret in carnē, il le populus iudaicus ualde modico tẽpore ſteterit abſq; ꝓpheta, ut haberet ex prophe tñs exhortationē atq; ſpem, ꝙ ueritas mea ueniret in carnem, ueluti ꝓpheta prophe taꝝ, ut eos à ſeruitute liberaret, atq; cō/lū eis aperiret ꝑcioſo ſanguine ſuo, q̃d an tea tanto tempore ſteterat obſeratū. Poſt quam autem ipſum uerbū amabile carnē aſſumere dignatus eſt, nullus ultra pro/pheta ſurrexit in eis, ut ipſi certificarent, quod ille quem expectabant uenerat: un de non expediebat quod alĩ prophetæ i/pſum annunciarent, licet ipſum minime cognouerint, neq; cognoſcant, ex ꝓpria ꝛcitate. Poſtq; hoc prouidi mittendo uer bum, ut eſt dictum, quod utiq; fuit ueſter mediator inter me deū æternum & uos. Poſt ipſum uenerunt a poſtoli, martyres, doctores atq; cōfeſſores, ut alibi tibi dixi. Hæc omnia prouidentia mea fecit, & tibi dico, quod uſq; ad ultimum in ueritate ꝓ uidebit. Hæc autem eſt una prouiden/tia generalis, exhibita creaturis omnibus, quæ rationem habent, quæ uoluerint ex tali prouidentia fructum habere. In par/ticulari quoq; do omnia per prouidentiã meam, uitam ſiue mortem, quocunq; mo do perueniat, famem & ſitim, perdere ſta tum, in mundo, nuditate, frigus, calorem, iniurias, cõtumelias atq; deriſiones. Hæc omnia permitto fieri uel dici ab homini/bus. Non quod ego faciam iniquitatem malę uoluntatis eius q̃ male operatur, & iniuſtitiam exercet, ſed eſſe pariter & tempus quod habet à me recipit. Quod eſſe tribui ſibi, non ut offenderet proximũ aut me, ſed ut mihi fideliter ſeruiret, & illi, cum affectu charitatis: unde permitto il/lum actum uel ad probandam patientiæ uirtutem in anima, in eo qui recipit, uel cum humilitate ſeſe cognoſcat. Aliquan do ꝓmitto quod uiro iuſto q̃ſi totus mun dus aduerſabitur, & ultimo morietur ex/traneo modo, ita q̃d omnes admirabunt, & uidebitur iniuſtum quod uir iuſtus ita moriatur: in aqua uel in igne, aliquando deuorabitur ab aliqua fera, quandoq; ru/et aliquod edificiũ ſuper eum ut ꝓdat ui/tã corporalẽ. O quantum hæc uidentur ultra modum extranea illi oculo qui lumi ne caret fidei ſanctiſſimæ, ſed non oculo fi dei. Quia fidelis inuenit atq; guſtauit ex amoris affectu in magnis rebus antedi/ci meam prouidentiam, & ita uidet & agnoſcit quod cum magna prouidentia cuncta diſpono, ſolummodo pro ſalute ho minis procuranda. Et ita oĩa recepit cũ humili reuerentia, nec ullo modo ſcanda lizatur in ſe nec operibus meis, nec etiã in proximo ſuo: ſed omnia tolerat cum uera patientia, prouidentia mea nulli creaturę denegatur ſiue tollitur, qm̃ cum ea omnia condita ſunt. Aliquando uidetur in pru denti uiro quod grando ſiue tẽpeſtas ſiue fulgur quibus aliquando quenquã allido uel occido, ſit una crudelitas, iudicando quod quaſi ſalutẽ illius negligere uolue/rim: & ego ſic ordinaui & permiſi, ut eua deret mortem æternam, & ille iudicat op/poſitum: & ſic homines huius mundi uo lunt in omnibus opera mea contamina/re, male iudicando ac intelligendo, ſecun dum eorum infimum intellectum.

Quo

Quomodo quicquid nobis deus concedit est solũmodo pro bono nostro, & quod illi sunt cæci qui iudicant oppositum.

Cap. cxxxviij.

POST hæc ipse dominus ait: uolo dilectissima filia ut uideas atq; diligenter attendas, cum quanta patientia supportare me conuenit hominem, quem ad imaginem & similitudinem meam cum affectuosa charitate creaui. Aperi oculum intellectus & aspice in me. præcipue considera casum illum particularem pro quo me rogasti, ut gratiose prouiderem: & ego prouidi, sicut optime nosti, taliter, quod absq; periculo mortis ille statum suum cum felicitate recuperauit. Et sic occurrit in illo particulari casu, ita generaliter est in omnibus alijs rebus. Tunc anima deuota sui oculum intellectus aperiens, cum lumine sanctissimæ fidei, cum anxio desiderio, quia propter ea quæ ei de us dixerat amplius de sua ueritate cognoscebat in dulcissima prouidentia, propter obedientiam præcepti diuini multum speculando, attente & attendendo diuinæ maiestatis abyssum, & ineffabilem charitatem eius, aperte ipsum uidebat esse summam & æternam bonitatem, & quod solummodo nos ex affectuosa charitate creauerat, atq; sanguine pcioso sui filij redemerat. Et ideo cum eodem amore tribuebat omnia quæ concedebat alicui siue permittebat, uidelicet consolationes atq; tribulatiões. Omnia paterna charitate suis creaturis exhibebat, & ut hominum æternæ saluti prouideret, & non alio respectu, & quod sanguis effusus cum tam ignifera charitate patenter attestabatur hanc esse ueritatem. Tunc ait illi summus & æternus pater: Isti sunt uelut excæcati ab amore proprio, qui cum impatientia multa scandalizantur. Ego loquor nunc tibi in particulari & in generali, reassumẽs illud q̃ dicere cepera. Dico ergo q̃ ipsi condẽnãt & iudicant in eor̃ odiũ, detrimentũ, ruinam atq; damnum, ea quæ facio eis ex amore singulari, & in bonum ipsorum: ut pœnis æternis absolute priuentur, & ut cum felici lucro perueniant ad uitam æternam. Ergo quare de me conquerunt̃ur? Ex eo quod in me sperare nolunt, imo potius in semetipsis. Et tam ego dixi tibi quod ex hoc incidunt in tenebras, & ideo non agnoscunt & oderunt illa quæ debent in magna reuerentia recipere, sed ipsi ueluti superbi, nolunt occulta mea iudicia temere iudicare, quæ sunt oñia rectissima & iusta: ipsi faciunt ut aliquando cæcus facere solet, qui cum simplici seu leui tactu inanis uel insipido gustu aut incerto sono uocis iudicare p̃sumet in bonum siue malum, iuxta suum infirmum & ignorantem sensum, atq; renuunt in me confidere, qui sum uera lux & summa sapientia, & sum ille qui spiritualiter atq; corporaliter eos alendo nutrio, & absque me nihil possunt habere siue facere. Si autem aliquando seruitur eis ab aliqua creatura, ego sum ille qui tribui sibi uoluntatem illam, & ordinaui totum, uidelicet ut illa posset, uellet atq; sciret facere. Sed illi ueluti stulti procedere uolunt cum tactu manus, quæ decipitur aliquando, quia nescit in suo tactu discernere de coloribus, quia lumine caret: & ita decipitur etiam gustus, quoniam aliquando minime uidet animal immundum quod est in cibo. Auris aliquando decipitur in dulcedine soni, quia non uidet illum qui canit, qui cum illo sono siue cantu nisi cum diligentia sibi caueret ei posset inferre mortem. Ita faciunt isti qui uelut excæcati, perdito lumine rationis, tangendo solummodo cum manu sensus exteriores atque carnalis uitæ mundanæ delitiãs, iudicant esse bona: quia non uident & non aduertunt ipsas esse ueluti pannus insertus & inuolutus in spinis uarijs, cum multa miseria & laboriosis angustijs, intantum, quod cor illud quod extra me possidet illas, est incomportabile sibimet ipsi. Sic enim ori desiderij quod inordinate diligit eas, dulces apparent atque suaues ad fruendum. Et non aduertit quod ibi residet animal immundum multarum iniquitatum atque peccatorum mortalium, quæ reddunt animam immundam, & illã elõgant à similitudine meã & auferunt ei gratiæ uitam: unde fitales non intendunt cũ lumine sanctissimæ fidei ad purificandam animã in sanguine, acquirent inde mortẽ æternam. Auditus est amor proprius, q̃ sicut ei uidet dulcem sonũ emittit. Quare sibi uidetur ita?

Quia anima talium ſequitur amorẽ propriũ ſiue ſenſualitatis, & quia non uidet a ſono decipit. Et qa poſt illũ abijt p inordinatã delectationẽ ſe reperit in foueã adductã ligatã uinculo culpę, atq; ſe traditã in manibus inimicorũ ſuorꝫ, quia tanq; exçęcata p amorẽ ꝓpriũ, & a fiducia quã in ſe poſuerat, & in proprio ſenſu in me nõ cõfidit q ſum uia & fidiſſimus dux. Quę uia humano generi facta fuit ab incarnato uerbo, uidelicet ab unigenito filio meo, q uobis apte dixit: Ego ſum uia, ueritas, & uita, & eſt lumẽ, unde q uadit p eã decipi nõ poteſt, & nõ uadit in tenebras atq; nemo põt ad me uenire, niſi p eũ, qm̃ eſt unũ mecũ. Et iã ego tibi dixi, ꝙ ex uobis pontẽ fecerã, ut ad me tute uenire poſſetis, q ſum finis atq; terminus ueſter. Et nihilominus homines ignorantes & ingrati nõ confidunt in me, q nihil aliud ab eis opto atq; requiro, niſi ſanctificationẽ ipſorꝫ, & ad iſtũ finẽ ex affectu ſingularis amoris eis omnia permitto & exhibeo, & ipſi ſemp in me ſcandalizãtur, & ego patienter eos tolero, ſupportando mores eorꝫ, qm̃ ego eos dilexi, nõ dilectus ab eis, imo priusq; eſſent & ipſi q̃tidie me pſequũtur cũ impatientia multa, ſimul & odio, murmuratione, atq; infidelitate magna, uolentes inueſtigare iugiter occulta iudicia mea, ſecundũ cęcitatẽ & ignorantiam ipſorꝫ, q̃ pculdubio ſunt ualde iuſta, cũ paterna charitate & ingenti amore, cũ ipſi ſemetipſos ignorent, & ideo cum falſitate uident, qa q ſemetipſum nõ agnoſcit, me cognoſcere nõ ualet, nec etiam meas intelligere iuſtitias.

Quomodo Deus in aliquo particulari caſu prouidit ſaluti animæ illius cui caſus occurrit.

Caput cxxix.

VIſaperte cognoſcere chariſſima filia, quãtum iſte mũdus eſt in myſterijs meis fraudatus. Aperi diligenter oculum intellectus & aſpice in me, uidebis ꝙ ueritatem in caſu particulari quem ego tibi promiſi narrandum. Et ſicut eſt de iſto, ita de multis alijs narrare poſſem. Tunc anima deuotiſsima uolens ęterni patris obedire pręcepto, anxio deſiderio reſpiciebat in eum. Ipſe uero pater æternus aperte patefaciebat ei damnationem eius, pro q̃ caſu euenerat & ait: Ego uolo te noſce, ꝙ ut euaderet hanc æternam damnationem, in qua uides illum fuiſſe uenturum, ego permiſi caſum iſtum inopinatum, & qui uidetur ita terribilis, ut cum ſanguine ſuo mediante ſanguine dilectiſſimi filij mei uitam adipiſceretur æternam. Non enim obliuioni tradideram amorẽ atq; reuerentiam eius ad Mariam unigeniti filij mei genitricem glorioſam, cui cõceſſum eſt a bonitate mea propter incarnati uerbi reuerentiam, ꝙ q̃ũcunq; iuſtus uel peccator qui recurrit ad eam cum deuota reuerentia, nullo modo diripietur uel deuorabitur ab infernali dæmonio. Nam ipſa eſt a me uelut eſca dulciſſima collocata & electa pro capiendis hominibus & animabus præcipue peccatorum. Itaq; magna miſericordia motus, ego hoc feci, uidelicet permittendo caſum illum quem homines exiſtimant ita crudelẽ. Non quippe feci malã uoluntatẽ iniquorꝫ, imo ſolũ effectum qui iudicatur ab hominibus eſſe crudelitas. Et hoc eis accidit ex amore ꝓprio, qui abſtulit eis lumen, & ideo ueritatem meam ignorant. Sed ſi uellent huiuſmodi nubem auferre ſibi, cognoſcerent illam & amarent, & ſic omnia reciperent in debita reuerentia, & in ſęlici tempore collectum fructum omnium laborum cũ gaudio poſiderent. Sed amantiſsima filia, minime dubites, ꝙ in eo de q̃ me rogas, implebo deſiderium tuum & aliorum meorum amicorum. Ego ſum Deus ueſter, omnium laborum iuſtiſsimus remunerator, atq; ſanctorum deſideriorum impletor, dummodo inuenirem aliquos in ueritate pulſantes ad me tanuam ueritatis, ut non errarent neq; deficerent in ſpe meæ prouidentiæ.

Hic Deus enarrans prouidentiam ſuam erga ſuas creaturas, diuerſis alijs modis conqueritur de illis pro infidelitate illarum, & exponens unam figuram ueteris teſtamenti, unam perutilem exhibet doctrinam.

Caput cxl.

NArraui tibi de iſto particulari caſu, nunc uolo tibi loqui generaliter. Tu nunquam intelligere poſſes ad plenum quanta ſit hominis ignorantia ipſe procedit abſque ſenſu quocunque ſiue prudentia, cum ſibimetipſum abſtulerit in ſe, ſperando confidens in proprio ſenſu. O ſtulte ac inſipiens homo, nonne conſideras & attendis, quia uirtus atque prudentia tua non eſt ex te, imo bonitas mea quę neceſſitati tuæ prouidit, gratioſe tibi conceſſit eum, quis hoc aperte tibi demõſtrat? Illud quod in te frequenter experiris, quoniam aliquando uis unum agere quod non uales, nec ullo modo ſcies, quandoque ſcies & non ualebis, quandoq; deficies in tempore, ſi quandoque tempus habebis, uolũtas nõ aderit. Totũ hoc a me tibi gratioſe conceditur, ut ſaluti tuæ prouideatur, ut agnoſcas & intelligas te non eſſe a te, & habeas humiliandi te materiam, & non elate ſuper biendi. Vnde reperies in omnibus priuationem atq; mutationem, quia non ſunt in tua libertate. Solummodo gratia meã inuenies eſſe ſtabilẽ atq; firmã, quæ tibi nullatenus auferri poteſt, nec inuitus ab ea

mutari

mutari potes, nisi spōte redieris ad culpā, & ab ipsa gratia discesseris. Ergo quō potes erigere caput contra meā bonitatē? Si capax es & uis uti ratione, caput erigere nō uales, neq; potes in tua cognitione sperare, neq; cōfidere potes in aliqua spe tui, siue de te. Sed qa factus es animal brutū absq; ratione, nō uides neq; cognoscis q̄ oīa mutant, excepta gratia mea. Ergo q̄re nō cōfidis in me, q sum creator tuus? q̄re cōfidis in te? Nōne tibi sum ego ualde fidelis? Certe sic. Ista nō sunt tibi occulta, qa ea iugiter experiris. O dulcissima filia, uides apte q̄ homo mihi ualde fuit infidelis, & minime legalis obedientiā q̄ imposueram sibi transgrediendo, unde cecidit in mortē. Ego uero sui sibi fidelissimus, obseruando sibi atq; tribuendo finem ad quē ego creauerā eū, uidelicet summū & æternū bonū, & ad pficiendam istā ueritatē meā, uniui summā & æternā diuinitatē cū infirmitate humanæ naturæ? Atq; sic homo redēptus extitit, & ad gratiā recreatus unigeniti filij mei dilectissimi sanguine mediante, & sic experientia docente ꝓbauit. Sed apparet q̄ ipse paup & infidelis homo minime credat q̄ ego sim potēs ad ei subueniendū, atq; fortis ad eū ad iuuandū & defendendū ab inimicis suis, & sapiēs ad illuminandū oculū intellectus eius. Neq; clementiā habeā ut nolim ei dare q̄ necessaria suæ saluti sunt, neq; sim dines ut eū ditare queā, neq; pulchritudinē habeā ut ipsum ualeā facere pulchrū, neq; cibū habeā ut eū saturare ualeā, neq; uestē ad eū induendū: eius opa patefacere uidentur eū ita crederet: qa si realiter ita nō crederet, appareret ex effectu suaꝝ operationū: & nihilominus iugiter homo experit q̄ ego sum ualde fortis. Nā eū in essentia sua q̄tidie cōseruo, & ab inimicis eius ualida manu defendo: nec est aliqs q resistere possit fortitudini siue potentię meę homo uero nō uidet, qa renuit uidere. Cū sapientia mea totū orbē ordinaui atq; gubernō, cū tāta diligētia ꝓcedens ordinate, q̄ ibi nihil oīno deficit, nec aliqs ultra qcq; ei potest apponere circa corpus uel aīam. In oīb' ego ꝓuidi, nō à uestra uolūtate coactus, qa nec eratis, sed à mea clemētia solū inductus & inclinatus: & ita creaui cęlū & terrā, atq; mare pariter & firmamentū cæli, ut sup uos & uniuersam terrā moueret, aerē ut respirare possetis, ignē & aquā ut unū cōtrariū à suo cōtrario tēperaret, solēne starētis in tenebris. Oīa sunt facta & ordinata ut homini satisfiat in suis opportunitatibus. Cęlū est ornatū auib', terra ꝙ fructibus cū aīalibus multis, ut homo uiuere possit ex ijs. Mare q̄q; piscibus abundat. Oīa cōdidi multū ordinate atq; ꝓuidentia magna. Postq̄ aūt oīa creaui bona & pfecta, postremo creaui hoiem ad imaginē & similitudinem meā, & eū in hoc uiridario collocaui, q̄ ex culpa primi parentis Adę germinauit ilico spinas, ubi flores odoriferi prius erant, uidelicet innocentiæ & magnæ suauitatis. Oīa parebāt ad uotū homini, sed ex culpa & inobedientia perpetrata, repetit in se rebelliōem & in alijs creaturis: unde siluester est effectus iste mundus, ac etiam homo q uocat alius minor mūdus. Ego uero pietate paterna ꝓuidi mittendo ꝙ bum unigenitū meū in mundū, q abstulit ei infœcunditatem originalis peccati, & spinas euulsi ab eo, reformādo mundū in pulchrū uiridariū, aspersum ipsius unigeniti mei sanguine ꝑcioso, ablata spina peccati mortalis, in eo plantas inserui septem donorū spūs sancti. Hoc uero factū extitit post mortē unigeniti filij mei & nō ante: sicut apparuit in ueteri testamento sub ista figura? Rogatus Heliseus ut iuuenculum iā defunctum à morte suscitaret, ipse nō uult, imo Giezi cum baculo suo direxit, iniungens ei q̄ illum poneret sup defunctum puerū. Cum ergo Giezi pfecisset ut ei fuerat imperatum, iuuenculus ille nō surrexit. Vt dēs hoc Heliseus fuit in ꝓpria persona, & ex toto se cum puero cōformauit in oīm membris, in facie eius aspirādo septies, unde puer ilico uitæ restitutus est. Hoc in figura cōtigit in Moyse, quē ego misi cū baculo legis, ut exponeret super mortuo generis humani. Sed ꝑ baculū istiusmodi legis nō habebant uitā. Vnigenitū ergo filiū meū direxi, q figuratus extiterat per Heliseū, q se cōformauit cū isto mortuo ꝑ unionē diuinæ naturæ cū humana uestra natura. Cū oībus mēbris ista diuina natura fuit unita, uidelicet cū potentia mei patris ęterni, cū sapientia ipsius unigeniti mei, & cū clementia sācti spūs: q̄ totū sum ego unus deus abyssus trinitatis, cōformatus & unitus cū natura uestra humana.

Post

Post hanc aũt unionem aliam etiam egit hoc amorosum & amabile uerbũ, uideli/cet ga ueluti philocaptus uelocissime cu/curruit ad mortẽ obprobriosissimæ crucis, ubi se toraliter extendit. Et post istã unionẽ isti filio mortuo septem dona sancti spiritus ualde charitatiue donauit, quasi se/pties in faciem eius aspirando & in ore de sideriũ sancti sufflando: & sic in sacro ba/ptismate ei mortẽ peccatoꝝ abstulit, & uitã gratiæ donauit: unde mortuus ipse, pti nus aspirauit in signum uitę, pos uideli/cet eiciendo peccata sua p humilẽ confes sionem. Itaq; uiridariũ istud modo suaui bus atq; dulcibus fructibus est exornatũ. Veꝝ est q ortolanus istius uiridariũ, uide licet arbitriũ liberꝝ, illud ualde facere po/test domesticũ siue siluestre, sicut ei placu erit, uidelicet cũ sancta solicitudine seu ne gligenter illud excolendo. Si enim in eo seminauerit uenenum amoris proprii, un de nascunt uitia septẽ principalia, necnõ & alia quæ procedunt ab eis, ilico tepel/luntur illa septem dona sancti spiritus & ita priuatur omni uirtute: ibi non est ali/qua fortitudo, quia factus est imbecillis. Non est ibi temporantia, neq; prudentia, quia lumen amisit, cum quo ratione lau/dabiliter utebatur. Non est ibi fides, uel aliqua spes uel iustitia: quia factus est iniu stus, in se quoq; sperat, & cum fide mor/tua sibimetipsi credit: confidit in creatu/ris, & non in me creatore suo. Non est ibi charitas uel ulla pietas, ex eo q̃d sibimet abstulit ea cum amore priuato propriæ fragilitatis. Vnde quia sibimetipsi crude lis est effectus, alicui pximo pius esse nõ ualet. Priuatus est igitur omni bono, & peruenit ad abominabile malum atq; mor/tẽ horrendã. Sed unde uitam obtinere po terit? Ab hoc eodẽ Eliseo, uerbo unigeni to filio meo. Et quõ? si hic ortolanus euel lat huiusmodi culpæ suæ spinas, cũ odio sancto, quia nisi semetipsum oderit, nun/quam eas euellere posset. Et cum amore syncero curret ad se conformandũ cũ do/ctrina meæ ueritatis incarnatæ, & ipsum uiridariũ aspergat illo ptioso sanguine fi/lii mei, qui sanguis effunditꝝ in capite pec/catoris a sacerdote, quando post humilem contritionẽ, confessionẽ atq; satisfactionẽ, cũ sancto proposito ulterius nõ offenden/di, ab eo recipit absolutionem: hoc utique modo potest homo domesticare siue renõ uare hoc uiridarium animæ suæ, dũ est in præsenti uita, postea nanq; non habet ul/tra remedium, prout alias tibi dixi.

Quomodo deus prouidit erga nos ut p salute nostra tribulemur, & de miseriali/bꝰ q sperãt in se, & nõ in sua puidentia.

Cap. cxli.

Vides ergo q̃ cum puidentia mea re/paraui salubriter hominem, qui dici tur esse secundus uel minor mundus. Pri/mo quippe non fuit ablatum, quin abun/dantissime germinaret spinas multarum tribulationum, & in omnibus homo re/bellionem inuenit. Nec hoc est actũ absq; puidentia mea, & absq; bono uestro: imo cum magna prouidentia & utilitate ue/stra, præsertim ut auferatur homini spes huius uitæ p̃sentis, & ut uelocissime cur/rat, & ad me cursum dirigat, q sum felix finis atq; terminus eius. Ita ut saltem ex quadam importunitate molestiarum ab eo cor auferat, & affectum ad me eleuet. Et nihilominus homo cum tanta proce/dit ignorantia, q̃ omnino uidet ignorare ueritatẽ. Et est ita fragilis ad se q̃tidie dila tandũ immundum q̃ nõ obstantibus hu iusmodi laboribus atq; spinosis tribulatio nibus, quas ibi reperit, non uidet q̃ ab eo se segregare uelit, neq; curat ad patriã suã quã ei præparaui redire. Potes hinc aman tissima filia conijcturare gd infelix homo faceret si reperiret in mundo solummodo consolationes & delectationes ad uotũ at/que requiẽ, absq; pœna q̃cunq;. Et ideo cum dulci prouidentia misericorditer p mitto & exhibeo, ut ipse mundus angu/stias atq; tribulationes hominibus abun/dantissime germinet, & ut in eis patien/tiæ uirtutẽ experiatur atq; pro pœna & uio lentia quam sibi faciunt, inueniam unde eis debeã exhibere p̃mium. Itaq; semper & in omnibus ordinauit cũ magna sapi/entia prouidentia mea. Multa quidem homini gratiose concessi, ga sum ualde di ues, & inæstimabiliter ampliora dare poꝰ sum & uolo: diuitiæ quippe meæ sunt in/finitæ, imo sunt omnia per me condita, & absq; me nihil omnino potest esse. Vnde si quis optat habere uel uidere pulchritu dinem: Ego sum pulchritudo suprema: si qs bonitatẽ, ego sum ęternũ atq; summũ bonum. Ego uera sapientia. Ego ber/

gnus

gnus, pius, iustus, atq; misericordissim⁹ Deus. Ego largus & non auarus. Ego sum ille qui tribuo multum abūdanter omnibus a me postulantibus, libenter aperio cunctis in ueritate pulsantibus, omnibus me uocantibus ilico respondeo. Non sum ingratus, imo ualde gratus atq; discretus, & omnes in seruitio meo laborantes, eum abūdantia maxima remunero. Sum insuper ualde dulcis, nam animam quæ uoluntatem meam induit, in iocunditate maxima retineo & conseruo. Ego sum illa certissima prouidentia, quæ nunquam seruis meis in aliquo casu desum, qui sperant in me, omnibus prouidens ubiq; tam in anima q̄ in corpore: infidelis autem homo qui me pascere siue nutrire uidet etiam in arido ligno uermē, & animalia pascere brutas, pisces maris, & uolatilia cœli, solem atq; rorem ordinarie, & tēpore congruo uenire ad impinguandam terram, una cum plantis & aliis fructibus, quomodo credere poteſt, q̄ ei prouidere non uelim, quem in tanta dignitate creaui ad imaginem & similitudinem meam? cum hęc omnia fecerim in seruitio suo, & ad sui subsidium. Vnde cunq; se uertat spiritualiter uel temporaliter aliud inuenire nequit q̄ abyssum, & ignē æternæ meæ charitatis cum uera & perfecta ꝓuidentia. Sed ipse non uidet, quia lumē abstulit sibimet, imo neq; uidere curat. Ideo scandalizatur erga proximum arctādo & restringendo charitatem, & cum auaritia de die crastino cogitando. Cum hoc a ueritate mea fuerit ei prohibitum, dicente: Nolite cogitare de crastino, sufficit enim diei cuilibet solicitudo eius: ubi de uestra infidelitate uos arguit, ostēdendo prouidentiam meam atq; tēporis breuitatem, dicens: Nolite cogitare de crastino. Quasi dicat, Nolite cogitare de illo, de quo se curi non estis habere. Vos enim docet primo quærere regnum Dei & iustitiam eius, uidelicet uitam bonam atq; sanctā, quia de his minimis ego noui, uidet & pater æternus uos indigere. Ideo cuncta pro uobis feci, & mandaui terræ, q̄ de suis fructibus exhibeat. Iste uero miserabilis homo, qui ex sua diffidentia restrinxit in se cor atq; manus in charitate ꝓximi, minime legit huiusmodi doctrinam a mea ueritate traditam, quia uestigia sua non imitatur. Vnde sibimet efficitur incomportabilis, ex eo q̄ in se confidit, & in me sperare negligit, omne malum oritur. Talis enim se iudicem facit uoluntatis hominum, nec attēdit q̄ ego, non ipse iudicare debeo. Insuper & uoluntatem meam non attendit, nec in bono iudicat, nisi quando uidet aliquam prosperitatē siue delectationem, uel mundi cōplacentiam. Et si hoc ei defecerit, non uidetur ei sentire neque recipere prouidentiam neq; bonitatē aliquam. Sibiq; uidetur esse priuat⁹ omni bono, pro eo, q̄ affectus eius erat ex toto positus in tali mundi complacētia siue delectatione ꝓpria. Et quoniam excæcatus est a propria passione, diuitias ibidem intrinsecus existentes penitus ignorat, atq; fructum ueræ patiētię. Sed inde solum haurit in se mortem, & in ista uita gustat arram inferni. Tamen isto non obstante non obmitto ex bonitate mea, quin ei ꝓuideam. Ita nanq; præcepi terrę, q̄ de suis fructibus peccatori tribuat, sicut & iusto, imo frequenter peccator abundabit huiusmodi magis q̄ iustus. Et ita solem atq; pluuiam ego peccatori concedo sicut & iusto. Hoc autem mea bonitas ita facit, ut abundantius in anima iusti diuitias inuisibiles postmodum exhibeam, qui amore mei se temporalibus opib⁹ expoliant, ex corde renunciando mūdo & omnibus eius delicijs, ac etiam proprię uoluntati. Isti sunt ꝓculdubio qui pinguefaciunt animam suā se dilatantes in meæ charitatis abyssum, in totum enim sui curam amittunt. Qui nō solum omittunt curam huiusmodi temporalium, uerum etiam de se curam habere negligunt, & ex toto renuunt. Tunc ego sum gubernator eorū spiritualiter atq; corꝓoraliter, & cum eis utor particulari prouidentia, ultra generalem, qa clemētia sancti spiritus ipsis ualde fidelissime seruit loco seruitoris. Hoc in uita patrum sanctorum aliquando legisti de illo solitario sanctissimo uiro, qui renunciauerat omnib⁹ amore mei. Postea cū ægrotaret, angelus ei missus extitit a clemētia mea, qui ministraret ei & in opportunitatibus ei prouideret, corpori quippe bene prouidebatur, anima uero fruebatur admirabili gaudio, propter illius angeli cōuersationē. Spiritus sanctus est talibus ueluti mater, q̄ nutrit eos ad ubera diuinę charitatis. Facit etiā eos liberos, ueluti dominos, eis auferēdo seruitutem amoris priuati. Nam ubicunq; fuerit ignis excellentissimę charitatis meę, non potest adesse proprij amoris aqua, quæ dulcē ignem istum extinguit in anima, iste seruitor egregius, uidelicet spiritus sanctus, quem eis ex bonitate mea singulariter assignaui, animā induit, inebriat, atq; magna dulcedine nutrit, & ei magnas opes exhibet. Et quoniam omnia propter me dereliquit, omnia reperit in me, & quia de semetipsa denudauit se, reperit de me egregie uestitam, & quia propter humilitatem se seruam effecit: ideo facta est in ueritate domina. Eo quia mūdo uirtuose dominatur, atq; proprię sensualitati. Et quoniam in omni & iudicio suo se totaliter excæcauit, in perfe-

ẽtissimo lumine moratur. De semetipsa despe rando perfecta spe pariter & uiua fide conatur a me, & ita gustat æternam uitam, & omni pœna & amaritudine mentem affligente priuatur. Omnia iudicat in bonum, quoniam in omnibus uoluntatem meam iudicat in qua uidit & agnouit cum lumine fidei, quod ego solummodo quæro sanctificationẽ suã, & ideo patiens est effecta. O quantum est hæc anima beata, quæ dum adhuc est in corpore mortali gustat in se bonum immortalium. Omnia recipit & uidet cum reuerentia. Tanti ponderis est ei sinistra manus, quanti dextera, tanti turbulatio, quanti consolatio. Tãtum appreciat esuriem & sitim, quantum cibum & potum, tantum frigus, quantum calorem, tantum nuditatem, quantum uestimentum, tantum uitã, quantum mortẽ, tantum honorem, quantum uituperiũ siue dedecus. In omnibus firma cõsistit atq; solida, quia stabilita, & petram uiuã agnouit, & uidit etiam cũ lumine sanctissimæ fidei, & cum firma spe, q̃ omnia confero cum eodem amore, ac uno eodemq; respectu, uidelicet in salutem uestram, & q̃ in omnibus ego prouideo. Nã in magnis laboribus ego exhibeo magnam fortitudinẽ, nec onera grauiora concedo, q̃ homo portare ualeat, dum homo se disponat ad portandũ honore mei in sanguine. notoriũ est uobis, q̃ ego nolo mortem peccatoris, imo potius ut conuertatur & uiuat, & pro uita sua tribuo quicquid ei concedo. Hoc aperte uidit & intellexit anima, quæ semetipsam exuit, & ideo lætatur & exultat in omnibus quæ sentit uel uidet in se, uel in alijs. Neq; dubitat q̃ ista minima deficiant ei, quia cũ lumine fidei certificata fuit in magnis & arduis, de quibus in principio mei sermonis ego tibi dixi. O q̃ gloriosum est lumen istud fidei sanctissimę, cum quo uidit & agnouit ueritatẽ meam, lumen autem istud habet ab isto nobili seruitore, uidelicet a spiritu sancto, quem assignaui sibi, quod est utiq; supernaturale lumen quod acquirit anima fauẽte gratia mea, exercendo uirtuose naturale lumen, quod ei primo concessi.

Quomodo Deus animabus famelicis gratiose ꝓuidit de cibo uenerandi sacramenti corporis Iesu Christi, ubi continentur admiranda quędam. Caput cxlij.

NVnquid amantissima filia nosti, qualiter ego prouideo seruis & amicis meis, q̃ spe rant in me? eis duplici modo prouideo. Nam omnis prouidentia qua erga meas creaturas utor, est in anima uel in corpore. Quicqd operor in prouidãtia corporis, hoc est ob seruitiũ animæ, ut in lumine fidei crescat & augmentetur, & ut in me speret atq; confidat, & aperte cognoscat q̃ ego sum ille solus qui sum, q̃ possum, uolo, & optime scio suis opportunitatib⁹ occurrendo subuenire, suamq; salutem operari, tu uides q̃ pro uita animæ tribui sacramenta sanctissimæ ecclesiæ, quoniam ei sunt cibus & non panis, quia est grossus & corporalis cibus, & ideo corpori tribuitur. Sed quoniã est incorporea anima, uiuit de uerbo meo. Ideo mea ueritas ait in Euangelio: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod ꝓcedit ex ore Dei, sequendo uidelicet cũ intentione spirituali huius uerbi mei ꝓ uobis incarnati doctrinã. Per q̃d uerbũ in uirtute sui preciosi sanguinis uobis uitã exhibent ipsa ueneranda sacramenta. Itaq; spiritualia sacramenta sunt animę cõcessa, q̃ uis appareant & exhibeantur in instrumẽto corporali. Sed actus ille corporalis & exterior, non exhiberet uitã gratię, ni si sumeretur ab anima cũ dispositione spũali, uidelicet cũ sancto & uero desiderio, q̃d quidẽ est in anima, & nõ in corpore. Ideo tibi dixi, q̃ erant spiritualia, q̃ tribuunt animæ, quæ quidẽ est incorporea, non obstante q̃ mediãte corpore porrigantur atq; ministrentur, tñ animę desiderio tribuũtur ut accipiat, sicut dixi. Aliq̃n ad augendã in anima famẽ: & huiusmodi sanctũ desideriũ faciam, q̃d optabit ea, nec poterit habere, & quia nequit habere ea. crescit esuries, & in fame crescit amplius in sui cognitiõe, unde se reputat eis indignam ex humilitate ꝓfunda, & ego tũc eam facio dignam, ei frequentissime ꝓuidendo uarijs modis in uenerabili sacramento: & optime nosti sic esse, nõ solũ p auditũ, uerumetiam ꝓ experiẽtiam in temetipsa, q̃m ex ordinatione mea clemẽtia sancti spiritus q̃ talib⁹ ordinatissime prouidet aliq̃n inspirabit alicuius ministri mentẽ ad exhibẽdum ei cibũ istum, itaq; coactus a stimulo conscientię mouebitur ad illi⁹ animę famẽ huiusmodi satiandam, & ad eius desideriũ getãdũ & implẽdum. Q̃nq; differtur ex ordinatione mea prius q̃ habeat illud q̃d optat, usq; ad extremitatẽ tẽporis: postea uero cũ ultra minime sperat habere posse, gratiose desideriũ eius implebo. Sup q̃ facto tu debes aduertere, q̃ ita potera in principio satisfacere sibi sicut ego feci postmodũ ultimo, sed ideo feci ut in lumine fidei crescere, ut nunq̃ in me sperare desinat, & ut ipsa prudẽter & caute ꝓcedat, & nõ imprudẽter in spe deficiendo retrocedat, uel in tali fame cõmendabili atq; sancto desiderio suo q̃quomodo tepescat, & hac occasiõe sic ordino differẽdam, sicut ipsa meministi de q̃dã alia deuota, q̃ cũ uenisset ad ecclesiam cũ maximo desiderio cõmunionis, a ministro celebratur

turo, petiuit humiliter uenerabile ſacramentū corporis Ieſu Chriſti, q̄ rigoroſe denegauit ei, & tūc in ea cū pio gemitu deſideriū excreuit, in ipſo uero cōſcientię ſtimulus ita fortis & aſp, ꝙ qñ uoluit offerre calicē, fuit a ſpū ſancto coactus ei charitatiue dicere, ꝙ ſi uolebat accipere corp⁹ Ieſu Chriſti libētiſſime daret ei. Hoc indubitanter a clemētia mea ꝓceſſit, q̄a gratioſe ꝓuidere uoluit ſctō deſiderio illi⁹ animæ, ſed ipſa ſi pri⁹ habebat in corde paruā ſcintillā amoris atq; fidei, taliter excreuit, & in tali ſupabūdantia, ꝙ uidebatur ei uitā a corpore uelle ſeparari, & ideo ꝓmiſerā ita, ut excreſceret in fideli ſpe, ac etiā ut omnis amor, ꝓprię fiducię deficeret in ea. Tunc ego ꝓuidi creatura mediante. Pluribus autē alīs uicib⁹ ipſa ſancti ſpūs clementia ꝓuidit abſq; medio q̄cunq;, ſicut ego tibi narrare poſſem. Sed ut in fide formata materiā habeas ampliandi mentē in ꝓſenti, duo nolo tibi tacere ꝑ cōmēdatione ꝓuidentię meę, ſicut etiā audire potuiſti cū eſſet in eccleſia q̄dā anima deuota in die cōuerſionis Apoſtoli mei Pauli, cū ingēti deſiderio ſacrę cōmunionis, quaſi fuit ab oīb⁹ meis miniſtris q̄ celebrauerunt certificata, ꝙ habere nō poſſet hoc uenerabile ſacramentū, & ab omnibus ex mea diſpēſatione fuit ei denegatū. Volui nanq;, ꝙ apte cognoſceret, q̄a deficiente ſibi ſubſidio, creaturę ſibi minime deficeret auxiliū creationis, & ideo tenui modū iſtū in ultima miſſa & uſus fui, & ita dicā una dulci deceptione, ut ipſa de prouidentia mea inebriaretur. Illa deceptio ſtetit in hoc articulo: ipſa nā q; dixerat uni ſeruitori cuiuſdā mei miniſtr, celebrare uolētis, uelle communicare, ſed ipſe ſeruitor illi miniſtro dicere noluit. Vidēs ipſa non habuiſſe reſponſionē negatiuam, indubitanter expectabat anxio deſiderio cōmunicare debere. Miſſa uero celebrata reperiendo ſe fraudatā deſiderio ſuo, excreuit in famē & eſuriē illius angelici cibi ualde magnam, cū ingēti deſiderio, ſed cū profunde humilitate ſe reputabat indignam, ſuam arguendo ꝓſumptionē, q̄a ſibi prę ſumpſiſſe uidebatur huiuſmodi ſacramētum poſtulaſſe. Ego uero q̄ delector humiles exaltare, traxi deſideriū ipſi⁹ ad me, prębendo ſibi noticiā in abyſſo trinitatis ęternæ, ſuū oculū intellectus illuminans in potentia mei patris, in ſapientia unigeniti filij mei, & in clementia ſpiritus ſancti, q̄ ſumus unum in eſſentia, & in tāta pfectione talis anima fuit unita, ꝙ etiā corp⁹ a terra ſuſpēdebatur & eleuabatur q̄a ſicut in ſtatu animę unitiuo tibi dixi, pfectior erat unio quā anima fecerat ex affectu dilectionis in me, q̄ cū corpore ſuo. Et in abyſſo tali ut ego deſiderio ſuo ſatisfacerem a me ſacram communionem accepit, & in ſignū ꝙ in ueritate ſatisfeceram ei, plurib⁹ diebus ad mirabili modo perſenſit in corporali guſtu ſaporē & odorem corporis & ſanguinis unigeniti filij mei Ieſu Chriſti crucifixi, propter q̄d ipſa renouata fuit & augmentata multū in lumine ꝓuidentiæ meę, quam tam dulciter ipſa præſertim in hoc actu guſtauerat. Hoc autem inuiſibile fuit alīs, ei uero fuit aperte uiſibile pariter & ſenſibile. Iſtud uero quod ego cōſequēter uolo tibi narrare, manifeſte cognouit etiā ille miniſter cui caſus occurrerit. Nam eadem anima cū anxio deſiderio peroptaſſet audire miſſam, & poſtea cōmunicare, fuit ab una corporali paſsione impedita, quod non potuit hora congrua uenire, tamen uenit hora q̄a ſacerdos uerba conſecrationis in hoſtia proferebat, qui celebrabat iuxta maius altare, uidē licet in capite illius eccleſiæ. Ipſa uero ſe poſuit in oratione in fine talis eccleſię, qm̄ obedięntia prohibebat eam accedere ubi miſſa celebrabatur, & cū amaritudine multa & pio gemitu orando dicebat: O miſerabilis anima mea, nōne conſideras quantam a Deo recepiſti gratiam, ex eo q̄d eccleſiam Dei ſanctam intrāſti, atque miniſtrū in altari conſecrantē uidiſti, quæ demeritis tuis exigentibus inferno congruētius habitare deberes. ſed licet ipſa ſe profunderet in humilitatis ualle, tamen huiſmodi deſideriū nullo modo quietabatur, imo potius augmentabatur cū fide formata, ſperando in bonitate mea, confidendo quod a ſpiritu ſancto conſolationem haberet. Ego tunc ei tribui, quod ipſa per modum illum optare ſiue petere neſciebat. Cum enim a miniſtro diuideretur hoſtia, ſicut eſt mos eccleſiæ, fractaq; fuiſſet, una particula per meam diſpenſationem & uirtunē iuit ab altari diſceſſit, & in alium eccleſiæ ſi rem ubi orabat illa & ita ſe communicare percepit. Ipſa uero prius exiſtimabat ut alīs pluribus uicibus egeram cū ea, uidelicet quod inuiſibiliter eius anxio deſiderio ſatisfeciſſem. Sed ille miniſter non exiſtimabat ita, quia nō inueniēdo particulam affligebatur ingenti dolore, niſi quod ipſa clementia ſpiritus ſancti in mente ſua pateſecit ubi delata fuerat, licet quotidie ipſe dubitaret, uſquequo fuit cū ea aperte certificatus. Sed nonne poteram ego defectum illius impedimenti leuiter amouere, ut ipſa potuiſſet hora congrua uenire, & ita miſſam audiſſet, & ordinate communicaſſet? utique poteram. Sed uolui quod experientia doceret eam, quod mediante creatura & abſque medio creaturæ in omni loco quocunque modo mihi placuerit, & anima deſiderare uoluerit, & etiam ultra q̄ optare ſciat, ego poſſum

& uolo, & scio mirabili modo satisfacere sancto desiderio suo. Hoc in præsentiarum enarrasse tibi sufficiat amantissima filia, de prouidentia mea. Nunc autē curare aliquid tibi dispono, de modis quibus utor aliquando intus in anima sine medio corporis, uidelicet absq; instrumentis exterioribus, q̄uis narrando tibi de statibus animarum iam aliqua tibi dixi.

De prouidentia Dei circa manentes in peccato mortali. Caput cxliij.

ANima uel est in statu peccati mortalis, uel est in gratia, sed imperfecta uel pfecta, in q̄libet utor, & amplio meā prouidentiam ualde sapiēter, uidelicet in diuersis modis, ut expedire cōsidero. Homines uitę mūdanæ q̄ iacēt in obscuritate peccati mortalis, excito q̄ñq; cum stimulo cōscientię, uel cū graui labore, quē in sui cordis arcano sentient uariis atq; diuersis modis, q̄ modi tot existunt, q̄ lingua tua narrare nequiret, unde frequenter ex hac importunitate discedunt a culpa peccatorū ꝓpter huiusmodi stimulū atq; dolores & labores, q̄s intus in anima sentiunt. Aliq̄n uero q̄ de spinis uestris ego colligo rosas, uidens hominē inclinatū ad aliq̄d mortale peccatū, uel ad amorē illicitū ad aliquā creaturam extra uolūtatem meam, sibi gratiose locum aufero siue tempus, ita q̄ pficere nō ualebit suā uoluntatē inordinatā, intantū q̄ ex quadam animi lassitudine ꝓpter huiusmodi pēnā quā ex defectu suo patit, eo q̄ nō ualet inordinatā uoluntatē suā pficere, recurrit ad semetipsum cū animi cōpunctione atq; stimulo cōscientię, & ita derelinqt frenesim quā incurrerat, q̄ cōgrue frenesis uocari pōt, q̄m existimat affectū suū in aliqua re ponere, postea se reperit inuenisse nihil, recte cōsiderando: bñ quidē aliq̄d est illa creatura, quā amore polluto diligebat: illud uero q̄d ab ea sumere oīno uolebat, nihil erat, q̄a pcām omnino nihil est, nisi priuatio g̃ę, ueluti cęcitas est priuatio uisus. Ergo de culpa peccati, q̄ directe spina uocari pōt, ex eo q̄ animā uehemētissime pūgit, elicio rosā istā ꝓuidēdo saluti. sicut iā dixi. Quis ad ista me cōpellit? Non ipse, q̄a memnime q̄rit, nec adiutoriū siue ꝓuidentiam meā expetit, nisi cū culpa peccati, uel in diuitiis, delitiis atq; statu mundi: sed amor & mea paterna charitas ita me compellit agere, ex eo q̄ uos amaui, antequam essetis uel amari possem a uobis. Me quoque compellunt, & inducunt ad hoc orationes amicorum atq; seruorum meorum, qui spiritu sancto cohortante propter honorē meum atq; proximorum dilectionem, ipsorum salutē cum ingenti charitate perq̄runt iram meam uirtuose placare, satagentes ligando meæ diuinæ iustitiæ manus, quam iniquus homo meretur incidere. Ipsi uero cum lachrymis & humilibus orationibus obuiant, & me quasi uiolenter inducunt. Ipsos uero quis ita clamare cōpellit? Proculdubio prouidētia mea, quæ gratiose prouidet opportunitatibus illius mortui peccatoris, quia scriptum est, q̄d ego nolo mortem peccatoris, imo q̄ conuertatur & uiuat. Filia charissima, tu debes esse philocapta de prouidētia mea. Si enim a peris oculos mentis & corporis, ui debis iniquos homines, qui iacent in tanta miseria peccatorū, qui facti sunt ueluti putredo mortis, obscuri atq; tenebrosi, ꝓpter luminis gratiæ priuationem, incedētes cantando, ridendo, atq; tempus a mea bonitate sibi gratiose concessum, expēdūt in uanitatibus & delicijs, & cum inhonestate multa. Potatores uini, & cum inglutie comestores, intantum, q̄ de uētre suo sibi deum instituisse, cum odio, rancore, cum superbia & omni miseria, de quibus meminisse debes me alias tibi narrasse. Ipsi uero statum suum ignorātes, per uiam uelocissime uadunt, ut ad mortem æternam perueniant: nisi se cito corrigant in uita sua. & in tanta periculosa miseria cantant. Nunquid uero a quolibet homine non putanda foret magna stultitia, si gs condemnatus atq; ductus ad suspendendum siue decapitandum, iret cantando siue tripudiando, demonstrando signa uanæ lætitiæ? Certe sic. In hac ergo stultitia sunt isti miseri, & tanto magis absq; comparatione quacunq;, quanto maius detrimentum habent in se de morte animæ q̄ de morte corporis: quoniam isti uitā gratiæ amittunt, & incurrunt infinitam pœnam, si moriantur in tali statu: & illi perduns uitam corporalem, cum pœna finita, imo breuissima. Et nihilominus ueluti cæci & insipientes, cum ingenti stultitia cantant. Serui uero mei stant in gemitu & afflictione corporis, atq; cōtritione cordis, in uigilia & oratione cōtinua, cum sui spiritus atq; lamentis, cum abstinentia corpus affligentes, ad procurandam salutem ipsorū. Ipsi uero stulte trufātur de illis: sed illæ derisiones in capita sua redundabūt, quoniam pœna culpabiles absq; dubio punientur: fructus uero laborū amore mei portatorum, iustis erit in premium & gaudium. Nam ego sum deus uester iustus, q̄ unicuique iuxta merita sua retribuam.

Cū

Tamen ueri serui mei ꝓpter huiusmodi trufas uel ingratitudinem siue persecutiones eorꝝ nullatenus orare ꝓ eis omittunt, imo nec in aliq̃ tœpescunt: sed uehementiori desiderio corã me iugiter instant, & in maiori solicitudine crescunt. hoc uero quis operatur ut ipsi cum tanto desiderio pulsent ad misericordię meę ianuam? Procul dubio gratiosa prouidentia mea: qa ꝓcuro simul & semel salutem istorꝝ miserorum peccatorũ, & augeo uirtutem atq; fructum ex affectu charitatis in amicis meis. Multi quippe sunt & uariꝝ modi, q̃ bus utor in animab⁹ peccatorꝝ, ut ex ipsa ꝓuidentia mea de tenebris mortaliũ peccatorꝝ egrediant. Nunc aũt uolo tibi narrare qd operatur ipsa ꝓuidentia mea cũ illis q̃ surrexerunt à statu culpæ: sed adhuc imperfecti sunt, minime replicando de statibus aiarꝝ, de q̃bus ordinate tibi supra dixi: sed aliqua in p̃senti breuiter narrabo.

De prouidentia qua utitur deus cum illis qui sunt adhuc imperfecti, ut ad perfectionem uirtuose perueniant.

Cap. cxliiij.

SCis tu charissima filia modũ quem ego teneo cum imperfectis, ut ad perfectionem ascendant & uirtuose ꝓficiant? Aliquando sibi prouideo cũ uariꝝ molestiꝝ multarꝝ cogitationum. Cum sterilitate mentis. Quare uidebitur aię quandoq; ꝙ omnino sit à me derelicta, q̃ non habeat aliquod in se q̃quomodo sentimentũ. Nõ enim iudicat in mundo se consistere, ꝓut in ueritate non est ibi: nec in me sibi uidet esse, quia non habet aliquid in se sentimentum, excepto ꝙ sentit uoluntatẽ in bona dispositione, quia uidelicet cũmino renuit offendere. Sed quare uoluntas in homine principalis est ianua q̃ tutissime seruiat animã, ideo magna tutissimaq; libertate dotaui eã. Vnde nunq̃ cõcedo dæmonibus neq; permitto uel aliꝝ hostibus hominis, ꝙ eam ualeãt uiolenter apire, uel alio modo superare uel uiolare: nisi sponte liberꝝ arbitrium uoluerit acquiescere. Sed ego frequẽtissime do licentiã hostibus hominis ꝙ etiã cum uiolentia pulsant & allidant alias ianuas aiæ. Plures enim ianuas habet ista ciuitas aiæ. principales uero sunt isti tres: una principalior uoluntas est, & hæc est inexpugnabilis: & est etiã aliarꝝ optima custodia. Sibiq; tradidi ꝓ suo robore fortificando liberum arbitriũ, ꝙ ad libitum aperire potest, & claudere quibus & q̃s uult. Aliæ uero portæ sunt duæ: memoria & intellectus. Si sponte uoluntas consentit & aperit, ilico subintrat inimicus, uidelicet amor proprius, cũ cæteris hostibus qui sequuntur eum. Intellectus aũt indilate recipit in se tenebras, q̃ bus inimicat uera lux. Memoria quoque retinet odium ex iniuriæ reminiscentia, quod inimicatur ex directo charitati fraternæ. Retinet etiam in se delectationes atq; consolationes uitæ præsentis diuersis modis, prout peccata sunt uaria, quæ uirtutibus aduersantur. Apertis igitur his tribus ianuis, etiam paruulæ portæ sensuum apertiuntur. Qui sensus exteriores uelut instrumenta & organa correspondẽt animæ. Vnde tu uides affectus hoꝝ inordinatos, apris his ianuis correspondẽt his organis. Vniuersi nanq; sonicõtaminati sunt atq; corrupti, uidelicet opationes inde subsequẽtes. Oculus nãq; mortẽ administrat & annunciat, ex eo qa cõsiderat & artẽdit aspiciẽdo solũmodo rẽ mortuã, aspectu dissoluto & inordinato: ubi nõ oportet cũ multa leuitate cordis & uanitate modis & aspectibus inhonestis, ex gb⁹ est in causa sibi pariter & alꝝ inferendi mortẽ. O miser, cõtemnis ꝙ exhibui gratiose tibi, s. ut aspiceres ꝓ gloria mea cęlũ, & alia pulcherrima q̃ uidere potes increaturis meis, & ut aspicias alia ministeria mea, & lutũ atq; miseriã aspiciendo mortem adipiscaris. Similiter auris in tebus inhonestis oppido delectatur, uel in audiendo, facta proximorum iudicando temere, q̃ nõ oportet, imo neq; debet: quam de/di ut auditet uerba mea, & sui ꝓximi neceſſitatẽ: linguam etiã homini cõcessi, ut annunciaret uerba mea, & sua peccata cõfiteret, & ut salutẽ aiarum operetur: ipse aũt abutitur iniq; blasphemando me creatorẽ suum, & in ꝓximi sui ruinã, carnẽ eius falsis detractionibus lacerando, & opera bona sua in malum iudicando: mala uero tanquam bona commendando, cum falsitate testificando, blasphemando atq; lasciuis uerbis animam eius & aliorum uitiose corrumpendo, uerba profert iuriosa, quæ corda proximorum acerrime uulnerant, ueluti gladius acutus, quæ miraꝑbiliter eos ad iracundiã incitãt & ꝓuocãt.

O quot homicidia fiunt & inhonestates, iracūdiæ, rixæ, perditio temporis, odia & alia multa mala, quæ progrediūt ab isto membro. Etiam odoratus in suo gradu satis offendit cum affectu inordinato, sumēdo complacētiā in odoratu suo. Similiter & gustus in gulositate insaciabili, cum appetitu inordinato, uolēs habere multa fercula, nō uidet attēdere nisi ad suā gulā implendam atq; saciandam. Nec attendit anima misera q̄ ex inordinata crapula cito fragili scalore nociuo succenditur, unde corruptio sui frequentissime subsequitur. Manus quoq; se damnabiliter habent, auferendo bona proximi sui, & cum tactibus inordinatis, turpibus & inhonestis: q̄ concessæ sunt ut homo ꝓximo suo seruiat, præcipue cum infirmatur, eleemosynali/ter ei seruiendo in sua necessitate. Pedes insuper homini concessi sunt ut corpus defe tant ad loca sancta & utilia, sibi pariter & proximo suo, ad laudem & gloriam nominis mei: Et ipse frequēter expendit & exercet eos importando corpus ad inhonesta & uituperabilia loca, multisq; modis implicando se cum sermonibus lasciuis & inordinatis, corrumpendo mentem propriam & alienam cum infelici colloquio suo, ut in complacentia miseræ suæ uoluntatis. Hæc oīa tibi narraui filia dilectissima, ut tibi materiam impendam piegemendi, considerando nobilem animæ ciuitatem ad tantam miseriā aduenisse. Et ut aperte cognoscas quot iniqtates egrediuntur ab ista principali porta uoluntatis, ad quam hominis inimici nullatenus uiolenter ingredi possunt, ut iam tibi dixi. Sed ego bene concedo, ut alias animæ iaānuas inimici impugnent, pulsent & expugnent. Vnde permitto q̄ intellectus aliquando crucietur & obscuretur a quibusdam nubibus ualde tenebrosis. Et simili modo q̄ memoria aliquando non uidebit inimici reminisci mei. Et aliquando uidebitur oīes alios corporis uestri sensus habere diuersa prælia, in aspectu etiam rex̄ sanctax̄, in tactu, in auditu, olfando, uel ad eas eundo, uidebitur aliquando q̄ omnia sensibus corporis inferant quandā inhonestam mutationem atq; corruptelā. Sed hæc oīa non operātur homini mortem: quia nolo mortem eius, nisi forte portam uoluntatis insipienter aperiret. Ego permitto q̄ inimici pulsent ab extra: sed non q̄ uiolenter ingrediantur. ingredi quippe nequeunt ullo modo, nisi quando propria uoluntas manum liberi arbitrij sponte decreuerit aperire. Sed quare permitto q̄ hæc anima taliter affligatur a tot inimicis ita circundata? Nō quidem ut ipsa capiatur a beis, uel ut gratiæ diuitias amittat, imo solum ut intelligat prouidentiam meam et ut in me confidat, & non in se, & ut a somno negligentiæ surgat, & cum sancta sollicitudine cōfugiat ad me, q̄ sum adiutor eius, sum utiq; pater amantissimus atq; benignus, qui salutē eius affectuose procuro, ut anima cum humilitate procedat, & agnoscat se per se non esse sed esse suum cum omni gratia super hoc esse fundata recognoscat a me gratiose recepisse, quia sum uita sua. Sed si hæc omnia realiter anima recognoscit, & in mea prouidētia cōfidit, ilico percipit a me gratiose subsidium in talibus bellis. Nam eā quotidie permitto tali modo uexari, modo sic, modo aliter, ut ego uideo suæ saluti conuenire. Aliquādo sibi uidebitur in inferno cōsistere, sed absq; suo protūc exercitio statim homo inueniet in maxima se q̄ete remānisse, priuatus illis angustijs, & aram æternæ uitæ degustat, & oīa sunt ineo q̄eta & bñ dispositā, q̄si deum adamātia cuncta sentit, & ignito amore cor suū inuenit esse succensum, ex cōsideratione q̄ anima facit tunc in ꝓuidentia mea: q̄ se liberatam aspicit tam profundo & procelloso pelago: non tamen cum exercitio suo, q̄m ex improuiso sibi lumen occurrit, imo solūmodo ꝓpter inæstimabilē charitatem meā, q̄ uoluit ꝓuidere cū esset expediens illi suæ necessitati: nam uidebat cinodefi/cere. Sed q̄re cū erat in exercitio deuotax̄ & humilū orationū, & alijs pñs exercitijs ei minime ñdi, aufetendo ñbras, & ei lumen infundēdo? Ex eo q̄m adhuc erat imperfecta, ne forte putasset ex exercitio tali, suū esse, q̄d ꝓculdubio nō erat suū. Itaque uides q̄ imperfectus in pñs exercendo se ꝓtuose, uenit ad perfectionē, ex eo q̄ in pñs experitur aperte prouidentiam meam. Et illo tunc uidet ex experientia, quod ante credebat ex fide. Vnde certificatus est, ex quo perfectum amorem in se cōcipit, quia plenius agnouit bonitatē meā

in hu/

in huiusmodi prouidentia deserens amorem imperfectum. Etiam utor una sancta fraude, ut ab imperfectione sua consurgant: quia faciam aliquos amorē concipere spiritualiter ad aliq̄ creaturam in particulari ultra generalē amorem, q̄ mediante semetipsos exercent in uirtutibus, impfectionem suā huiusmodi relinquentes, exuēdo cor ab amore creaturaꝝ alia rū q̄s amore sensitiuo diligebāt: uidelicet parentū, fratrū atq; sororꝝ, & absq; passione carnali diligunt oēs in dño. Et cū hac ordinata dilectione creaturę, q̄ ita ꝓposui expellitur inordinatus amor q̄ prius amabant alios, & ita tollitur hæc impfectio. Sed attende q̄ etiā unum aliud agit amor huiusmodi creaturæ quā ego ꝓposui, qm̄ experirifacit utrum pfecte me diligāt, & ipsam creaturam, uel non. Ad hunc em̄ finem assignaui illis eam, ut experirentur hoc in ipsa, & ita id cognoscerent. Quia si non agnoscerent, neq; sibi ullo modo displiceret impfectio: nec illud q̄ meū est & habet in se sibi placeret: hoc ergo modo cognoscunt. Anima q̄ adhuc est impfecta, impfecto me diligit amore, & p cōsequēs amore similiter impfecto ꝓximū ei⁹ amat, qa perfecta ꝓximi charitas oriē atq; dependet à charitate mea perfecta. Nā ea mēsura pfecta uel imperfecta qua q̄sq; me diligit, eadem absq; dubio diligit ꝓximū. Qualiter ergo cognoscit ipsa creatura mediāte? Multipliciter, ut alibi tibi patefeci, tñ etiā hic aliqua subdā. Qñ creatura quā amore singulari aliqs diligit, auferret ab illo quoquomodo solitam humanitatem uel dulcedinem conuersationis atq; benignę consolationis, in quibus ante ualde delectabatur, uel aspiceret is q̄ haberet illa aliquam conuersationē cum altero magis familiarem quam secum, ac cū sunt plures aliæ occasiones, & inde pœnā habet, q̄ pœna inducit eū ut intret ad agnitionem sui. Vnde si uult prudenter & cū lumine ambulare, ut debet, pfectio ri amore diliget ipam creaturā, & cū sui notitia, & odio cōcepto cōtra ꝓpriū sensum, ab imperfectione surget: & ita tendet ad pfectionē. Et q̄to magis est pfectus talis, sequitur q̄ amor eius perfectior est ad oēs creaturas, tā generaliter q̄ etiam particulariter, erga sibi ꝓpositā à bonitate mea: quia ꝓuidi quod ita uiriliter exerceretur cum odio sui & amore uirtutū, in præsenti uita uestræ peregrinationis: dum tamē anima tempore quo sic affligitur, exercitio sancto derelicto, non incedat ignoranter, ueniens ex tristitia cordis, atq; tœdio mentis ad confusionē. Quoniam esset ei ualde periculosum, & ueniret ad ruinam, & illud quod ei in uitam tribui, redundaret in mortem. Non debet igitur ita procedere, sed cum sancta solicitudine reputare se debet indignam humiliter habere consolationē optatā, & cum fide lumino sa cognoscere q̄ in tali creatura uirtus ꝓpter quam eam principaliter diligit, imminuta non est circa ipsum: & in hoc iugiter augere conetur in corde famem sanctam atq; desideriū ad tolerandā omnem pœnam, undecunq; proueniat, ad honorem atq; laudem nominis mei. Hoc ergo modo uoluntatē meā implebit, in se recipiendo perfectionis huiusmodi fructum, propter quem ego ꝓmisi & ei gratiose cōcessi prælia superius expressa, & illius creaturæ medium, & alia sibi frequentius occurrentia, uidelicet ut ad lumen ualeat uenire perfectionis. His ergo modis utor ex prouidētia mea cum imperfectis, atq; tot aliis modis multis & uariis, quot lingua tua narrare nesciret.

De prouidentia qua utitur Deus erga seruos eius qui sunt in charitate perfecta.

Caput cxlv.

DE perfectis uero noueris, q̄d etiā eis ualde gratiose prouideo, ut in eis augeatur & opportune probetur eoꝝ perfectio. Nullus est enim in uita præsenti tantæ perfectionis, qui non ualeat ad maiorē perfectionem excrescere. Quare modum istum inter alios teneo cum eis: nam in euāgelio mea ueritas ait: Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est, uos uero palmites. Qui manet in eo, qui est uitis uera, quoniam a me patre genitus est, uidelicet uestigia & eius doctrinam imitādo, multum fructum affert. Vt ergo fructus uester quotidie crescat, ego ꝓuide puto uos cum uariis tribulationibus, iniuriis, derisionibus, infamiis, contumeliis & improperiis, in dictis & in factis, fame & siti, sicuti meæ bonitati cōcedere placet, unicuiq; ꝓut uideo portare posse. qa tribulatio signū ē apte demōstratiuū q̄ in aīa charitas ē oino pfcta, si cū dulci patia toleret.

In

In tribulationibus enim & iniurijs, quas ego seruis meis occurrere permitto, proba tur uirtus pacientiæ, ac etiã in anima ser/ui mei crescit ignis affectuosæ charitatis, ex cõpassione quã habet illius animæ q̃ si bi facit iniuriam. Nam amplius absq; cõ paratione dolet de damno illius iniurian tis, quã de iniuria sua, p̃cipue propter offẽ sam meam: Hoc agunt illi qui sunt in sta tu magnæ pfectionis. Itaq; crescunt in ꝑ tutibus ex hoc: & ideo pmitto eis hæc & alia quæcunq; concedo: etiã eis impendo stimulũ famis salutis animarum: et ex quo die noctuq; pulsant ad ianuam misericordiæ meæ, ꝙ intantum obliuioni uidentur tra dere semetipsos, prout in statu perfectoꝝ ego tibi narraui: & q̃to magis in tali fa/cto se derelinquunt, amplius atq; plenius in se me reperiunt. & ubi me querunt? In ueritate mea, eundo cum perfectione per uiam doctrinæ præfatæ meæ ueritatis in/carnatæ: Legerunt enim in isto dulci & glorioso libro: & ibi legentes inuenerunt ꝙ uolens obedientiam meam executioni mandare, ut in hoc ostenderet q̃ tũ affectu ose diligebat honorẽ meũ, atq; salutẽ hu/mani generis, cucurrit cum pœna & op/probrio ad mẽsam sanctissimæ crucis, ubi cum ingenti pœna comedit cibũ huma/ni generis. Itaq; cum sua magna pacientia, & homine mediãte, mihi monstrauit ap te q̃tum honorẽ meum amabat. Igitur i/sti dilecti filij mei, qui peruenerunt ad sta tum huiusmodi magnæ perfectionis, cũ uirtuosa perseuerãtia, uigilijs humilibus, atq; continuis orationibus, mihi mõstrãt aperte ꝙ me in ueritate diligunt, ex eo, ga bene studuerunt imitando salubertimam ueritatis incarnatæ doctrinam, cum pœ/na laboriosa, quã in proximi salute liben/tissime tolerant: Quia medium aliud inue nire nequierunt, in quo melius ostendere possent amorẽ quo me diligũt: Imo quod cunq; aliud medium inuenire potuissent, ut ostenderẽt in ueritate me diligere, fun datum est in hoc principali medio crea/turæ rationalis. ut alibi tibi dixi, quod o/mne bonum opus mediante proximo fie bat. Quia nullum omnino bonum abs/que charitate mea & proximi fieri potest ullo modo. Et nisi fiat in ista charitate, bonum esse non potest, quamuis actus uirtuosi forent.

Et ita malum isto modo perpetratur ex priuatione charitatis: itaq; uides q̃d hu/iusmodi creatura mediante dæmonstrat perfectionem suam, & amorem purum, quo me diligit, ex eo, quia quotidie salutẽ proximorum, omnia patientissime tole/rando, sollicite procurant. Ipsos ergo pur go siue puto, ut ampliorem atq; suauiorẽ afferant in conspectu meo fructum, eis ex hibendo tribulatiões in uita præsenti: un de ego magnum odorem sentio de uirtuo sa patientia ipsorum. O q̃ suauis atq; dul/cis est iste fructus, & quanꝫ consolationis & utilitatis est animæ sine culpa toleran/ti: qui si uideretur, & aperte cognoscere/tur, omnes cum alacritate atq; solicitudi/ne multa, quæ portare deberent, exquire/rent. Vt igitur eis exhibeam huiusmodi thesaurum, apud quamplurimos incogni tum, eis paterno more prouideo, super eos imponendo põdera multorum laboꝝ, ut ista preciosã uirtus patientiæ, nullatenus in eis eruginetur uel ociosa consistat: Ita/que adueniente congruo tempore quo de beat exerceri, non inueniatur rubiginosa. Quia quando non exercetur, aliquando subintrat impacientiæ rubigo, quæ rodit animam. Et utor aliquando cum eis una dulci ac acceptabili fraude, ut in humili/tatis uirtute conseruentur, quod sopire fa cio sensum eorum, & non uidebitur quod in uoluntate, nec in sensu sentiant aliqd aduersum, ueluti personæ sopitæ: non di/co tanꝫ mortuæ, quia sentimentum sensi bile dormit in anima pfecta: sed minime moritur, qa si sanctum exercitium emit/teret, & ignem sancti desiderij, tunc exci taretur solito uehementius & ampliori re bellione. Et ideo nullus in tali facto confi dat, etiam si sibi uidetur esse perfectus, qa proculdubio semper oportet in sancto ti/more mei consisteret: quia multi confidẽ/tes in se, miserabili modo ceciderunt atq; frequentissime cadunt. Nam alio modo minime caderent, imo uirtuose starent. Itaq; dico quod sensus in se dormire uiden tur, ex eo quod onera grauia portantes, & multos tolerantes labores, nihil omnino sentire uidentur. Postea quandoq; statim occurrit, quod in una re minima, quæ q̃si nihil est, de qua ipsamet anima ludũ faci/et, ita uulnerabit, & sic læsa interiora sua se sentient, quod ipsamet admirabitur, &

trit inde stupefacta: hoc agit atq; permit/
tit diuina prouidentia mea, ut anima uir
tuose crescat, & puiam humilitatis am/
bulet, ex eo, qa tūc anima prudens insur/
git ilico contra se, minime sibi parcendo,
sed cum odio sancto & improperio, senti/
mentum huiusmodi corripit, & cum uir
tuoso rigore castigat, ex qua castigatione
perfectius in se postea sopitur. Et aliquan
do prouideo in magnis fidelibusq; seruis
& amicis meis, dimittendo stimulum ali/
quē ipsis, prout ego feci glorioso Paulo, q̄
fuit uas electionis. Ex quo nanq; doctri/
nā meæ ueritatis acceperat, in abysso tri/
nitatis æternæ, postea ei stimulum carnis
dimisi. Sed nunquid non possum & pote
ram tā ipsi Paulo quam alīs amicis, qui/
bus ex industria relinquo stimulum ali/
quem, uarīs modis ordinare, q̄ omino ca
rerēt: utiq; sed ita prudentia mea dispo/
nit in augmentum uirtutis & meritoriæ
coronæ, & ut in sui uera notitia conseruē
tur. Vnde salubrem humilitatē hauriūt
& acquirunt. Et ut erga proximum am
pliorem pietatē exhibeant, omni crudeli/
tate remota: & sic agilius inclinentur ad
compassionem eorum, qui laboribus atq;
tentationibus exagitantur. Quoniā am/
plius ad compassionem passionatorum in
clinantur habendo & sentiendo passionē
in se, quam si non haberēt: & inde crescūt
in dilectionem ampliorem, & ideo uelo/
cissime currunt ad me, humilitate perun
cti, & in fornace succēsæ charitatis exusti.
Et ita cum his modis & quam plurimis
alīs ad perfectam unionem adducuntur,
ut alias audisti. Et ad tantā unionem p/
ueniunt, & meę bonitatis agnitionē, quod
existentes in corpore, gustant bonū im/
mortalium: & licet in carcere corporis ex
istāt, uidentur eis extra carcerem ipsum exi
stere. Et quia multam habuerunt agni/
tionem de me, multum affectuose diligūt.
Et qui ualde diligit, ualde, p culdubio do/
let: qa cui crescit amor, augmentatur etiā
dolor. Sed anima talium quo dolore siue
pœna cruciarur? Nō propter iniurias ab
aliquo sibi factas, neq; propter aliquas cor
porales pœnas, neq; propter aliquas ad/
uersarīj molestias, neq; propter aliquam
tribulationem quæ sibi posset occurrere:
imo solummodo dolet & affligitur de mihi
factis offensis: quoniā aperte cognoscit &
uidet quod sum dignus ab omnibus ama
ri, & quod uniuersi mihi fidelissime seru
ant. Et amarissime dolet de animaꝝ de/
trimento, attendens eas ambulare per te/
nebras uitæ præsentis, & in tanta cæcita/
te manere. Quoniam in unione quā ani/
ma fecit in me per amoris affectū, aspexit
& agnouit in me quantum ineffabiliter
amo creaturā meam. Et quia uidit in ea
representari meā imaginē, subito philoca
pta fuit in ea amore mei. Vñ sentit amari
tudinē immensam eā elongari cernens à
bonitate mea. Et huiusmodi pœnæ sunt
in anima tales atq; tantę, quod omnes aliæ
pœnæ mitigantur in eatita quod eas qua
si nihil appreciat ac si non essent in ea pœ
næ tales: ego aūt eis seruis meis ualde gra/
tiose prouideo cū illa manifestatione quā
eis facio de me. Quia uident in me cum
amaritudine magna, miserias & iniquita
tes uitæ præsentis, & animaꝝ damnatio/
nem, in cōmuni & particulari, prout est
de beneplacito meę uoluntatis: ut augmē
tentur in amore & pœna, ut ab igne san/
cti desiderij stimulati clament ad me, cū
firma spe atq; lumine sanctissimæ fidei, à
me postulando subsidium, ut eoꝝ huius/
modi necessitati subueniam: Itaq; dispo/
no cum diuina prudentia subuenire mū/
do, p̄mittendo me cōpelli à pœnosis, dul/
cibus & anxijs desideriis amicoꝝ meoꝝ.
Et cum hoc eis gratiose prouideo, qa cre/
scunt atq; nutriuntur ex hoc in maiori at
que perfectiori notitia mei, & unione in
me. Igitur aperte uides quod his pfectis,
ego, puideo multis uarijsq; modis, ex
eo quod dū estis in uita p̄senti potestis au/
gere statum uestræ perfectionis, atq; meri
ti, p̄pter quod illos ego purgo ab omni p/
prio & inordinato amore spirituali & tē/
porali. Et cum uarijs atq; multis tribula
tionibus eos quotidie puto, ut fructū am/
pliorem atq; perfectiorem ante me produ
cant, ut iā dixi. Et cum anxia tribulatio/
ne q̄ habent uidentes offensionem meam,
& animas esse gratia priuatas, extingui/
tur omnis amaritudo istius amoris, adeo
quod omnes labores quos in hac uita su/
stinere possent, quasi pro nihilo reputant.
Et ex hoc ut iam dixi tantum appreciant
tribulationem, quam consolationem: qa
non exquirunt proprias consolationes,
neq; me diligunt amore mercenario ex

propria consolatione siue delectatione, sed affectuose quærunt nominis mei gloriam & honorē: Ergo filia charissima potes p te cognoscere, q̄ hominibus in quocunq; statu, diuersis & infinitis modis & locis, ego mirabiliter atq; paterna charitate p̄uideo, licet homines in se tenebrosi nō agnoscant eos, quia lux a tenebris minime comprehenditur. Solū ab his qui lumen habent agnoscuntur, ampliusue l minus perfecte, iuxta lumen perfectionis quā habent. Quod utiq; lumen acquiritur in uera notitia quā habet anima de semetipsa. Vnde consurgit cum odio perfectissimo tenebrarum.

Tractatus quintus. Et est repetitio breuis antedictorū. Postea loquitur de uerbo Iesu Christi ad Petrum: Mitte rete ad dexteram &c. Caput cxlvi.

VIdisti & agnouisti filia charissima, me tibi narrāte minus quā odorem unius parue guttæ, quę nihil est in cōparatione maris, prouisiōis quā in eis creaturis facio, loquendo tibi generaliter atq; particulariter. Et p huiusmodi status de quibus modo tibi narraui, pariter & de uenerabili sacramento loquēdo, sicut ego prouideo modis uariis, ut in anima sancta fames augeatur. Et sicut ego procuro ex interiori parte in animę sensu, ministrando gratiā, almo spiritu sancto mediante, q fidelissime seruit iniquo uiro ut ad statum gratiæ reducatur: impfecto aūt ut ad pfectionē peruenire ualeat. Perfecto uero, ut in eo perfectio iugiter augeatur: qa dum estis in uita p̄senti, q̄tidie crescere potestis. Et ut efficiantur idonei mediatores inter hominē, q per crimina sua incidit in guerrā, & me. Iam em̄ tibi dixi, q̄ mediantibus amicis meis ego mundo misericordiā facerē, & cū multa illorū tolerantia reformarē Ecclesiā. Vere tales appellari possent alter Iesus Christus crucifixus unigenitus meus, ex eo q̄ assumpserunt officium eius. Ipse uenit ueluti mediator, ut guerrā auferret, & ita pacificaret hominē, & mihi reconciliaret eum, tolerando multa patienter, usq; ad mortē obprobriosissimæ crucis: Ita faciunt isti cum desiderio cruciato sancto suo, qui mediatores efficiūtur cū oratiōibus humilibus, cum uerbis exhortationis, & suā uitā sanctam p̄ponunt om̄ibus in exemplū. Relucent in eis lapides p̄tiosi uirtutū, cū uera pacientia supportando defectus aliorū. Isti sunt hami cū quibus capiunt animas. Ipsi rete iactant ad dexteram, non ad sinistram, ut ait ueritas in euangelio Petro, cæterisq; discipulis, post resurrectionē: ex eo quia sinistra manus, uidelicet amor p̄prius in eis om̄ino defecit atq; mortua cō probatur: dextera uero uiuit, ex uno dulci, puro & uero amore diuino, cū quo rete sancti desiderij iactant in me mari pacifico. Et historia quæ fuit ante passionē & resurrectionē adiuncta, cum illa q̄ postea fuerit, noueris q̄ ad se trahēdo rete ipsum includendo in humili cognitione propriæ uilitatis, imo nullitatis, inueniunt atq; capiunt tātam pisciū habundantiā, uidelicet animarū, q̄ oportet eos uocare socios, ut ad rete foras trahendū iuuēt, qa soli nō ualent. Nam in stringendo & iactādo rete, debent habere societatē ueræ humilitatis, uocādo sociū ex affectu charitatis syceræ, ut iuuet ad trahendū hos pisces animarū. Et q̄ sit uerū, apte uides & experiris in te pariter & in alijs seruis & amicis meis, qa tam graue pōdus uidetur eis has animas attrahere, q̄ captæ sunt in rete sancti desiderij eorū, q̄ affectuose uocāt & optant habere societatē: & uellent q̄ omnis homo iuuaret eos, & cum humilitate sere putant insufficientes. & ideo tibi dixi, q̄ uocabant humilitatē atq; charitatē p̄ximi, ut adiuuarent ad extrahendos istos piscest & attrahentes huiusmodi rete, magnā habundantiā piscium extrahunt: q̄uis q̄ plurimi p̄pter eorū defectus a rete refugiant & egrediant, qa tenuunt in tali rete recludi. Rete uero desiderij sancti, sine dubio ceperit om̄es, ex eo q̄ anima famelica mei honoris, nō est cōtenta particulā habere, sed oēs habere optat. Bonos habere quærit, ut eā adiuuent in suo rete ponere pisces, & ut sibimet quotidie cōseruent & augeant pfectionē: imperfectos optat ut perfecti sint: prauos uero cordialiter affectuose desiderat ut boni sint: Infideles quoq; tenebrosos exoptat ut ueniant ad lumē sancti baptismatis. Oēs ergo optat habere, cuiuscunq; status uel cōditionis existant, ex eo q̄ om̄es in me uidet a mea bonitate creatos, cum tam ignifera charitate, atq; p̄tioso sanguine Iesu Chri filij mei redēptos.

Itaq;

Ieſuq; cepit omnes in ſui ſancti deſiderij rethe, ſed multi proſiliunt ab eo, diſcedentes a ſtatu gratię propter peccata ſua, & infideles alij plurimi ſtant in peccato mortali. Cōtinue tamē exiſtunt in illo ſancto deſiderio propter orationē continuam, quia licet a me diſceſſerit anima propter eius pcm̄, & ab amore & conuerſatione atque reuerentia quam erga ſeruos meos habere debet, in eis tñ affectus ueræ charitatis, atq; deſideriū ſalutis animarū ipſorum nullo modo imminui debet. Itaq; iactant rethe huiuſmodi ad manū dexteram. O filia chariſſima, ſi cōſiderabis actum quē fecit Apoſtolus Petrus, de q̄ habetur in Euangelio, qñ ueritas mea p̄cepit ei, q̄ rethe mitteret in mare, ipſe uero rñdit: Præceptor, per totam noctē laborauimus, & nihil omnino cepimus, ſed in uerbo tuo laxabo rethe. Cum ergo feciſſet, ita cepit copioſam piſciū multitudinē intantum, q̄ ſolus attrahere non poterat, & ideo ſocios uocauit ut adiuuarent eum. Igitur dico, qd'ſi conſiderabis hunc actū, q̄ ita fuit in ueritate, & tñ in figura cōtigit illis, ut eſt dictū. Inuenies eñ figuram tibi ꝓpriam, unde noueris, q̄ omnia myſteria & omnes m ores q̄s & q̄ mea ueritas in mundo renuit abſq; diſcipulis & cū diſcipulis, erant figuratiui, & in ſalutē ac inſtructionē animarū tā amicorū ac ſeruorū meorū, q̄ etiam aliorū, ut in omnibus habere poſſetis regulam & doctrinam ſpeculando cū lumine rationis, ita q̄ tardis atq; rudibus ingenio perſpicacib⁹ atq; acutis intellectu conueniēter eſſe poſſunt in exēplum, & q̄libet in eis pōt inuenire ſalutē atq; conſolationē ſuam, dū modo uoluerit. Dixi tibi, q̄ Petrus ex p̄cepto Ieſu Chriſti rethe miſit in mare, fuit igitur obediens & uiua fide credidit capere poſſe: ideo cepit in magna quantitate, ſed minime tpe noctis. Nunqd intelligis quod eſt tps iſtud noctis? Eſt obſcura nox peccati mortalis, cū anima priuata fuerit lumine gratię. In iſta nocte nihil omnino ſalubre capitur, eo qa iactat homo affectū ſuū nō in mari uiuo, ſed mortuo, ubi pcm̄ inuenit, qđ nihil eſt. Ergo iniſtra laborat cū pœnis magnis & intolerabilibus, abſq; utilitate q̄licōq;. Sunt ergo iſti martyres dęmonis, & non Ieſu Chriſti ſi crucifixi. Sed illuceſcente die q̄ anima culpa deſerit, & ad ſtatū gratię redit, in mente ſua p̄cepta ſalubria ita apparent, in quibus ei p̄cipitur, ut huiuſmodi rethe iactet in uerbo meę ueritatis incarnatę, uidelicet amando me ſuper oia, & ꝓximū tanq̄ ſeipſum: & tunc ex obedięntia & cū lumine fidei, cū firma ſpe, rethe iactat in uerbo ſuo, ſequendo doctrinā & ueſtigia dulcis & amoroſi uerbi ac diſcipulorū eius. Qualiter autē eos capit & q̄s uocatā tibi dixi.

Quomodo rethe prædictum perfectius i⁹ mare iactat unus q̄ alius.

Caput cxlvij.

HAec autē uolui tibi dicere, ut aperte cū lumine intellectus agnoſcas cū quāta ꝓuidētia iſta mea ueritas incarnata tpe q̄ cū hominib⁹ conuerſationē habuit, ordinate ſuos actus atq; miniſteria pfecit, ut intelligas ea quę uos oportet agere, & illud quod agit anima q̄ ſtat in iſto perfectiſſimo ſtatu: ſed aduerte, q̄ unus agit in maiori perfectione q̄ alter, ſecundū q̄ accedit ad obediendū huic uerbo corde promptiori & cum lumine perfectiori, omni ſpe deſe perdita, & ſolum in me creatore ſuo collocata. Perfectius enim huiuſmodi rethe laxat ille qui obediendo ſeruat præcepta, ſimul & concilia mentaliter & actualiter, q̄ ille q̄ ſeruat p̄cepta actualiter & conſilia ſolummodo mentaliter: nā qui non obſeruāret conſilia mentaliter, proculdubio nec obſeruaret præcepta domini actualiter, eo q̄ adinuicem ligata ſunt, ut alibi tibi plene narraui. Ergo perfecte capit ſi cuti pfecte rethe laxat & iactat. Perfecti uero de q̄bus in præſenti narraui tibi, capiunt abundanter, & cum magna perfectione. O q̄ bene ipſorū organa ſunt ordinata per cuſtodiā dulcem atq; bonam cautelam, quam habuit arbitrium liberum ad portanī uolūtatis, unde ſenſus etiam ipſorū faciunt omnes unum ſonum ualde ſuauem, qui egreditur a ciuitate talis animæ, quoniam omnes ianuæ clauſæ ſunt & apertę. Porta enim uolūtatis eſt omnino clauſa, ne proprius amor ingrediatur, & eſt aperta, quia iugiter amat & optat honorem meum, atq; ꝓximi dilectionem. Intellectus eſt etiam clauſus ad uidendum uanitates, delitias, atq; mundi miſerias, quę ſunt omnes ueluti nox, ex qua tenebreſcit intellectus, qui delectatur in eis, & inordinate recipit eas. Eſt etiam apertus cum lumine, quod aſpicit in obiectum incarnatæ meæ ueritatis. Memoria quoq; clauſa reperitur, ex eo quia tradidit obliuioni mundum, ac etiam ſemetipſum, quo ad carnalē uiuendi modum, & eſt aperta, ut beneficiorum meorum quotidie recipiat abundantiam cum iugi reminiſcentia affectus animæ, tunc agit iubilum uel deſuauem, temperatis & modificatis ordinate chordis, cū prudentia ſalubri, & cum lumine, ita quod ualde concorditer unum ſonum exhibent, uidelicet ad laudem & gloriam mei nominis. In hoc ipſo ſono in quo magnę chordæ potentiarum animæ cōcordant, etiam aliæ paruæ chordę, uidelicet exteriores corporis ſēſus ita bene morigerati inſimul alludunt, ut ego tibi dixi, loquendo de malis hominibus, q̄ ſicut omnes ſenſus in morte ſonabant ex eo

quia recipiebant inimicos suos. Ita sonant in uita isti, quia recipiunt intra se solũ amicos uerarum atq; realium uirtutum, cum quibus optime cõcordant opera uirtuosa. Omne quippe membrum laborat valde laudabiliter in opere sibi deputato. Bene laborat oculus in suo uisu, auris in auditu suo, similiter odoratus in suo odoratu, gustus in suo gustu, lingua bene sermonẽ suum exprimit, manus in tactu, atq; pedes in incessu. Hęc omnia cõcordant in una melodia, & in uno sono, uidelicet in seruiẽdo proximo propter gloriam & laudem nominis mei, & animæ seruiendo cum sanctis operationibus uirtuosis. Et obediunt animæ correspondentes ei, tanquam organa iocunda. mihi valde placent ista, similiter & angelicę nature, imo & ueris gustationibus, qui tales expectant cum iocunditate valde gaudiosa, quia unus participabit bonum alterius. Etiã isti mũdo placent uelitan nolit: nam homines iniqui nequeunt ita latere siue fugere, quin in se ualde bene sentiãt istius melodię dulcedinem, imo quamplurimi cum hoc hamo & instrumẽto remanent ibi captiui & discedentes a morte, ueniunt ad uitam. Cuncti quippe sancti ceperunt aliquas animas hoc organo dulci. Primus qui sonaret in sono uitæ, fuit amorosum uerbum, assumendo uestram humanitatem, & cum humanitate diuinitati connuncta & unita, citharizando dulciter, in cruce, filiũ humanæ generationis ibi ceperit. Captiuauit etiam aduersarium humani generis diabolum, cũ dominium abstulit, quitanto tempore possederat ipsum humanum genus ex culpa propria. Vos etiam omnes ab isto dulci magistro discẽtes, isti dulci sono pulsatis. cum ista sapida doctrina principes illi gloriosi, uidelicet Apostoli, ceperunt animas, eius ueri bũ per uniuersum orbem seminantes, ut ab ipso uerbo filio meo didicerant. Exinde martyres, confessores, doctores, atque uirgines omnes animas isto dulci sono capiebant. Attende gloriosam uirginem Vrsulam, quæ tam dulci sono citharizauit, q̃ xi. milia uirginum uno tractu cepit, & animas totidem aliarum gentium, & ita fecerunt alij modis uarijs. Quid horum est in causa? Proculdubio prouidentia mea, prouidi nanq; instrumenta tribuens illis atque uiam & modũ quomodo sonare ualebant. Et quicquid eis exhibeo siue permitto in uita præsenti, totũ est ad augmentum istorum instrumentorum, dũ homines uelint agnoscere, neque uelint auferre sibimetipsis lumen cum quo uidere debent, interponendo nubem amoris proprij, atque complacentiam sui sensus.

De prouidentia Dei, qua utitur cũ suis creaturis in uita presenti, & in alia.

Caput cxlviij.

ERgo filia charissima dilatẽ imo cor tuũ, & aperi oculum intellectus cũ lumine fidei, ut aperte uideas cũ quanta prouidentia & amore creaui hominẽ, & ordinaui ut ipse gaudere possit meo summo & æterno bono. Prouidi quidẽ omnibus, animę simul & corpori, tã hominibus imperfectis, q̃ perfectis, bonis atq; malis, tẽporaliter atq; spiritualiter, in cœlo simul & in terra, in hac uita immortali, pariter & in uita mortali. In hac uita mortali, dũ estis uiatores & peregrini, ligaui uos in uinculo charitatis, nã homo uiolenter est in eo ligatus, ex eo qa si se uoluerit soluere ex affectu proximi charitate priuatus, tñ in eo ligatur ex necessitate. Vt enim in actu pariter & affectu charitate deberetis uti, prouidi non tribuẽdo cuilibet omnia sibi necessaria, p uita suatur etiã si qs ex iniquitate sua pdiderit affectũ & amorẽ, ex necessitate cõpellamini participare simul, ut saltẽ actũ huiusmodi charitatis habeatis: unde tu uides artificẽ ad colonũ habere, p sua necessitate recursum, & ita colonus habet ad artificẽ, unus enim indiget altero, quoniã unus ignorat agere qđ facit alter. Ita clericus atq; religiosus indiget habere secularẽ, atq; secularis religiosum: unus enim sine reliq̃ facere nequit. & ita de cęteris. Sed nunquid nõ poterã ego dotare quẽlibet de necessarijs omnibus? Vtiq;, sed ego, puidere uolui, q̃ unus humiliaretur alteri, & q̃ ita, cõpellamini saltẽ, actum charitatis inuicẽ habere tali necessitate cõpulsi. Ostẽdi igitur magnificentiã, bonitatẽ, atq; prouidentiã meã in eis, & sequi potius uolunt & ire post tenebras proprię fragilitatis. Membra corporis uestri faciunt uobis uerecundiã, quia charitatiuã habent in se concordiam, & nõ uos. Vnde qñ caput indiget adiutorio, manus ilico subuenit ei. Et si digitus q̃is sit ualde paruũ in corpore mẽbrum, aliqua patitur, caput minime dedignatur ei subuenire, licet in corpore maius atq; nobilius mẽbrum existat, sed succurrit ei subito iuxta posse, iuuando uisu, auditu, & affectuoso uerbo nihil omittẽdo cũ omni fideli solicitudine. Similiter oia membra faciunt. Nõ ita facit homo superbus, qa uidẽ do pauperẽ ęgrotũ in necessitate constitutũ, q membrũ est ipsius, tñ ei subuenire negligit, non solũ cũ omnib⁹ q̃ habet, imo neq; uerbo modico, sed uilipendit eũ, & cũ improperiosa cię auertit, quasi nauseã ostendẽdo, abũdat in diuitijs, & cũ fame perire pmittit, sed ipse non attendit q̃ eius misera crudelitas ante me fœtorem exhalat, & usq; in pfundũ inferni talis

eius

tibi putredo descendit, sed prouideo per modum aliũ illi pauperculo meo, & pro pondere paupertatis ei retribuentur abundãtissime diuitiæ. Ille uero cũ improperio maximo redarguetur a ueritate mea, a qua sibi dicetur: Esuriui, & non dedisti mihi manducare, sitiui, & non dedisti mihi bibere, &c. Et in tali necessitate minime proderit ei, si dicat: Ego nunq̃ uidi te, quia si te uidissem, hęc omnia libẽtissime fecissem. Optime nanq; nouit ille miser, qa ab ipsa mea ueritate moniti sunt oẽs in Euãgelio, q̃ illud quod amore suo fit uni pauperculo minimo suo, sibi reputat esse factum, & ideo iuste cũ dęmonibus infertur ei supplicium ęternum. Itaq; uides q̃ in terra prouidi ne properẽt ad interitum ęternum. Si uero consideres uitam eternã, in ciuibus ibi consistentibus, & in angelica natura multũ ordinate prouidi sup ipsorum ordinte charitate. Nõ enim uolui, q̃ unus gustet propriũ bonum suũ tantummodo quod a me recipit, imo ordinaui quod bonũ uniuscuiusq; participetur ab omnib⁹, ita q̃ ex ordinata & perfecta charitate maior gustat bonũ minoris, & econuerso minor maioris: minor uero quantũ ad mensurã beatitudinis: nõ q̃ paruus non sit plenus & perfectissime cõsolatus, put magnus, oẽs enim sunt pleni in suo gradu. O quantũ charitas ista est ibi fraterna, & q̃ est unita in me, & unus cũ alio recognoscendo ipsam charitatẽ a me, prout eam a me receperunt cũ illo timore sancto atq; debita reuerentia, quam eis dedi, unde semetipsos accendunt in me, necnon & in me uident & cognoscũt dignitatẽ in qua collocaui eos. Angeli cũ ingenti gaudio cõmunicant cũ animabus beatorũ, atq; beati cũ angelis. Itaq; oẽs in pfectissima dilectione charitatis in alterutrũ omnia bona participant, & exultantes ultra q̃ intelligere ualeas, iubilando mirabili modo gaudent in me, nulla tristitia reperitur ibi, sed omnia sunt ibi dulcia, & omnis amaritudo ꝓcul, ex eo q̃ dũ uixerunt, & etiã in morte me gustabunt ex amoris affectu in proximi syncera charitate. Quis hęc ordinauit? Sapientia mea, cum admirabili dulciq; prouidãtia. Si uero te uertis ad purgatorium, ibi considerare poteris etiam optabilem & inestimabilem prouidentiam meam in illis pauperculis animabus, quæ propter ignorantiam amiserunt acceptabile tempus, & quia separatæ sunt a corpore, non habent ultra tempus, in quo meritum acquirere possint. Illis ergo prouidi, q̃ uos qui nunc estis in corpore uiuentes, eas adiuuare potestis, uidelicet eleemosynis, ieiunijs, orationibus, & alijs pijs operibus in statu gratiæ factis, & præcipue cum officio diuino a meis ministris deuote persoluto. Per hunc ergo modum abbreuiatis eis tempus pœnitentiæ suæ, mea misericordia mediante.

De prouidentia qua utitur Deus erga pauperes eius seruos, etiam in temporalibus.

Caput cxlix.

NVnc uero filia charissima, tibi uolo dicere particulam ualde paruam, de modis quos ego teneo cum seruis in me sperantibus, ad subueniendum ipsorum exteriori necessitati. Prouisionem uero meam amplius siue minus inuenient, quanto perfectius uel imperfectius expoliati sunt de semetipsis, ac etiam de mundo, tamen omnibus gratiose prouideo. Et pręcipue pauperculis meis, qui uidelicet uoluntate sunt uere spiritu pauperes, hoc est intẽtione spirituali. Multi nanque pauperes ultra, imo contra suam uoluntatem existũt. Isti sunt procul dubio diuites quo ad uoluntatem, sed in ueritate mendici sunt, quia minime sperant in me, neque uoluntarie paupertatem ferunt, quam ego iuelut animarum illorum exhibui medicinam, quia diuitiæ nocuissent eis & extitissent in causa damnationis eorum. Serui uero mei si sunt pauperes, minime sunt mendici. Mendicus enim aliquando nõ habet ea quæ sibi sunt necessaria, & in graui necessitate premitur. Pauper uero non abundat, sed tamen habet necessaria. Ego nanq; nunq̃ ei deficio, dum in ueritate sperat in me. Aliquando tamẽ eos ad aliquã extremitatem adduco, ut aptius uideant q̃ ego possum & uolo necessitatibus eorum gratiose prouidere, & sic ampliori cõfidentia sperent in prouidentia mea, & amplectantur auide sponsam ueræ paupertatis. Et illo tunc admirabili modo clemẽtia mea sancti spiritus, qui seruire talib⁹ optat in necessitate, prouidit eis etiam in his exterioribus, corda succendo diuitum uarijs modis, ut eis in sua necessitate subueniatur, & ita tota uita pauperculorum meorum isto modo gubernatur, uidelicet cum solicitudine quam seruis mundi tribuo de illis. Et uerum est quod ut in uirtute crescant atque probentur in fide, patientia & perseuerantia, quãdoque sustineo quod eis iniuria cum improperio atq; contumelia dicatur, & nihilominus ipsemet qui dicit uel facit eis iniuriam, a clementia mea compellitur ut eis faciat eleemosynam, & necessitati tali subueniat, hęc est una prouidentia generalis, quã facio pauperculis meis. Sed in magnis amicis atq; fidelib⁹ seruis meis aliqñ sine medio creaturarũ utor ipsa prouidentia mea solummodo per meipsum, prout ipsamet experta fuistis

Et audisti de patre tuo beato Dominico seruo meo glorioso .s. q̄ in principio sui ordinis cū hora prādij fratres nihil oīno haberent ad cōmedendū, totus fidelis in me sperando certissime, q̄ ego, puidetē, dixit fratribus ut discūberēt, q̄ ita fecerunt ex obedientia sui patris. Tunc ego q̄ sperantibus in me gratiose, puideo, misi duos angelos cū albissimo pane, de q̄ pluribus uicibus abundantissime comederunt. Ista puidētia facta fuit absq; opatione hoīm, & à clemētia mea solū modo, pcessit. Aliq̄n, puideo multiplicando paruā q̄titatē q̄ minime sufficiebat: ut optime nosti de beata Agnete cōsorte tua, q̄ mihi seruiuit à sua pueritia fideliter usq; ad ultimū uitæ suæ, cū humilitate uera, & indubitata spe, taliter q̄d oī dubitatione ppulsa, de nihilo cogitabat, p se siue, p familia sua. uñ cum uiua fide paupercula sine quacunq; substantia tēporali ad pceptū gloriosę Marie uirginis fuit ad edificandum pulchrū monasterium in loco detestabili, quia morabant ibi peccatores. Ipsa nullo modo dubitauit intra se dicens: Ego quo modo potero perficere tantū opus? Fideliter igitur in me confidens iuit, & cū, puidentia mea fecit ibi tale monasterium monalium, ubi congregauit in principio decē & octo uirgines puellas, cum nihil oīno haberent nisi, put ego prouidebā eis. Tamen ego sustinui semel q̄ tribus diebus absq; pane steterunt, herbas tantum modo comedentes. Super isto puncto tu posses admirari, dicendo mihi: quare deduxisti eas ad hanc extremitatem? cum iam expresse mihi dixeris q̄ nunquā deficis in aliqua necessitate seruis in te sperantibus. In hoc apparet eis in tanta necessitate non extitisse prouisum, ex eo quia loquendo cōmuniter cōmunis homo uiuere non potest herbas tantummodo comedendo, & pcipue cum homo nō est in magna pfectione. Et si Agnes erat in statu magnæ pfectionis, credere possumus q̄d oēs aliæ uirgines illæ non erant in tali statu. Ad hoc ego respondeo q̄ ita feci atq; pmisi ut inebriarentur illæ perfectę de p/uidentia mea. Imperfectis uero materiam exhibui, ppter subsecutū miraculū, ut fundamentum atq; principium facerent in lumine sanctissimæ fidei: & in tali cibo uel alia materia quādo similis casus occurrit ego do dispositionē unam humano corpi taliter, q̄ ita melius ualet cum quadā herba modica, uel etiam sine quocunq; cibo, q̄ prius quando panem habebat, & alia cibaria, quæ sunt ordinata propter uitā hominis adiuuandā atq; sustētandā. Et hoc apertissime nosti, qm̄ in temetipsa proba/sti. Etiā ego prouideo q̄titatē paruā multiplicando alicuius materiæ. Cum enim illa stetisset in illo spacio tpis iam expres/so, uertit ad me fidelē oculum sui cordis, in oratione sua, dicens: Dulcissime dñe, amantissime pater, & æterne sponse, nunquid ordinasti q̄ istas uirgines ab ipsarū domo paterna tu haberē, & in ista domo tua congregarē, ut in ea fame pereant? Prouideas optime dñe necessitatibus earū. Ego tñ eram ille qui faciebā eam ita petere: habebā quidem complacentiā experiendi fidem eius, & ipsius humilē orationē acceptabā: Vade, puidi satisfaciendo petitiōi sui cordis, q̄d in conspectu meo stabat: & inspirando coegi quendā, ut afferret eis quinque paruos panes, & illo sua menti patefecit unde prius q̄ ille qui portabat appropinquaret ostio huius loci, dixit alicui de filiabus eius: Filia, uadas ad rotam, & recipe panem illū quem nobis dñs gratiose mittit. Illis ergo quinq; panibus allatis, ordinate discubuerunt. Dum igitur Agnes panes illos paruissimos frangebat, ego cōcessi tantā uirtutem in manibus eius panes multiplicādo, q̄ oēs ad libitū refectæ fuerunt, imo tanta superabūdantia remansit in mensa, q̄ oibus in prandio sequētis diei fuit abundantissime satisfactū. His & alijs uarijs modis ego puideo seruis & amicis meis, qui uoluntarie pauperes efficti sunt. Neq; solum modo dico uoluntarie, nisi sint spiritu pauperes, hoc est cum intentione spirituali: alias enim modicum proficeret eis, prout occurrebat antiquis philosophis, qui ex affectu quem habebāt ad addiscendam scientiam, utiq; mundanam, contemnebant has diuitias, & uoluntarie pauperes efficiebātur, intelligentes ex quadam experientia siue naturali notitia, quod ista solicitudo exterior mūdanarū diuitiarum, impediebat eos ne uenirent ad illud scientiæ culmen quod optabant, ubi collocauerant finem atque terminum ante oculum intellectus eorum.

Sed

Sed quia paupertas ista uoluntaria non erat cũ intentione spirituali, ad gloriã & laudẽ nominis mei, ideo non habuerunt alicuius gratiæ uitam, neq; perfectionem, imo receperunt in se mortem æternam.

De malis quæ procedunt in possidendo uel inordinate desiderando diuitias temporales.

Cap. cl.

ATtende filia charissima quãtum est dedecus & materia confusionis hominibus Christianis miseris amatoribus diuitiarũ, qui minime sequuntur intellectũ quem habent à natura, ut acquirere possint bonũ æternũ, sicut isti philosophi fecerũt ut scientiã inutilẽ adiutã adiscere possent. Agnoscentes eã eas ad impedimentũ sui ꝓpositi fore cõtemnebant, imo ꝓiudicabant eas. Et isti de istis diuitijs uolunt sibimetipsis ꝑ modum loquendi facere dominum. Et hoc aperte manifestat, q̃ sic est ex eo: quia amplius amaricantur amittẽdo diuitias huiusmodi tẽporales, q̃ amittendo me, q̃ sum summum & æternũ bonum. Si tu bene consideras, omnia mala producuntur ex hoc inordinato desiderio congregandi diuitias. Oritur inde superbia dum homo desiderat esse maior. Et iniustitia tam in se q̃ in alijs. Insup & auaricia, quoniã ex appetitu pecunię solicite ꝓcurat expoliare siue fraudare fratrẽ & proximum suũ, ac etiam arripere bona ecclesiæ minime formidat, quę sunt acqsita ꝑcio sanguinis unigeniti filij mei. Oritur etiam inde quandoq; reuenditio eatnis ꝓximi sui. Et etiam tẽporis, ut usurarij faciunt, qui ueluti latrones uendunt ea quæ minime sua sunt Gulositas egreditur inde, ꝓpter multa cibaria satis inordinate sumpta. Vnde sequitur inhonestas: qa si non haberent ad expendendum frequenter in conuersatione tantæ miseriæ minime morarentur. Quot etiã homicidia, odia, proditiones, crudelitates erga ꝓximum inde procedũt, cum infidelitate, circa me, præsumendo de se tanq̃ si propria uirtute sua diuitias illas acquisiuissent: nec attendũt quod illoꝝ uirtute nõ acquisiuerunt neq; possident eas, imo solum ex prouidentia mea. Ipsi uero de me quidem iniustissime spem amittunt, & solũmodo sperant in uanitate diuitiarũ suarũ. Et uelut excæcati non uident quod in earum uanitate se deceptos inueniũt, ex eo quoniã in uita ꝑsenti sunt eis quando quę ablatæ ꝓ dispensationẽ meam, & eoꝝ utilitatem, uel saltẽ in morte derelinquũt eas. Tunc apte cognoscunt ipsoꝝ huiusmodi spẽ extitisse uanam absq; stabilitate, sine sacietate fructifera: desiderium ergo diuitiarũ tẽporaliũ hominẽ facit esse pauperẽ, & occidit à uita gratiæ, optatur esse crudelẽ sibimetipsi, aufert sibi dignitatẽ infiniti, & facit eũ esse finitũ: qa uidelicet deberet huiusmodi desiderium eius solũ esse in me deo q̃ sum infinitũ bonũ: & ipse posuit & uoluit illud in re finita & uilissima: ipse ꝓdidit gustũ saporis uirtutũ, & odoris eximiæ pauptatis, amisit de seipso dominũ, ordinando se diuitiarũ seruum: insatiabilis est, ex eo, qa diligit ea q̃ sunt infra se: quoniã omnia creata sunt in obsequium hominis: & non ut homo seruiat eis. homo aũt est ordinatus, ut mihi solũ modo seruiat, q̃ sum finis eius. Quot laboriosis pœnis atq; piculis homo sponte se subijcit, nõ solũ in terra, sed etiã in mari, ut opes cõgregare possit: non solum ad necessitatẽ uitæ, sed ad superabundantiã atq; concupiscentiã & auaritiam: ut postea redeat ad ciuitatẽ propriam cum ambitione magna & ꝓpompa seculi? Neq; curat uel paruã in corpore suo sustinere pœnam ad acquirendas uirtutes, quæ sunt animæ ueræ diuitiæ, ipsi suffocauerunt in illis uanis diuitijs cor & affectum cũ quibus mihi seruire debent, & cum uarijs & illicitis lucris cõscientias eorum onerant. Attende diligenter ad quantam addu/ cti sunt inopiam atque miseriam, & cuius effecti sunt serui. Proculdubio non alicuius rei stabilis, imo cum uanitate multa sunt ualde mutabiles: hodie nanque quis est in seculo diues, cras uero pauper. Nunc in sublimi statu, ilicò in infimo. Nunc à mundo aliqui reputati sunt & habiti cum multa reuerentia, propter eorum fallaces diuitias: illis uero deperditis, ab ipso mundo sunt in derisum & improperium, & in contemptum habiti, cum uerecundia & improperio, & absq; compassione male tractantur. Ipsi nanq; diligebant intuitu diuitiarum illarum, & non ex uirtute q̃ dotati fuissent:

quia

quia si dilecti fuissent ex aliqua uirtute q̃ fuisset in eis, procul dubio deperdite non essent reuerentia circa ipsos & affectuosa dilectio, licet opes essent amissæ, remanentibus uirtutibus. O q̃ grauia sunt hæc onera mentibus eorũ ad portãdum. Tam grauia sunt, q̃ in hac uia peregrinationis nõ possunt expedite currere, neq; transire p arctam ianuam. Ita ueritas incarnata uobis in euangelio dixit, uidelicet q̃ facilius potest intrare camelus per foramen acus, q̃ diues in regnum cœlorũ. Loquitur de diuitibus illis qui miserabiliter & inordinato affectu diuitias exõptant, atq; possident eas. Multi nanq; sunt illi pauperes, qui per inordinatum amorem & affectũ, uniuersum orbem cum uoluntate sua possident, si quo modo possent habere: hi per portam absq; dubio transire nequeunt, ex eo q̃ est arcta & humilis: unde nisi deponant onus, atq; restringant affectum inordinatum a mũdo, & ex humilitate cervicem inclinent, per transire non poterũt. Et non est alia uia quæ dirigat eos aduitam, nisi solum ista. Bene tamen est alia uia multum ampla, quæ dirigit ad æternam damnationem ambulãtes per eam: sed uelut excæcati non uident ipsorũ irreuperabilem ruinam. Et in uita præsenti gustant aram inferni. Nam ipsi per omnem modum a pœna cruciantur, eo quia plus optant habere q̃ possint: non habentes, inde torquentur: & cum amittunt, a magno dolore cruciantur. Et cum tanta mensura doloris amittunt, cũ quanta mẽsura carnalis amoris illa possidebant. Amittunt proximi charitatem, & amorem fraternum, & non uidentur ullo modo curare uirtutem aliquam acquirere. O puto mundi. Non dico de rebus in se, q̃niam oĩa creauit bona, imo perfecta: sed ille putridus est, qui cum affectu carnali, & inordinato possidet illas. Lingua tua filia charissima narrare nesciret quot mala sunt quæ procedunt inde quotidie. Vident & experiuntur ipsi miserabiles & excæcati, & tamen agnoscere nolunt eorum inæstimabile detrimentum.

De excellentia pauperum spirituũ, & quomodo Iesus Christus exemplo nos docuit. Caput cli.

ALiqua narrando tibi tetigi, ut amplius & apertius agnoscas thesauros paupertatis uoluntario spiritu. Quis agnoscit? Pauperculi serui mei dilecti, qui ut expedite possent iter hoc agere atq; transire p ianuam artam, onus diuitiarum in terrã affectuose proiecerunt. Aliqui proiecerunt eas effectualiter & mentaliter: isti sunt obseruantes consilia pariter & p̃cepta, mentaliter & affectualiter. Alĩ seruant utiq; p̃cepta legis actualiter: cõsilia uero mentaliter, uirtuose diuitiarũ affectum exuentes: quoniam eas nõ habent neq; possidẽt per inordinatum amorem, sed ordinate, cum sancto timore meo: unde talis factus est ipsarum non auarus possessor, imo pius proximo pauperi dispensator. Iste quidẽ bonus est, primus uero perfectus: quia est cum maiori fructu & impedimento minori: & in eo uidetur prudentia mea magis aperte relucere actualiter, de qua cõmendando ueram paupertatem narratiõ perficiam: uterq; cervicem humiliter inclinet faciendo se uirtuose paruulum. Sed quoniam alias tibi narraui de secundo, nunc de primo solũmodo tibi loquar. Ego tibi monstraui quod omne malũ, dãnum siue pœna, tam in uita præsenti, quã in futura, procedit ab inordinato amore diuitiarum: sic econuerso noueris quod omne bonum & pacifica requies oritur à uera paupertate: cõsidera diligenter aspectum pauperculorum meorum, & cũ q̃to gaudio & iocunditate sancta quotidie uiuunt: ipsi nullo tempore contristantur, nisi super offensa mihi facta. Quæ tristitia nõ affligit, imo pinguescere facit animã. Propter huiusmodi paupertatẽ sunt mali inuenire diuitias derelinquentes tenebras obscuras, inuenerunt semetipsos in perfecta luce. Quia mundi miseriã omiserunt, æterno gaudio postea lętantur: propter uilissima bona mortalia recipiunt in mortalia bona p̃tiosa, ubi maximam habent & inæstimabilem cõsolationẽ, tolerare labores, cum iustitia refrigerium est eis: charitatiue cũ omni rationali creatura conuersantur, neq; sunt personarum acceptatores. In quo uirtus relucet atq; firma spes: ubi ardet ignis ueræ charitatis: In eis utique. Quia cum lumine fidei quam habuerunt in me, qui summa sum & æterna ſ̃ licitas, à mundo leuauerunt omnem ſp̃em

&

& ab omni mundana consolatione, & fuerunt amplexati ueluti spõsam amabilem uerã paupertatẽ cum seruitricibus eius: seruitrices uero paupertatis huiusmodi sunt uilitas cum sui contemptu: & humilitate uera, q̃ seruiunt atq; nutriunt in anima uerum affectum & amorẽ. Cum ista fideli spe, charitatis igne succensi ueri serui mei saltabant, atq; saltant extra mundi uanitates, & diuitias eius, ac etiam extra proprium sensum: hæc omnia uilipendendo contemnebant, prout egit ille gloriosus apostolus Matthæus, qui à bancho saltando reliquit opes multas quas in seculo possidebat, & indilate secutus est ueritatem incarnatam, quæ docuit uos modum & regulam: ut ametis & imitemini paupertatem istam. Neq; docuit uerbo solummodo, sed exemplo suo perfectissimo. Nam à suæ natiuitatis initio usq; ad finẽ ultimum uitæ suę per exemplum in se uos huiusmodi doctrinam aptissime docuit. Ipse pro uobis sponsam istã humilem desponsauit, uidelicet paupertatem extremam, cũ esset ipse summa felicitas ex unione diuinæ naturę: est enim unum mecũ, & ego secum, & habeo diuitias infinitas. Et si uis eum uidere pauperem & humiliatum, attende deum esse factum hominẽ, & uilitate uestrę humanitatis esse uestitũ. Tu uides hoc amabile uerbum in stabulo nasci, cum esset uirgo beata Maria mater eius in itinere, ut ostenderet uobis uiatoribus, quia quotidie debetis in stabulo propriæ notitiæ uestri permanere, ibiq; renasci, ubi eum inuenietis natum in anima uestra per gratiam. Tu uides eum in medio duorum animalium in tanta penuria, quod ipsa Maria non habuit unde eum coopertiret. Sed in tam intenso frigore, cum flatu animalium atq; fœno calefecit eum. Et cum esset ignis excellentissimę charitatis, frigere uoluit in humanitate sua, in omni uita sua dũ uiueret in mundo, cum discipulis & absq; discipulis, aduersa tolerare uoluit. Vnde propter famẽ aliquando ipsi discipuli spicas cõfricabãt, ut grana comederent. Et in ultimo uitæ suæ nudus expoliatus extitit, & flagellatus ad columnam, deinde cruce crudeliter affixus, atq; sitibundus omnia cum in æstimabili patientia tolerauit. Et in tanta fuit extremitate reductus, quod omni no ligno simul & ipsa terra caruit, nec habuit ubi caput reclinare posset. Oportuit igitur quod super humero proprio illud reclinaret: ipse uero uelut ebrius amore de pretioso sanguine suo fecit humano generi balneum. Nã aperto sacro corpore suo, undiq; abundanter sanguinem effudit, & in magna paupertate atq; necessitate constitutus, amplissima dona largitur. Et dũ est affixus & arctatus in ligno crucis, amplissime suam liberalitatem, & abundantiam suarum diuitiarum omnibus creaturis rationalibus effundit. Gustando fellis amaritudinem, uobis exhibuit dulcedinẽ perfectam & admirabilem. Dum est in afflictiua tristitia, uobis consolationem exhibet: dum est affixus in cruce, uos absoluit à uinculo peccati mortalis: Dum amore factus est seruus, uos a seruitute diaboli plene liberauit: cum esset uenditus, uos proprio sanguine redemit, in se mortem acceptando, cõtulit uobis uitam. Ergo regulam uobis amoris eximij tribuit, quia maiorem affectionem & amorem uobis ostendere nequibat, quam exponendo pro uobis uitam, qui facti fuistis inimici sibi pariter & mihi patri æterno. Hoc ignorare uidetur homo peccator, qui me ualde offendit, atq; tale precium nimis uilipendit. Vobis etiam exhibuit optimã humilitatis ueræ regulam, quoniam humiliatus est usq; ad mortem uilissimã ob probriosæ crucis: Exemplum etiam uilitatis ex eo quia sustinuit obprobria & improperia multa. Itẽ exemplũ ueræ paupertatis, ut iã dictũ est. Vnde dixit ipsemet in euangelio: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Quis agnoscit ista? Ille qui lumen habet fidei sanctissimæ. In quibus inuenitur ista fides? In pauperibus, q̃ sunt spirituali paupertatis intentione, q̃ reginã istam, uidelicet paupertatem, in spõsam acceperunt: q̃m a se remouerunt uanas diuitias, quæ tenebras infidelitatis inferebant. Ista regina regnum habet in quo nunq̃ est aliqua guerra, sed iugiter est ibi pax & tranquillitas: abundat ibi iustitia, quoniam illud q̃ iniustitiam operatur, separatũ est ab ea. Muri suæ ciuitatis ualde fortes existunt, ex eo, quia non sunt in terra molli in arena fundati, ut omnis aura possit eos aĕ

terrā deñeeret sed sup firma petra, uidelicet Iesu Christo filio meo, ibi lux est absq; tenebris est etiā ignis absq; frigore: ga mater istius egregiæ reginæ, diuinæ charitatis est abyssus. Ornamentū huiusmodi ciuitatis est humana pietas, atq; clementissima misericordia, qm̄ expulsus est ab ea tirannus ille diuitiarū, q crudelitatē habebat. Ibi est omniū ciuium urbana benevolentia, uidelicet amor omniū ꝓximorū. Ibi longa perseuerantia cum prudentia: unde ciuitas non imprudenter, imo prudentia uigilicq; custodia gubernat, propter q̄ uidet aperte, q̄ aīa q̄ sumit huiusmodi reginā in sponsam, oñibus diuitiis dominatur. Neq; potest esse istarū domina, nisi dominetur etiā diuitiis æternis tui de tñ ne mors, uidelicet appetitus diuitiarū subintraret animam illam: tunc enim ab illo bono separata foret, & extra ciuitatē ipso facto se repiret in summa miseria. Si uero est isti sponsæ fidelis, ubiq; semp ei donat huiusmodi suas diuitias. Quis autem uidet tantam excellentiam? uidet anima quæ fidei lumen habet: & ista sponsa, sponsum suum, idest hominē: & cepit induū mirabili puritate, diuitias uanas auferendo sibi, quæ faciebant ipsum immundum, & priuat eum conuersationibus malis, & exhibet ei bona: priuat eum inertia negligentiæ, atq; mundi solicitudinem eiicit à se: priuat eum amaritudine diuitiarum uitæ præsentis, & cum dulcedine remanet. Spinæ præciduntur, ipsa uero conseruatur in pulchritudine sua. Animæ stomachum euacuat à corruptis humoribus amoris inordinati, & facit ipsum exoneratum atq; leuem, quo prius euacuato, postea cibo uirtutum implet, quæ suauitatem inæstimabilem exhibent. Ei duos ordinat habere seruitores, qui bene disponant habitationem eius, uidelicet odium & amorem. Odium autem uitiorum, atq; propriæ sensualitatis, purgat animam ab omni sorde: sed amor uirtutum ornat eā, & priuat ipsam omni dubitatione, atq; timore seruili, ei securitatem exhibendo, cum timore sancto. Et in effectu uirtutis omnes atq; gratias, complacentias & solacioſas delectationes inuenit anima quæ reginam istam egregie paupertatis assumit in sponsam. Nullo modo metuit habere molestiam. Eo quia nullus est qui faciat ei bellū. Nō timet etiam habere famē siue penuriā, qa fides uidit & sperauit in me creatore suo, unde procedunt omnes opes, cum diligētissima prouidētia iugiter eos alo, & ubiq; nutrio. Nunquid unq̄ audisti uel uidisti q̄ aliquis fidelis seruus meus & huiusmodi sponsus paupertatis alicubi fame periret? Non: cum tamē inuenti sint plurimi qui perierint in suis multis diuitiis, nō in me confidentes, & ideo perierunt. In istis uero pauperculis meis ego nunq̄ deficio, qm̄ ipsi nunq̄ in me sperare deficiunt. Et ideo ueluti pater pius atq; benignus eis in defesse prouideo. O cum q̄to gaudio & animi libertate uenerūt ad me, quia nouerūt cum lumine fidei q̄d a principio usq; ad ultimum diem uitæ præsentis usus fui, utor & utar in futuro, in omnibus prouidētia mea, spūaliter & tpaliter. Tamen aliquā do permitto q̄d ipsi plura tolerent, ut alias tibi dixi: quia uolo q̄d in fide crescant & in spe, de suis laboribus plenissime remunerandi. Nunq̄ tamen eis in sua necessitate deficio. In totum experti sunt abyssum prouidentiæ meæ, ibiq; lac diuinæ dulcedinis degustant: ideo minime timent amaritudinem corporeæ mortis, imo cū anxio desiderio currūt ad eam, ueluti iam propriæ sensualitati mortui: & etiam quo ad istas uanas diuitias, & tanq̄ philocapti spōsum uerę paupertatis fuerunt feruenter amplexantes: in uoluntate mea quotidie uiuentes, ad omnia parati sustinere, calores & frigora, nuditatem, famem atq; sitim, derisiones & contumelias, imo etiam mortem cū anxio desiderio dandi uitam amore mei, qui sum eorum uita, & sanguinem amore sanguinis. Attende pauperes apostolos & alios martyres gloriosos, Petrum, Paulum, Stephanum, atque Laurentium, qui non apparebat esse supra ignem, sed super floribus odoriferis & iucundis, & quasi cum tyranno ludendo dicebat: Assasti una parte, uerte aliam, & manduca. Cum igitur ingenti diuinæ charitatis igne, prauum extinguebat animæ suæ sensum. Lapides uero Stephano uidebantur esse rosæ. Quis erat in causa? Verus amor, cum quo sumpserant istam reginam uerę paupertatis in sponsam, cum uniuerso orbem amore mei reliquissent.

Ipsam

ſpam ergo diſpenſauerunt cum lumine ſanctiſſimæ fidei, cum firma ſpe ac obedi/entia prompta, realiter obedientes conſili is atq; præceptis unigeniti filij mei, mentaliter atq; actualiter. Mortem optabãt, & uitam habebant cum diſplicentia, & impatientia: non ut laborẽ effugerent, imo ſolum ut mihi, qui ſum finis, fideliter uirentur. Et quare non timebant mortem, quam omnis homo naturaliter metuit? Quia ſpõſa ueræ paupertatis aſſecurabat eos, auferendo eis totaliter amorẽ proprij corporis, & omnium diuitiarũ orbis. Vnde cum uirtute conculcauerunt atq; debellauerunt amorem naturalẽ habito lumine & amore diuino ſupernaturali. Et quomodo poterit homo qui eſt in tali ſtatu dolere de morte ſua corporea, qui deſiderat amittere uitam, imo cũ amara pœna tolerat eam ita prolixam: aut quomodo in aliquo dolere poterit amittendo ſeculi diuitias, quas affectuoſiſſime iam diu cum tanto deſiderio cõtempſit? hoc abſq; dubio non eſt ualde magnum. Nam ille qui non amat, non dolet: imo delectatur amittendo rem quã odit. itaq; undecunq; te uerteris, in eis inuenies optabilẽ pacẽ, & eos habere requiem, & omne bonum. In illis uero miſeris q poſſident huiuſmodi ſeculi diuitias amore tam inordinato, innenies pœnas intolerabiles & omne malum, quamuis in exteriori aſpectu uideat eſſe contrarium: ſed in rei ueritate ſic eſt. Quis enim non iudicaſſet quod Lazarus extitiſſet in ſumma miſeria, & ille diues dãnatus in iocundo gaudio & in magna gente fuiſſet? Et tamen ita non erat, quia pœnam ampliorem habebat ille diues cum abundantia ſua temporali, quam ille pauperculus Lazarus à lepra cruciatus: ex eo quia in Lazaro mortua erat uoluntas propria, & in me uiuebat, qui ſibi dabam in pœna refrigerium atq; conſolationem: in diuite uero ſua uoluntas uiuebat, unde procedebat omnis pœna. Cum ergo Lazarus expelleretur ab hominibus, & præſertim ab illo diuite damnato, nec haberet extergentem uulnera ſua, uel in aliquo ſibi prouidentem, ego prouidebam quod animal irrationale lingeret eius ulcera. Et in ultimo uitæ ipſorum uidetis cum lumine fidei Lazarum in gloria, & illum diuitem in inferno cruciari. Itaq; diuites in triſtitia multa permanent, pauperculi uero mei ſtant in ſancto gaudio. Ego g/dem eos iuxta pectus meum habeo & cõ/ſeruo, lac eis exhibendo multarum conſolationum, qm̃ amore mei dereliquerunt omnia totaliter: ideo me totum habent ad poſſidendum. Spiritus ſanctus ita loquendo ſe nutricẽ facit, gubernando corpus & animam ipſorum, in quocunq; ſtatu fuerint. Etiã ab animalibus brutis ego prouideri facio diuerſimode, ſecundũ indigentiam eorum, pro ſolitarijs egrotis ordino quandoq; quod alius in heremo ſolitarius uadat ad eos uiſitandos atq; gubernandos. Tu quoq; noſti quod pluries ego te coegi contra conſuetudinem tuã egredicellam, ut in neceſſitate ſubuenires pauperculis egrotantibus: hoc idem in te manifeſte probaſti de prouidentia mea. Dũ enim à creatura in tua neceſſitate ſubſidium non haberes, ego creator ilico prouidi mirabili modo. Igitur ego nunquam in me uere ſperantibus in aliquo deficio, ſed gratioſe prouideo. Et unde procedit q̃d homo quandoq; ſtans in delicijs cum pannis multis & in magna cura proprij corporis, habendo quotidie cibaria delicata, continue tum erit infirmitate grauatus. Poſtquam autẽ amore mei ſe contempſit & amplexatus eſt uoluntariam paupertatem, unico ueſtimento ſibi reſeruato ad cooperiendam corporis nuditatem, ipſe idem efficitur etiam corpore ſortis atq; ſanus, & non uidebitur quod aliquid ei noceat, neq; comprehendetur quod illi corpori ſuo detrimentum aliquod inferant frigora ſiue calores, uel alia cibaria groſſa. Totum hoc à prouidentia mea procedit: quia de illo curam habere cepi qui mihi de ſe totaliter curam cõmiſit, omnino derelinquendo ſemetipſum. Ergo dilectiſſima filia uides aperte in quanta requiẽ/ſiſtant hi peramabiles pauperculi mei.

Repetitio ſummaria de prædicta prouidentia diuina.

Cap. cliij.

NArraui tibi filia mea chariſſima nũc aliquam particulam de prouidentia mea in omni manerie gentiũ, oſtendendo q̃d à principio q̃ mundũ primũ ego creaui, & poſtea ſecundum, uidelicet hominẽ ipm̃ ad imaginẽ meã & ſimilitudinẽ creãdo, uſq; ad ultimũ finẽ, ego ſum uſus iſta

prouidentia mea, & omnia quæ feci, facio & faciam, accedunt atq; proficiunt ad salutem uestram: quia uolo sanctificationē uestrā, & omnia quæ tribuo uobis, ad istū finem exhibeo. Hoc iniqui non uident, quia sibimetipsis lumen abstulerunt. Et iam tibi dixi, q̄d quia non agnoscunt, in me scandalizantur. Tamen ego eos pacienter tolero, expectans eos usq; ad ultimum, procurando & prouidendo necessitatibus eorū, qui sunt p̄ctōres uelut & iustis, in tēporalibus & spūalibus. Item aliqua tetigi pauca de diuitiarū imperfectione, & ad quā miseriam illum adducunt qui possidet eas affectu inordinato. Et tibi dixi de paupertatis excellentia, & de diuitiarū abundantia quam ipsa paupertas animæ tribuit, eam in sponsam eligenti: ipsa quidem sociata est cum sorore utilitate, de qua utilitate una cum obedientia tibi dicam aliqua. Iterum ostendi tibi quantum mihi uirtus illa placet, & quō tibi prouideo paterna ꝓuidentia mea. Totum hoc tibi narraui pro commendatione tantæ uirtutis, atq; sanctissimæ fidei, cum qua peruenit anima ad hunc excellentissimum statum, & ut in fidei spe facias augmentū, & ut pulsare non desinas ad misericordiæ meæ ianuam. Crede fideliter uiua fide, quia desiderium tuum, & aliorū seruorū & amicorum meorū adimplebo, cū tolerantia multorum laborum usq; ad mortem. Tu uero confortare uiriliter, & exulta in me, qa sum in omnibus defensor atq; consolator tuus. Nunc ergo tibi loquendo satisfeci, super prouidentia de qua me rogasti, dicēdo ꝙ ego necessitati meæ creaturæ benigne prouiderem: & aperte nouisti ꝙ ego minime cōtēno sancta desideria uerā.

Qualiter hæc anima post gratiarū actiones dñm humiliter exorat, ut ei loquatur aliqua de obedientiæ uirtute. Cap. clxiij.

HAec aīa deuota tunc uelut ebria, admirabili modo philocapta de ꝓa sancta atq; paupertate, dilatata in summa & æterna magnitudine, atq; transformata in abyssum ineffabilis atq; excellentissimæ ꝓuidentiæ, taliter, ꝙ existēs in uase corpis, extra corpus ei uidebatur esse, ꝓpter obūbrationē atq; rapinā quā in ea fecerat ignis æternæ charitatis, oculū intellectus infixū habebat in diuina maiestate, dicēdo summo & æterno patri: O pater æterne, o ignis abyssi uerę charitatis, o ętèrna pulchritudo, o æterna sapientia, o bonitas æterna, o æterna clementia, o spes atq; refugium p̄ctōrū, o largitas inæstimabilis, o bonū infinitū & æternū. O fatue ꝓpter excessiuū amorē, nunquid indiges aliqua creatura tua? Mihi uidetur ꝙ egeas, eo ꝙ facis ac si uiuere nō ualeres absq; illa. cū tu sis uita ex qua uiuunt oīa, & sine q̄ nihil oino uiuere potest. ꝓpter qd igit es taliter infatuatus in creatura tua? Quare uelipa fuisti philocaptus, & in temetipso tibi cōplacuisti, & ita delectatus fuisti de illa, & uelut ebrius & auidus ualde suā salutē optas & admirabili modo q̄ris. ipsa uero fugit. Tu ei propinquas, & ipsa semetipsam elōgat. Propinquus eī uenire nō poteras, q̄ induēdo uerbū tuū hūanitate nostra. Quid ultra dicā? Faciā ueluti balbutiens, & dicāta, a, a, ga nescio qd ultra loq; possim, ex eo ꝙ lingua finita nō ualet exprimere q̄d aīa sentit & cognoscit, nec affectus eius infinite desiderātis te bonū infinitū, mihi cōgrue uidetur ꝟbū B. Pauli dicere posse: oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascēdere ūt q̄ uidi, & q̄ deus ꝑparauit diligentibus se. Sed q̄ uidisti? Vidi arcana dei, q̄ nō licet homini loqui. Et qd dicis? Proculdubio nō attingo cū his grossis atq; carnalibus sensibus. sed tū dico ꝙ uidisti atq; gustasti aīa mea summæ ac æternæ ꝓuidētiæ stupendū abyssum. Nunc ergo tibi gratias ago summo & æterno patri, super immensa bonitate tua, mihi miserabili demonstrata, q̄ quacunq; gratia sum indigna. Sed quia nouī quod acceptas libenter & impleas anxia & sancta desideria, neque ueritas tua mentiri potest, opto quod aliqua mihi pādas de uirtute obediētiæ, atq; de ipsius excellentia, ueluti tu mihi pater æterne promisisti, ut ipsius amore iugiter inardescā, & nunquam ab obdientia tua discedam. Placeat ergo maiestati tuæ mihi de sua p fectione narrare, ac ubi possim illam inuenire. Et quid est illud quod possit eam à me auferre, & econuerso quid est illud quod præbeat mihi illam.

Et quod est apertum signum mihi demonstratiuum ut illam habeam uel non.

Hic

Hic incipit tractatus Sextus, obedientiæ. ſ. Et primo ubi obedientia reperitur, & quid eſt quod à nobis aufert eam, & q̃ eſt ſignum quod homo habeat illam.

Cap. cliiij.



VNc æternus, pius atq; benignus pater, oculũ ſuæ clementiæ uertit ad eam, dicens: dulcis atq; chariſſima filia, ſancta deſideria & iuſtę petitiones exaudiri merentur. Et ideo ego ſumma ueritas mea promiſſa tibi facta complebo, ſatisfaciendo deſiderio tuo. Tu petis à me, q̃ dicam ubi poſſis obedientiam inuenire, & ob quam cauſam tu poteſ eã amittere, & q̃ eſt aptum ſignũ q̃ illam habeas uel non. Primo reſpondeo tibi q̃ illã inuenies ualde pfecto modo in dulci & amoroſo uerbo unigenito filio meo, & in ipſo fuit. iſta uirtus ita prompta, q̃ ut illã opere perficeret, uelociſſime cucurrit ad mortẽ obprobrioſæ crucis. Si uis uidere quid aufert illã, attende primũ hominẽ Adam, & uidebis apte cauſam ꝓpter quam amiſit obedientiam, q̃ ego pater æternus impoſueram ei: quæ proculdubio ſuperbia fuit & egreſſum habuit & ortum ab amore proprio & à complacentia ſocię ſuę. Iſta cauſa fuit ꝓpter obedientiam q̃ amiſit, & inobedientiã quam incurrit, unde pdidit uitam gratiæ & mortẽ inuenit: amiſit innocentiam, & ilico cecidit in immunditiam atq; miſeriã, nec ipſe ſolũ modo, imo & uniuerſum genus hominum, ut aliqñ tibi dixi. Signũ uero demonſtratiuũ utrum hanc uirtutem habeas, eſt uera patientia: & econuerſo tibi demonſtrat impatientia, quod ipſa uirtute careas: unde narrando tibi de prædicta uirtute, cognoſces ſic aperte eſſe. Sed aduerte q̃ duplex eſt obedientia: una quippe bona, ſed alia pfecta: non tamen ſunt adinuicem ſeparatæ, ſed unitæ, ſicut ego dixi de præceptis atq; cõſilijs, q̃ unum uidelicet eſt bonum, & aliud perfectum. Nullus omnino poteſt in uitam æternam ingredi, niſi tantum obedientia mediante. Nam cum obedientiæ clauſi fuit aperta paradiſi ianua, ſicut per inobedientiam Adæ clauſa fuerat. Ego uero conſiderans hominem quem ita diligebam eſſe fine priuatum ad quem eum in tanta dignitate creaueram, & q̃ ad me redire per ſe nullo modo poterat, inductus atq; coactus ab inæſtimabili benignitate mea, claues obedientiæ ſanctæ recepi, & in manibus unigeniti filij mei poſui, & conſignaui, & ipſe uelut portionarius fideliſſimus & egregius ianuam cælorũ aperuit: unde nullus omnino poteſt ianuã ipſam ingredi niſi ſolũ ille cui portarius iſte cum tali claue uoluerit aperiet quia patenter in euangelio dixit, quod nemo poterit ad me uenire niſi p eum. Ipſe uero uobis reliquit huiuſmodi clauẽ dulcem obedientiæ, quando rediens ad me cum palma uictoriæ cælos aſcendit, hominũ deſerendo conuerſationem. Et ille tũc ipſam clauem uicario ſuo commendauit, uidelicet papæ, q̃ cõgrue dici poteſt Chriſtus in terra, cui omnes eſtis obligati uſq; ad mortem obedire. Si quis autem ab obedientia ſua ſe fecerit alienum, indubitanter eſt in ſtatu damnationis, niſi ſe correxerit ante mortem, prout alias ego tibi dixi. Nunc uolo quod tu uideas & agnoſcas hanc uirtutem excellentiſſimam in humili & immaculato agno, & unde p̃cedit in eum. Si petis à me unde proceſſerit, obedientia tam prompta in hoc uerbo filio meo? proculdubio noueris, quod ab amore quem habuit ad honorẽ meum & ad ſalutem ueſtrã egreſſa fuit. ſed amor ille ſuus unde proceſſit? A lumine claræ uiſionis, cum qua uidebat aperte anima ſua diuinã eſſentiã atq; trinitatem æternã. Itaq; quotidie me deum æternũ uidebat. Iſta quidem uiſio perfectiſſime operabatur in eo fidelitatem illam quam imperfecte ſanctiſſimę fidei lumen operatur in uobis. Ideo mihi patri ſuo æterno fideliſſimus extitit, unde cucurrit cum lumine glorioſo ueluti philocaptus per uiam obedientiæ. Amor uero non eſt ſolus, imo ſociatus eſt ab omnibus uirtutibus realibus. omnes enim uirtutes uitam hauriunt ab amore ueræ charitatis, quanquam uirtutes aliter eſſent in eo & aliter in uobis. Inter alias amor ipſe habet uirtutem iunctæ patientiæ, quę medullũ eſt eius, & eſt ſignum apte demonſtratiuũ utrum anima ſit in gratia, & ſi diligit in ueritate uel nõ. Et ideo mater uirtutũ. i. charitas aſſignauit eã in ſororẽ uirtuti obedientię, & eas inuicẽ ita copulauit & uniuit, q̃d una nunquam amittitur ſine reliqua, uel ambas habetis uel ambas amiſiſtis.

Ista uirtus habet uirtutem humilitatis in nutricem, a qua quotidie nutritur: unde tantum est aliquis obediens quantum est humilis, & tantum est humilis quantum obediens. Hæc humilitas est nutrix & baiula charitatis, & ideo lac eiusdem uirtuose fouet atq; nutrit uirtutem obedientiæ. Vestis uero quam habet ab ista nutrice sua, est uilipēsio sui, quæ fit semetipsam obprobrijs induendo, displicendo sibi, ut amplius mihi placeret ualeat. Et hoc in quo si ue ubi clarius ubi clarius inuenitur? In ipso dulci Iesu filio meo. Quis enim amplius semetipsum uilipendit atq; contempsit q̄ ipse? Saturatus est obprobrijs, derisionibus, atq; contumelijs: displicuit illi uita sua corporea, ut mihi placeret. Quis enim amplius illo patiens extitit? Nam ex ore suo nunq̄ auditus fuit clamor ex aliqua murmuratione: sed ualde pacienter amplexatus iniurias, ueluti philocaptus, obedientiam impositam ei per me eius patrem æternum implenit. Igitur in eo perfecte reperies eam. Ipse uobis huiusmodi regulam atq; doctrinam dimisit quā in se primo seruauit: ipsa uobis uitam exhibet, qm̄ est uia directa. ipse uobis est uita, & ideo uobis aperte dixit in euangelio q̄ erat uia, ueritas & uita, & qui per eam ambulabat erat in luce, & qui uadit in luce, nō offendit nec offenditur quin aduertat, qm̄ abstulit a se tenebras amoris proprij, unde præcipitabatur ad inobedientiam, quia sicut iam dixi, consolatio unde procedit obedientia, est indubitanter humilitas. Ita dico tibi q̄ a superbia procedit inobedientia, quæ procedit ab amore proprio sui. Soror quæ consignatur ab amore proprio inobedientiæ, certitudinaliter est impacientia. Superbia uero nutrit eam, & cū tenebris infidelitatis uelocissime curtit p uiam tenebrosam, unde recipit & inuenit æternam mortem. Omnes enim uos oportet ex necessitate legere super isto glorioso libro, ubi scriptam inuenietis hanc, & omnem aliam uirtutem.

Qualiter obedientia clauis est qua cœlum aperitur, atq; de suis excellentijs.

Caput clv.

Postq̄ ostendi tibi ubi uirtutem hanc obedientiæ potes inuenire, unde uenit, & quæ sit eius consocia, & a quo nutritur: modo loquar tibi de personis obediētibus, & insimul de cæteris inobedientibus, atq; de generali obedientia & particulari, uidelicet de obedientia p̄ceptoꝝ, & de aliaconsilioꝝ. Tota fides uestra fundatur in obedientia: nam in obedientia demōstratis uos esse fideles. Posita q̄ppe sunt a mea ueritate q̄naliter in lege præcepta, quæ debetis omnes obseruare: quoꝝ est principale ut me super omnia diligatis, & proximū uelut uosmetipsos: & ista sunt una cū alijsita connexa pariter & unita, q̄ unum obseruari nō potest nisi cætera seruentur, nec etiam unū omitti potest, quin etiam omittantur alia. Si quis ista duo seruauerit, etiam alia seruat, & est mihi fidelis atque pximo suo. Me diligit, & in meo charitatis amore consistit, & ideo est obediēs, & facit semetipsum esse subditū legalibus præceptis, atq; proximo, propter me. Ea pacienter & cū humilitate tolerat, & omnem laborem siue proximi detractionē. Hæc obedientia fuit excellentiæ tantæ q̄ omnes ab ea gratiam attraxistis, uelut ab inobedientia mortem extraxistis. Nō tamen uobis usque quaq; sufficeret, si solum modo fuisset in uerbo prolis incarnato, & non inueniretur in uobis. Iam ego dixi tibi q̄ est illa clauis q̄ cœlū aperuit: quam clauem in manu uicarij sui dereliquit atq; cōmendauit. Ipse quoq; uicarius in manu cuiuscunq;, percepto baptismo, ubi sponte permittat, diabolo & ipsi mundo cum omnibus pompis eius in ueritate renunciare, ponit & exhibet, & obedire promittens, accipit huiusmodi clauē obedientiæ. Itaq; quilibet habet in particulari, & est eadem ipsa clauis uerbi. Si q̄s autem non ambularet cum lumine fidei, & cum manu amoris ad aperiendum istā ianuam æternæ uitæ cum ista claui, nūq̄ intrare poterit nō obstante q̄ ab ipso uerbo meo fuerit aperta. Qm̄ ego creaui uos absq; uobis, ex eo q̄ me nō rogastis, nam uos amaui priusq̄ essetis: sed non decreui saluare uos absque uobis. Oportet igitur uos in manu clauem huiusmodi portare: neq; sedere debetis, sed ambulare, uidelicet ambulando per uiam incarnatæ ueritatis, imitando uirtuose doctrinam eius. Non em̄ ut iam dixi sedere debetis, uidelicet in re finita ponendo uestrum affectū, ut agunt aliqui stulti, qui sequuntur ueterem hominem, uidelicet Adam, facientes

ut

ut ille fecit, qui prolecit obedientiæ clauem in lutũ immunditię, cõterendo eã cũ malleo ſubię. Inſup & eam rubiginauit amore proprio mediante, niſi q̃ ex quo uenit unigenitus filius meus, huiuſmodi clauẽ obedientię tenẽs in manu, purificauit eã in igne diuinę charitatis, atque de luto traxit eã, & in ſanguine ſuo perfectiſſime lauit cũ gladio ſiue malleo iuſticię, direxit eã fabricando ueſtras iniquitates in incude ſui ſacrati corporis: ipſe reparauit ita perfecte, q̃ quotieſcunq; quilibet homo clauẽ ſuam ex arbitrio libero deſtrueret, ipſe poteſt eodẽ arbitrio libero mediante cũ gratia mea eiſdem inſtrumentis ualde bene reaptare. O miſer, & q̃ excęcatus homo, quia poſtq̃ obedientię clauem ita deſtruxiſti, etiã omittis illã iuxta poſſe reaptare. Nunquid exiſtimas q̃ inobedientia quę cęlũ obſeruauit Adę, illud tibi poſſit aperire? Putas q̃ ſuperbia quę fuit inde, illuc poſſit aſcẽdere? Credis cũ turpi & lacerato ueſtimento ad nuptias introire? Nunquid exiſtimas ſedendo atq; ligando temetipſum uinculo peccati mortalis ambulare poſſe, uel abſq; claui portam aperire poſſe? Non imagineris ita perficere poſſe, quia deceptus es in hac imaginatione. Oportet ergo te eſſe ſolutũ. Egredere de peccato mortali per contritionẽ cordis, oris humilẽ cõfeſſionem atq; ſatisfactionẽ operis, cũ propoſito uitã emendandi, & ultra non offendendi, & iſto modo uilipendes & erues & ad terram ęjcies uituperabile ueſtimẽtum, atq; cũ ueſte nuptiali curres uelociſſime portando cũ lumine clauẽ obediẽtię in manu, ad aperiendũ ianuã: liga liga clauẽ iſtã cũ funiculo utilitatis in ueritate, contẽnendo teipſum atq; mundũ, & illã apprehende ſancto deſiderio cõplacẽdi mihi creatori tuo, de qua tibi debes facere unum cingulũ, quo te fortiſſime cingere debes, ut nunq̃ illam amittere ualeas. Noueris amantiſſima filia, q̃ aliqui ſumpſerunt clauem obedientiæ, quia clare uiderunt cũ lumine fidei, q̃ alio modo nequeunt euadere dãnationẽ ętern ã, ſed eam in manu retinẽt abſq; tali cingulo, quo debent eſſe cincti, & abſque funiculo predicto, uidelicet quia perfecte non induunt huiuſmodi deſiderium complacendi mihi, ſed ſibimetipſis affectuoſiſſime placent, & funiculũ utilitatis ibi non appẽderunt, uidelicet optando reputari uiles, imo potius optãt habere laudes ab hominibus. Iſti ſatis aptiſũt ad amittendum clauem iſtam, dum aliquis eis moleſtus labor uel aliqua tribulatio mentaliter ſiue corporaliter occurrat, & niſi diligenter aduertant, faciliter eam ex toto perdere poſſent, ſi ſanctum deſiderium cum tempore, negligerent. Dum tamen uiuunt eam inuenire poſſunt, ſi uelint, ſi uero uelle non curat, nunquam eam inueniunt. Sed quis eis patefaciet, q̃ eam amiſerint? Impatientia, quia patientia erat unita cum obedientia. Dum ergo quis non eſt patiens, oſtenditur aperte, quod obedientia non eſt in anima. O quantum eſt dulcis atq; gloriosa uirtus iſta, ſcilicet obedientię, in qua cęteræ uirtutes exiſtunt ex eo, q̃ a charitate concepta fuit & exorta. In ea fundata eſt petra ſanctiſſimæ fidei, ipſa eſt una regina ditiſſima, nã ille cui deſpõſata fuerit omnibus bonis abũdat, & nunq̃ aliqua mala ſentit, imo quotidie pacẽ atq; quietẽ habet, unde procelloſi maris inundationes minime ei nocent, ex quacunq; tempeſtate ſua. Medullũ animę nõ ſentit ôdiũ undæ tẽpore percęptæ iniuriæ, qa uult obedire. Nouit enim eſſe ſibi prȩceptum, ut indulgeat omnibus. Nõ habet aliquã amaritudinem, q̃ is eius appetitus minime repleatur, quoniam obedientia fecit eũ ordinare, ut ſolummodo me deſideret, qui poſſum & ſcio & uolo perficere ſua deſideria. Et expoliauit eũ omni mũdana lætitia, & ſic in omnibus inuenit pacificã quietem, quicunq; fuerit ille, q̃ reginam iſtam aſſumpſit in ſponſam, uidelicet obedientiam, quam tibi poſui tanquam clauẽ. O dulcis obedientia, quæ ſine labore nauigas, abſq; periculo peruenis ad portum uerę ſalutis. Tu habes conformitatem in omnibus cum uerbo filio meo dilectiſſimo. Tu aſcendis in nauiculam ſanctiſſimę crucis, omnia diſponis uoluntarie ſuſtinere, ne prætereas obedientiã huius gloriosi uerbi, uel a ſua doctrina deuies. Tu tibi facis ex illa menſam unã, ubi cibum comedis animarum, in proximi charitate iugiter immorando. Tu es humilitate uera perfecta, & ideo bona proximi tui non appetis extra uoluntatem meam. Tu es utique recta ſine curuitate quacunque, quia facis cor eſſe ſimplex atque rectum, & nullo modo fictũ, libere diligendo proximum, & nõ ficte, ſiue cum ſimulatione. Tu es uelut aurora, quę tecum adducis diuinæ gratiæ lumen. Tu es uelut ſol, quia calefacis hominem qui tecum habitat, ex eo quia nunquam es abſque calore charitatis. Tu quotidie germinare facis terram, uidelicet quod inſtrumenta corporis & animæ producunt omnia fructum, qui uitam impendit in ſe, pariter & in proximo ſuo. Tu es ex toto iocunda, quia tua facies in nullo turbatur ex impatientia, ſed eſt ualde grata, cum dulci placabilitate patientiæ. Serena quidem es ex fortitudine, inſuper es in te magna cum longa perſeuerantia, & adeo longa ſiue magna, quod occupas terram uſque ad cœlum, quia cum ipſa cœlum aperis.

Tu es uelut una preciosa margerita, sed absco
dita, & a multis incognita, & a mundo concul
cata, dum temetipsam uilipendis, & in omni-
bus uilem te facis, & exaltas tuas pias creatu-
ras. Tanta quidē est illa dominatio tua, qꝫ ne-
mo tui dominari potest, quoniam egressa est
totaliter a seruitute mortali proprię sensualita
tis, quæ tibi tuam auferebat dignitatē, hoc ini-
mico tuo perempto cum odio atq; displicen-
tia tui, atq; propriæ complacentiæ tuam tenui
sti atq; rehabuisti dignitatem.

Hic loquitur insimul de miseria inobedien
tium, & obedientium excellentia.

Caput clvi.

HAec omnia charissima filia mea bonitas
agit, quæ grātiose prouidit, qꝫ uerbum
unigenitus uidelicet filius meus, clauem istā
obedientiæ saluberrimæ repararet, ut iam di-
xi. Homines mundani omni uirtute nudati, fa
ciunt oppositū. Ipsi sunt uelut animalia bruta
sine fræno, q carēt obedientię freno, & ita cur-
rētes uadūt de malo in peiꝰ, de peccato in pec
catū, de miseria in miseriā de tenebris in tene
bras: de morte in mortem: donec adducātur
ad foueā extremitatis ultimę mortis, cū uerme
cōsciētiæ, qui semp eos cōsumēdo rodit, & q-
uis adhuc ipsi possint obedientiā resumere, uo
lendo uidelicet obedire præceptis in lege scri
ptis, habentes tempus amaro corde dolentes
ex eo qꝫ inobedientes extiterunt, tñ est ualde
difficile propter longā peccandi consuetudi-
nē, & ideo nullus ita differendo confidat, qa
ualde periculosum est huiusmodi clauē obedi
entię uelle tēpore mortis assumere, in tāta extre
mitate licet possit, imo debeat in me quotidie
sperare donec est in uita presenti, tñ ut dixi, di
ferimi nosum est unicuiq; differre uitam mor
dinatam emendare expectando tēpus qđ non
habet, nec est in potestate sua, & perdendo tē-
pus ei gratiose concessum. Sed quidem est in
cāusa huius detrimenti & huiusmodi cæcitatis
eorū: s. qꝫ non cognoscunt huiusmodi thesau-
rum. Procul dubio nubes propriꝫ amoris cum
miserabili superbia, quia discesserunt ab obe-
dientia, & ad inobedientiam inciderunt. &
quia non sunt obedientes, ideo neque sunt pa-
tientes, ut est supradictum, & in sua impatien
tia pœnam habent intolerabilem, unde sunt a
uia ueritatis abstracti, & per uiam falsitatis
atque mendaciꝫ deducti, serui & amici dæmo-
nium effecti, & nisi se correxerint, una cū do-
minis eorum, uidelicet dæmonibus, quo-
rum dominium acceptare uoluerunt, cum hac
inobedientia sua festinant ad ęternum supplī
cium, prout econuerso dilecti filiꝫ legis obser
uatores & obedientes exultant, & inestimabili mō
gaudent in æterna uisionē mea, cum hu-
mili & immaculato agno, factore, seruato
re atq; donatore legis, qꝫ eam in uita præ-
senti seruando gustauerunt pacem, & in
uita beata recipiunt & induunt pacem p
fectissimo modo: ubi est pax uera absque
guerra quacunq;, & omne bonum, absq;
malo, sine molestia cuiuscunq; rei, certa se
curitas absq; timore, infinitæ diuitiæ sine
paupertate, satietas absq; fastidio, fames
absq; pœna, lux absq; tenebris, unū sum-
mum & infinitum bonū, & nullo modo
finitum: qđ utiq; bonū est in ueritate par-
ticipatum in oīnibus ueris gustatiōibus.
Quis hominem in tanto summo gaudio
collocauit? Sanguis agni, in cuius uirtute
clausis obedientiæ fuit a rubigine purgata,
ut cum illa possitis ianuam aperire. Indu-
bitanter igitur obedientia uirtute sangui
nis ipsam ianuam aperuit. O stulti & in-
sensati, non differatis ulterius egredi de lu
to pctōꝝ & immunditiaꝝ, quia uidetur
nos ualde iocūdare facere uelut porcus in
fœtenti luto se circunuoluens, ita facitis &
uos in luto carnalitatis. Ergo relinquatis
iniustitias, odiū, homicidia, rancores, de-
tractiones, murmurationes, iudicia teme
raria, crudelitates erga proximum, furta,
mendacia, proditiones, & inordinatas
cōplacentias diuitiarum uitæ præsentis.
Præcidite cornua superbiæ: si enim illa p
cidetis, extinguetis odium quod in corde
tenetis aduersus illum qui uobis infert in-
iuriam. Metimini diligenter iniurias qs
irrogatis mihi, & uestro proximo, cum il
lis quæ fiunt uobis, & inuenietis in cōpa-
ratione uestraꝝ iniuriaꝝ quibus offendi-
tis me pariter & proximum uestrum, qđ
iniuriæ factæ uobis ueluti nihil appare-
bunt. Vos aperte uidere potestis & agno-
scere, qa dum estis in odio cum proximo ue
stro, uos mihi facitis iniuriā, ex eo qa trā
gredimini & contemnitis aperte præce-
ptum meum, & insuper offenditis illum,
uos affectu charitatis exuentes atq; priuā
tes. Iam em̄ habuistis in mandatis, ut me
super omnia diligatis, & proximum uelut
uosmetipsos, ubi nō fuit addita glossa siue
postilla, dicens Nisi tibi fecerit iniuriam.
Imo fuit à mea ueritate dictum absolute:
q perfectissime prius in semetipsa seruā-
uit, & ita simpliciter & pure uos quoq; ser
uare debetis. Si uero non seruatis, uobis-
metip-

metipſis, & animę ueſtrę infertis detrimẽtũ, uita gratię priuantes illam. Sumatis ergo. Sumatis obedientiæ clauem cũ lumine fidei, nec ambuletis ultra cum cęcitate tali, neq; cum huiuſmodi frigida tępiditate, imo cũ feruore charitatis hãc obedientiã in corde teneatis & opere, ut una cum obſeruationibus legis in fine gaudeatis ęterna fælicitate.

De his qui tantum amãt obediẽtiam, q̃ nõ ſunt contenti de generali obedientia mandatorum, imo ſumunt aliam obedientiam particularem.

Caput clvi.

FIlia chariſſima, nouerís eſſe quoſdã in quibus taliter excreſcit amor uerſus hanc obedientiam amabilẽ, q̃ nolunt eſſe contenti ſub obedientia generali præceptorum legis, quibus omnes eſtis obligati, ſi uultis habere uitã, alias in mortem incideretis æternam, unde ſequendo perfectionem, aſſumunt obediẽtiam ſingularem atq; perfectam, uidelicet obſeruãdo præcepta atq; conſilia mentaliter & actualiter. Nõ enim eſt ignis amoris abſq; propriæ ſenſualitatis odio. Igitur igne creſcente tali, pariter & odium augmẽtatur. Iſti uero propter odium ſui ad occidendam omnino uoluntatẽ propriã, ligare ſe uolunt arctius, uidelicet ſub iugo ſanctæ religionis, uel ipſi ſe ligant extra religionẽ, ad obedientiam alicuius creaturæ, ſuam uoluntatẽ ei ſubmittendo, ut expeditius ambulare poſſint ad aperiendam ianuam ęternę uitæ, cum tali claue. Iſti ſunt illi de quibus tibi dixi, q̃ eligebant obediẽtiam perfectiſſimã. Dixi tibi de obedientia generali. Sed quoniã noui tuæ uoluntatis eſſe, q̃ ego loquar de hac obedientia perfectiſſima particulariter, ideo tibi narrare diſpono de ipſa, ut tuo deſiderio ſatisfaciam, quæ tamen illam primam nullo modo derelinquit, ſed eſt perfectior, quia iam dixi, q̃ erant unitæ taliter, q̃ ab inuicẽ ſeparari nequeũt. Supra tibi dixi, unde proceſſit, & ubi reperitur obedientia generalis, & quid eſt illud quod uobis aufert illam: nunc uero de particulari tibi dicam, non eum extrahendo te ab iſto principio.

Per quem modum peruenitur ab obedientia generali ad particularem.

Caput clvii.

ANima quæ cum amore ſyncero iugũ obedientiæ ſumpſit præceptorum, imitãdo meæ ueritatis incarnatæ doctrinam, ut eſt dictum, uirtuoſe ſemetipſam exercendo in hac obedientia generali, uenit ad ſecundam obedientiam, cũ eodẽ lumine, cũ quo uenit ad primam. Quia cũ lumine ſanctiſſimę fidei cognouit in ſanguine humilis agni meã uoluntatem & amorem ineffabilem, quem ei gero, & fragilitatem propriam, quæ mihi nullo modo reſpondet cum ea perfectione qua deberet, & exquirit iſto lumine mediãte, qualiter & quomodo poſſit amplius propriam fragilitatem conculcare, atq; ſuam occidere uoluntatem, & mihi cum ampliori perfectione reddere debitum. Ergo perquirendo reperit cum lumine fidei locum ſanctæ religionis, quæ proculdubio fundata fuit a ſpiritu ſancto, poſita uelut ſecura nauicula, pro recipiendis animabus, quæ currere uolunt ad huiuſmodi perfectionem, ut eas tutiſſime perducat ad portũ ęternæ ſalutis. Huius nauiculæ patronus uere ſpiritus ſanctus eſt, qui nunq̃ in ſe deficit ex defectu cuiuſcunq; ſubditi religioſi, qui tranſgreſſor eſſet ipſius ordinis. Vnde nauiculam iſtam proculdubio non offendit, imo ſemetipſum. Et eſt uerum, quia ex defectu tenentis gubernaculũ, aliquando nauicula procedit fluctuãdo. Et iſti miſerabiles & praui paſtores illi ſunt, qui clauũ huius nauiculæ recte dirigere deberent, a patrono propter hũc reſpectum ibi cõllocati, quæ nauicula tantę delectationis eſt in ſemetipſa, q̃ lingua tua narrare negret. Dico q̃ hæc anima poſtq̃ augmentauerit in ſe ignẽ amoris atq; ſancti deſiderij cũ odio ſancto ſui, repto loco cõgruo, cũ fidei ſancto lumine mortua ingreditur, ſi tamen eſt ueraciter obediens, uidelicet ſi perfecte ſeruauit obedientiam generalem. Et q̃uis ingrederetur imperfecta, poterit ad perfectionẽ poſtea peruenire, imo congrue peruenìet, inquantum uirtutem obedientiæ uoluerit in ſe exercere, imo pro maiori parte in principio religionẽ ingredientes, imperfecti ſunt. Quidã enim ingrediũtur cũ perfectione, quidam ex leuitate puerili, aliqui timore, aliqui propter pœnam, aliqui propter blanditias inducti. Totũ uero cõſiſtit, q̃ uirtuoſe poſtea in exercitio quod ſumpſerunt, perſeuerent uſq; in finem. Ex ingreſſu nanq; primo ſolummodo nullum iudicium habere ſiue dare poteſtis, ſed ſolum in perſeuerantia uirtuoſa, quia plurimi perfecti uidebantur in eorum ingreſſu, qui poſtea miſerabiliter apoſtauerunt, uel in ordine ſteterũt cũ imperfectione multa. Itaq; modus & actus cum quibus homines ingrediuntur in nauiculam, quos ordinaui diuerſis modis, eos uocando, iudicari non ualent, ſed ſolum affectus eorum, qui perſeuerant intus cum obedientia uera. Iſta nauicula diues eſt, quia nõ expedit alicui ſubdito cogitare de ſuis neceſſarijs, neque ſpiritualiter, neq; temporaliter, quia ſi eſt uerus obediens, beneſibi prouidebitur a patrono nauiculæ, uidelicet a ſpiritu ſancto. Noſti

me tibi dixisse, quando narraui de prouidentia mea, q̃ serui mei licet essent pauperes, nunquam tamen erant mendici, quia quotidie satisfiebat ipsorum indigentiæ. Hoc frequenter experiuntur illi qui bene seruant ordinem suum, unde potes aperte cognoscere, q̃ quando regebantur atque bene seruabantur ordines in flore uirtutum, in uera paupertate, & cum charitate fraterna, nunquam tamen eis defuit in aliqua necessitate ista substantia temporalis. Postquam uero fœtor amoris proprij intrauit uiuendo singulariter, & obedientia sancta deficiente, etiam defuit eis ista temporalis substantia. Et quanto possident illam in abundantia maiori, se reperiunt in maiori necessitate, atque paupertate. Valde congruũ est quod usq; ad minima probent, & uideant quem fructum habent ex inobedientia. Nam si essent obedientes, & seruarent uotum paupertatis, non tenerẽt aliquam proprietatem, neq; singularem uitam agerent: in hac itaque dulci nauicula reperiuntur amplæ diuitiæ sanctarum ordinationum editarum ab his qui erant ueluti templum sancti spiritus, cum magno lumine, pariter & ordine. Considera Benedictum, q̃ ordinate disposuit nauiculam suam, attende Franciscum quãta perfectione ac odore paupertatis cum Margaritis aliarũ uirtutum ordinauit nauiculam sui ordinis, illum dirigendo per uiam altæ perfectionis, ipse primus fuit in ipsa nauicula obseruans, atq; sequacibus suis exhibuit in sponsam ueram sanctamq; paupertatem, quã ipse primꝰ in ordine suo assumpserat, in se amplexando utilitatem atq; sui contemptum, nec optabat alicui creaturæ cõplacere, præter ultra uoluntatem meam, imo desiderabat a mundo realiter uilipendi, macerando corpus propium, & uoluntatem occidens, & indui gloriabatur uituperosis obprobrijs, atq; pœnis amore humilis agni, cũ quo clauatus erat, & affixus in cruce, intantum q̃ pro singulari gratia fuerunt etiam in corpore suo meæ ueritatis incarnatæ uulnera concessa, ita q̃ in uase corporis aperte demonstrabatur quid erat in affectu cordis & animæ suæ. Itaq; cæteris uiam fecit uerbo & exemplo. Sed forte mihi dices, Nonne religiones aliæ fundatæ sunt modo consimili? Respondeo quod sic, tamen in qualibet religione nõ est ita principale dato, q̃ omnes a spiritu sancto in hoc fundatæ sint: accidit enim ut in uirtutibus omnes uirtutes a charitate habent, nihilominus alicui una uirtus est propria, & alteri est alia propria, tamen omnes in charitate consistunt, Ita contingit illis, Francisco paupertas, faciendo principium in sua nauicula, per amoris affectum, in ipsa paupertate, cum ordine ualde stricto, pro gente perfecta, & non communi, pro paucis & bonis: paucos dico, quia non sunt ualde multi qui perfectionem istam eligant, & attingant, ipsi uero propter defectus eorum multiplicati sunt in numero, & in uirtute defecerunt & imminuti sunt, non ex defectu nauiculæ, sed propter inobedientes subditos, atque, gubernatores inordinatos. Si autem attendas ad nauiculam tui patris Dominici dilecti filij mei, ordinauit nauiculam suam ordine perfecto, ut uidelicet attenderet solum ad honorem meum, atque salutem animarum cũ lumine scientiæ. Super isto lumine principiũ eius ordinare uoluit, non tamen priuari uoluit uoluntaria paupertate uera, imo iugiter habebat eam, & in signum apertum q̃ ipsam habebat, & oppositum ei displicebat, ipse reliquit in testamento suo pro hæreditate filijs atq; successoribus suis maledictionem suã & meam, si possideant aliquam possessionem in singulari uel communi, in signum quod elegerat in sponsam istam reginam egregiã, uidelicet paupertatem uoluntariam, tamẽ pro principaliori obiecto scientiæ lumen assumpsit ad extirpandum errores & hæreses illo tempore pullulantes. Itaq; sumpsit officium unigeniti filij mei. Et directe uidebatur quidam Apostolus in mundo cum tanto lumine ueritatis & uerbum meum ibi seminabat, expellendo tenebras, & infundendo lucem. ipse fuit unum lumen, quod ego mundo gratiose concessi, mediante gloriosa Maria, quare dixi, mediante Maria? Quia Maria sibi dedit habitum licet a bonitate mea fuerit officium ipsi Mariæ commissum. Super qua mensa mandu care facit filios suos, cum lumine scientię? Proculdubio super mensa sanctæ crucis, super qua cruce posita est mensa sancti desiderij, ubi comeditur cibus animarum ad honorem meum. Ipse non uult ad alia filios suos attendere, nisi quod in tali mensa cum lumine scientiæ solummodo perquirant honorem meum, & animarum salutem. Et ut ad alia attendant, aufert ab eis huiusmodi curam rerum temporalium, ideo uult eos esse pauperes. Hoc indubitanter est apertissime signum, quod in fide nullo modo deficiebat dubitando ne prouideretur eis. Non dubitabat, quia fidem formatam induerat, & cum spe firma sperabat in prouidentia mea. Vult insuper ut obedientiam obseruent, ad quam obseruandam ipsi ad ordinem uenerunt & electi sunt.

Et

Et qm̃ immunda uita lumen intellectus offuscat, & etiam ab isto fœtenti uitio luxuriæ corporalis uisus impeditur & offuscatur, remediũ apponit, ut in eis huiusmodi lumen nullatenus impediatur, & ita p̃fectius acquirere ualeant scientiæ lumen. Ideo tertiũ uotum cõtinentiæ subiungit. Aboibus enim uult obseruari cum uera & perfecta obedientia. Quanuis hodierna die male seruatur, ac etiam scientiæ lucẽ peruertunt in tenebras, illã inficiendo cum superbiæ tenebris. Non q̃ in se lux ista tenebras habeat, imo solum animab⁹ eorum ex inordinato affectu suo tenebras irrogant. Vbi superbia regnat, obedientia nõ habitat: iam em̃ tibi dixi, q̃ homo erat tantum obediens quantum erat humilis, & tm̃ humilis quantum obediens: ille uero qui transgreditur obedientiæ uotum, rato seruat uotum odoriferæ continentiæ, mentaliter actualiterq; transgrediendo. Itaq; Dominicus iste pater tuus inclytus, nauiculam suam ordinauit, atq; cũ his tribus funiculis alligauit uidelicet cũ obedientia, continentia, & uera paupertate. Ipse ualde realiter ordinauit, atq; discretione p̃cipua. Non enim astrinxit animas filiorũ ad culpam peccati mortalis, illuminatus à me uero lumine, prouide disponendo pro illis qui minus perfecti forent. Qui licet omnes obseruantes ordinem in statu perfectionis existant, nihilominus etiam in uita præsenti unus altero perfectior est: itaq; perfecti bene stare possunt in ista nauicula. Ipse realiter adhęsit incarnatę ueritati meæ, ipsius uestigia uirtuose sequendo, demonstrando nolle mortem alicuius peccatoris, imo potius ut cõuertatur & uiuat. Est itaq; laudabili modo larga totaq; iocunda per totum & in omnibus odorifera, est enim unum uiridarium optabile in se. Tamen aliqui miseri non obseruatores, imo transgressores ordinis, quantum in eis est totum fecerũt esse syluestre, cum modico uirtutis odore, priuati lumine scientiæ unde uiridarium hoc in se delectabile satis, est inquinatum atq; maculatum ab huiusmodi transgressionibus: sed in principio nõ ita fuit, erat enim ualde floridum: ibi nanq; degebãt uiri magnæ perfectionis, quorum quilibet per modum loquendi uidebatur apostolus Paulus, cum tanto lumine, quod eorum oculi nullatenus impediebantur à quibuscunq; tenebrosis erroribus, quin ilico soluerentur & illuminarentur. Aspice glorioſum Thomam, qui cũ oculo clarissimo nobilis intellectus eius in mea ueritate speculabatur, ubi lumen supernaturale atq; scientiam infusam ex gratia conquisiuit & habere p̃meruit. Quã scientiam obtinuit potius per assiduitatem deuotæ orationis, quã ex humano studio. Ipse fuit una lux ardentissima, quæ non solum in ordine suo resplenduit, uerum etiam in corpore mystico militantis ecclesiæ, tenebras hæresum ac errorum extinxit. Et aspice Petrum uirginem & martyrem, q̃ cum sanguine suo dedit in tenebris multarum hęresum lumen ualde perfulgidũ, quas habuit odio, taliter quod omnino disposuit ex hoc exponere uitam. Dum uerouixit habebat hæc exercitia: uidelicet orare, p̃dicare siue disputare contra perfidos hæreticos, audiendo confessiones, annunciando ueritatẽ, atq; quotidie dilatando fidem absq; timore quocunq;. Nrq; solum in uita sua fidelissime confitebatur & iuxta posse defendebat illam, uerũ etiã in extremitate suæ mortis. Quia post uulnus illud in capite receptum, cum uocem amisisset, & atramento careret, in sanguine, p̃prio digitum immersit. Et quia glorioſus martyr iste etiam papiro carebat, inclinando se scripsit in terra symbolum in q̃ fides catholica plene cõtinetur. Cor eius ardebat in fornace meæ charitatis, ideo retrocedere noluit, quamuis egoſi sibi reuelassem occidendum esse. Sed ipse uelut miles intrepidus, & absq; timore seruili, sponte uoluit in campum belli procedere, ubi glorioſam obtinuit uictoriam. De quampluribus etiam alijs enarrare tibi possem, q̃ licet actuale in corpore martyrium non haberent, tamen in sancto desiderio iugiter habebant atq; portabant, put etiam inclytus tuus pater Dominicus habuit. Ecce quales laboratores iste paterfamilias in uineam suam transmisit, eradicando uitia, uirtutes uero plantando. Vere Dominicus & Franciſcus erãt duæ columnæ in ecclesia militanti. Franciſcus cum paupertate uoluntaria, quæ sibi propria fuit. Dominicus uero cum scientia, prout est dictum.

De obedientium excellentia, & demi/ seria inobedientium in religione consistē tium. Caput clix.

POstq̄ ego tibi dixi de locis, uidelicet de nauiculis istis a spiritu sancto taliter ordinatis per huiusmodi patronos, licet ipse spiritus sanctus principaliter patronus existat: & ostēdi tibi aliquam partem de ipsor̄ uirtuosa perfectione: nunc uolo ti/ bi loqui de obedientia & inobedientia co rum qui sunt in huiusmodi nauiculis, lo/ quendo gñaliter, & nō in particulari ma/ gis de uno ordine quā de alio, demonstrā do simul inobedientis defectū, una cū o/ bedientis uirtuoso profectu, ut apertius agnoscas unum propter alium, quia con traria iuxta se posita magis elucescūt. Et qualiter ambulare debet ille qui ingredi uult nauiculā approbatæ religionis. No tandum est ergo q̄ ille qui nult ordinem aliquem sanctum ingredi, debet incede/ re cum lumine sanctissimæ fidei, cū quo lumine cognoscat q̄ eum oportet occide re propriam uoluntatem, cum gladio ui/ delicet odij cuiuscunq; sensitiuæ pas. ōis, in sponsam illam assumendo, quam ei assi gnabit charitas uera, atq; sororem suam. Sponsam intelligo obedientiam uerā atq; promptam, cum sorore sua, uidelicet pati entia, atq; nutrice, quę est humilitas: quia si non haberet iuxta se nutricem istam, o bedientia p̄culdubio fame periret. Quo/ niam in anima ubi non est uirtus humili tatis, obedientia subito moritur. Humili tas uero sola non ambulat, imo secum de/ bet habere omni tempore seruam uilita/ tis, semetipsam pariter & omnia munda/ na contemnendo. Nam anima quę se uili pendit, nō appetit honores, imo dedecus & cōtumelias. Et ita mortua debet ita læ tanter ad nauiculam approbatæ religio/ nis, cum est in ętate congrua. Sed quia di xi tibi q̄d diuersis ætatibus & uarijs mo/ dis uocabā homes ad religionē sanctā, in q̄ cunq; modo quisq; uocatur ad religionē, ipse debet acquirere necnon in se cōseruа re perfectionē istam, & cum tā alacritā te festinanter assumere clauem istius obe/ dientiæ religionis: quæ clauis aperit p mo dum loquendi portelū q̄d est in porta cœ li. Sicut magna porta solet habere portel lum paruum, simili modo tales aperire di sposuerunt huiusmodi portellum, omissa claui maiori, uidelicet obedientiæ gene/ ralis qua cælum aperitur à uulgo secula/ ri. Sed ipsi desiderant cum parua clauis portellum huius portæ magnæ, feliciter aperire, transeundo per uiam arduam & artam. Tamen à ianua magna non sepa ratur, imo stat in ipsa porta, sicut materi aliter attendere potes clauem istam cum diligentia retinere debent, & in se conser uare post quā acceperunt eam, & non ab se abiicere. Et quia ueri obedientes aper te uiderunt cum lumine fidei, quod cum onere diuitiarum, & cum grauedine p/ priæ uoluntatis per artū huiusmodi por/ tellum intrare nequeunt, absq; periculo/ so labore, nec incedere possunt eleuato ca pite quin offendātur, quia uelint, nolint, oportet inclinare ceruicem, ideo proiici/ unt à se pondus huiusmodi diuitiarum, atq; propriæ uoluntatis uotum, obseruā do ueræ paupertatis uoluntario. Nihil om nino possidere uolunt, quia cum lu/ mine fidei uident in quantam ruinam in deuenirent. Et quod ipsi transgrederen tur obedientiam ex eo, quia non seruāt uotum promissum ueræ paupertatis. Et ipsi deuenirent ex hoc in superbiam, ele/ uatum caput habentes ex uoluntate p/ pria. Et quod cum aliquando cōpellan/ tur obedire, ceruicem inclinarent uiolen ter & inuiti, non ex humilitate, quę uio/ lentia caput infringerit uolūtati propriæ com plectens obedientiam illam, cum prælati displicentia pariter & ordinis. Posi hoc autem facillime ruerent in ali/ am transgressionem, uidelicet in continē tiæ. Quoniam ille qui non ordinauit ap/ petitum, nec est exutus temporali sub/ stantia, multas conuersationes assumit, inueniendo multos amicos eum aman/ tes ex utilitate propria. Posimodum ab alijs cōmunibus conuersationibus pro/ ceditur ad secretas familiaritates. Cor/ pus eorum in delicijs nutriunt, quia non habent humilitatem in nutricem, ne/ que sororem suam uilitatem, ideo moran tur in sua damnabili concupiscentia, cum magna commoditate corporali, non tanquam ueri religiosi, imo uelutī dissoluti domini seculares, alienauerunt uigiliam & orationem.

Hæc

Hæc & multa alia faciunt tales, qm̃ habent ad expendendū tnā si non haberent, eis minime contingerent talia, & incidūt in immunditiam corporaliter uel mentaliter. Et si ḡdoq; se ꝓpter uerecundiā abstinent, uel qa carent opportunitate, non abstinent à mala uoluntate: qa quodammodo uidetur impossibile ꝙ ille q multas habet conuersationes & in delicijs uiuere delectatur, & inordinate cibaria sumit, absq; uigilia & oratione, mentē in se uale at cōseruare puram. Et ideo pfectus obediens uidet à remotis cū lumine sanctissimæ fidei, malū atq; detrimentū ꝙ eueniret ei possidendo substantiā temporalē, & eundo cū pondere ꝓpriæ uoluntatis. Et attente considerat ꝙ eū transire omnino oportet per artum huiusmodi portellū, & transiret inde cū morte & non cū uitat qa nō aperuisset illud cū claui obedientię: nā tibi dixi, quod eum omnino oportet transire. Et sic est ꝙ nisi forte discedat ab ordine sancto, uelit uel nolit oportebit eū transire per artam uiam obedientiæ sui prælati. Et quia perfectus obediens deo & ordini suo se leuat ultra se, ꝓpriam sensualitatem subiugendo, atq; super sensus proprios erigendo semetipsum, cū fide uiua, introduxit odiū in domum animæ suæ, ueluti seruum, ut expellat inimicum, uidelicet amorem ꝓprium, ex eo, qa nullo modo uult ut amantissima sponsa sua, quam sibi uera charitas assignauit, & cum lumine fidei disponsauit, uidelicet obedientia, quomodolibet offendatur. Et ideo cum sancto rigore suum inimicum expellit inde, atq; introducit ibi sociam & nutricem ipsius amantissimæ sponsæ suæ. Odium expulit inimicum, amor autem obedientiæ introducit amatores prædictæ sponsæ suæ, uidelicet uirtutes ueras atque reales, una cum ordinis obseruantia laudabili. Vnde ista spōsa dulcis ingreditur ad animam cum sorore sua, uidelicet cum patientia una cum sua nutrice, quæ quidem est humilitas associata cū utilitate atq; dilectione sui. Igitur ex quo intrauit in pacifica quiete posidet omnia, quoniam inimicos suos expulit extra. Moratur igiter in uiridario uerę continentiæ, cum sole luminis intellectus, ubi est pupilla fidei, habens in obiectum ueritatem incarnatam: quia solummodo ueritatem habet in obiectum. Ibi est ignis affectuosæ charitatis, qui calefacit omnes amicos & socios suos, ex eo quod obseruat ordinis obseruantiam & obedientiam cum amore succensa. Qui sunt inimici qui stant extra? principalis inimicus est amor ꝓprius, qui producit in anima superbiam: inimicus charitatis & humilitatis, impatientia, quæ patientiæ contrariatur, inobedientia cōtrariatur obedientię, infidelitas aduersatur fidei, præsumptio cum uana spe suarum uirium minime concordat cum uera spe, quam anima debet in me ponere & habere: iniustitia non habet cum sancta iustitia conformitatem, nec impru dentia cum salubri prudentia, nec intemperantia cum temperantia, neq; trāsgressio mandatorum ordinis cum eorundem obseruantia, neq; malę conuersatio nes huiusmodi sceleratorum cum conuersatione bonorum: imo sunt inimici, & faciunt derelinquere mores ordinis cum obseruantia salubri. Omnes isti sunt inimici crudeles eius, & iracundia militat aperte contra benevolentiam, crudelitas contra pietatem, ira contra benignitatē, odium uirtutum contra dilectionem ipsarum, immundicia contra puritatem, negligentia contra solicitudinem, ignorantia contra scientiam & agnitionem, somnolentia contra uigiliam & orationem continuam. Et quia cum lumine fidei cognouit quod omnes isti erant inimici qui contaminare sponsam hanc uidelicet obedientiam exoptabant, ideo misit odium ut eos expelleret: & amorem, ut amicos induceret. Odium ergo cum gladio suo proprium atque peruersam uoluntatem interimit, quæ uoluntas ab amore proprio nutrita uitam impendebat inimicis istis obedientiæ. Sed amputato capite inimico principali, per quem alij conseruabantur & iuuabantur, anima libera remanet, & in pace fine bello, quia non habet contra se dimicantem: quoniam anima remouit & abstulit à se quicquid ei tristitiam & amaritudinem ingerebat. Quam itaq; guerram habet uerus obediēs? Nunquid habet ab iniuria guerram? Nōtex eo quia patiens est, patientia nanq; est soror obedientiæ. Nunquid ab oneribus ordinis molestatur in corde?

Non ex eo quia obedientia uoluntarie sa/cit ea seruare. Nũquid obedientia grauis sui prælati præbet ei pœnam molestam & inordinatam? Non: quia conculcauit & abnegauit uoluntatem propriam, nec o/ptat inuestigare uoluntatẽ prælati sui, nec illam iudicare: sed cum lumine fidei iudi/cat uoluntatem meam in eo, credens in ue ritate q̃ clementia sancti spiritus ordina/uit ipsum præcipere siue non præcipere, prout est opportunum pro sua salute. Nũ quid aliquando nauseam siue displicentiã habet Ordinis exercitia uilia facere, siue tolerando contumelias, iniurias, uel imp/peria sibi facta uel dicta, siue quando uili penditur ab aliquo? Non: ex eo quia con cepit amorem ad uilitatem, ad displicen/tiam ad semetipsum, cum odio perfectissi mo, imo cum sancta pacientia lætatur & exultat in iucundo gaudio cum sua spon sa, uidelicet obedientia, peramabili. Ipse de nullo tristatur unq̃: nisi solummodo de offensa quam uidet irrogari mihi crea/tori suo. Conuersatio sua est cum illis qui me timent & amant in ueritate. Et si qñ que conuersatur cum ijs qui separati sunt a uoluntate mea, non facit ut conformita tem uelit habere cum defectibus eorum, imo solum ut eos à suis defectibus extra/hat: Quia cum charitate fraterna bonum quod est in se portigere uellet omnibus, at tendendo q̃ maior honor & gloria mihi resultat in plurimis Ordinem obseruanti bus, q̃ in eo solummodo. Et ideo conatur uocare seculares atq; religiosos, uerbo, exẽ plo & oratione, siue quocunq; modo potu erit ad uiam æternæ salutis, iuxta posse sa tagens eos extrahere de tenebris pctõrũ. I taq; conuersationes ueri obedientis utiq; bonæ sunt & perfectæ, siue sint cum bonis & iustis, uel cum iniustis & peccatoribus, ex ordiato affectu & eius amplitudine cha ritatis. De cella sibi facit cœlum, ubi quo tidie delectatur loqui mecum, & etiã uir/tuose conuersari cum amoris affectu, fugi ens otium cum humili oratione cõtinua. Quando uero cogitationes ex illusione di abolica sibi superabundant in cella, mini me se ponit ad sedendum in lecto negligẽ tiæ, uacans in otio, nec inuestigare satagit ex ratione cogitationes occurrentes, uel o tiosa iudicia, imo solicite fugit otium, leuã do super se cum odio super carnalem sen/sum, cum humilitate uera & pacientia to lerando labores quos in sua mente sentit, & cum uigilia & oratione continua resi/stit, uigilante sui intellectus oculo, in me prudenter attendendo cum lumine fidei q̃ sum eius adiutor, & q̃ ego possum, scio & uolo in omnibus ei subuenire: & ideo brachia meæ bonitatis aperio, ut ipse solli cite fugiat à semetipso recurrẽs ad me. Si uero sibi uidetur q̃ oratio mentalis ex ma gno labore atq; tenebrosa mente sibi defi ciat, uocalem assumere debet, uel aliud ex ercitium corporale, ut oratiõe uocali cor poraliq; exercitio fugiat otium, & cum lu mine respiciat in me, qui cuncta sibi chari tate paterna concedo: unde per ueram hu militatem se reputabit indignum habere quietem atq; pacem in mente sicut alĩ ser ui mei, & dignum habere pœnas, quia in mente sua iam seipsum uilipendit, cũ odio sancto & improperio sui. Tali non uidet q̃ se possit saciare in tolerãdo pœnas: neq; tamẽ ex isto deficit in spe prouidẽtiæ meæ: sed cum uiua fide ac obedientiæ claui trã/sit in præsenti mari procelloso in nauicula sanctæ religionis. Et ita cellam inhabitat ualde fructuose, fugiens otium ut dixi.

Obediẽs uult esse primus qui chorũ ingre diatur, & ultimus egrediens. Et quãdo ui det aliquem ex fratribus esse magis obedi entem atq; sollicitũq; ipse sit, habet ex hoc unam sanctam inuidiam & æmulationẽ, & ideo conatur uirtutem illam auferre si/bi: non tamen exoptans q̃ in ullo minua/tur: quia si hoc optaret, procul dubio uide retur esse priuatus charitate fraterna. Obe diens nisi necessitate cogente nunquã refe ctorium deserit, imo quotidie uisitat illud: ualde nanq; delectatur in mensa stare cũ pauperculis. Et in signũ q̃ ipse taliter de/lectabatur ut uitaret occasiones relinquẽ/di refectorium ipsum, abstulit à se substan tiam tpalẽ, obseruando ueræ paupertatis uotum: & cum tanta perfectione, q̃ etiam corporalem indigentiam cum quodã im/perio sibi reseruat. Cella sua reperitur ple na odore pauptatis, & minime panis. Ne/que cogitando laborat pro custodia ne for te latrones ei furentur, uel q̃d aliquæ tineę pannos eius deuorent siue corrumpant. Et si quid ei donatum extiterit, minime la borat ad recondendum, ex eo quia libere communicat omnia cum fratribus, nõ ex

co/

cogitando pro die crastina, sed in die præ
senti solummodo sibi cibaria recipit, solũ
cogitando de regno cœlorũ, & quõ ueram
obedientiam ualeat in se perfecte seruare.
& quia per uiam humilitatis obseruatu, ,
amplius ipse se subiicit, ita paruo sicut &
magno, & ita pauperi sicut & diuiti, omĩ
um se seruum existimat, nullũ aliqñ recu
sando laborem, ut omĩbus charitatiue ser
uiat. Verus obediens non optat obedien
tiam perficere suo modo, neq; tempus eli
gere neq; locũ, sed iuxta modũ Ordinis at
que prælati sui, & oĩa facit absq; pœna si
ue tœdio mentis. Perfectus & uerus obe
diens pertranſit cum ista dulci claue par
tum & arduum portellum Ordinis, ual
de cõmode, sine difficultate uel uiolentia,
qm̃ obseruauit & obseruat uotum electæ
paupertatis, una cum odorifera cõtinen
tia & obedientia. Recusauit & aufugit al
titudinem elationis atq; superbiæ, caput
humiliter inclinans obedientiæ, ideo nõ
infringitur ei caput ex impatiẽtia, sed in
omĩbus est omnino patiens, cum fortitu
dine & longa perseuerantia, quę multum
amicatur obedientiæ. Insidias & infestati
ones dæmonum uerus obediens illæsus e
uadit, mortificando & macerãdo corpus,
illud exuendo huius uitæ delicijs atq; con
cupiscentijs, & induendo labores Ordi
nis, cũ fide formata, nescies uel nullo mo
do retinẽs indignationẽ, ueluti paruulus,
qui cito patris uerberum obliuiscitur. Ita
facit iste, libentissime tradens obliuioni q̃
libet iniuriam, uerborum uel uerberum,
siue reprehensionem siue disciplinam, li
cet etiam iniustam, quam aboidine uel à
prælato suo recepisset, qui uocatus, indila
te mente pacifica redit ad eum, nullo mo
do passionatus uel commotus ira, rancore
uel odio, sed cum filiali beneuolẽtia & hu
mili mansuetudine. Isti sunt paruuli de
quibus incarnata mea ueritas ait in euan
gelio: Sinite paruulos uenire ad me, tali
ũm est enim regnum cœlorum. Et iterũ:
Qui se non humiliauerit ut paruulus
iste, id est, quod habeat eius conditiones,
& innocentiam, non intrabit in regnum
cœlorum. Nam qui se humiliat, exalta
bitur: & qui se exaltat humiliabitur. Hoc
idem asseruit ipsa ueritas in euangelio.
Item isti paruuli & humiles, patientesq;,
qui amore mei effecti sunt subditi cũ obe
dientia uera, minime recalcitrantes ordi
ni siue prælato suo, merito sunt exaltati cũ
ueris ciuibus æternæ uitæ à me summo &
æterno patre, ubi remunerantur ex omni
bus laboribus eorum, & in præsenti uita
gustant aliam ipsius uitæ.

Quomodo ueri obedientes à deo centu
plũ accipiunt, & qualiter hoc intelligit.

Cap. clx.

IN istis paruulis amantissima filia pfici
tur uerbũ illud q̃d ueritas mea dicit in
euangelio. Cũ em̃ à Petro fuisset interro
gatus: Ecce reliquimus oĩa, & secuti su
mus te, qd ergo erit nobis? ilico respondit
inter cæteta: centuplũ accipietis, & uitam
æternã possidebitis. quasi dicat: Bene feci
sti Petre, qm̃ alio modo me sequi non po
teras. Ego aũt in uita præsenti centuplũ
tibi dabo. Sed filia charissima q̃ est illud
centuplum q̃ pòst modum æterna uita se
quitur? Quid in hoc exprimere uoluit
ipsa mea ueritas? Nunquid de substantia
temporali? Non quippe, quãuis aliquoties
in eleemosynario etiam ista temporalia
multiplicari faciam. De quibus ergo uo
luit exprimere? de illo quod exhibet uo
luntas eius propria, quæ seipsam unicam
præbet, & pro hac una uoluntate centum
habebit, id est charitatem. Sed quare cen
tenarius iste numerus exprimitur? ex eo
quia numerus iste perfectus est, nec adde
re potes ultra, nisi reincipias à primo. Ita
charitas ultra cæteras uirtutes est ita per
fectissima, quia nemo potest ad uirtu
tem perfectiorem ascendere: potes utiq;
recipere à recognitione tui, & in merito
crescis & augmẽtas ipsum numerum cen
tenarium: sed tamen ad illum numerum
solummodo peruenis. Hic est ille cente
narius numerus, qui datus est illis qui de
derunt unum, uidelicet unicam ipso
rum uoluntatem, in obedientia gene
li uel in ista particulari, multo fortius cũ
isto centenario habetis uitam æternam,
quia sola charitas est illa quæ tanquam
dominatrix ingreditur, atq; secum intio
ducit aliarum uirtutum fructum, sed i
pse foris immorantur. Ingreditur igitur
ad me uitam æternam, in quo beati ui
tam durabilem habent. Illuc fides mini
me ascendit. habent enim ibi beati p ex
perientiã ea q̃ p fidẽ in seculo credideriũt

neq;

neq; ſpes aſcendit ex eo, quia poſſident ea quę ſperauerunt. Et ita contingit in alijs uirtutibus. Itaq; ſola charitas intrat uelu ti regina, poſſidendo me poſſeſſonē eius. Vides ergo q̄ iſti paruuli mei centuplū accipiunt, & poſtea uitam æternam in p̄ ſenti uita recipientes ignem diuinæ cha/ ritatis, quam ſignificari dixi per centena rium numerū. Et q̄m à me recipiunt hūc numerū centenarium, in admirabili gau dio cordiali quotidie morantur, q̄m in ue ra charitate nulla triſtitia cōſiſtit, imo ſo/ lūmodo gaudium iucundum. Ipſa nanq; cor admirabili modo dilatat. Illud enim efficit ualde liberū & ſyncerū, non artum ſiue duplex. Anima quæ uulneratur iſta dulci ſagitta, non oſtendit unum in facie uel in lingua, ſi habeat oppoſitum in cor/ de, non ſeruit alicui fictę, uel habet aliquā ambitionem, ex eo, quia uera charitas ap te procedit in omni negocio ſuo cum om̄i bus: unde certum eſt q̄ anima quæ poſſ/ det illam, non incidit in pœnā, nec in tri/ ſtitiā afflictiuā, nec ab obedientia diſcor/ dat unquā, ſed eſt obediēs uſq; ad mortē.

De miſera peruerſitate inobediētium, & de defectibus procedentibus ab inobe dientia. Caput clxi.

INobediens uero facit oppoſitum, quia ſtat in ordine cum tanta pœna miſera & infructuoſa pro ſe & alijs, q̄ in præſen/ ti uita guſtat artam infernit: quotidie nan que conſiſtit in ſua confuſione, triſtitia & conſcientiæ ſtimulo, cum diſplicentia, nō ſolummodo ſui prælati, ſed etiā Ordinis: inobediens effectus eſt importabilis etiam ſibimetipſi. Attende dilectiſſima filia il/ lum qui uotum fecit, & aſſumpſit obediē tiæ clauē, quomodo ualere poteſt exiſtēs inobediens? Ipſe fecit ſemetipſum ſeruū inobedientiæ, conſtituens illam dominā ſuam, cum ſocietate impacientiæ, quæ p̄/ culdubio nutritur à ſuperbia cū propria complacentia, quæ ſuperbia ſicut iam di/ xi naſcitur in amore proprio: oppoſita a/ nima facit his quæ tibi dixi de obedientiæ ſeruo meo. Ergo quō pōt iſte miſer ēē ſine amara pœna? Priuatus eſt em̄ affectuoſa charitate: neceſſariū eſt etiā eū inclinare ceruicē uiolēter à ꝓpria uolūtate declinā tē, obediētia cōpellēte: ſuperbia uero ſuadet & inducit ut illā erectā habeat. oēs uolū/ tates eius ab Ordinis uolūtate diſcordāt. Ordo præcipit obedientiam: ipſe uero di/ ligit inobedientiam: p̄cipit uoluntariam paupertatem, ipſe uero fugit eam, poſſidē do & optando diuitias: uult obſeruatiō tinentiā, & iſte miſer uult immunditiam. q̄m religioſus iſta tria uota tranſgreditur amantiſſima filia, cadit in ruinam, & in tot miſerabiles defectus, q̄ etiā aſpectus eius non apparet uiri religioſi, imo potius unius dæmonis incarnati, ſicut alibi tibi plenius enarraui. Adhuc aliqua nunc ad dam, ut apertius intelligas illorum uita/ bilem fraudem atq; fructū, quem ex ino/ bedientia lucrantur, ac etiam ad cōmen/ dationē obedientiæ: iſte miſer eſt ab amo re proprio fraudatus, quoniam oculus in/ tellectus eius cum fide mortua ſibi poſuit in obiectum cōplacentiam propriæ ſenſua litatis, atq; mundanas uanitates: egreſſus eſt à mundo ſolummodo corpore, ſed in eo manſit affectu. Et quia ſibi uidetur obe/ diendo laborare, uult inobediens eſſe, pro uitando labore: ipſe autem in maximum laborem incidit: nam obedire compelli/ tur amore uel uiolentia. O qualiter eſt à ſuo deſiderio fraudatus: nemo tamen eū decipit niſi ipſe: uolendo ſibi complacere ſibi diſplicet, nam opera ſua ſibimetipſi di ſplicent, quæ faciet inuitus per obedienti/ am inuitam: optant enim in delectabili conſolatione manere, atq; ſibi facere uitā æternam in uita præſenti breuiſſima. Or doautem uult q̄ ipſe peregrinus exiſtat, & hoc iugiter oſtendit ei, quia quando ſe det in aliquo loco ſibi gratioſo, pro cōpla/ centia ſua quam ibi reperit, & eſt ab ordi/ ne mutatus: inde in tali mutatione pœnā habet, ex eo quia propria uoluntas uiuens optat oppoſitum: & ſi non obediret, habe ret inde diſciplinam ab ordine, itaq; iugi/ ter in tot mētō moratur. Aperte uides er go quod decipit iſte ſemetipſum, uolendo pœnam euadere cadit in pœnam ualde grauiorem, quia per cæcitatem eius agno ſcere nequit uiam obedientiæ ſanctæ: quę uia ueritatis eſt, in unigenito filio meo ſa/ luberrime fundata, quæ pœnā auſert cui/ libet obedienti: & ideo uadit per uiā men datī, reputans ibi conſolationem inueni/ re: tamen non inuenit ibi aliud quā ama/ ritudinem & pœnam. quid eum ad hoc adducit? Amor quem ex propria paſſio/ ne cōcepit ad inobedientiam. Iſte ueluti

ſtultus

ſtultus uult in hoc procelloſo mari ſuper brachia nauigare, confidens in ſuo miſerabili & infimo ſenſu, neq; nauigare uult abſq; labore ſuper brachia prælati ſui Ordinis. Iſte moratur in nauicula religionis corpore, ſed non corde: imo iam ex deſiderio uidetur egreſſus, Ordinis tranſgrediẽdo cæremonias & ordinationes, atq; tria uota quæ ſeruare promiſit in ſua profeſſione. Ipſe quippe moratur in mari ualde ꝓcelloſo, & in magna tempeſtate illiſus a uẽtis ualde contrarijs, & ſolummodo per pãnos alligatus uidetur eſſe nauiculæ, habitum Ordinis uidetur habere in dorſo, ſed non habet in corde. Iſte minime frater ſiue religioſus eſt, ſed unus homo ueſtitus. Homo quidẽ in humana forma, ſed in effectu & in ſuo modo uiuẽdi peior eſt animali ſine ratione. Nonne ſi haberet uſum alicuius rationis, aperte cognoſceret ei difficilius eſſe nauigare ſuper brachia propria quam aliena? Quõ non attendit ꝙ ſtat iugiter in periculo mortis æternæ, q̃ primum ille pannus à nauicula ſoluere tur, morte interueniente, nullũ remediũ ulterius inuenire poſſet. Iſta proculdubio non uidet, ga nubes amoris proprij unde proceſſit inobedientia, priuauit eum omni lumine, quare uidere nequit huiuſmodi periculum atque detrimentum eius. Iſ/gitur ualde miſerabili modo ſe decipit. Quem fructum habet atq; producit arbor iſtius inobedientis? Fructũ utiq; mortis, ex eo, quia radix affectus eius eſt in ſuperbia plantata, quæ proceſſit à complacẽtia & ab amore proprio ſui, unde cuncta corrupta producuntur, inde uidelicet flores, folia, fructus, & uniuerſa quæ pertinent ad ipſam arborem ex toto maculata ſunt & corrupta, & principales rami ualde ſunt infecti, uidelicet ramus obedientiæ, paupertatis & continentiæ. Tres iſti rami continentur in ſtipite huius arboris, uidelicet affectus animi, qui male plantatus eſt, ut iam dixi. Folia quæ producit hæc arbor uerba corrupta ſunt, in tali forma, quod in ore cuiuſcunq; ſcelerati ſeculariſ eſſent ualde indecentia. Si uero cõtingit quod talis habeat annunciare populo uerba ſalutis & euangelica, pronunciat illa nõ affectu ſyncero ſimpliciter ad paſcendas animas iſto ſemine uerbi mei, imo potius attendit ad aures audientium demulcendas, uerba polita & ornata ꝓferendo, ut idem poſtea comendetur à populo: ſi flores huius arboris attendas, ꝑcul dubio putridi ſunt, uidelicet uariæ cogitationes & uanæ, quas auide & ſponte recipit & acceptat, in quibus opinio frequentiſſime delectatur, & illo modo eas nutrit & augmentat, non uitando loca pariter & uias unde procedunt, imo ſolicite perquirit ut iniquitatẽ cum effectu ꝑficere poſſit. Quæ quidem ſunt fructus q̃ uitæ gratiam auferẽt, ei inferendo mortem æternã: & iſte fructus ab arbore una cũ flore genera tus, qualẽ fœtorem exhalat? utiq; fœtorẽ inobedientiæ, in malũ iudicans in corde ſuo prælati uoluntatem, & illam inueſtigando perquirens ultrã̃ expediat: ſœtorẽ etiam immunditiæ cum cõplacentia multarũ conuerſationum, cum infelici uocabulo deuotarũ. O miſer homo non aduertis ꝙ ſub uocabulo & ſub iſto colore deuotionis aliquando ſequitur acies filiorũ? hũc fructum habes ex inobedientia tua, quia non habuiſti filios uirtutum, ut ille uerus obediens. Tu uero callide procuras prælatum tuum decipere ſiue circũueni/re, qñ uides quod ipſe denegat ea quæ tua peruerſa uoluntas expoſcit, cum ſolijs uerborum, aliquãdo blandiendo uel adulando ſiue cõminando uel improperando, ꝓcedens cum irreuerentia magna, uſq; q̃ per phas & nephas obtineas ab eo quæ cõcedere nolebat. Tales nullo modo ſciunt uel nolunt fratrem ſuum ſupportare in aliquo, ipſi quoq; nequeunt tolerare uel unũ uerbum minimum alicuius reprehenſionis, ſed ilico manifeſtant uenenatum impatientiæ fructum odij & iracundiæ contra fratrem ſuum, iudicando ſibi pro malo factum ꝙ eſt in ueritate ꝓ bono ſuo, & ita quotidie ſcandalizatus uiuit in pœna corporis & animæ. Quare diſplicuit ei frater ſuus? Quia ſibimetipſi carnali modo complacuit. Ipſe fugit à cella quemadmodum à ueneno, qm̃ egreſſus eſt a cella notitiæ ſui, unde proceſſit ad inobedientiam, & ideo nequit in materiali cella cõſiſtere. Inſuper ad refectorium renuit accedere, niſi ſicut ad locum ſibi ualde contrarium, dum habet ad expendendum: ſi uero non habet, ex neceſſitate uadit illuc. Ergo beneſecerunt obedientes, uolen

re obſeruare paupertatis uotũ, ut nihil o/mnino haberẽt ad expẽdendũ, ut ipſi nul latenus extraherent à ſuaui menſa refectiõ, ubi uerus obediens in pacifica gete nutrit aĩam ſuam una cũ corpore. Ipſe mi/nime laborat in p̃parando ſibi cibaria delicata, ſicut agit ille miſer inobediens, cuius guſtui refectoriũ uidet amarũ, & ideo fugit ab eo. Ad chorũ uiſitandum q̃tidie uult eſſe ultim⁹. primus aũt ad exeundũ, labijs ſuis appropinquat mihi, cor aũt eius elongatur à me. Capitulum uero timore diſciplinæ libentiſſime fugit quandocũq; cõmode poteſt. Ibi uero permanendo ſtat cũ quadã uerecundia in mente ſua cõfuſiua, q̃ uerecundiã habere noluit in cõmittendo culpas. Non em̃ erubuit etiam aperte ꝓpetrare culpas mortaliũ peccatorũ. & gd eſt horũ in cauſa? Inobedientia. nullũ exercitium ſanctũ habet, non uigiliã, non orationẽ: neq; ſolũ oratione mentali caret, uerũ etiam uocalẽ ad quam eſt obligatus frequẽtiſſime dereliquit: nec habet iſte miſer inobediens charitatẽ fraterna, ex eo ga nõ amat aliquẽ niſi ſemetipſum: non amore rationali, ſed amore beſtiali: tot indubie mala ſunt q̃ occurrũt inobediẽtibus, atq; tot ſunt infelicitates eorũ fructus, q̃ lingua tua eos explicare non poſſet. O miſera & infelix inobedientia, quæ ſpolias aĩam omi uirtute, illã om̃ino uitio ueſtiens. O miſera & infelix inobedientia, q̃ priuas aĩam obedientiæ lumine, auferens ei pacẽ, inferendo ei guerrã, auferẽs ei uitã, inferendo mortẽ, extrahis eã à nauicula ſanctarũ obſeruantiarũ ordinis, & in mari ꝓcelloſo ſuffocari facis eã: nã ipſam inducis ad nauigandũ ſup brachia ſua, & non ordinis: tu induis illã om̃i miſeria, & cogis eã inedia cruciari, q̃m aufers ab ea cibũ atq; meritũ obedientiæ: tu p̃bes ei continuã amaritudinẽ, & eã priuas omi dulci cõſolatione, & omni bono, & inducis eã in omne malũ: & in uita p̃ſenti facis eã arrã experiri cruciatorũ tormentorũ: & ſi huiuſmodi miſer homo ſe non correxerit anteq̃ iſti panni ſoluantur à nauicula, morte mediante, infelix hæc inobedientia conducet aĩam ad ignem æternum, una cũ dæmonibus qui ꝓpter inobedientiam a cælo fuerunt expulſi, quia mihi rebelles extiterunt, & in profundum iuerunt: & ita tu miſer inobediens, quia fuiſti rebellis obedientiæ, & huiuſmodi clauem obedientię cum qua debebas aperire tibi cæli ianuam, a te proieciſti, cũ inobedientiæ claui tibi tartarum aperuiſti.

De illorum perfectione qui uiuunt in religiõe tœpide, q̃uis a mortali peccato ſe cuſtodiãt, ac de remedio p̃ eos habendo.

Cap. clxij.

DIlectiſſima filia quot ſunt hodie qui paſcuntur in iſta nauicula cum defectibus multis? proculdubio quampluri/mi ſunt, intantum, quod ualde pauci reperiuntur ueraciter obedientes: uerum eſt quod inter perfectos & huiuſmodi miſerabiles plurimi ſunt in ordine uiuentes cõmuniter, qui neq; perfecti, ut expedit & eſſe deberent, neq; mali: quia conſeruant aĩam a peccato mortali. Morantur igitur in quadam animi tœpiditate ſiue negligentia cordis, & niſi uitam ſuam exerceant uirtuoſe, cum ordinis obſeruantia, in magno periculo conſiſtunt: & idcone/ceſſe eſt eis habere magnam ſolicitudinẽ: nec ita dormitare debent in tali tœpore, ſed a negligentia ſua conſurgere: quia ſi remanerent in ea, proni & apti ſunt ad caſum atq; ruinam: & ſi contingat eos non cadere, pertranſibunt cum quadam humana complacentia, cum ordinis colore colorata, ſtudentes amplius exteriores cerimonias obſeruare quam ipſum ordinem: & aliquando ſunt apti ex defectu luminis, ut iudicent illos ualde temere qui ſeruant ordinem ualde perfectius quã ipſi, licet in minori perfectione cerimoniales exteriores obſeruent, quarum ipſi gloriantur eſſe multum obſeruantes. Itaque qualitercunq; conſiderent, eſt eis ualde noxium inobedientia communi permanere, uidelicet cum tanta tœpiditate & negligentia pertranſire cum obedientia: nam ualde laborant & cum pœna multa, quia frigido cordi laborioſum eſt etiam aliqua leuia portare. Ipſi multum habent laborem cum modico fructu, & offendunt illam perfectionem ad quam ingreſſi ſunt & obligati ſunt obſeruare, quãuis mala minora faciant quam alij, de quibus tibi ſupra narraui: tamen ipſi male faciunt, ex eo quod minime diſceſſerunt a ſeculo, ut cum claui generalis obedientiæ mandatorum cœli ianuam aperirent, imo cum claui ſingularis obedientię

conſti

consiliorum atq; mandatorum ordinis, q̃ clauicula singularis debet esse ligata cũ funiculo uilitatis, uidelicet semetipsum uilipendendo: qui humilitatis cingulo sit appensus, & astringi manu amoris igniti, sicut iam audisti. Noueris amantissima filia, quod isti bene sunt apti magnam attingere perfectionem, inquantũ uoluerint exercere se uirtuose, quia propinquiores existunt quam alii miseri: sed aliquo modo cum difficultate maiori remouentur ab imperfectione sua, tales tepidi iuxta gradũ suum, q̃ iniq; remoueãtur ab eorum iniquitate: & est ibi ratio, q̃ oniã iniqui conscientia demonstrante manifeste cognoscunt & intelligunt q̃ male faciunt. unde si qs eos interrogaret utrũ male faciant? responderent: ita. Sed uicti fragilitate siue concupiscentia qua molestantur, uidetur q̃ abstinere nequeãt uel à tali culpa resipiscere: quamuis hoc non est uerum, quia cum auxilio meo possunt egredi si uolunt: nihilominus apte cognoscunt q̃ male faciunt, cum qua notitia facilime possunt egredi si placet eis: sed isti tœpidi qui neq; notabile malum agunt, nec etiam notabile bonum, non agnoscũt inertiam siue tœporem sui status, nec in quanto discrimine morantur non agnoscentes, emendare se minime curant, nec etiam quoquomodo curant ut illud eis ostendatur, & si monstratur eis, ex tœpore cordis in assueta longa consuetudine quotidie perseuerant alligati. Quis ergo modus erit ut ab hac sua inertia consurgãt? Modus est iste quod accipiant ligna notitiæ sui cum odio sancto proprię reputationis atq; complacentiæ, ac ipsa ligna feruenter in igne meæ charitatis immittãt, denuo desponsando ac si in ordine tunc intrarent, obedientiæ ueræ sponsam anulo sanctissimæ fidei, nec ultra dormiant in tali statu: quia mihi ualde displicet, & est eis ualde damnosum. Istis nanq; tœpidis ualde congrue competit illud uerbum q̃ in Apocalypsi scribitur: utinam calidus uel frigidus esses: sed quia tœpidus es, ideo uomere te incipiam ex ore meo, uidelicet eo modo quo dixit quia nisi resurgat à tali tœpore, casurus est, & cadendo iuste reprobaretur à me: potius enim uellem eos esse frigidos in seculo remanendo cũ obedientia generali mandatorum, quæ respectu ignis uerorum obedientium uidetur esse quasi glacies. Ideo dicitur utinam frigidus esses. Hoc uerbũ uolui tibi declarare ne caderes in errorem, existimando, quod ego potius uellem aliquem in frigiditate peccati mortalis esse, quam in tœpiditate imperfectionis? Non enim uelle possum aliquam peccati culpam, ex eo, qa in me non est uenenum istud: imo tantam habui displicentiam in homine de peccato, quod omnino decreui q̃ absque punitione nullo modo transiret. Et quia non erat idoneus homo per se tolerare pœnam, quæ pro culpa debebatur, unigenitum meum charitate paterna tranimisi, qui fabricauit eam in corpore suo per obedientiam impositam ab inæstimabili bonitate mea. Surgant ergo cum exercitio sancto, cum uigilia humili, deuota & continua oratione, & attẽdant ad ordinis obseruantiam, & iugiter in patronis huius nauiculæ speculentur, qui fuerunt homines ut ipsi, eodem modo nati & lacte nutriti. Et in præsenti sum ille deus qui tũc eram: potentia quoq; mea nõ est infirmata, neq; mea uoluntas in aliquo bono defecit: quia salutem uestram exopto. Neq; sapientia mea in exhibendo lumen uobis, ut meam ueritatem agnoscatis. Ergo si uolunt optime possunt ambulare cum perfecte obediẽtibus, modo se priuare uelint obscura nube propriĩ amoris, & cum uir tuoso lumine oculum intellectus aperiãt ad ista consideranda. Igitur isto modo peruenient, aliter non.

De excellentia uirtutis obedientiæ, & de bonis quæ tribuit illis qui realiter eam assumunt. Cap. clxiiii.

REmedium ergo salubre & uerę est illud q̃ obseruat uerus obediens, in q̃ iugiter omni die renouatur cum lumine fidei augmentando uirtutem obedientię, cum humilitate pfunda, peroptando cõtumelias atq; derisiones, & quod à suo prælato magnis oneribus quotidie grauetur, ut uirtus obedientię una cũ patientia soror sua non rubiginetur, ut cum expedit eas exercere, nullo modo deficiant, si ue cum difficultate possit eas habere. Et ideo quotidie sancti desiderĩ pulsat instrumentum, neq; frustra tempus elabi permittit, de quo iugiter in corde famescit ueluti sponsa solicita, quæ nullatenus uult

ociosa manere. O delectabilis obedientia, o suauis obedientia placida, o uere dulcis & illuminatiua obedientia, qm̃ amoris, p̃ priꝝ tenebras expulisti. Tu uirtus obediẽ tiæ uiuificas animam, exhibendo sibi ui tam gratiæ, qua te in sponsam elegit, & se ipsam uolũtate propria priuauit, quę mor tem infert animę, atq; quotidie guerram. Tu liberalis es & ualde larga, quia te sub iꝫcis omni rationali creaturæ. Tu beni/ gna es & ualde pia, ex eo quia mansuete portas onera grauia, quia sociata es cum uera pacientia, & inexpugnabili fortitu/ dine: tu coronaris honorabili corona per/ seuerantiæ: tu minime deficis ex impor/ tunitate prælati, neq; propter onera gra/ uia, quæ tibi sine discretione ponerentur, etiam iniuste, tu cum fidei lumine toleras uniuersa. Tu es adeo cum humilitate cõ/ nexa, q̃ nulla creatura, diabolica uel hu mana potest eam trahere de manu sancti desideriꝫ te possidentis animæ. O dulcissi/ ma filia, quid ultra dicemus de hac excel lentissima uirtute? dicemus eam esse unũ bonum sine malo quocunq;. Srat in ma/ nu taliter absconsa q̃ uentus aliquis eι no cere non potest. Facit animam super Or/ dinis brachia nauigare, atq; prælati sui, & non super brachia sua: quia uerus obe diens nõ obligatur mihi reddere rationẽ de se, imo solummodo prælatus cui subdi tus extitit. Ergo dilectissima filia, de tali uirtute gloriosa deberes esse ualde philo/ capta, & in ea quotidie delectari. Vis de beneficiꝫs a me receptis esse grata? Sis obe diens: nam obedientia demonstrat aper/ te gratitudinẽ tuam, quia procedit à cha/ ritate, ipsa demonstrat q̃ non es ignorãs, ex eo q̃ pcedit à notitia meæ ueritatis, in uerbo filio meo: Nam ipse docuit uiam o/ bedientiæ, ueluti regulam uestram, ex eo q̃ fuit obediens usq; ad mortem obpro/ briosissimæ crucis. In cuius obedientia, q̃ cœlum aperuit, est obedientia uobis ex li bito fũdata, uidelicet illa gñalis, & ista par ticularis: sicut in principio tractatus isti⁹ obedientiæ tibi narraui. Hæc obedientia præbet in anima lumen, ostẽdens ipsam esse mihi fidelem, ac etiam Ordini & præ/ lato suo. In quo lumine, scilicet sanctissi/ mæ fidei, sui fuit oblita, non quærendo se propter se, quoniam in obedientia quam acquisiuit in lumine fidei demonstrauit, quod in uoluntate sua sit omnino mor/ tua, ad omnem sensum proprium, qui sen sus carnalis atq; sensitiuus alia quęrit, & non sua. Sicut inobediens q uult inuesti/ gare uoluntatem eius qui sibi præcipit, & illam iudicare secundum intuitum & iu dicium suũ tenebrosum & infimum, sed non uoluntatẽ suam puersam à qua mor tem acquirit. Sed uerus obediens cũ lumi ne fidei iudicat in bonum sui prælati uo/ luntatẽ ideo nõ exgrit uoluntatẽ suã, imo cetuicẽ humiliter inclinat, & cũ odore ue ræ & sanctæ obediẽtiæ nutrit aĩam suã, & ista p̃ciosa uirtus, in aĩa tm̃ excrescit, q̃tũ in lumine sanctissimæ fidei dilatatur, ex eo, quia charitas quæ peperit obedientiã à lumine fidei procedit. Et cũ illo lumine fi dei, cum quo talis anima cognoscit semet ipsam, atq; me, cũ eo me diligit, & humi/ liatur, & q̃to magis amat, se humiliat am plius est obediens. Et obedientia cũ pati/ entia sorore sua demonstrat aperte, ut tũ anima uestita sit uestimento nuptiali cha ritatis in ueritate, cum quo uestimento ui tã æternam ingreditur. Obediẽtia nanq; cælum aperit, & extra postea remanet, & ipsa charitas quę clauẽ istam exhibuit, in trogreditur afferendo secum obedientiæ fructum, aliæ quippe uirtutes, ut iã dixi, remanent extra & sola charitas ingredi/ tur. Sed appropriatur obedientiæ q̃ est illa clauis qua cęlum aperitur, ex eo, quia cũ inobedientia primi parentis Adę clau sum extitit, & cũ obedientia fidelis imma culati, & humilis agni filiꝫ mei fuit aper/ ta ianua uitæ durabilis, quæ tanto tempo re clausa fuerat.

Diffinitio duarum obediẽtiarum, una religiosorum, alia quæ promittitur extra religionem alicui personę.

Cap. clxiiij.

SICVTI iam audisti charissima fi/ lia unigenitus filius meus obedienti/ am uobis dereliquit, ueluti clauem cum qua possetis aperire cælum, & sic ad finem uestrum optabilem attingere. Ip/ se uobis eam ex præcepto dimisit in obe dientia generali. Si uero peroptatis ad magnam ascendere perfectionem, ipse cõ suluit per portellum ordinis artum in/ gredi, ut supradictum est. Sunt etiam aliqui non intrantes ordinem, & nihilo/ minus in nauicula perfectionis existunt.

Illi quippe sunt qui consilia bene seruant extra ordinē approbatum. Spōte refutantes diuitias atq; mundi pompas, actualiter atq; mentaliter, cū odorifera continentia uirginali, uel aliter: licet uirginitate priuati sint, ipsi pfecte seruant obedientiam, alicui creaturæ se subiiciendo, cui pfecte conant usq; ad mortem obedire. Et si me interrogas qs est meriti maioris, an ille qui stat in religione, uel illi de quibus in pśenti dico: respondeo q̄ meritum obedientiæ nō mensuratur in actu, nec in loco, nec in eo q magis est bonus uel prauus, nec in seculari magis q̄ in religiosotimo secundū mensuram amoris q̄ habet obediens, & secundum istā mensurā remetitur ei præmiū. Imperfectio uero p̄lati nullū omnino detrimentum infert illi qui uerus est obediens, imo frequentissime pdest ei: quia propter persecutionem iniuste habitam, & ꝓpter indiscretas reprehensiones & onera grauia q̄ quādoq; tolerantur ab indiscreto p̄lato, acquirit & augmentat in se uirtutē obedientiæ & patientiæ sororis eius: neq; locus ei nocet imperfectus. dico imperfectū, qa religio status est firmior atq; tutior q̄ alius status. Et ideo imperfectū tibi pono locum istoꝝ qui per paruā clauem obedientiæ præter & extra ordinem obseruant consilia. Sed non imperfectum dico siue minoris meriti coꝝ obedientiam, qm̄ omnis obedientia sicut iam dixi, & alia quæcunq; uirtus, mensurat cum amoris mensura. Tñ est uerum, q̄ in quamplurib⁹ rebus ualet amplius homini in religione consistere, tum propter uotum quod in manu sui prælati facit, tū quia plura tolerare cōpellitur, & efficatius obedientia ꝓbatur in ordine q̄ extra: tū qm̄ ex quolibet actu corporeo est obligatus huic iugo, neq; soluere se potest quando uult, absq; culpa peccati mortalis, ex eo q̄ ordo est approbatus ab ecclesia sancta, & propter uotum emissum. In alius uero non est ita, quia uoluntarie se ligauerunt ex amore quem ad obedientiam habent: sed non cum uoto solēni. Vnde si ne culpa peccati mortalis eis liceret abobedientia creaturæ talis discedere, si legitimam haberent occasionem, & non ex ꝓprio defectu suo procederet. Si uero discederent ex proprio defectu suo, non esset hoc absq; graui culpa: non tamen discessus ille propriæ peccatum mortale impotaret. Nosti quantum interest inter unū & alium? quantum ab illo qui tollit alienum ad illum qui ꝓximo dedit aliquid, & postea repetit quod ex amore donauerat, cum intentione non repetendi, licet ex illo non fuerit aliquod instrumentum publice confectum: nam alius donauit, & confectum est publicum instrumentum, unde renunciauit in manu prælati, sibimetipsi promittens obedientiam, continētiam, & paupertatem uoluntariam. Prælatus uero promittit ei uitam æternam, inquantum obseruet ea quæ promittit. Itaq; proculdubio in obseruantia loco & modo perfectior est illa: ista uero minus perfecta. Illa tutior est: quia si quis ruat, aptior est ad surgendum: quia cum maiori subsidio se reperit: hæc autem est magis dubia, & ualde minus tuta: quia si ceciderit, est in maiori periculo ne retrocedat: quia sentit se non esse ligatum, imo solutum, quia non fecit in professione uotum, prout accidit in religioso, qui ante ꝓfessionem ab ordine discedere potest, postea uero non: meritum autem utriq; mēsuratur, ut iam dixi secundum mensurā amoris quam habet uerus obediens, ut unusquisq; in quo statu fuerit, ualeat habere perfecte meritum: quia solummodo positum est in amoris mensura. Ego differenter homines uoco, aliquem in uno statu, & alium etiam in alio, prout apti sunt in se recipere: sed unusquisq; premiatur secundum amoris mensuram: quia si secularis amat amplius q̄ religiosus, à me plus accipit, & econuerso, & ita de cæteris.

Quomodo deus non secundum laborem obedientiæ præmiat, neq; secundum longitudinem temporis, imo secundum magnitudinem charitatis: atq; de promptitudine uerorum obedientium.

Cap. clxv.

OMnes uos conduxi, ut laboraretis in uinea obedientiæ diuersis modis: & omnibus impendetur præmium secundum amoris mensuram, & non secundū opera, neq; mensurā tēporis, uidelicet ut amplius habeat ille q tēpestiue uenit q̄ ille q tarde, sicut in euāgelio cōtinetur, ubi mea ueritas dicit similitudinem eoꝝ qui conducti fuerunt ad uineam excolendā:

& q̄ tantum habuit ille qui uenit ad opus hora undecima, quantum ille qui uenit hora prima, siue tertia, uel nona. Voluit igitur ostendere ueritas mea, q̄ estis in cœlo remunerati, non iuxta tempus uel opus, sed iuxta mensuram amoris, unde multi uocati sunt ad opus huius uineæ, in pueritia quidam, in iuuentute quidam, in senectute, & aliquando senex, cum tanto amoris igne ad hanc uineam ibit, & consiederabit habere temporis breuitatē q̄ attingit ad illos qui uocati sunt in pueritia, quia negligenter ambulauerunt. Igitur in amore obedientię recipit anima præmium suū, & ibi uas suum impletur in mari pacifico: multi uero sunt qui habent obedientiam istam ita promptā, & tantum in anima sua tenēt inserta, & incarnatam, q̄ non solummodo ipsi non dolent inuestigare rationem, quare sic a prælato suo præcipitur, imo uix expectant q̄ uerbum egrediatur ab ore suo, quia cum lumine fidei uident & intelligunt intentionem prælati, quam ilico iuxta posse perficiunt. Vnde uerus obediens amplius attendit, & obedire conatur intentioni prælati sui, q̄ uerbo semper iudicando uoluntatem prælati fore secundum meam uoluntatem, & q̄ per meam dispensationem & uoluntatem, ita præcipiatur, & ideo dixi tibi, quod potius obediebat intentioni q̄ uerbo. Ex hoc enim est obediens uerbo, quia prius obediuit cū affectu suæ uoluntati & intentioni, uidendo cum lumine fidei, & iudicando uoluntatem eius in me, hoc aperte demonstrauit ille, de quo legitur in uitis patrum, q̄d prius obediebat cū affectu, qui cū ab abbate suo fuisset uocatus, & incepisset unū describere, quod est ita parua res, ilico prōptus ad obedientiam, imperfectum dereliquit, nec tantam dilationē sibi dedit, ut ad perfectum adduceret. Vt igitur in signum apertū uideretur quātum hoc mihi gratum extiterat ipsa clementia mea medietatem aliam auro perfecit. Ista gloriosa uirtus intantū est mihi grata, quod nulla uirtus est, in qua tot miraculorū signa siue testimonia data sint a me, sicut in ea. Quoniam ipsa procedit a lumine fidei, & ut aperte cognoscant homines quantam in ea cōplacentiā habeam: Terra obediens est isti uirtuti, ac etiā animalia sunt illi subdita, aqua sustentat obedientē. Terra dixi est obediens obedienti, sed sicut in uitis patrum aliquando legisti de abbate qui obedienti discipulo tribuit unum aridum lignum, iniungendo sibi per obedientiam, q̄d illud int erra plātaret, & iugiter adaquaret, usquequo fructū ex se p̄duceret, ipse autem obediens cū lumine fidei non hęsitauit, nec ait quomodo possibile foret, imo perfecit obedientiā ulterius inuestigare declinās intantum, q̄ per uirtutem obedientiæ pariter & fidei, lignum aridum uiride factum est: & ita fructum ex se produxit, in signum q̄ illius anima demonstrabatur, & erat priuata siccitate cuiuslibet in obedientiæ, atq; uiridis effecta fructū obedientiæ germinabat, unde fructus illius ligni uocabatur à sanctis patribus obedientiæ fructus. Si attendas etiam animalia modo simili obedienti subiiciuntur. Vnde discipulus ille & ex obedientia missus ex puritate & obedientia sua cepit atq; ligauit unam dracenam, & adduxit illam ad eius abbatem. Sed abbas tanq̄ uerus medicus, ne forte discipulus impelleretur ab aliquo uento uanæ gloriæ, & ut eum in uirtute humilitatis atq; pacientiæ probaret, expulit eum à se, dicens cum improperio quia tu es una bestia duxisti ligatā aliam bestiam. Etiam si consideres ignem, hoc idem agit. Vnde tu legis in sacra pagina, q̄ multi nolentes obedientiam meā transgredi, mittebantur in ignem, & ipsi pacientissime sponte tolerabant, & ignis uel in minimo non nocebat eis: prout accidit tribus pueris qui in camino ignis stabant illæsi à igne. q̄d de q̄ plutibus narrare possem. A qua sustentauit Maurę, à Benedicto abbate missum ut adiuuaret discipulum alium, qui suffocabatur in lacu: ipse uero de se minime cogitauit, sed cum lumine fidei solummodo cogitauit obedientiam sui prælati perficere, quare super aquam ambulabat ut per aridam, & ita condiscipulum extraxit à lacu, & à morte liberauit. Et in effectu si aperias oculum intellectus, inuenies excellentiam huius uirtutis esse cōmendatam: omnia debent omitti propter obedientiam. Vnde si tu esses in tanta contemplatione ac unione mentis eleuata, q̄ etiam corpus à terra suspenderetur in altum, propter obedientiæ præceptum, iuxta posse, debes obedientiam executioni mādare, loquēdo generaliter, & nō in particulari, quia singulare priuilegium non ordinat legem uniuersalem. Diligenter etiam attende q̄ ab oratione congruo tempore surgere nō debes, nisi compellente necessitate, charitate uel obedientia. & dico tibi sic ut intelligas & agnoscas q̄tum ego uolo q̄ prompta sit in seruis meis, & q̄tum ipsam habeo

beo gratam. Omnia quæ facit obediẽs ad meritum eius accedunt. Si comedit, exobedientia cõmedit, si dormit, cum obediẽtia dormit, cum obedientia uadit, si stat, cum obedientia consistit, si ieiunat, cũ obedientia, si uigilat, cum obedientia, si proximo seruit, obediẽtiam facit: si est in choro uel in refectorio uel in cella, quis eum illuc adducit siue stare facit? Obedientia, cum lumine sanctissimæ fidei, cum quo lumine semetipsum iactauit uelati mortuũ ad omnem propriã uoluntatẽ humiliter in brachijs Ordinis atq; prælati sui. Cum hac obedientia requiescẽs in tutissima naui, dum se sponte perduci permisit à prælato suo, nauigauit in mari procelloso uitæ præsentis cum felici prosperitate, cum mẽte serena & tranquillitate cordis, ex eo q̃ cum obedientia priuauit eum cum uiua fide quibuscunq; tenebris, ipse procul dubio fortis atq; securus est: quia si priuauit & abstulit à se quamcũq; dubietatẽ & inutilem timorem, renunciãdo uidelicet uoluntati propriæ, unde procedit ipsa dubietas atq; timor inordinatus. Sed hæc obedientia sponsa ueneranda, quid cõmedit siue bibit? Quotidie cõmedit agnitionẽ sui, siue mei. Aperte nãq; cognoscit & intelligit se per se non esse: & suũ defectũ, & me, qui sum ille qui sum: ac gustat & cõmedit meam ueritatem, quam intelligit in uerbo meo pro uobis incarnato. Bibit uero sanguinem, in quo sanguine uerbũ ostendit et meam ueritatẽ, & amorẽ ineffabilẽ quem ad eum habeo. In ipso sanguine demonstrat obedientiã suam perfectã, à me patre suo impositã ei pro uobis: & ideo se totaliter inebriat. Postq̃ aũt est ebria sanguine simul & obedientia uerbi, se perdit ex toto cum omni cõplacentia sui, possidendo me per gratiam, gustando me per affectũ amoris, cum lumine fidei & obedientia sancta. Omnis uita sua pacẽ ei dat, & in morte postea recipit illud quod in sua professione fuit ei promissum à suo prælato, uidelicet uitam æternam, quæ uita pacis est, & æterna tranquillitas, atq; felicissima quies, bonum inæstimabile, ga nullus illud æstimare potest, neq; cõprehẽdere quantum est, quoniam est infinitũ. A te nanq; minori nullo modo comprehendi potest hoc infinitum & inæstimabile bonum: nisi tanq̃ uas quod immensum est in mari, quod non comprehendit in se uniuersum mare, sed solum illam quantitatem quam in se continet. Solum modo mare semetipsum comprehendit. Et sic mare pacificum sum ille solus qui me comprehendo & æstimo, & ita de mea comprehensione & æstimatione solum in meipso gaudens exulto. Quod utiq; gaudiũ atq; bonum quod habeo in me participo in uobis, & unicuiq; secundum suã capacitatẽ & mensuram. Omnes impleo perfecta beatitudine, nec aliquam mensuram ibi teneo uacuã, sed omnes agnoscũt & intelligunt de bonitate mea, quantum ego tribuo comprehendendum iuxta merita sua. Ergo uerus obediens, cum lumine fidei ueræ combustus in fornace charitatis, humilitate perunctus, pretioso sanguine sicut iam dixi totaliter inebriatus, cum sorore patientia atq; uilitate, semetipsam uilipendendo, cum fortitudine atque perseuerãtia, & cum alijs uirtutibus, hoc est fructibus aliarũ uirtutum, habuit & in se recepit optabile atq; felicissimum finem eius à me creatore suo.

Hæc est una repetitio in summa quasi totius libri præsentis. Caput clxvi.

MOdo dilectissima & charissima filia satisfeci desiderio tuo a principio sermonis mei, usque ad ultimum finem, quem feci loquens de obedientia: Nam si bene recordaris, petisti à me cum anxietate desiderij, sicut ego te feci petere, ut ignẽ in te crescere facerem charitatis. Tu inquam petiuisti quatuor petitiones, quarũ una fuit pro teipsa cui satisfeci, illuminãdo te lumine ueritatis meæ, ostendendo tibi, quod mediante fidei lumine, cum cognitione tui & mei, per modum quem ego tibi declaraui, tu uenichas ad notitiã ueritatis. Secunda petitio tua fuit quod ego facerem mundo misericordiam. Tertia uero petitio fuit pro corpore mystico Ecclesiæ sanctæ meæ: Rogando me quod auferrem tenebras a bea, & persequutiones, quas in præsenti patitur. Et petebas quod ego punirem iniquitates malorum super te. Hinc ego declaraui tibi, quod nulla pœna finita, siue data tempore finito, ex semetipsa sola satisfacere potest, pro culpa facta & commissa contra me, qui

qui ſum infinitum bonū, ſed bene ſatisfacit inquantum fuerit unita cum contritione cordis & animæ deſiderio, modum uero qualiter ſatisfacio, declaraui tibi, ad hoc etiam reſpondi tibi, quod ego uolo facere mundo miſericordiam, oſtendendo tibi quod mihi miſereri, prius eſt. Vnde propter miſericordiā & inęſtimabilem amorem quem gerebam ad hominem, miſi unigenitum filium & uerbum meū, quod ut apertius tibi demonſtrarem, aſſimilaui uniponti, qui attingit a cœlo uſq; ad terrā, & hoc ex unione quę facta fuit in ipſo, inter huter humanam & diuinam naturam. Itē ut ampliuſt e lumine meæ ueritatis illuſtrarem, oſtēdi tibi qualiter ad iſtum pontem aſcendebatur per tres gradus, id eſt cum tribus animę potēţijs. Item de iſto uerbo ponte tibi monſtrādo feci figuram aliam in corpore ſuo, figurando tres illos gradus, ut optime noſti. Primum ſcilicet in pedibus, ſecundum in latere uel in coſta perforata, tertium in ore, in quibus poſui tres animæ ſtatus, uidelicet ſtatum imperfectū, pfectum, & perfectiſſimū, in quo realiter attingit & peruenit ad excellentiam intimi amoris, oſtendendo tibi patenter in quolibet quid eſt illud quod aufert imperfectionem, & per quam uiam itur ad eam. Et de occultis deceptionibus dęmonū dixi, & de proprio amore ſpirituali, etiam tibi loquendo de reprehenſionibus in tribus iſtis ſtatibus, quas mea clemētia facit. Et primam reprehenſionē poſui, quam facit hominibus in uita, priuſquā a corpore diſcedant: ſecundam in morte, quantum ad illos qui moriuntur in peccato mortali, de quibus ego poſui tibi qꝙ ibant ſub ponte puiā diaboli, narrando tibi miſerias eorum. Tertiam uero reprehenſionē quam faciet in generali iudicio, aliqua tibi narrando de pœnis dānatorum, atq; de gloria beatorum, cū unuſquiſq; dotem ſui corporis acceperit. Itē promiſi tibi, & promitto, qꝙ cum multa ſufferentia ſeruorum meorum reformabo ſponſam & eccleſiam meam, inuitando uos ad huiuſmodi tolerantiam, conquerendo tecum de iniquitatibus miniſtrorum impiorum, & oſtendendo tibi pariter in quanta ipſos excellentia poſui atq; reuerentia, quam ego requiro & uolo qꝙ ſeculares eis exhibeant. Et oſtēdēdo tibi q̄modo per defectus ipſorum uel exceſſus reuerentia circa illos nullo modo minui debet, & quantum habeo moleſtum, & eſt mihi contrarium, quando fit oppoſitū. Fuit quoq; locut⁹ de uirtute illorum, qui ſicut angeli uiuunt, tangendo ſimul cum hoc aliqua de uenerandi ſacramenti altaris excellentia. Item quia loquendo de dictis tribus ſtatibus animæ, uoluiſti ſcire de ſtatibus lachrymarum, & unde procedunt, ordinate narraui tibi concordando ſtatus animæ cum ſtatibus lachrymarum. Dixi nanq; tibi, qꝙ uniuerſæ lachrymæ de fonte cordis egrediuntur, ſerioſe tibi cauſam huius aſſignando, atq; de quatuor ſtatibus lachrymarū. Inſuper & de quinto ſtatu qui generat mortem, aperte tibi narraui. Et quartæ petitioni tuæ reſpondi, qua me rogaſti, qꝙ prouiderem in quodam caſu particulari, quod contigerat, & ego, puidi, ſicut optime noſti. Super his omnibus declaraui & diſſerui tibi de prouidentia mea, tam in genere q̄ in ſpecie, incipiendo a principio creationis uſq; ad finem mūdi, & qualiter omnia feci & facio cum prouidētia ſumma & diuina, dando ſiue permittendo uobis omnia, ſcilicet cōſolationes atq; tribulationes ſpirituales uel temporales, propter bonū ueſtrum, ut in me ſanctificati ſitis, & ueritas mea perficiatur in uobis. Veritas nanque mea fuit & eſt iſta, quia creaui uos ut haberetis uitam æternam, quam utiq; ueritatē uobis cum ſanguine uerbi unigeniti filij mei patefeci. Itē ultimo ſatisfeci deſiderio tuo atque promiſſioni, quā ego feci tibi, narrando uidelicet de perfectione obedientiæ, atque de imperfectione inobedientiæ & unde, pcedit, & qiud eſt illud quod uobis aufert obedientiam. Nam eam expoſui pro quadam clauigenerali, & ſic eſt, & tibi narraui de particulari. Et de perfectis atq; imperfectis tam in religione q̄ extra religionem, de quolibet aperte loquēdoidſtin cte, & de pace quam exhibet obediētia, & de guerra quam irrogat inobedientia, & quantū inobediens decipit ſeipſum, addendo atq; declarando, qꝙ per inobedientiam Adæ mors uenit in mundum. Nunc ego pater æternus, ſumma & æterna ueritas, concludo patenter uos ex obedientia incarnati uerbi, uidelicet unigeniti filij mei, uitam æternam obtinere, & qꝙ ſicut oēs a primo ueteri homine uidelicet Adā, contraxiſtis interitū atq; mortem, ſic omnes qui uolunt obedientiæ clauem ferre, contraxerunt uitā ab homine nouo, uidelicet Ieſu Chriſto dilectiſſimo filio meo, de q̄ uobis feci pontem, poſtquam uia cęli facta fuit, ut trāſire poſſitis illęſi, per iſtam dulcē atq; rectam uiā, quæ eſt una lucida & rectiſſima ueritas, cum claui ſalubris obedientię, & ita tranſitis illęſi per tenebras uitæ præſentis, & ultimo cū claui uerbi mei cęlum inuenitis uobis apertum. Modo te cum cæteris amicis & ſeruis meis inuito ad fletum, quia cum fletu & oratione cōtinua & humili, mūdo uolo facere miſericordiā. Curras ergo mortua per hanc uiam ueritatis, & poſtea minime reprehenderis de motu lento,

quia

quia plus a te requiram nunc q̃ antea, postquã tibi manifestaui meipsum in ueritate mea. Et omnino caue ne unq̃ egrediaris a cella notitiæ siue cognitionis tuę, sed ipsa conserues & expendas thesaurum a me tibi traditũ, qui thesaurus est una doctrina ueritatis, fundata sup firma petra uiua, uidelicet unigenito filio meo Christo dulci Iesu, quę doctrina uestita est fulgentissima luce, per quam tenebræ destruuntur. Ipsa igitur induaris in ueritate filia mea dulcis & amantissima.

Quomodo hæc anima deuotissima Deo uale de regratiatur, & orationẽ effundit affectuosam pro sancta ecclesia & uniuerso mundo, & uirtutem fidei commendans, imponit finem huic operi. Caput clxvij.

TVnc hæc anima deuotissima postq̃ uiderat cum intellectus oculo, & mediante lumine sanctissimæ fidei, cognouerat ueritatem & excellentiã uirtutis obedientiæ, ac ipsam recto sensu percepisset, & ipsam affectu degustasset cum ineffabili desiderio, speculando se metipsam in diuina maiestate, gratias referebat, & ait: Gratias tibi pater ęterne, quia non despexisti me tuam facturam, nec auertisti faciem tuam a me, neq; contempsisti desideria mea. Tu nanque lux non attendisti tenebras meas, tu uita non attendisti mortem meã, neque tu medice, uilipendisti grauem infirmitatem meam. Tu puritas æterna, non despexisti me luto plenam, atq; miserijs infinitis: tu infinite, me finitã. Tu sapiẽtia summa, me stultã, propter hęc & alia mala plurima & defectus innumeros qui sunt in me, nõ contẽpsisti me, neq; me spreuit bonitas tua, sapientia tua, clementia tua, bonũ tuũ infinitũ & inęstimabile. Sed in lumine tuo mihi lumen exhibuisti, in sapientia tua, cognoui ueritatẽ in clemẽtia tua, inueni charitatem tui, atq; dilectionem proximi. Quis ergo te coegit ad hęc? Non aliqua mea uirtus, imo solũ tua paterna charitas. Hic igitur idẽ amor te cõpellat ad illuminandum oculũ intellectus mei lumine fidei, ut intelligã & agnoscam ueritatem tuã, mihi patefactam. Da mihi domine, ut memoria mea inueniatur capax ad retinendum beneficia tua. Voluntas ardeat igne dulcissimæ tuę charitatis, qui sanctus ignis faciat corpus meum effundere sanguinem datũ amore sanguinis, & me cum claui salutaris obediẽtię portã cęli aperire. Istud idem expostulo pro qualibet creatura rationali, tã in generali q̃ in particulari & pro corpore mystico sanctę matris ecclesię. Ego fateor, & non nego, quia tu dilexisti me priusquã essem, & q̃ amas hominem mira, q̃ assimilaris quodammodo illi, q̃ ex amore nimio infatuatur. O deitas ęterna. O æterna trinitas, quæ per unionem diuinæ naturæ fecisti tantum ualere precium sanguinis unigeniti filij tui. Tu trinitas æterna es quoddãm mare profundum, in quo quanto plus quæro, plus inuenio, & quanto plus inuenio, plus quæro te. Tu quodammodo insatiabiliter animã satias, quoniam in abyssso tua ita facias animam, q̃ semper remanet esuriens atq; famelica, te trinitas ęterna peroptans desideraq; te uidere lumen in lumine tuo. Sicut ceruus desiderat fontem aquę uiuę, ita desiderat anima mea corpꝰ istud egredi tenebrosum, & in ueritate uidere te sicuti es. O q̃ diu erit abscondita facies tua ab oculis meis? O trinitas æterna, ignis atque charitatis abyssus, amodo dissolue nubem huius mei corporis, quia cognitio quam dedisti mihi de te, in tua ueritate arctat & ualde me cogit optare depositionem grauedinis huius corporeę, atq; reddit auidã ad exhibendã uitam hanc ad laudem & gloriam nominis tui, quia gustaui & uidi cũ lumine intellectus in lumine tuo abyssum tuã, ęterna trinitas, atque pulchritudinem creaturę tuę, propter quod intuendo meipsam in te uidi me fore tuã imaginem, donante uidelicet mihi te pater æterne de potentia tua & de sapientia tua, intellectu, quæ sapientia unigenito tuo est appropriata. Spiritus uero sanctus qui procedit a te patre & filio tuo dedit mihi uoluntatem, per quam me facit aptam ad amandum. Nã tu trinitas ęterna factor es, & ego factura, unde cognoui te illuminãte, in recreatione quã de me fecisti per sanguinẽ unigeniti filij tui, q̃ philocaptus es de pulchritudine facturæ tuę. O abyssus, o trinitas æterna, o deitas, o mare profundum, & quid maius mihi dare poteras, q̃ teipsum? Tu es ignis qui semper ardes, & nõ cõsumis, tu es qui consumis calore tuo quẽcunq; proprium amorem animę. Tu es iterum ignis qui tollis omnem frigiditatem, & illuminas mentes lumine tuo, cum quo lumine fecisti me cognoscere ueritatem tuam. tu es illud lumen super omne lumen, quod das intellectus oculo supernaturale lumen in tãta perfectione & abundantia, quod etiam lumẽ fidei per ipsum magis clarificatur, in qua fide uideo meam animã habere uitã, & in isto lumine recipit in se te lumen. Nam in lumine fidei acquiro sapientiam, in sapientia uerbi filij tui, in lumine efficior fortis & constans atq; perseuerans, in lumine fidei, acquiro spem, q̃ non permittes me in uia deficere. Itẽ istud lumẽ docet me uiã per quam ambulẽ, & sine isto lumine in tenebris ambularem. Et ideo petiui pater ęterne, q̃ tu illuminares me lumine sanctissimę fidei.

Vere lumen istud est unum mare, quod nutrit animã, quousq; tota sit in te. O mare pacificum, trinitas æterna, huius maris aqua non est turbida, & ideo non exhibet aliquem timorem, imo dat noticiam ueritatis, hæc est aqua clarissima, & res occultas aperte manifestat, unde ubi abundat lucidissimum lumen fidei tuæ, anima quasi clarificatur de eo quod credit. Hæc est speculum secundum, quod tu trinitas æterna me cognoscere facis, quod dũ amoris manu tenetur coram oculis animæ meę, representat me in te quæ sum creatura tua. In huius lumine speculi representatur mihi atq; cognosco te summũ bonũ, bonum super omne bonum, bonũ fęlix, bonum incõprehensibile, bonum inæstimabile, pulchritudinẽ super omnem pulchriuudinem, sapientiam super omnem sapientiam, quia tu es ipsa sapientia, tu cibus angelorum cum igne charitatis te dedisti hominibus. Tu uestimentum cooperiens nuditatem meam, pascis nos famelicos tua dulcedine, quia dulcis es absq; amaritudine quacũq;. O trinitas ęterna, in tuo lumine quod mihi dedisti & recepi mediante lumine fidei sanctissimę cognoui te, declarante per multas & admirabiles declarationes, uiam magnæ perfectionis, ut cum lumine, & non cũ tenebris, amodo ipsi seruiam, atq; sim speculũ uitæ sanctæ, & ita rusurgam a miserabili uita mea, qua semper in tenebris hucusq; tibi seruiui. Non enim agnoui ueritatem tuam, & ideo non amaui eã. sed quare te non agnoui? quia te nõ uidi. Quare uero te non uidi cum lumine sanctissimæ atq; gloriosæ fidei? quia nebula proprij amoris obfuscauit oculum intellectus mei. Sed tu ueritas æterna, dissoluisti cũ lumine tuo tenebras meas. Et quis poterit altitudinem tuã attingere, & tibi referre gratias de tam immẽso dono, & de tam amplis beneficijs, quæ mihi concessisti, atq; de doctrina ueritatis, quã mihi nunc exhibuisti? Quæ quippe doctrina est una gratia particularis ultra gratiam generalem quam das alijs creaturis. Voluisti nanq; condescendere necessitati meæ, ac aliarũ creaturarum, qua in futurum tanq; in speculo in ea respiciendo, speculari desiderabunt. Tu ergo domine prome tibimetipsi respondeas. Tu q dedisti satisfacias, atque respondeas pro datis infundendo, uidelicet in me lumen unum gratię, ut cum ipso lumine tibi gratias referam tuesti me, & fac ut induam te ueritatem æternam, ut ego curram hanc uitam utiq; mortalem, cũ uera obedientia, & cum lumine sanctissimæ fidei, de quo lumine uidetur, q̃ animam meam de nouo nunc inebries.

SANCTAE CAtherinæ Senensis, ex multis, Oratiões xxii. insigniter piæ, ab ipsa quidẽ in raptu & extasi ad Deũ magno spiritus feruore prolatæ, verum à sibi assistentibus familiaribus exceptæ, latinitatique donatæ.

ORATIO I.



DEITAS deitas, ineffabilis deitas. O summa bonitas, q̃ solo amore fecisti nos ad imaginem & similitudinem tuam: non dicendo fiat, quando creasti hominẽ, sicut cum fecisti cæteras creaturas, sed dicendo, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram (o amor ineffabilis) ut in hoc tota Trinitas consentiret. Et dedisti homini formam ipsius Trinitatis in potentijs animæ. Memoriã in formam tui pater æternæ, qui sicut omnia conseruas in tenita ipsa retinet & conseruat quicquid intellectus uidet & intelligit de te. Et dum id cognoscit participat sapientiam unigeniti tui. Dedisti etiam homini uoluntatem in formam spiritus sancti, quæ (quasi manus plena tuo amore) leuans se, capit quicquid intellectus noscit de tua ineffabili bonitate, & implet memoriam & affectum de te. De quo gratias ago tibi propter infinitũ amorem huiusmodi quẽ ostendisti donando nobis intellectum, p cognoscendo te: memoriã, p conseruando te in se, & uoluntatẽ & amorem, p diligendo te super omnia, sicu tra-

tion a/

tionabile est, & tantæ potestatis, ut amorem hunc neq; dæmon, nec alia creatura in se rationē habens, possit nobis auferre inuitis. Pudeat itaq; hominē uidēdo tm se à te diligi, non amare factorē suum, cuius uiuere semper in te est. O æterna bonitas, in te uideo q̄ propter nostrā fragilitatē cecidimus in putredinē p̄cōr, inobediente tibi primo patre, constrinxit te amor aperire oculum pietatis tuæ, mittendo nobis miseris filium tuum uerbum incarnatum, uelatū nostra misera carne, nostra mortalitate uestitū, deum uer & dñm nostrū Iesum Christum, reconciliatorem, informatorē & redemptorem nostrum. Et q̄ tu dulce uerbum Iesus, amor patris, mediator factus es guerræ nostræ, cum creatore nostro faciens magnam pacem, puniens inobedientiā & iniquitates nostras super sanctissimū corpus tuum, factus obediens usq; ad opprobriosam mortem crucis. Satisfacie ns simul iniuriæ patris tui, & culpæ nostræ, uindicando eam sup temetipso. Peccaui dñe, miserere mei Quocunq; cōsiderando me uerto, reperio amorem incomprehensibilem ex te bone Iesu, deus meus, ad creaturam formæ tuæ, unde excusabilis non est si te non diligat: Nam tu deus & homo, absq; hoc ut te diligerem, cum non essem, amasti & fecisti me capacem notitiæ & infinitæ potentiæ & bonitatis tuæ. Et quicquid uolo diligere q̄ habeat in se esse, reperio in te. Peccatum aūt q̄d non habet, sed priuat esse, nō cadit in te: & ideo dignum est odio, non amore. Si uelimus deum diligere, ut tenemur, uideremus in te tuam inæstimabilē deitatē: Quod si hominem, tu homo es indicibilis puritatis. Et si uelimus ad deum dirigere zelum, tu soluisti proprium sanguinem, redemptionis nostræ inæstimabile pretium, eripiens nos de seruitute peccati. Tu es itaq; dñs, pater, frater, magister, amicus & socius noster, cōuersando nobiscum ex benignitate & insuperabili charitate tua. O æterna deitas, q̄d tibi ex his gratum ego misera creatura retribuā, cū summæ sapientiæ, infinitæ potentię & bonitatis existas? Tu pulchritudo purissima, ego putridissima creatura. ego mors, tu uita perhēnis. Tu lux, ego tenebræ. Tu sapientia, ego stultitia. Tu infinitus, ego finita, caducaq;, oīi die fini p̄xima. Tu medicus, ego infirma & fragilis peccatrix, q̄ pdendo me & tps mei decursus inutiliter extra tetnū q̄ dilexisse te uideor, q̄ traxisti nos ad te, & sp ad te p gratiā retrahis, si pmittim⁹, & nostra uolūtas tuæ maiestati sanctissimeno rebellet. Heu me peccaui dñe, miserere mei. Nec respicias æterna bonitas ad nostras miserias, q̄s ex nobis ipsis contraximus, recedendo ab infinita bonitate tua, & aīas nostras à suo obiecto p̄prio remouendo. Sed oro p tuam misericordiā, q̄ sine fine est, aperi oculum tuæ summæ clementiæ ac pietatis, & respice ad unicā sponsam tuā, aperiens oculum Vicarij tui in terris, ut non amet te propter se, nec se p̄pter se, sed potius te & se propter te diligat: q̄a dum amat te uel se se propter se, perimus: quia ipse uita & mors nostra. Mors scilicet inquantū solicitus nō est recuperare nosoues perditas. Sed si amet te & se propter te, uiuimus, dū a bono pastore exemplum uitæ recipimus. O summa & ineffabilis deitas, peccaui, & non sum digna orare ad te, sed tu potes facere me dignam. Punias itaq; dñe deus meus p̄cā mea, & ne respicias miseriam meam. Vnū corpus à te habeo, q̄d tibi reddo & offero. Ecce carnem, ecce sanguinem. Consumatur, destruatur, scindātur etiam & triturentur ossa cum medullis meis, pro uicario tuo, spōso unico sponsæ tuæ: & alijs pro quibus oro, si fuerit in uolūtate tua. Pro q̄ uicario humiliter deprecor exaudiri, ut tuam in oīibus uolūtatem aspiciat, amet & faciat, ne pereamus. Da ei cor nouum deus, ut sp crescat in gratia tua, & sit fortis in erigendo uexillum sanctissimæ crucis, faciendo nos gratiæ participes & fideles, sicq; participemus & nos fructus salutiferæ passionis & sparsi sanguinis tui unigeniti agni sine macula. Peccaui dñe, miserere mei. Am̄

Oratio II.

CONfiteor æterna deitas te mare tranquillū esse, in quo uelut pisces nutriūtur animæ, ex te ipso, q̄a uidelicet requiescunt in te, p affectū & unionem amoris, cōfirmando suū uelle altissimæ & æternæ uolūtatis tuæ, q̄ à nobis uult tm̄ sanctificationem nostrā. Et ideo aīa hoc respiciens, & suam se expolians, tuā tm̄ induit uolūtatem. Et hoc uidet esse optimū signū in te manentiū, si exuti uolūtate propria, &

creaturarum peccantium, uelle tuum, tuo nō ipsorum modo sequantur, & ex prosperis mū di non gaudeant, sed potius in aduersis, quæ inter te & ipsos media sunt. Vt sicut ignis aurum, ita ipsa probent an iudicent ipsi secundū uoluntatem tuam, more amantium tantūmodo. Et imo aduersa huiusmodi amanda sunt sicut cætera a te creata, quę omnia bona sunt, & diligi digna, excepto peccato, quod a te non est. Sed ego misera diligendo peccatū, semper perdidi tēpus diuini obsequij. Peccaui domine, miserere mei. Punias domine peccata mea, & iniquitates meas auerte. Purifica me ęterna & ineffabilis deitas, & exaudi famulam tuam, orantam ad te, ut dirigas in te corda & uoluntates ministrorū sanctæ matris ecclesię sponsæ tuæ, ut sequantur agnū saginatū, pauperē, māsuetum, & humilem, per uiam sanctissimæ crucis, tuo cælesti non ipsorū more caduco, sint itaq; creaturę angelicę & terrestres angeli in hac uita, quia cōficere & ministrare habēt corpus & sanguinem unigeniti filij tui, agni immaculati, ne sint sicut animalia ratione carentia, ad hæc indigna, sed unias diuina pietate, autor pacis, & balnea eos in tranquillo mari bonitatis tuę, ita ut non expectent ultra perdendo tēpus utile, quod iam habent pro inutili, quod non habent. Peccaui domine, miserere mei. Audi domine uocem meā, & exaudi miseram famulā tuam clamantē ad te patrē pīssimum, & p omnibus filijs quos tradidisti mihi ut eos singulariter diligam propter tuam charitatem immensam, summe ęterne & ineffabilis uerus Deus. Amen.

Oratio iij.

O Pater omnipotens æterne Deus, o inęstimabilis & dulcissima charitas, in te uideo & corde teneo, q̄ tu es uia, ueritas & uita, ppe quem oportet accedere omnem hominem uēturum ad te, quē tua ineffabilis dilectio dirigit & format de uera notitia sapientię unigeniti filij tui domini nostri Iesu Christi. Tu es ille æternus & incōprehensibilis Deus, q̄ mortua humana generatione, propter suę fragilitatis miseriam, solo amore & clemētissima pietate motus, misisti nobis ipsum uerū Deū, & dominum nostrū Iesum Christū filiū tuū, nostra mortali carne uestitum, & uoluisti, q̄ non ueniret cum delectatione & pōpis huius caduci sęculi, sed cum angustia, penuria, & tormentis. Et ipsam tuam sciens & faciens uoluntatem, pro nostra redemptione spretis mundi periculis, & inimici obstaculis, ut mortē mortē uinceret, factus est obediens usq; ad mortē acerbissimam crucis. Nunc quoq; o amor incomprehensibilis, tu idem es, qui mittendo uicarium tuū ad recuperandū filios mortuos p recessum ab obedientia sanctę matris ecclesiæ unicę sponsę tuæ, mittis eum in angustia & periculis, quemadmodum misisti dilectum filiū tuum redemptorem nostrum, ad liberādum ipsos filios mortuos a pœna inobedientię & morte peccati. Et fragiles homines creaturæ tuę iudicant prauo & pręsumptuoso iudicio ex affectu carnis in contrariam partem, sut uolūtatem tuam & fructum salutis eorum ab inimico decepti impediant, & ipsum tuum in terris uicarium a tā salutifera tua legatione diuertāt. O amor ęterne, isti non timent mortē animę, sed corporis, & iudicāt secūdū sensum & amorem proprium, non secundum uerū iudicium tuum, & pfunditate sapientię maiestatis tuæ. Tu positus es pro regula nostra, & porta, p quam oportet nos transire, & ideo in laboribus & angustijs gaudere debemus, sicut tu dixisti, quia ad hoc nati sumus, & mundus & caro nostra miserrima, nō nisi amaritudinis fructus producunt, ex tua admirabili prouidentia, ut de eis nō gaudeamus, nec in eis sperem⁹, sed te fructum salutis, & tuis donis cælestibus gloriemur. Bene itaq; debet gaudere uicarius tuus, dum sequitur uelle tuum & iustitiam Iesu Christi, qui disuenauit, aperuit & dissoluit sanctissimum corpus suum propter nos, & dedit suum sanguinem, ut lauaret peccata nostra, & ut salutē nobis sua ineffabili pietate captaret. Et i, s uicario tuo dedit claues ligādi & soluendi animas nostras, ut uoluntatem tuam & eius uestigia sequeremur. Pro quo sanctissimā tuā clementiam suppliciter oro, ut purifices eum, ita ut cor suum ardeat sancto desiderio recuperandi membra deperdita, per auxiliū excelsæ potētię tuę. Et si tarditas sui tibi amor ęterne displicet, punias propter eam corpus meū, quod tibi offero & reddo, ut illud flagellis afficias & destruas, prout fuerit in uolūtate tua. Peccaui domine, miserere mei. Tu Deus ęterne, tu es philocaptus de factura tua, cū ineffabili gratia & clementia tua, & ideo tuū uicarium mittis, ut eā pereuntē caperet. De quo ego indigna & misera peccatrix gratias ago tibi o infinita bonitas, & ineffabilis charitas, uerus Deus. Pudeat hominē filium Adæ, quem solo amore mortę tui unigeniti redemisti, non seq uoluntatē tuam, qui non uis sanctificationem nostram: Deus terne, qui ex charitate diuina homo factus es, & ex amore unitus es nobis,

&c

& mittis iam nobis uicarium tuū ad miniſtrā dum nobis ſpirituales gratias ſanctificationis noſtrę, & perditorū filiorū recuperationē, ut ipſe tantummodo uolūtatem tuam ſequatur. Non acquieſcat conſilijs carnis iudicantis ſecūdum ſenſum & amorem proprium, nulliſque aduerſitatibus terreatur. Et quia omnia deficiunt, niſi in te ſumme Deus, nō reſpicias peccata mea, quæ clamo ad te, ſed exaudi famulam tuam, propter clementiam tuæ inęſtimabilis charitatis. Tu recedendo a nobis, non dimiſiſti nos orphanos, ſed dimiſiſti nobis uicarium tuum, qui dat nobis baptiſmum ſpiritus ſancti, & non tantū ſemel, ſicut baptiſmo aquę loti ſemel ſumus, ſed ſemper lauat nos per ſanctā pœnitentiam, & peccata noſtra aſtringit. Tu cum improperijs ueniſti ad nos, & nos recedēdo a te iudicamus ſecundum carnem & amorē proprīū. Tu es pallidus, quia creaturę tuę ſemper euacuant gratias tuas, ſpoliando unicā ſpōſam tuam. Fac igitur æterna pietas, ut uicarius tuus ſit comeſtor animarū, & tui honoris ſancto deſiderio ardens, & adhęrens tibi ſoli, qa tu es alta & ęterna bonitas. Abſterge per eum infirmitates noſtras, reintegra ſponſam tuam ſuo ſalutari conſilio, & operibus uirtuoſis. Reforma etiam æterne Deus, uitam iſtorum ſeruorum tuorū illi aſtantium, ut ſequantur te ſolum Deum in corde ſimplici & uoluntate perfecta, & non reſpicias mei miſeriā quę oro pro ipſis, ſed planta eos in uiridario uoluntatis tuæ. Benedico te pater ęterne, ut benedicas hos famulos tuos, ut fiant deſpectores ſui ipſius, propter te, & ſequantur ſolam puritatem uolūtatis tuę, quę ſola æterna & perpetua eſt, pro quibus omnibus gratias ago tibi. Amen.

Oratio IIII.

O Alta & ęterna trinitas, & amor inęſtimabilis. Et ſi tu uocas me filiam, ego dico te eſſe ſummum & æternum patrem. Et ſicut tu tribuis mihi temetipſum communicando mihi corpus & ſanguinem unigeniti dilecti filij tui, in quo das mihi totū ſte Deum & hominē, ſic o amor inęſtimabilis peto ut communices me corpore myſtico ſanctæ matris eccleſię, & uniuerſali corpore chriſtianæ religionis. In igne enim tuę charitatis noui q̄ in hoc cibo uis animā delectari. Tu inæſtimabilis amor uidiſti & cognouiſti me in te, & qa i tuo lumine me uidiſti; ideo philocaptus pulchritudine creaturæ tuæ, ex amore ipſam de te traxiſti, & creaſti illam ad imaginē & ſimilitudinē tuā. Ego autem creatura tua nō cognoſcebā ꝓpter hoc te in me, niſi inquantū uidebā imaginē ipſam & ſimilitudinem tuā in me. Sed utinā & ego uiderem & cognoſcerem te in me, & de te bēs perfectam cognitionem haberemus, uel habere poſſemus. Vniſti te nobis deſcēdēdo a ſumma altitudine deitatis tuę, uſq; ad ultimū lutū humanitatis noſtrę. Quia enim imbecillitas intellectus noſtri non poterat cōprehendere, imo nec intueri altitudinem tuam, ideo ut paruitate noſtra capere poſſemus ipſam tuā altitudinē, paruulū te feciſti, includendo magnitudinē deitatis tuę in paruitate noſtrę humanitatis, & ſic manifeſtaſti te nobis in uerbo unigeniti tui. Ita ergo cognoui te in me o abyſſus charitatis. In hoc igitur uerbo o alta & ęterna trinitas, inæſtimabilis amor manifeſtaſti te, & ueritatē tuam nobis, maxime in effuſione ſanguinis filij tui, quia tunc uidimus potentiam tuam, qnia potuiſti nos in ipſo ſanguine lauare a culpa noſtra. Et cognouimus etiā ſapiētiam tuā, qa eſca humanitatis noſtrę, qua operuiſti hamū tuę diuinitatis, cępiſti dęmoniū, auferēdo ab eo dominiū qđ habebat ſuper nos. Iſte ſanguis oſtendit nobis etiam charitatē, qa ex ſolo igne amoris nos taliter redemiſti, cū non indigeas noſtri. Et ſic patefacta eſt nobis ueritas tua, quod uidelicet creaſti nos ut nobis uitā æternam largireris. Iſtam quoq; ueritatē nouit creatura tua per ipſum uerbū unigenitum tuū; ante enim non poterat uidere ueritatem iſtam, qa caligauerat oculos eius obfuſcatus uelamine culpę. Erubeſce, erubeſce creatura, a Deo tuo tā & taliter exaltata ac honorata, nō noſſe Deū inęſtimabili amore charitatis ſuę deſcendiſſe ab altitudine deitatis, uſq; ad infimū lutū humanitatis tuę, ut cognoſceres cū in te. Peccaui domine, miſerere mei. O q̄ admirabile eſt, q̄ cū cognoſceres creaturā tuā in te anteq̄ eſſet & prę uideres ipſam operaturam iniquitatem, & ueritatem tuam minime ſecuturam, nihilominus creaſti ipſam. O amor inæſtimabilis. Et cui dicis tu, o anima mea? Dico tibi o pater ęterne. Supplico clementiſſime pater, quatenus cōmunices nos & omnes ſeruos tuos igne charitatis tuæ. Et diſpone omnes ad recipiēdum orationes & doctrinā, quę ex tuo lumine & charitate fundātur, aut fundi debēt. Veritas tua dixit: Quęritē, & inuenietis: Peti te, & accipietis. Pulſate, & aperietur uobis. Ego miſerrima pulſo ad oſtium ueritatis tuę, clamo in conſpectu maieſtatis tuę, & peto ad aures tuæ clementię miſericordiam pro mundo, & ſingulariter pro ſancta eccleſia, quia per doctrinam uerbi cognoui, quod continue paſcor de hoc cibo. Et poſtquam ſic placet tibi, non ſinas me fame perire. O anima mea qđ facis, an ignoras te continuo uideri a dño Deo?

Scias te nunq̃ posse ab oculo eius abscon/di, cui nihil occultum est. Bene abscondi potes aliqñ ab oculo creaturæ, nunq̃ aũt à suo. Pone ergo finẽ & terminũ iniqtati/bus tuis, & excita temetipsam. (Peccaui dñe miserere mei,) tẽpus est iã à somno sur gere. Tu trinitas æterna uis q̃ excitent creaturæ tuæ. Et si nõ surgimus in p̃spe/ritate, mittis aduersitatẽ, & ut p̃fectus me dicus, cũ igne tribulationũ incendis uul/nera, qñ nõ iuuat nec p̃dest unctio cõsola tiõis & p̃speritatis. O pater æternæ, o cha ritas increata. Ego sum plena admiratio ne, qa cognoui in lumine tuo, q̃ tu uidisti & cognouisti me. & q̃scunq; rationabi/les creaturas, generaliter ac particulari/ter priusq̃ nobis esse dedisses. Et similiter uidisti primũ hominẽ Adã. Nouisti etiã culpã secuturã inobediẽtiæ suæ, in eo par ticularẽ, & in alijs generalẽ, q erãt secutu ri post eũ. Et cognouisti q̃ culpa impedie bat ueritatẽ tuã: imo impediebat creatu/ras ratiõales, q̃ minus peuenire possent ad finẽ ad quẽ eas creaueras. Vidisti etiã in te pœnã secuturã uerbo filio tuo: ut restitue ret humanũ genus gratiæ: & ueritas tua cõpleretur in nobis. In tuo lumine noui q̃ hæc oia p̃uidisti. Quõ ergo pater æter/ne creasti hanc creaturã? Ego de hoc stu pefacta sum ualde. Vere uideo, qa indicas mihi, q̃d ex nulla alia causa hoc feciſti, ni si q̃ cũ lumine tuo uidisti te cogi ab igne charitatis tuæ ad creandũ nos, nõ obstan tibus iniqtatibus quas cõmissuri eramus cõtra te æternũ patrẽ. Ignis ergo charita/tis te coegit. O amor æterne, licet in lumi ne tuo uideres oẽs iniquitates q̃s factura erat creatura tua cõtra te bonitatẽ infini tã, tñ finxisti aut dissimulasti te nõ uide/re, sed solũmodo fixisti & firmasti zelum tuũ in pulchritudinẽ creaturæ, de q̃ uelut infatuatus & ebrius philocaptus es: & ex amore ipsam ex te traxisti, dãdo ei esse ad imaginẽ & similitudinẽ tuã. O ueritas æterna, tu declarasti mihi indignæ famu/læ tuę ueritatẽ tuã, q̃ uidelicet amor coe/git te ad creandũ ipsam, q̃uis uideres, q̃d offensura erat te, noluit tñ charitas tua fi/gere oculum in hac uisione, imo auertisti oculos tuos ab ipsa offensa, & fixisti solum modo in pulchritudine creaturæ. Si enĩ principalẽ uisionẽ posuisses in futurã offen sam, oblitus fuisses amoris quem habebas ad creandũ hoiem. Nõ enĩ hoc fuit abscõ sum tibi, sed firmasti te in amore, quia nil aliud es q̃ ignis amoris. Et ego ex defecti/bus meis nunq̃ te cognoui. Sed cõcede ex gratia amor dulcissime, ut fluat sanguis de corpore meo pro honore nominis tui, nec ulterius maneam induta me. Recipe etiam æterne pater hunc q me cõmunica uit. Exue eũ se, & ab ipsomet solue eum, & uesti eũ æterna uoluntate tua, ac ipsum in te liga cum insolubili nexu, ut sit odo/rifera planta in uiridario sanctæ ecclesiæ. Largire quæso clementissime pater dul/cem benedictionem tuam, & in sangui/ne filij tui ablue facies animarum nostra/rum. O amor, o amor ego peto quod des mihi mortem.

Oratio V.

DEitas deitas, æterna deitas, uerus amor, q per unionem humanitatis uerbi tui dñi nostri Iesu Christi, cũ omni potenti deitate tua dedisti nobis deperdi/tis lumen sanctissimæ fidei, quæ est pupilli oculi intelligentiæ nostræ, qua uidemus & noscimus ueꝝ obiectum animæ, tuam uidelicet inæstimabilem deitatem. Et fecisti ipsum filium tuũ dñm nostrum sacrifi/cium tibi immaculatum, pro nobis po/nens eum lapidem angularem, & colum/nã firmissimã stabilitatis sanctæ matris ec clesiæ, unicæ sponsæ tuę. Quiq; ab olim di sposuisti renouare ipsam ecclesiam nouis & fructuosioribus plãtis, extũc nullus po tuit infringere tuam sanctissimam uolun tatem, quæ æterna & incõmutabilis est. Ne respicias peccata nostra, quibus indi/gnam me recognosco orare ad te, ipsaq; peccata nostra tua clementissima pietate absterge hodie per uirtutem huius sancti apostoli Thomę, & purifica animam me am amor meus, summe deus, & exaudi fa mulam tuam, clamantem ad te. Et quia ignis continuo urens es, nunquam tamen tibi grata consumens, licet consumas sem per, quicquid habet anima extra te. Vre igne spiritus tui & consuma, fac, eradica funditus omnem amorem & affectum car nis de cordibus nouellarum plantarum, quas inserere dignatus es corpori my/stico eiusdem sanctæ matris ecclesiæ.

Transf

Transfer eas de mundanis affectibus in uiridariū affectus tui, & da eis cor nouū, cum uera notitia uolūtatis tuæ, ut isti despectores mundi, & sui ipsius, ac proprij amoris effecti, imbutiq; uero feruore amoris tui, ac facti fidei zelatores & uirtutum, p̄pter te relictis falsis cupiditatibus, & pompis huius caduci seculi, sequantur te solū, modo propter te, cum puritate mundissima & feruida charitate. Itaq; director nostræ salutis, sponsus hic nouus eiusdē Ecclesiæ, tuo semper dirigatur consilio. Mūdos & puros tm̄ promoueat, recipiat & audiat, & aliæ plantæ tuæ nouissimæ, sicut angeli tibi assistunt in cœlis, ita assistant dño nostro Vicario tuo in terris, in reformationem eiusdē sanctæ matris ecclesiæ, sed m̄ cor tuū, in corde simplici & actione perfecta, ac reputent se, prout sunt, inferiores nouiter corpori dñi nostri Iesu Christi, à quo superfluos & infructuosos quosdam ramos tua admirabili prouidentia & absq; ministerio hominis abscidisti: Et cū ipso Iesu iam nascente & proficiente ꝓ tuis & ætate nati, & ipsi eidem ecclesiæ similiter p̄ficiāt exēplis & moribus uirtuosis, ut sicut noua inserta flores magis odoriferos & fructus amœniores naturali à te tradita dispositiōe p̄ducūt, ita etiā resectis motibus eis carnalis affectus, tuo cœlesti dono, q̄ sctōs apostolos rore sancti spiritus p̄fudisti, inseriātur eis nouellæ uirtutes, reddentes tibi suauitatē odoris, & ipsi sanctæ ecclesiæ reddāt amœnitatē uirtuosoꝝ actuū, & opis fructuosi, ut sit resormata in eis tua sponsa. O amor æterne purifica hunc Vicariū in se, ut innocēs, exēplū puritatis & innocentiæ aliis tribuat, in tuæ cōspectu gratiæ deseruiat, populū sibi subiectū instituat, hac etiā infideles attrahat cœlestibus disciplinis, & fructus æternæ salutis offerat tuæ incōprehēsibili maiestati: Progbuscibus ut exaudire digneris, ego miserabilis gratias ago tibi, summa bonitas, uerus deus.

Oratio VI.

AD te o supne medice & amor inæsti/mabilis aiæ meæ, uehementer suspito ad te trinitas æterna & infinita. ego finita, p̄clamo in corpe mystico sanctæ ecclesiæ, ut deleas omnē maculā aiæ meæ p gratiā, & nō tardet ulterius. Sed p merita huius cōductoris nauiculæ tuæ, S. Petri, cū igne charitatis, & p̄funditate abyssi ꝓtet nę sapiētię expectāti auxilia tuę spōsę succurre. Et ne despicias desideria seruoꝝ tuoꝝ, sed iā conducas nauiculā ipsam auctor pacis, & ad te ordines seruos tuos, ut resolutis tenebris, appareat aurora lucis plantatorum in ecclesia tua, ex desiderio puro salutis animarum. Benedictum ligamen, quod benignissime pater nobis tribuisti, q̄ possimus manus iustitiæ tuæ ligare, uidelicet orationem humilem & fidelem, cum ignito desiderio seruoꝝ tuorum, quibus mediantibus promittis mi/sereri mundo. Regratior tibi alta & æterna deitas, quia promittis cito dare refrigerium sponsæ tuæ: & ego nouiter intrabo uiridarium eius, & nunq̄ egrediar quo/usq; impleas promissa tua, quæ nunquam fuerunt, nisi uera. Dele itaq; peccata nostra hodie uere deus, & laua facies animarum nostrarum sanguine unigeniti filij tui dispersio pro nobis, ut sic claro uultu & integris animis reddamus ei passionis uices, mortui nobis, uiuēdo sibi. Exaudi etiam nos orantes pro custode huius tuæ cathedræ, cuius festum colimus, uicario tuo, ut facias eum qualem tui successorem huius uetuelli Petri uisesse: & des ei modos necessarios ecclesiæ tuæ. Confiteor te promisisse cito completuꝝ desideria mea, igitur confidentius oro, ne tardes ulterius deus meus, p̄missa complere. Et uos dulcissimi filij, cum nunc sumus ad manus, tempus est laborandi pro ecclesia Christi, uera matre fidei nostrę. Propterea hortor, ut uos iam plantati in ipsa ecclesia, sitis uelut columnę ipsius: & cōmuniter omnes cū feruore orationis & opere actionis, pulsis amore proprio, & omni pigritia, laboremus in hoc uiridario saluificę fidei, ut perficiamus uoluntatem dei æterni, qui nos uocauit ad hoc, pro nostra & aliorum salute: & pro unitate ipsius ecclesiæ, in qua salus est animarum nostrarū. Amen.

Oratio vij.

FAteor æterne deus, fateor æterne deus, alta & æterna trinitas quod tu uides & agnoscis me, & hoc in lumine tuo uidi. Confiteor æterne deus & uideo ꝙ uides necessitatē dulcissimæ sponsæ tuæ & bonam uoluntatem uicarij tui. Quid est ergo ꝙ impedit quod non p̄sequatur eum per

per effectum bonorum operum? In lumine tuo uidi quod hoc noscis? quia nil absconditum est oculo tuo. In eodem lumine uideo, quod in te præuidisti remedium q̃d postmodum dedisti filio tuo mortuo, scilicet humano generi, q̃ remedium fuit uerbum unigenitum tuum. Præuidisti etiam pro eodem mortuo filio tuo aliud remedium, scilicet reseruare cicatrices in corpore ipsius uerbi ut continuo clamarent pro nobis misericordiam coram maiestate tua. In lumine tuo uidi q̃ ex igne charitatis reseruasti eas in corpore suo, & non sunt impeditę ipsę, neq; color sanguinis propter corpus glorificatum, nec ipsę corpus glorificatum impediunt. In temetipso igitur præuidisti remedium opportunum uidelicet reseruare cicatrices in corpore & sic principale remedium præuidisti reconciliationis creaturæ tibi creatori per uerbum. Similiter & hoc in tuo lumine uidi & noui q̃ præuidisti hæc oñia, quia cum ipso, & in ipso uideo, & absq; illo est ambulare in tenebris. O dulcis amor tu uidisti in te necessitatē sanctę matris ecclesiæ, & remedium quo indiget, & ipsum remedium tribuisti: uidelicet rationē seruorum tuorū, de quibus uis q̃ fiat mutę, cui apodietur murus ipsius ecclesiæ ipsonsæ tuę, quibus clementia spiritussancti ministrat ignita desideria reformationē eiusdem. Similiter uideo q̃ præuidisti peruersam legē meam, & cuiuscunq; rationalis creaturæ, quæ lex semper est apta obuiare & rebellare uoluntati tuæ, & uidisti quod ipsam secuturi eramus. Vereui/deo quod nosti fragilitatem huius naturę nostræ humanæ, quam scilicet debilis est, quam fragilis, quam etiā misera. Et ideo tu summus prouisor in omnibus prouidisti. Tu summus remediator, qui in oñibus eam remediasti, dedisti nobis arcem & fortitudinem uoluntatis: sociando eam cum hac debilitate carnis, q̃ uoluntas tā fortis est ut nec dæmonium, nec alia aliqua creatura p̃ualeat aduersus eā: nisi p liberū arbitrium (in cuius manibus posita est) hæc uoluntas assentiat. O æterna bonitas, & unde tanta fortitudo in uoluntate creaturæ tuæ, nisi à te summa & insuperabili fortitudine? Vnde uideo q̃ participat de fortitudine uoluntatis tuæ: quia ex uolūtate tua, ipsam dedisti nobis. Quare uidemus q̃ tūc est uerę fortis uolūtas hominis, dūsequitur uoluntatē tuā. Debilis aūt qñ discedit ab ipsa, quia ut dictū est, de tua uoluntate creasti eā, ideo in ea manēs est fortis. Hæc oia in lumine tuo noui esse in uoluntate nostra. Et sic æterne pater indicas & demonstras fortitudinē uoluntatis tuæ. Si enim in paruulo mēbro tanta est fortitudo, q̃tam æstimabimus esse tuam, q̃ creator & gubernator es oium? Vñ uideo in lumine tuo, uidelicet q̃ ista uoluntas tua, q̃ dedisti nobis liberā, positā in manu liberi arbitrij, uidet q̃ roboretur à lumine fidei, qa cū ipso lumine noscit homo in lumine tuo æternā uoluntatē tuā, q̃ uidet nō uelle nisi sanctificationē nr̃am. Quod lumē facit crescere & robora te uoluntatē, q̃ nutrita à lumine sanctissimæ fidei, uiuificat ea hoīm. Vñ patet q̃ nec uoluntas uera, neq; uiua fides, potest esse absq; operę: Hoc lumē alit & auget lumē in oīa, qa non potest gustare ignē charitatis tuæ, nisi lumen fidei ostendat ei dilectionē tuā erga nos. Tu ergo lumē es materia ignis, qa nutris & facis crescere ipm in aīa ut ligna augmentant, & faciūt crescere ignē materialē. Tu lumē auges charitatē in aīa, qa ostendis ei diuinā bonitatem & ipsa charitas nutrit se in ipsa: quia optat cognoscere deū suum, & tu uis satisfacere ei. O puisor optime, tu noluisti q̃ homo iret in tenebris, nec maneret in guerra. Et ideo puidisti ei de lumine fidei q̃ patefacit iter, & tribuit summā pacē, nō sinit aīam pire fame, nec manere nudā, aut esse pauperē, qa pascit eā de cibo gratiæ, & faciendo gustare sibi in affectu charitatis tuæ cibū animæ. Induit ipsam uestę nuptiali scilicet, charitatis, & æterna uoluntate tua, & tribuit ei diuitias æternas. Pec caui dñe, miserere mei, qa ꝓpter tenebras puersæ legis meæ, q̃ sum semp secuta, caligauit oculus intellectus mei. Ideo nō cognoui te lumē uerū, nñ placuit igni charitatis tuæ illuminare me tuo lumine uero. In lumine tuo ostendisti mihi q̃ p̃uidisti culpā, q̃ ꝓpetraturus erat homo, & remediū culpe, id est, redemptionē, q̃ postmodū fecisti p uerbū tuū, & q̃ p̃uidisti fragilitatē hominis, & remediū cōtra ipsam, scilicet excellentiā uoluntatis datæ nobis à te summa altitudine. Sed quid est q̃ ducit & alit eam? lumen sanctissimæ fidei.

Hoc

Hoc lumen est principium, medium & finis cuiuscunq; perfectionis. Ipsum lumen est qđ conseruat & auget perfectionẽ in anima. Hoc etiam lumen perficit charitatem in ipsa, & ipsa illud augmentat, & conseruat, ut dictũ est. O Deus ęterne, amor inęstimabilis charitatis, tota est impastata tecum creatura tua, & tu cũ ipsa per creationem, per fortitudinem uolũtatis, per ignem ex quo creasti eam, per lumẽ naturale quod dedisti ei, q̃ uidet te uerum lumẽ, exercendo illud cum fame realium uirtutum, propter gloriam & laudem nominis tui. O lumen super omne lumen. O bonitas, quæ omnem superas bonitatem. O sapiẽtia sup omnem sapientiam. O ignis qui omnem ignẽ excedis. Et hęc omnia es, quia tu solus es ille, qui es, & nihil aliud est aliquid a se, nisi inquantũ a te habet esse. O cæca & miserabilis anima mea, non digna q̃ de te una, cum alijs seruis Dei, fiat murus in subsidium sanctæ matris ecclesiæ, sed potius plantari in uentre cuiusdam animalis bruti, quia semper opera animalium opata es. Gratias gratias ago tibi ęterne Deꝰ, qui nõ obstantibus iniquitatibus meis, dignaris me ad supradicta elligere. Supplico igitur, q̃ ex quo tu spiras in cordibus seruorũ tuorũ anxia & ignita desideria p̃ reformatione spõsæ tuę, & facis eos pro ipsa incessabili uoce clamare, quod exaudias clamorem tuum. Cõserua etiam & auge bonam uoluntatẽ uicarij tui, & concede, ut in eo impleatur uera perfectio & similiter supplico & oro p̃ omnibus rationabilibus creaturis, sed maxime pro illis quos posuisti supra dorsum meum, quos ut debilis & insufficiẽs reddo tibi. Nolo q̃ peccata mea impediant eos, quæ semper sum secuta peruersam legem, affectum uidelicet carnis. Sed opto & oro, q̃ facias ipsos sequi te, cũ perfectione, ut mereantur assequi iustas preces, quas fundunt & fundere debent pro salute totius mundi, & reformatione ecclesiæ tuæ. Peccaui peccaui domine, miserere mei, parce domine, parce mihi miserabili & ingratæ gratiarum. Fateor ęterne Deus, q̃ bonitas tua cõseruauit me spõsam tuam, quamuis infidelis semper fuerim tibi ex defectibus meis. Peccaui domine, miserere mei. Amen.

Oratio VIII.

O Deus æterne, o Deus ęterne, sis supplico pius nobis. & si tu dicis, o alta & ęterna trinitas q̃ pietas quæ germinat misericordiã est tibi propria, cum ipsa misericordia p̃pria tibi sit, quę non est absq; pietate. Ex pietate enim miserere mei. Ego confiteor & cõcedo. Video enim q̃ ex sola pietate dedisti uerbum tuum pro redẽptione nostra, quę pietas fuit exordium a fonte amoris, cum quo creaueras creaturam tuam. Et quia ualde placebat tibi, ideo postquam perdiderat uestem innocentiæ, motus fuisti induere ipsam gratia tua, reducendo eam ad pristinum statum. Non tamen abstulisti ab ea libertatem offendẽdi, sed conseruasti ei liberum arbitrium, & legẽ peruersam, quæ semper pugnat contra spiritum, quam imitando apta est ad cadendum in culpam peccati. Postquam ergo tu pius es Deus ęterne, unde hoc, q̃ homo est tam crudelis sibimetipsi? Maiorem etenim crudelitatem nõ potest contra se exercere, q̃ cum culpa occidere semetipsum? Ipse est pius sensualitati, cum qua pietate maximam crudelitatẽ contra animam, & etiam contra corpus committit, q̃ corpora damnatorum simul cum anima punientur. Hoc uideo, q̃ a nullo alio procedit, nisi a priuatione luminis, quia non cognouit pietatem tuam in se. Vnde & propter hoc ostendis tu, q̃ nihil prodesset homini pietas tua, absq; pietate sua. Ex hoc autẽ patet, quod creasti hominem absq; eo, sed sine eo non uis saluare ipsum. Vis ergo pie & misericors pater, q̃ homo respiciat immensam pietatem tuam, ut discat primo esse pius sibimetipsi, & postmodum similiter proximo suo. Iuxta illud: Charitas incipit a seipso. Itaq; uis quod anima respiciat pietatem, ut auferatur ab ea crudelitas sua, & quod capiat cibum, quo habet alere eã, & tribuere ei uitam. O Deus æterne. O ignis & abyssus charitatis, oculus tuus respicit super nos. Vt autẽ creatura tua uideat quod sic est, uidelicet quod fixisti super nos oculos misericordiæ & pietatis, aut iustitiæ, & hoc secundũ opera uniuscuiusq;. Dedisti ei ut uideret oculo intellectus. Vnde manifeste patet, quod omne malum procedit a priuatione luminis, & omne bonum prouenit nobis a lumine. Vnde enim potest diligi quod non uidetur? & uidere quicquam absq; lumine nemo potest. O Deus æterne, o pie & misericors pater, sis pius nobis, & miserere nostri. Sumus enim cęci, & absq; lumine, p̃cipue ego misera miserabilis, propter quod fui semper mihimetipsi crudelis. Cum illo oculo pietatis quo nos & cuncta creasti respice necessitatem mundi, & ipsi mũdo prouideas. Tu dedisti nobis esse de nihilo, illustra ergo supplico hoc esse quod tuum est. Tu dedisti lucem Apostolorum temporibus opportunis huic mundo. Hoc igitur tempore, quo maxime indigemus, in lumine suscita tuum Paulum, qui uniuersum mundum illuminet, & cum uelamine misericordię tuæ operi, & claudẽ oculum iustitiæ, aperi oculũ pietatis, cum uinculo charitatis. Liga teipsum, &

tum eodem placatam indignationis tuæ. O dulce & suaue lumen, o principium & fundamentum nostræ salutis, quia cum lumine tuo uidimus uidisti necessitatem nostram, ideo in ipso lumine uidemus æternam bonitatem tuam, quã cognoscendo diligimus. O unio & ligamen tui creatoris in creaturam, & creaturæ in te creatorem, cum fune charitatis tuæ ligasti eã, & cum tuo lumine dedisti ei lumẽ. Vnde si aperit oculos intelligentiæ suæ cum desiderio cognoscendi te, cognoscit. Nam lumen tuum intrat in omnem animam aperientem ei ianuã uoluntatis. Manet enim ad hostium animæ, & mox ut aperietur sibi, intrat in illam, sicut sol percutiens in fenestra clausa, quæ cum aperta est, ilico intrat in domum, & illam illustrat: ita oportet ꝙ creatura tua habeat uoluntatem cognoscendi te, cum qua aperiat oculum intelligentiæ, quo aperto immediate tu uerus sol intras & illustras eam, & illuminãdo quid operaris tu lumen pietatis intus in anima? Expellis tenebras, & infundis lucẽ: Extrahis humidum proprij amoris calore tuo, & remanet ei ignis charitatis tuę. Facis cor liberum, qa in lumine tuo nouit quantam nobis dederis libertatem, eripiendo nos a seruitute dęmonij, in qua humanum genus ex sua crudelitate peruenerat. Vnde odit homo communem uiam crudelitatis, quę est pietas erga sensualitatem, propter quod efficitur crudelis contra eam, & pius rationi seras ponendo potentijs animæ. Claudis enim memoriam miserijs mũdi, & uarijs delectationibus per obliuionẽ uoluntariam, se ab eis extrahendo, & aperis bñficijs tuis eoꝝ memoria solicite retinẽdo, claudis etiã uolũtatẽ, ita ꝙ te super omnia diligit & omnia in te secundum uoluntatem tuam & solummodo te uult sequi. Et tũc uere pius est sibi. Et sicut est sibi pius, ita & proximo suo, exponendo corpus suum ad mortem pro salute animarum. In omnibus actu pietatis cum prudentia utitur, quia in lumine tuo uidit cũ quãta prudentia in nobis operatus es omnia. Tu lumen facis cor simplex, & non duplex, amplum & non arctum, in tantum ꝙ omnis creatura rationalis efficitur capax ex amore cum charitate ordinata omnium quærit salutem. Et quia non est lumen absque prudentia & sapientia, exponit corpus ad mortem pro salute animæ proximi sui, & non ponit animam perpetrando culpam. Non enim licet homini perpetrare minimam culpã, ut si fieri potest, saluet totum mundum, quia pro utilitate creaturę finitę, quę nihil est ex se, n debet offendi infinitus creator omnium, qui est omne bonum. Pro corpore etiam proximi ponit substantiam corporalem, & taliter aprũ est istud cor, quod nulli est fictum, sed quilibet potest tale comprehendere: non enim ostendit unũ in facie & in lingua, aliud tenẽdo intrinsecus. Istud uere ostendit se esse exutum ueteri uestimento, & indutum nouo uoluntatis tuę. Itaq; pater omnipotens crudelitas nostra procedit ex eo, ꝙ non uidemus pietatem tuam, qua usus es erga animas, redimendo eas precioso sanguine filij tui. Verte uerte misericors pater oculos pietatis super ecclesiam & uicariũ tuum, protege eum sub umbra alarum tuarum, ne iniquitas superborum noceat ei. Et mihi concede ut distillem sanguinem & medullas ossiũ in hocuir idario tuo sanctæ ecclesiæ. Si respicio in te, uideo ꝙ oculo tuo nil absconsum est. Hoc non uident homines mundi obfuscati in nube proprij amoris. Si enim uiderent non essent tã crudeles, ppris animabus, sed ex pietate tua efficerentur pij. Et ideo necessarium est lumen, quod toto cordis affectu supplico infundas omnibus rationalibus creaturis. Per uerbum tuum fecisti pietatem & iusticiam. Iustitiam quidem, super corpus suum. Pietatem uero super nos miserrimos. O summa bonitas, quomodo nõ dissoluit duritiẽs cordis nostri? Quomodo cor meũ non exit per os? Certe quia nubes offuscauit oculum mentis meæ, & non finit te animam uidere, ac ineffabilem pietatẽ. Quis unquam pater pro suo seruo inimico tradidit proprium filium mortj? Solus tu pater æterne, caro nostra qua induisti uerbum passa fuit, nos uero consecuti sumus fructũ si uolumus: ita uis ꝙ sensualitas nostra patiatur, ut anima recipiat fructũ uitæ. O doctrina fũdata in ueritate. Et ideo dixit ueritas tua: Ego sum uia, ueritas, & uita. Si uolumus assequi pietatem tuam, oportet nos ex debito per illud iter accedere, per qđ iuisti. Sed difficilius est homini exire de natura sua, quam sequi ipsam. Natura nostra est rationalis, ergo rationem debemus sequi. O ueritas æterna tu es odor super omnem odorem, tu largitas super largitatem, tu pietas omnem pietatem excedens, tu es iustitia, omnem iustitiam superans, imo es fons iustitiæ, qui unicuique reddis iuxta opera sua. Iuste enim permittis quoꝺ iniquus homo sit incomportabilis sibimet, quia optat id quod est minus se, cupiens mundanas diuitias & delectationẽ. Omnia enim quę creasti minora sunt homine, & in eius obsequium creata, non autem ut ipse seruiat eis.

Solus

Solus tu es maior nobis, & ideo debemus optare assidue te quærere, & tibi seruire. Et iuste facis ꝙ iustus gustet in hac uita pacem & quietē animæ suæ, quia posuit affectum in te, qui es uera pax & summa quies. Et his q̄ per hanc uitam mortalē uiriliter cucurrerunt misericorditer tribuis uitam æternam. Tu es bonitas infinita, quā nullus p̄ter te plene capere aut cōprehendere potest, nisi q̄tum concedis. Et tantum concedis quantū disponimus uas animæ ad recipiendum. O dulcissime amor, ego nunq̄ te noui, ꝓpter q̄d nec dilexi. Ego strictissime tibi cōmendo filios quos apposuisti dorso meo. Tu posuisti me ad excitandū eos, q̄ semper dormito. Tu excita illos benigne & pie pater, ut oculus intellectus ipsorum cōtinuo uigilet in te. Peccaui dñe, miserere mei. Deus in adiutorium nostrum intende, domine ad adiuuandum nos festina. Amen.

Oratio IX.

O Alta & æterna trinitas, O trinitas æterna. Tu trinitas æterna dedisti nobis dulce & amabile uerbum. O dulce & amabile uerbum. Sicut natura nostra est debilis & ꝓcliuis ad omne malū, sic natura tua est fortis & apta ad omne bonū. Debilis est homo, quia recepit debilē naturam à patre suo. Non em̄ potest pater aliam naturā dare filio suo, q̄ de illa q̄ habet in se, & ad malum est coinquinabilis, ꝓpter rebellionem fragilis carnis suæ, quā similiter recepit à patre. Itaq; natura nostra est fragilis, & ad oñe malū flexibilis, qa omnes sumus ꝓducti ex genere primi patris nostri Adam, & de una eadē massa geniti sumus. Qui qdem ex quo discessit à summa fortitudine tui æterni patris, debilitatus fuit. Et quia fuit rebellis tibi, ideo in semetipso rebellionē inuenit. V ñ parti tùs à summa bonitate & fortitudine tua repit se debilē ad bonū, & ferreū ad oñe malum. O uerbū æternū filij dei. Natura tua est fortis & apta ad oñe bonum, qa recepisti illā ab omnipotente & æterno patre, ipse dedit tibi naturā suam, q̄ nullum defectū potuit pati, uidelicet deitatem, & ideo nil mali in te fuit nec potuit esse. Tu ergo, tu dulce uerbū roborasti naturā nostrā debilē, ꝓ unionem q̄ fecisti in nobis. Per istā unionem fortificata est nostra natura, qa in uirtute sanguinis tui aufertur ista debilitas in facto baptismate, & posq̄ peruenimus ad ætatem discretionis, fortificamur in doctrina tua, quia homo q̄ sequit illam in ueritate, induendo se ipsa ꝓfecte, in tm̄ efficitur fortis & aptus ad bene operandū q̄ uere cessat ab eo rebellio carnis contra spiritū, qa anima illa ꝓfecta est unita in doctrina tua, & corpus unitum est in aīa, & ideo uult sequi affectū animę. Quapꝓter ea q̄ prius cōsueuerant ipsum delectare, scilicet sceleta mundi, tunc totaliter displicent. Similiter etiam eaq̄ sibi difficilia & aspera uidebant, uidelicet seq uirtutes, modo dulcia & delectabilia sunt eidē. Bene ergo est ueritas, q̄ tu uerbum æternū dedisti fragilitatē naturę nostrę, cū fortitudine naturę diuinę, q̄ recepisti à patre, & hāc fortitudinē dedisti nobis, ut dictū est, mediātibus sanguine & doctrina. O æterne sanguis! Aeterne dico, qa unitus es cū natura diuina. Homo q̄ cū lumine nouit fortitudinē tuā, discedit à debilitate suā: Quod lumē nō adipiscit nisi assumat odium contra ꝓpriam sensualitatē, & potius amittit naturale. O dulcissime sanguis, tu fortificas animā, tu illuminas ipsam. In te efficit angelica, tu intantum obumbras ipsam charitate tua, q̄ penitus obliuiscitur sui, & nil aliud q̄ te potest uidere. Propter q̄ fragilitas carnis etiam sentit odorē uirtutū, ita q̄ simul corpus & anima clamare uidentur ad te, in q̄libet exercitio, & hoc dum sanctum desiderium ꝑmanet & augetur. Si enim alias tꝛpesceret & allectaretur desiderium, subito esset suscitata rebellio magis uiua q̄ prius. O doctrina ueritatis, q̄ tantā fortitudinē p̄stas animæ indutæ te, q̄ in nulla aduersitate deficit, sed de omni p̄lio obtinet palmam. fortis est dū sequitur te, q̄ processisti à summa fortitudine. Nisi em̄ sequeretur te, nihil ei ꝓficeret fortitudo tua. Heu me miserā, quæ nunq̄ ueram doctrinam secuta sum: & ideo tā debilis sum, q̄ in omni minima tribulatione deficio. Peccaui dñe miserere mei. Deinde more solito orauit mater ꝓ ecclesia dei, ꝓ uicario Christi, & filijs, ac etiā ꝓ oi rationali creatura.

Oratio X.

O Trinitas æterna, o alta & æterna deitas, nos sumus arbores mortis, & tu arbor uitæ. O deitas æterna qd est uidere in lumine tuo arborē purā creaturæ tuæ,

quam traxisti de te summa puritate, cū pura innocentia, & plantasti in humanitate, quā formasti de limo terræ, & fecisti liberā. Tu trinitas æterna dedisti ramos huic arbori, qui sunt potentiæ animæ, scilicet intellectus, memoria & uolūtas. quē fructū producit memoria? fructū retinendi. In intellectu posuisti fructus discernēdi & in uolūtate fructus amoris. O arbor posita in tanta puritate à plasmatore tuo. Sed hæc arbor deus æterne, quia abscidit se ab innocētia per inobedientiā, cecidit, & de arbore uitæ effecta est arbor mortis, unde nō nisi mortales fructus postmodū producebat? ꝓpter qđ tu alta & æterna trinitas, ut ebria & infatuata ex amore creaturæ tuæ, uidendo hāc arborē nullum fructum posse producere nisi mortis, quia erat separata à te uita, dedisti remedium eodē, coacta amore, quo creaueras ipsam, inserendo deitatē tuā in arborē mortis nostræ humanitatis. o dulce & suaue insertum. Tu deus summa dulcedo, dignatus es unire te cum amaritudine nostra. Tu lucidus splendor cum tenebris. Tu sapientia cum stultitia. Tu uita cum morte. Tu infinite, nobiscum finitis. Quis te coegit ad hanc unionē, ut redderes nobis uitā? cū ipsa creatura tantā iniuriā tibi fecisset. Solūmodo amor, ut dictū est: unde per hoc insertum dissoluit mors. Sufficiebat tuæ ardentissimæ charitati fecisse hanc unionē? Nō. sed postmodū tu ỽbū æternū hāc arborē ꝓprio sanguine irrigasti. Hic sanguis ꝓpter calorē suū facit ipsam arborē fructificare: si homo cum libero arbitrio se in te inserat, & in te uiuat, cor & affectū suum ligando & fasciando hoc insertum cum fascia charitatis, & imitando doctrinam tuā? qa patrē nō possumus nec debemus sequi, cum in eo nulla ꝑna fuerit: & nos ꝑ pœnas & cruciata desideria debemus conformari tibi. Itaq; ꝑ te uitā ꝓducimus fructus uitę, si nos in te inseramur. Nam qñ sumus inserti in te, rami qs dedisti arbori nostro ꝓducūt fructus suos. Memoria tunc implet cōtinua recordatione bñficiorꝫ tuorꝫ: Intellectus speculat in te ut intelligat æternā uoluntatē tuā, & ut ꝑfecte te noscat: & uolūtas uult diligere id qđ intellectus uidit & nouit. Vnus ergo ramus porrigit fructus alteri ramo: & qa anima per agnitionē quā habet de te, melius se cognoscit, iō odit semet. i. ꝓpriā sensualitatē. O amor inæstimabil, mirabilia sunt opa tua q̄opatuses in creatura rōnali. Et si tu dē? æterne tpe qđ hō erat arbor mortis dignatus es restituere eū in arborē uitę, inserendo, te uitā in hoie, licet q̄plurimi ex defectibus suis sint tm̄mō mortis fructnū, ꝓductores: & hoc qa nō inserunt se in te æterna uita. Ita & nō potes, puidere, ꝓ salute totius mūdi, quē uideo nō inserere se in te, imo glibet ꝑmanet in morte sua. iꝑi hoies nō accedūt ad fontē in q̄ est sanguis, ut aspgāt arborē suā. Int? nos est uita æterna īcognita nobis ignorātib. creaturis. o miserabil, o cæca aia mea, ubi est clamor? ubi p̄ces q̄s debes effundere in cōspectū dei tui, q cōtinue te inuitat, ubi cordial? dolor ꝓ arboribus manētibus in morte? ubi anxia desideria in cōspectu diuiæ pietatis? nō sunt in me ista, qa nondū pdidi memetipsam. Si em̄ hoc fecissem, & solūmō deū q̄sissem. s. gl'am & honorē nois sui, cor meū per os exiret de corpore, & ossa mea distillarent medullas: sed nūq̄ ꝓduxi nisi fructus mortis, qa nō inserui me in te. o amor meus q̄tū est lumen, q̄ta est dignitas q̄ recipit aia inserta in te ỽitate. o immensa largitas memoria porrigit. q̄ sumus obligati diligere & seq doctrinā & uestigia ỽbi unigeniti tui: iꝑm oportet nos seq, & nō te ꝑfem. Absq; lumie aūt fidei nō possumus seq hanc doctrinā ỽbi. unde intellectus figit & speculat in ipso lumine, ut cognoscat, & subito uolūtas diligit id qđ intelligentia uidit, & sic unus ramus porrigit fructus uitæ alteri ramo. O ueritas æterna, sicut tu produxisti nobis fructus amoris, luminis & obediētiæ prō ptæ, propter q̄ ut philocaptus cucurristi ad opꝓbriosam mortem sanctissimæ crucis. & hos produxisti uirtute inserti qđ sti deitatis tuæ in humanitate nostra, & per insertum quod fecisti tui sacrati corporis in ligno crucis: ita quoque anima inserta ad te, ad nihil aliud attendit, nisi ad honorem tui, & animarum salutem. Ipsa efficitur sapiens, fidelis, patiens atque prudens. Erubesce homo, o homo erubesce, qui ex defectibus tuis tanto bono te ipsum priuas, & tanti mali efficeris dignus: cum bona opera tua nil prosint aut possint prodesse DEO, nec tua mala nocere.

Quam/

Quamuis ſumma bonitas bene delectet, ꝙ factura ſua ꝓducat fructus uitæ, ut infinitum fructū recipiat, & cōſequatur finē ꝓpter quem oēs creauit. Peccaui dñe miſerere mei. Vni & inſere hos in te q̄s dediſti mihi, ut ſingulariter diligā eos, ita ut uiuos fructus ꝓducāt. Video bonitas infinita, ꝙ ſicut tu mittis rorē luminis ſupnaturalis in aīa unita tibi, cū pace & gete cō ſcientiæ, ita cū rore ſeruoꝝ tuorū auferes pugnā & tenebras, & reddes lumē & pacē dulciſſimę ſpōſę tuę, & ꝓpter hoc humiliť ſupplico tibi. Peccaui dñe miſerere mei.

Oratio XI.

O Maria Maria tēplum trinitatis. O Maria portattix ignis, Maria adminiſtratrix miſericordiæ, Maria germinatrix fructus uitę, Maria redēptrix humani generis, ex eorꝙ carne tua patiente in Chriſto, redēptus eſt mundus. Chriſtus redemit ſua paſſione, tu mentis & corporis dolore. O Maria mare pacificū. O Maria donatrix pacis, Maria terra fructifera, Maria tu es planta noua, de q̄ habemus florē odoriferum, uerbū uidelicet unigenitū dei. In te em̄ terra fructifera ſeminatū fuit hoc uerbū. Tu es terra, tu es plāta. O Maria currus ignis, tu ueſtiſti ignē abſcōditū & uelatū ſub cinere tuo, ꝙ cinis eſt noſtra humanitas. O Maria uas humilitatis in q̄ uaſe uiget & ardet lumē ueręcognitionis. Quo lumine leuaſti te ſupra te, & ideo placuiſti ętherno patri. Et ſic ipſe te rapuit & traxit ad ſe, amore p̄cipuo diligēdo te, & ipſo lumine, & igne tuæ charitatis, ac oleo tuæ humilitatis traxiſti tu, & inclinaſti humilitatē ipſius ad ueniendū in te, licet motus & tractus iā eſſet ad uenendum ab ardentiſſimo igne charitatis ſuæ. O Matia ꝙa habuiſti iſtud lumen, ideo nō fuiſti ſtulta ſed prudens, unde ex prudentia uoluiſti inueſtigare ab angelo quō eſſet poſſibile, ꝙ tibi nunciabat. Nōne ſciebas tu hoc eſſe poſſibile oīpotētię diuinæ? Abſq; ulla dubitatione credebas. Quare ergo dicebas, Qm̄ uirū nō cogno/ſco? Certe nō ideo hoc dicebas, ꝙa deficeres in fide, ſed ꝓpter humilitatē tuam, ꝓfundam hoc dixiſti, q̄ conſiderabas indignitatē tuā, licet non dubitares hoc poſſibile eſſe deo. O Maria fuiſti turbata in ſermone angelico, ꝓpter timorē? Non uidetur, aſpiciēdo in lumine dei, ꝙ timore fue rie cōturbata, licet [illegible] admirationis & cuiuſdā cōturbationis oſtenderis. Quid ergo admiraris? Admiraris certe magnā bonitatē dei, q̄ uidebas & ſtupebas, cōſiderādo teipſam, & q̄ indigna eras ad tantam gr̄am recipiendā. In cōſideratione ergo ꝓprię indignitatis & infirmitatis, & in cōſideratiōe magnę & ineffabilis diuinę gr̄ę, ſup infuſiōe admirata ſtupebas. Sic ergo dū prudēter interrogas, oñdis ꝓfundā humilitatē tuā. Nec ut dictū eſt habuiſti timorē, ſed admirationē de bonitate immēſa dei, ex cōſideratiōe puitatis: imo q̄ſi nihileitatis uirtutis tuę. Tu hodie O Maria facta es liber, in q̄ē deſcripta regula nr̄a. In te em̄ hodie deſcripta ē ſapiētia ętерna. In te hodie oñdit dignitas, fortitudo, & libertas hoīs. Oñditur dico hodie dignitas hoīs, ga ſi aſpicio te, O Maria, uideo ꝙ manus ſpūſcti deſcripſit hodie in te totā trinitatē, formādo in te ỳbū incarnatū, unigenitū dei filiū. Deſcripſit em̄ in te ſapientiā patris, q̄ eſt ip̄m unigenitū dei ỳbum. Deſcripſit etiā potētiā ipſius patris, ga potēs fuit illud facere. Deſcripſit q̄q; clementiā ipſiuſmet ſpiritus ſancti, ga ſola gr̄a & clemētia diuina pfectū fuit tm̄ mỳſteriū. Si ergo cōſideio magnū cōſiliū tuū, O trinitas æterna, uideo ꝙ in lumine tuo uidiſti dignitatē & nobilitatē ꝓ̄ratiōis hūanæ. V ñ ſicut amor coegit te ad ꝓducēdū hoīem de tetita idē amor te coegit, ad reddēdū iā uēditū & pditū. Bñ oñdiſti te diligere hoīem, etiā ante q̄ eſſet, cum uoluiſti habere ip̄m de te ſolo, ipſo amore te inducente. Sed maximū amorē erga eū demōſtraſti, cū poſtea tei ip̄m dediſti ei, includēdo te hodie in uili ſacculo hūanitatis ipſi⁹. Et ꝙd plus dare poteras ei q̄ teip̄m? V ñ uere dicere potes ei: Quid tibi debui, imo ꝙd potui tibi facere ꝙ non fecerim? Sic ergo uideo ꝙ ꝙd in illo magno tuo cōſilio uidit ſapia tua ętерna, debere fieri ſalute humani generis, hoc clementia tua ineffabilis uoluit facere, & potētia tua hodie adimpleuit. V ñ in ſalutem hoīs, in cōcilio æternitatis tuæ, miſericordia tua magnanimis, ꝓponebat uelle miſerere hoī factu ętuæ. Et tu trinitas æterna, uolebas īplere ueritatē tuā, de hoīe ſcilicet, ꝙ ſaluū faceres eū, & dares ei uitā ętернam, ꝓpter q̄ creaueras ip̄m. propť hoc em̄ creaſti eū ut pfecte ꝓticiparet te, & plene gauderet i te. Hæc eſt ỳitas tua, q̄ adimplere uolebas.

Sed his obstabat iustitia tua, allegãs in il lo magno consilio q̃ sicut proprium tibi est misereri semper & parcere, ita & iustus es, & iustitia tua inæternũ permanet, ga cum iustitia tua nullum relinquat malũ impunitum, sic nullum bonum irremu/ neratum, saluari non poterat homo, cum non posset per se satisfacere iustitiæ tuæ p culpa sua. Quid ergo feciſti, gd delibe/ rasti Sapientia tua æterna & incompræ/ hensibili, ut & ueritatẽ tuã impleres, & fa ceres misericordiã, & tñ satisfaceres iusti tiæ tuæ? Quale remediũ dediſti nobis? Ec ce aptũ remediũ. diſposuiſti em̃ dare no/ bis unigenitũ uerbũ tuũ, ita ut assumen/ do massam humanitatis nostræ, quæ te of fenderat, ipsa postea paciente inde satisfa ceret iustitiæ tuæ: non uirtute humanita tis, sed uirtute diuinitatis, unitæ in ipsa hũanitate. & sic satisfecit iustitiæ ipse ho/ mo qui peccauerat, & ueritas tua imple/ tur, misericordia tua dante homini unige nitũ tuũ, per quẽ homo posset de culpa li berari, tibi satisfaciendo uirtute diuinita tis eius. O Maria, ego uideo hoc uerbum datum tibi esse in te, & tñ non separatur à patre sicut uerbũ mentale hominis, q̃d licet proferat exterius & alijs cõmunicet, non tñ recedit uel separatur à corde. Ex his ergo ostenditur dignitas hominis, pro quo tu deus tãta & tot es operatus. Osten ditur etiã hodie in te Maria fortitudo & libertas hominis: post deliberationẽ nãq; tanti cõsilij, mittitur angelus ad te, & an nunciat tibi mysteriũ consilij diuini, re grens uolũtatem tuã: Neq; em̃ ante uenit aut descendit in uterꝰ dei filius q̃ præbe/ res assensum uoluntatis tuæ. Expecta/ bat ad ianuã tuę uoluntatis, ut aperires ei uolenti uenire in te, nunq̃ intraturus nisi ianuam aperires, dicendo: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundũ uerbum tuum. Manifeste ergo apparet fortitudo & liber tas uoluntatis, quia neq; bonũ neq; malũ potest fieri absq; uoluntate, neq; potest di ci, neq; aliqua creatura potest cogere uo luntatem ad perpetrandũ unũ pc̃m̃ mor tale, nisi ipsa uelit: similiter nec ad bonũ operandũ quisq̃ inuitũ cogere potest. Est ergo uolũtas hois libera. Pulsabat o Ma/ ria ad ianuã tuã deitas æterna, sed si nõ a peruisses ostiũ uolũtatis tuæ, nõ assumpsis set deꝰ carnẽ hũanã. Erubesce o aĩa mea. uides em̃ q̃ deus hodie cõtraxit & fecit pa rentelã cũ Maria. Hodie oñsum est tibi, q̃ licet facta sis sine te, tñ sine te nõ salua beris. V ñ hodie ut dictũ ẽ, pulsat deus ad ianuã uoluntatis Mariæ, & expectat q̃d apiat sibi. O Maria dulciſſime amor meꝰ in te descriptũ est ✠bũ à q̃ habemus do/ ctrinã uitæ. Tu es tabula in q̃ descriptũ ẽ & porrigis nobis illã doctrinã. Video ego sapẽtiã, ipsum uidelicet unigenitũ dei ✠ bum, statim ut in te descriptũ est, nõ esse sine cruce sancti desideriꝰ. Nã statim ut in te cõceptũ est, annexũ fuit sibi desideri um moriendi p salute humani gñis, pro q̃ saluando carnem assumebat. V ñ & ma gna crux erat ei id desideriũ, & uoluisset statim impleri. Ad te o Maria recurro, & tibi offero petitionem meã, q̃ peto p dulci spõsa dulciſſimi saluatoris nostri dilecti fi lij tui, & p uicario eiusdẽ Iesu Christi, ut det ei lumẽ, q̃ cum discretiõe teneat debi tos modos p reformatiõe sanctæ ecclesiæ suæ. V ni etiã populum eius, & cõforma tor populi cum eo, ita q̃ nunq̃ consurgat cõtra caput suũ. Videt em̃ q̃ de ipso fece rit incudẽ. multi em̃ pcutiunt ipsum, lin gua & ope q̃tum possunt. Similiter rogo p dilectiſſimis filijs traditis à te mihi, q̃d igneas eos ita q̃ sint carbões nõ extincti, sed igne ardentes amoris charitatis tuæ & proximi, ita q̃d aduenientẽ tpe necessita tis, habeãt nauiculas aĩarꝫ suarꝫ bñ muni tas & fulcitas, p seipsis & p alijs. Ego pro eis rogo q̃s dediſti mihi, licet non sim eis causa alicuius boni, sed sp malitia sum eis nõ speculum ✠ tutum, sed ignorãtię & ne gligẽtiæ multæ. sed hodie audacter peto, ga dies grarꝫ est, & scio q̃ tibi Maria nil ab eo potest denegari. O Maria hodie ter ra tua germinauit nobis saluatorẽ. Pecca ui dño toto t pe uitę meę. O pater mi dul ciſſime. O amor inæstiabilis. Peccaui dñe miſere mei. O Maria bñdicta dicaris tu inter oẽs mulieres in scl'm scli, ga hodie de diſti nobis de farina tua, hodie unita & i/ pastata ẽ diuinitas cum humanitate nra, ita fortiꝫ, q̃ separari nõ potuit, nec p mor tẽ, nec p ingratitudinẽ nostrã unio illa ꝓ gni modi diuinitas unita fuit etiã corpi in sepl'chro, & tũc aĩę in lĩbo, & post aĩæ & cor pi fil'in Christo: taliꝫ ergo cõtracta & cõ glutinata ẽ patẽtela ista, q̃ sicut nũq̃ diui sa est, ita in ꝑpetuũ nullatenus diſsoluet.

Ora

Oratio XII.

O Deus æternæ, alta & æterna magnitudo, tu es magnus, ego autem parua, & ideo mea infirmitas non potest attingere altitudinem tuam: nisi in quantũ affectus & intellectus cum memoria surgant & ab infimitate humanitatis meæ, & cum lumine quod mihi dedisti in lumine tuo, cognoscant te: sed si respicio in altitudinem tuam, omnis eleuatio quam anima mea possit facere in te, est uelut obscura nox comparata ad lucem solis, siue q̃tum est differens lux lunæ a rota tui solis. Quia ego infimitas mortalis non possum attingere ad tuam magnitudinem immortalem, bene possum gustare te ex affectu amoris, sed non uidere in essentia tua, & ideo dixisti quod non uidet te homo uiuens in propria sensualitate & uoluntate, non potest etiam uidere te in affectu charitatis tuæ. Et si uiuendo rationabiliter potest taliter te uidere, non tamẽ in essentia tua potest, dum in mortali corpore uiuit. Bene est ergo uerum quod mea infimitas ad tuam altitudinem non potest attingere, sed solum modo gustare & uidere in speculum tuum: & hæc uisio est cũ perfectione charitatis, quia affectum charitatis tuæ perfecte possum cõspicere, essentiam uero non, ut dictum est: & quando potui attingere affectum charitatis tuæ, quæ non ut ueri gustatores possum capere in mortali corpore uigens, quando fuit tempus & aduenit plenitudo temporis sacri, quod acceptabile tempus uidetur, cũ anima mea noscat in lumine meo nuntiatum esse, tunc quando magnus medicus unigenitus uidelicet filius tuus uenit in mundũ, quando sponsus uinctus est sponsæ, scilicet diuinitas in uerbo humanitati nostrę. Cuius unionis mediũ fuit Maria: quæ te æternum sponsum induit humanitatem suam. Sed hic amor & unio tam erat occulta quod à paucis cognoscebatur, quapropter anima nondum bene cõsiderabat altitudinẽ tuã: sed ut uideo in lumine tuo in passiõe huius uerbi, aĩa uenit ad pfectam cognitionẽ affectus charitatis tuę, qa tunc ignis absconsus sub cinere nostro, cepit large & plene manifestari, apperiendo super lignum crucis sanctissimum corpus suum. Et ut affectus animæ trahe retur ad alta, & oculus & intellectus speculare tur in igne, tu uerbũ æternum uoluisti in altum eleuari, unde in sanguine tuo ostendisti nobis amorẽ. In sanguine tuo ostendisti misericordiam & largitatẽ tuam. In hoc etiam sanguine demonstrasti quantũ grauat & ponderat tibi culpa hominis. In ipso lauasti faciem spõsę tuæ, uidelicet animæ, cui te unisti per unionẽ naturę diuinę in nostra natura humana. In ipso induisti eam, dũ esset exuta, & cũ morte tua reddidisti ei uitã. O passio desiderata. Sed tu ueritas æterna dicis, q̃ non desideratur, nec amatur a diligentibus se metipsos, sed ab exutis se, & induentibus te, surgendo cum lumine in lumine tuo, ad cognoscendum altitudinem tuæ charitis. O placabilis passio & tranquilla, quæ cum tranquillitate pacis facis animã currere super fluctus tempestuosi maris. O delectabilis passio & prædulcis. O diuitię animę. O refrigerium afflictorũ. O cibus esurientibus paratus. O portus & paradisus animæ. O uer gaudiũ. O gloria & beatitudo nostra. Anima quæ gloriatur in te, consequitur fructum suum. Et quis est ille qui uere gloriatur in te? Non ille qui lumen rationis submisit affectui sensualis. Hic enim nil aliud uidet q̃ terram. O passio quæ auferes quamlibet infirmitatem: dummodo infirmus curari uelit, quia donum tuum a nobis non abstulit libertatem. Tu etiam passio reddis uitam mortuo, si anima propter tentationes damnum infirmatur, tu liberas eam. Si àmũdo pśequitur, aut a propria fragilitate impugnat, tu es refugiũ eius: qa anima nouit in te, non solũ opa uerbi in passione, q̃ fuerunt finita, sed etiã gustauit altitudinẽ charitatis diuinæ, unde per te passionem uult intẽdere, & cognoscere ueritatẽ, & inebriari, & cõsummari charitate dei, p infirmitatẽ tuã, q̃ uidet infirmitas, propter hũanitatẽ nostrã, q̃ in te passa fuit. Sed tñ est maxima altitudo propter mysteriũ q̃ prouenit ex ea in uirtute deitatis, qua eleuat se ad altitudinem ipsius deitatis, & sic peruenit ad finem suum, quod alias quod alias non posset.

O

O passio. Anima requiescens in te, obijt ad sensualitatẽ, quapropter gustat affectũ charitatis tuæ. O quã dulcis & suauis est hæc dulcedo, quam gustat anima, quæ intrat sub hoc cortice, ubi inuenit lumen & ignẽ charitatis, uidendo unionẽ mirabilẽ diuinitatis cum humanitate nostra. Et uidet humanitatem partiri, non deitatẽ. Respice anima mea, & uidebis uerbum in humanitate nostra effectum ut nubes. Sed non recipit deitas læsionem propter nubem, aut tenebras nostræ humanitatis uerum manet intus absconsus sol & splendor diuinus. Sicut serenitas cæli quãdoque manet absconsa sub nube. Et quis demonstrat nobis hoc? quia finita pœna in corpore uerbi remãsit deitas, & post resurrectionem fecit humanitatem lucidam, quę tunc erat opaca, & fecit immortalem quæ prius erat mortalis. Tu ergo passio indicas doctrinam, quam decet rationalem creaturam sequi: Vnde fallitur ille, qui mauult sequi delectamina quam pœnas, cum nullus nisi per uerbum ꝓueniat ad patrem, & te uerbum non possumus sequi nisi gustemus te in affectu pœnarũ: Et si aĩa non uult sustinere pœnas, ipsa sustinet inuita. Si aũt cũ sole luminis uult portare, tunc ex nullo labore ꝓcutit affectꝰ animę. Sicut in uerbo deitas nulla tenus passa fuit, quia uoluntarie facta est portatrix laborum. Ergo manifeste ostendis, ꝙ post tempus acceptabile passionis uerbi, aĩa potest cũ lumine gratiæ cognocere tuę charitatis affectũ, & cũ hoc lumine in tẽpore finito, ꝓuenimꝰ ad cognoscẽdũ essentiã tuam in tẽpore infinito. Vnde hac infinitate passionis cognoscimus altitudinẽ tuam: non ꝙ mysteria tua sint infima, imo sublimia. Sed infima dico propter passionẽ infimæ humanitatis. O dulcis & æterne deus, sublimitas infinita, qa ad altitudinẽ tuã nõ poteramꝰ eleuare affectũ, q erat infimus, nec lumẽ intellectus, ꝓpter tenebras culpę: ideo tu sũmus medicus largitꝰ es nobis uerbũ cũ esca hũanitatis, & cępisti hoiem, & cępisti dęmonẽtnõ in uirtute humanitatis, sed diuinitatis: & sic faciẽdo te paruulũ, magnificasti hoiem. Saturatus obꝓbrijs, replesti eũ beatitudine. Esuriẽte te, saturasti eũ affectu charitatis tuæ. Exuendo te uitã, induisti eũ gra. Repletus uerecũdijs, reddidisti ei honorẽ. Obscuratus q̃tum ad humanitatem, reddidisti ei lumen. Extensus in cruce, amplexatus es illum, & fecisti ei cauernam in in latere tuo, in quam refugeret à facie inimicorꝫ. In qua cauerna potest cognoscere charitatem tuam, quia per ipsam ostendis, ꝙ plus uoluisti ei dare, quam posses cũ operatione finita. Illic inuenit balneum, in q̃ lota est facies animæ suæ à lepra culpæ. O delectabilis amor, o ignis, o abyssus charitatis, o incomprehẽsibilis altitudo! quanto magis aspicio altitudinem tuã in passione uerbi, tanto plus mea miserabilis anima erubescit, quia nũquam te nouit. Et hoc quia semper fuit uiua affectui sensualitatis, rationi autem mortua. Sed hodie placeat altitudini charitatis tuæ illuminare oculum intellectus mei, & eorꝫ quos mihi dedisti in filios, ac omnium creaturum ratiõabilium. O deitas, amor meus, unum quero à te: In tpe quo mundus iacebat infirmus, tu misisti in mũdum uerbum unigenitũ tuum, ut medicum: scio ꝙ ex amore fecisti, & non ex meritis nostris: modo uideo mundũ totaliter in morte iacentem, & in tanta ꝙ anima mea deficit in uisione ista. Qualis erit nunc modus ad suscitãdum iterꝫ mortuum istũ, cũ sis impassibilis deus, nec amplius uenturꝰ ad redimendum mundum, sed ad iudicãdum? Quõ ergo reddetur uita huic mortuo? Non credo infinita bonitas, q̃d deficiant tibi remedia. Imo fateor q̃d nec amor tuus deficit erga nos, neq; infirmata est potentia tua, nec sapientia diminuta, & ideo & uis, & potes, & scis mittere remedium opportunum. Quare supplico si placet bonitati tuæ, quatenus indices mihi remedium istud, ut anima mea sit animata uiriliter assumere illud. Veritas est q̃d filius tuus non amplius est uenturus nisi cum maiestate ad iudicandum ut dictum est: sed ut uideo, tu uocas seruos tuos Christos, & cum hoc medio uis aufere mortem, & reddere uitam mundo. Et quõ? Quod ipsi uiriliter ambulent per uiam uerbi, sollicite & cum ignito desiderio procurantes honorem tuum, & animarꝫ salutem: Propter hoc sustinendo patienter pœnas & tormenta, obprobria & improperia, à quibuscũq; eis illatas. qui bus pœnis, quæ finitæ sunt, iuncti is infinito desiderio eorundem, tu uis dare refri-

geriũ,

gerium, scilicet exaudire preces, & implere desideria ipsorum. Sed si solūmodo paterentur corporaliter, absq; desiderio supradicto, non sufficeret eis nec alijs, sicut in uerbo absq; uirtute deitatis passio non satisfeciſſet saluti humani generis. O redemptor optime, da ergo nobis de istis Christis, qui in uigilijs, lachrymis, & orationibus ducunt uitam suā pro salute mundi. Tu uocas eos Christos tuos, quia confirmati sunt unigenito filio tuo. Concede quæso æterne pater, ut nō simus ignorantes, cæci, aut frigidi, nec obscuri uisus, in tm̄ ut non uideamus nisi nos, sed da nobis cognoscere uoluntatem tuā. Peccaui dñe, miserere mei. Gratias, gratias ago tibi, quia dedisti refrigerium aīæ meæ, tum per agnitionem quā dedisti mihi, qualiter possem cognoscere altitudinem charitatis tuæ, adhuc uigens in mortali corpore, tū etiam propter remedium q̄ uideo ordinatum à te, ut liberetur mundus à morte. Nō ergo amplius dormias miserabilis anima mea, quæ toto tempore uitæ tuæ dormisti: O amor inæstimabilis, corporalis pœna seruorum tuorum ualebit uirtute sancti desiderij animarum earundē, quod desiderium ualebit uirtute desiderij charitatis tuæ. O anima mea misera, non amplexatrix lucis, sed tenebrarum. Surge, surge à tenebris. Excita teipsam, aperi oculū intellectus, & respice in abyssum charitatis diuinæ, quia nisi uideas, non potes diligere. Quantum uidebis tantum diliges, & diligendo sequeris, & indues uoluntatē suā. Peccaui dñe miserere mei. Amen.

Oratio XIII.

O Resurrectio nostra, o resurrectio nostra, alta & æterna trinitas, euiscera animam meam. O redemptor & resurrectio nostra. O trinitas æterna. O ignis cōtinue urens, qui nunquam extingueris, nec deficis, aut diminui potes, etiam si totus mundus accipiat ignem tuum. O lumen quod das lumen, & in lumine tuo uidemus. In lumine tuo uideo, & absq; ipso non possem uidere, quia tu es qui es, ego autē sum quæ non sum: In eodem lumine cognosco necessitatē meā, & necessitatem tuæ ecclesiæ, ac totius mundi. Et ga in lumine tuo cognosco hæc, peto à te, ut euiscereas aīam meā p salute totiꝰ mūdi. Non q̄ ex me aliquem fructum possim p ducere. Sed ex uirtute charitatis tuæ, q̄ē operatrix omnium bonorum. Vnde sic in abyssō charitatis tuæ anima operat salutem in se, & utilitatem in proximo suo: sicut deitas tua alta & æterna trinitas operata est in hūanitate nostra, uidelicet cū instrumento humanitatis nostræ, quę cū opere finito in medio nostræ humanitatis operata est pro nobis infinitā utilitatē nō in uirtute hūanitatis nr̄æ, sed diuinitatis tuę. In hac uirtute trinitas ęterna, uident creata cuncta, quę participāt esse, & eis q̄tus consistens in homine, spiritualis & tēporalis, exit à te. Vere ē q̄ uoluisti quod homo laboraret in ipsis operando cum libero arbitrio. O trinitas ęterna, o trinitas æterna, in lumine tuo cognoscitur q̄ tu es illud summum & æternum uiridarium, q̄ in te tenes clausos flores & fructus quia tu es flos gloriæ, qui tibimet gloriam reddis, tibimet fructus, unde à nullo alio hæc potes reciperet si em̄ ab aliquo alio recipe posses, iam non uideret q̄d esses æternus & omnipotens deus, quia ille qui tibi redderet hæc, nō uideret processisse à te. Sed ut dictum est tu tibimet es fructus & gloria, & fructus quos reddit tibi creatura tua, à te sunt, & à te recipit unde reddere possit. In uiridario sinus tui pater ęterne clausus erat homo, tu traxisti eum de sctā mente tua, uelut florem, distinctum in tribus potentijs animæ, & in qualibet posuisti plātā, ut possent fructificare in uiridario tuo, redeundo in te cum fructu quem dedisti ei: & tu redibas in anima, replendo eā beatitudine tua in qua anima manet sicut piscis in mari, & mare in pisce. Dedisti ei memoriam ut possit retinere bñficia tua, ut ex hoc produceret florem gloriæ nomini tuo, & fructum utilitatis. Sibi dedisti etiam intellectum ut intelligeret ueritatē & uoluntatē tuam, quæ uoluntas solūmodo quærit sanctificationē nostram, ut germinaret florem gloriæ, & postmodū fructum uirtutum: & dedisti ei uoluntatem ut possit diligere id q̄d intellectus uidit, & memoria retinuit. Et si respicio te lumen trinitas ęterna, homo perdidit istum florem, scilicet gratiam, ex culpa cōmissa, quia non erat aptus postmodum, nec ualebat reddere gloriā tibi per illum modū, in finem ad quam creasti ipsum. Vnde p̄ pter culpam non intrabat in gloriā tuā p illū

illum modũ quem ueritas tua ſtatuerat: uiridariũ tuum erat clauſum, q̃ ꝓpter nõ poteramus recipe flores nec fructus tuos. Et ideo feciſti portinariũ, ỽbum uidelicet unigenitũ tuum, cui dediſti clauem deitatis, & humanitas fuit manus: q̃ uniſti ſi mul, ut apitẽt ianuã gr̃æ tuæ, qa deitas nõ poterat apire abſq; humanitate, q̃ humanitas clauſerat ꝓpter culpam primi hois. Neq; hũanitas ſimplex poterat apire abſq; deitate, nã opꝰ ſuũ fuiſſet finitũ: & offenſa erat cõtra infinitũ bonũ cõmiſſa, & deculpa ꝓtinꝰ debebat exire pœna, uñ nullus alius modus ſufficiẽs erat. O dulcis oſtiarie, o humilis agnus, tu es ille ortulanus q̃ teſeratis ianuis uiridarij cęleſtis. ſ. paradiſi, porrigis nobis flores & fructus deitatis æternę. Ex nunc qdem cognoſco, ꝙ tu dixiſti ueritatem, qñ in forma pegrini apparens duobꝰ diſcipulis tuis in uia dixiſti, ꝙ ſic oportuit pati Chriſtũ, & p uiã crucis intro ire in gloriã ſuã, oñendo illis ꝙ ſic ꝓphetatũ fuerat pMoyſen, Eliã, Iſaiã, Dauid & alios q̃ de te ꝓphetauerãt. & ſi explanabas eis ſcripturas, ipſi uero non intelligebant tetꝫ caligauerat oculus intellectus eoꝝ, ſed tumet teipſum intelligebas, q̃ erat gloria tua, dulce & amoroſum uerbum. Tu ipſe nunquid, ut intrares in temet oportebat te pati?

Oratio XIIII.

O Summe deus, amor inæſtimabilis, ignis æterne, illuminans mentes hominũ, calefaciẽs eas ſpiritu amoris tui, & cõſumens qcquid habet anima tibi obnoxium, q̃tum in te eſt, in te uideo quod ille amor q̃ te cõſtrinxit trahere nos ex te cũ notitia tui, ad laudem & gloriam nominis tui, ille idem amor cõſtrinxit te induere mortalitatem noſtrã, ut reduceres deuios nos ad te, & q̃d hodie oñdiſti te nobis amator noſter. Primo paſſibilẽ, ponendo te q factorẽ legis, obſeruatorem ipſius, ad noſtrę humilitatis exemplum. Pudeat itaq; hominem facturam tuam indurati corde, & obſeruatorem non eſſe legis tuæ. Cum tu deus noſter obſerues. Tu oſtendiſti nobis hodie cinerem noſtræ mortalitatis in te, ut noſcamus incinerate nos propter te. & paſſibilem te oſtendiſti, ſoluendo arram & enceniando nos in amorem tuæ ſanctiſſimæ paſſionis, ut in tuum exemplum, paſſiones noſtras ęquo animo tolereꝛmus. Deficiat uel liqueſcat itaque omnis anima in tuo amore, factor meus, & uere deus, quia traxiſti hominem ex te, ut ipſe te ſolum inde recognoſceret, amaret & ſequeretur. Et nos ingrati tanti tui beneficij, à te maieſtas æterna, delirare pręſumimus. Hodie etiam ex tua clementia ſubarras tibi animas noſtras annulo carnis tuæ, deſpõſandas tibi, ſi tua beneficia recognoſcant, ea uidelicet lege, qua ipſos æternitatis tuæ facias eſſe participes. Hodie quoq; dediſti animæ tuæ, id eſt animæ meæ, per uicarium tuũ remiſſionem peccaminum, manifeſtando mihi potentiam ſuam, quæ tua eſt. Et ꝙ, qui feciſti hominem ſine ipſo homine, nõ ſaluas eum ſine ſe. Nam qui traxiſti me ex te, & feciſti me ſine me, non ſaluaſti me hodie ſine me: ſed per inſtantiam & confeſſionem meam, iam me peccatoꝝ nexibus, per gratiam tui in terris uicarij liberaſti. De quo indigna tua famula gratias ago tibi, & ſic munda per tuam gratiam hodie, clamo ad te amor meus, æterne deus, ut facias miſericordiam cum hoc mũdo, & des ei lumen noſcendi ipſum uicarium tuum, cum putitate fidei. De qua obſecro ueſti eos deus meus: & des uicario tuo lumen, ut ipſum ſequatur mundus ipſe totus, dato ſibi lumine ſupernaturali, poſtq; dotaſti eũ dando ſibi cor uirile, q̃d conditum ſit ſancte humilitate tua. Et ideo nunq; ceſſabo pulſare ad portam benignitatis tuæ, amor meus, ut eum exaltes. Manifeſta itaq; uirtutem tuã in ipſo, ut ſemper cor ſuum tuo ſancto deſiderio ardeat, & conditum ſit humilitate tua, & cum benignitate, charitate, puritate & ſapientia tua procedat in ſuis actibus, & ſic totum orbem ad ſe trahat. Da ei notitiã tuæ ueritatis in ſe, ut noſcat ſe in ſe qualis fuerat, & te in ſe per gratiam tuam. Illumines etiam aduerſantes ſibi, qui incircũciſis cordibus ſpirituiſancto reſiſtunt, & tuæ omnipotentiæ aduerſantur, pulſando ad portas animarum ipſorum: quia ſaluari non poterunt ſine te, & ut conuertãtur ad te. Deus meus in uita excita eos, amor inæſtimabilis, & charitas tua te compellat hoc gratiaꝝ die, ut emolliatur eoꝝ duricies, atq; ut reducantur ad te, ne pereant. Et quia offenderunt te, deus ſummæ clementiæ, punias peccata ipſoꝝ in

me

me: ecce ita q̄ corpus meū, q̄ à te recogno sco & tibi offero: fiat incus, p̄ eis, ubi ipsor̄ culpæ conterant: & ga uideo q̄ dictū ui/ catiū tuū naturaliter de utili corde dota sti, humiliter & supplex oro, ut supernatu rale lumē infundas in oculo intellect⁹ tui: est em̄ illius modi cor ad sup̄biā apt⁹, nisi adq̄escat sibi hoc lumē acquitū ex puro af fectu uirtutis: incidat etiā hodie oīs amor p̄prius ab ipsis tuis emulis, ac à dicto tuo uicario, & ab oībus nobis, ut parcere pos/ simus eisdē cū eor̄ duricie flexeris, p̄ qui/ bus & humilient & pareant ipsi dño nr̄o: offero tibi uitā meā ex nūc, p̄ tunc, cū tibi placuerit, & ipsam ponā, p̄ gloria tua: hu/ militer etiā obsecrans p̄ uirtutē passionis tuæ, q̄tenus emundes & scopes de antiqs uitijs spōsam tuā, sicut emundasti & sco/ pasti eā antiqs & infructuosis plāt̄is, & nō amplius differas: uere deus bene scio q̄ tā diu abscindendo pcuties tortuosum lignū duricie ipsor̄ emulor̄ tuor̄, q̄ finaliter dirigeť: sed accelera trinitas æterna, ga ti/ bi nō ē difficile facere de aliq̄ aliqd, cū de nihilo oia feceris, & uitia ipsa purgare: tibi etiā meos filios recōmēdo, & hunc tuæ ma iestati offero, q̄ae mihi hodie dedit, ut des te sibi, ut renoues eum hodie intus & ex/ tra: & suos actus dirigas in beneplacitis tuis, pro quibus ut eam exaudire digneris gratias ago tibi, qui es benedictus in secu/ la seculorum. Amen.

Oratio XV.

VEritas & q̄ ego sum ut tu des mihi ue ritatē q̄ ego sum q̄ non sum. Et post paululū tergo ueritas tua, est illa quæ fa/ cit & loquitur & omnino operatur, ex q̄ ego non sum: ueritas tua est illa q̄ dat ueri tatem & cū ueritate tua dici ueritatē. Ve ritas tua ęterna porrigit diuersis modis ue ritatē diuersis creaturis, nec separat à te ue ritas tua, imo tu es ueritas. Tu deitas ęter na, fili dei a deo uenisti, ut adimpleres uo/ lūtatē patris ęterni, nec potest quisq̄ habe re ueritatē nisi à te. Si qs autē uult habere ueritatem tuam, oportet q̄ nihil ei defici/ at de ueritate tua, alias non posset habe/ re ueritatē quę nullum defectum patitur, sic habent beati qui perfecte uidēt sine de fectu ueritatem tuam p̄ ęteruam tui uisio nem, q̄ quidam uisionem habent partici pantes uisionē tuā, qua tu teipsum uides, lumē em̄ quo uideris a creatura tua tu es, nec inter te & uidentē te, est aliqd mediū q̄d rēp̄sentet te uidenti te. Dū ergo beati uident te, participant & lumen, & mediū quo uideris: & ga tu idē sp̄ es idē lumen, & idem mediū, & idē obiectū, participa/ ta p̄ eos in unione qua uniuntur tibi, cau sant identitatē inter uisionē tuā, & uisio/ nem creaturæ tuæ: nec obstat si unus mi nus pfecte, alius magis perfecte uidet, ga hoc est propter diuersitatem recipiētium uisionē. Sicut aīa q̄ est in uia in statu gra tiæ, recipit ueritatē tuā p̄ lumen fidei, q̄ uidemus q̄ p̄dicat ecclesia tua uera esse: & tñ diuersæ animæ sc̄dm diuersitatē dis/ positionis suæ, recipiunt diuersimode ue/ ritatē istam magis & minus perfecte: nec propterea diuersificatur fides: imo una est & eadē fides omniū. sic profecto in beatis una est & eadem uisio, q̄uis magis & mi/ nus perfecte à diuersis recipiatur.

Oratio XVI.

DEitas ęterna, dissolue uinculū corpo ris mei, ut possim uidere ueritatē, ga nunc memoria nō potest te capere, nec in tellectus intelligere, nec affectus diligere quō decet. O natura diuina, q̄ resuscitas mortuos, & sola das uitā: quō uoluisti uni re tibi naturā mortuā, ut eā uiuificares? O uerbū æternū, taliter tibi uniisti natu/ ram mortalē, q̄ nō fuit possibile q̄ q̄cūq̄ modo separaret: Vnde in cruce in Chri/ sto natura mortalis patiebatur, sed natu/ ra diuina uiuificabat: & ideo erat simul beatus & doloros⁹: nec etiā in sepulchro potuit una natura ab alia separari. O pa ter æterne, tu dicis q̄ uestisti uerbū tuum natura nostra, ut in ea satisfaceret tibi p̄ nobis. O ineffabilis misericordia, uoluisti punire filū naturalē & p̄prium, p̄ culpa fi/ lij adoptiui: & sustinuit nō tm̄ pœnā cru cis in corpe, sed cruciatū desiderij in mē/ te. O p̄ ęterne, q̄ p̄funda & ineffabilia sunt iudicia tua, stultus hō nō intelligit hæc, imo iudicat sc̄dm corticē facta tua & ser uor̄ tuor̄, & nō sc̄dm p̄fundū abyssum charitatis infusæ seruis tuis. O ignorās & bestialē hō, cū deus te fecerit hoīem, cur fa/ cis teipam bestiā? & nō solū bestiā, sed ni/ hil & bestialiter iudicas? An ignoras ga bestiales deputantur ad pœnas æternales infernales, in q̄bus pœnis efficitur homo uel nō: & nō q̄dem q̄tū ad naturā q̄ sustī neat, sed q̄tū ad gratiā, q̄ naturā pficiat. & res q̄ē priuata sua p̄fectiōe, pōt dici ni hil.

Oratio XVII.

INgrate homo, alta & æterna deitas incomprehẽsibilis & inęstimabilis amor. Tu dicis pater ęterne, ꝙ homo respiciens se, inuenit te in se, quia creatus est ad imaginẽ tuam, qui habet memoriã ad retinendũ te & beneficia tua, participando in hoc potẽtiam tuã, habet intellectũ ad cognoscendũ te, tuã participando sapientiam. ſ. unigeniti filij tui domini nostri Iesu Christi, & habet uoluntatẽ ad diligendũ te, participando clemẽtiam ſpiritusſancti, ſic, pfecto non ſolũ ipſum creaſti ad imaginẽ tuam, ſed in te quodãmodo habẽs ſimilitudinẽ ſuã, ſic tu es in ipſo, & ipſe in te. Non cognouime in te Deus, & te in me Deus. Iſta eſt tota ignorantia hominũ ignorantium, qui offendũt te, quia ſi hoc ſcirent, non poſſent non diligere Deum: hoc autẽ neſcire procedit ex priuatione luminis gratię, quę priuatio creatur a nube propriꝫ amoris ſenſitiui, tanta eſt cõformitas inter hominẽ & hominẽ, ꝙ quando non ſe diligunt, recedunt a propria natura. Poſtmodum orauit pro ſingularibus ſuis, ut participarent naturã diuinã, diligendo ſe adinuicẽ, & iſta eſt uera conformitas. Reſpondit Deo, & dixit: Quomodo maiorem gratiã poſſum habere, q̃ ut uitã ducam ſemper in pœnis, & ipſam terminem cum martyrio propter te,

Oratio XVIII.

DEitas amoris, deitas. Quid poſſum dicere de ueritate tua? Tu ueritas dic de ueritate. Ego neſcio de ueritate dicere, ſed de tenebris tm̃, ga nõ ſum ſecuta fructũ crucis tuę, ſed ſolũ ſecuta ſum tenebras, & non cognoui tenebras, bñ fateor, ꝙ q cognoſcit tenebras, cognoſcit lucẽ, ſed ego non feci ſic, imo ſecuta ſum tenebras, nec eas pfecte cognoui. Dic ergo dñe, tu ueritatẽ tuã de cruce tua, & ego audiã. Tu dicis, ꝙ quidã ſunt pſecutores fructus tuę crucis, nã fructus crucis tuę, tu es. O uerbũ unigenitũ Dei, q ex immenſitate amoris & charitatis quã habuiſti ad nos, inſeruiſti teipſum tãq̃ fructũ duabus arboribꝫ. Primo naturæ humanæ, ut manifeſtares nobis ueritatẽ patris tui inuiſibilẽ, quę ueritas tu es. Et ſecũdo inſeruiſti teipſum arbori crucis, in qua arbore non te tenuerunt claui, nec quicq̃ aliud, niſi amor immenſus, quẽ ad nos habuiſti, & totũ hoc feciſti ut manifeſtares nobis ueritatẽ uoluntatis patris, ga uolebat noſtrã ſalutẽ. Ex iſta inſertione ꝓductus eſt ſanguis tuus, q ꝓpter unionẽ diuinæ naturæ dedit nobis uitã iſtiuſas, ngninis uirtute mundamur a pctõ mediantibus ſacramentis tuis. Repoſuiſti aũt hunc ſanguinẽ in cellario eccleſię militantis, dans claues & cuſtodiam eius uicario tuo principali in terris. Hæc autẽ omnia non cognoſcuntur, nec ſciuntur ab hominibus, niſi mediante lumine tuo, q̃ ru illuſtras nobiliorẽ partẽ animę noſtrę .ſ. intellectũ. Hoc lumẽ eſt lumẽ fidei, qđ tu cuilibet chriſtiano cõcedis, qñ mediante ſacramẽto baptiſmi infundis lumẽ fidei & gr̃ę tuę, p quã purgatur pctm̃ originale, qđ cõtraxim⁹, & datur nobis lumẽ ſufficiens ad ꝓducendum nos uſq; ad ultimũ finẽ beatitudinis, niſi nos cũ puritate amoris proprij ſenſitiui excęcem⁹ oculos nr̃os, q̃s gr̃a tua illuminauit in baptiſmo. Excęcamus uero noſipſos, inducendo cataractas ſup oculos noſtros p frigiditatẽ & humiditatẽ amoris ꝓprij ſupradicti. Et ideo nõ cognoſcimus te, nec aliqd uer̃ bonũ, & dicimus malũ bonũ & bonũ malũ, & efficimur ingratiſſimi, & ſuper ingratiſſimi, & peius in deterius eſt nobis poſt agnitã ueritatẽ tuã, qñ p-didimus lumen, q̃ anteq̃ lumen reciperemus. Peior enim eſt chriſtianus talis, q infidelis, & peius eſt ſibi, niſi inquantũ facilius recipit medicinã de malo ſuo, ꝓpter aliq̃le lumẽ fidei, qđ remanet et. Iſti dñe tales ſunt pſecutores fructꝰ crucis tuę, i. ſanguinis tui: nõ em̃ te Chriſtum crucifixũ ſequũtur, ſed pſequuntur & te & ſanguinẽ tuũ, & potiſſime illi q rebellant uicario tuo, q̃ tenet claues cellarij, ubi eſt repoſitus ſanguis tuus, & ſanguis omniũ martyr̃, q̃uis ſanguis martyr̃ nõ ualeat niſi in uirtute ſanguinis tui. Iſta aũt rebellio & omne pctm̃ accedit eis, ga pdiderunt lumen ueritatis tuę, qđ acquritur p fidẽ tuã, unde philoſophi q̃uis multas ſcirent uirtutes de creaturis, ga tñ non habuerunt fidem tuam, ſalutem conſequi tamẽ non potuerunt.

Oratio XIX.

OAmor inęſtimabilis, o dulcis amor ignis ęterne. Tu es ignisq ſemp̃ ardes alta & ęterna trinitas, Deus rectus es abſq; ulla tortuoſitate, ſimplex abſq; duplicitate, & ſyncerus abſq; aliq̃ fictiõe. Dirige oculos miſericordiæ tuę ſuper creaturas tuas. Noui ꝙ miſericordia tibi ꝓpria eſt, imo ad qcqd̃ me cõſiderãdo cõuerto nil inuenio abſq; miſericordia tua, ideo que curro & clamo añ miſericordiã tuã, ut facias miſericordiam cũ hoc mundo. Tu uis nos ſeruire tibi ad modũ tuũ, & diuerſimode ducis ſeruos tuos, ꝓpter qđ hodie indicas ꝙ nullatenus intrinſecũ creaturę debemus aut poſſum⁹ iudicare p actus exteriores, ſed uolũtatẽ cunctorꝫ in tua uolũtate iudicare debemus, & hoc maxime deſeruis tuis, ideo gaudet anima q̃ uidet lumen in lumine tuo, de uarijs & infinitis modis & uijs ds̃ & q̃s uidet in ipſis, ga licet p diuerſos calles ꝓcedant, tñoẽs currũt p ignitũ iter charitatis tuę, alias nõ ſequerent ueritatẽ tuã in ueritate, unde alios uidemus currere p

uiam

uiam pœnitentiæ, fundatos in mortificatione corporis. Alios in humilitate, in occidendo puerſam uolũtatem, alios in fide uiua. alĩ q̃dam p miſericordiã accedunt, & alĩ totaliter dilatati in charitate, pximi, relinquendo ſeipſos. In his & his ſimilibus pinguescit aia, q̃ ſollicite exercuit naturale lumen, unde acquiſiuit ſupernaturale, cũ q̃ uidet immẽſam largitatem tuæ bonitatis. O q̃ regaliter progrediunt iſti. O q̃ aduertunt fieri ſcd̃m ordinẽ uolũtatis tuæ. & ideo in oĩbus q̃ operãtur creaturæ tuæ, cõſiderant uoluntatẽ tuã, nũq̃ uero uoluntatẽ iudicant creaturæ. O inæſtimabilis charitas, iſti bñ didicerũt & corde tenuerunt doctrinã ueritatis tuæ, ubi uidelicet dixit: Nolite iudicare ſecũdũ faciẽ. o ueritas æterna, q̃ eſt doctrina tua? quod eſt iter per q̃d oportet nos accedere ad patrem? Neſcio aliud iter uidere, niſi q̃d tu uerbum æternum pauimentaſti rebus uirtutibus ignis charitatis tuæ, q̃s ædificaſti p̃tioſo ſanguine tuo. Hæc eſt q̃dem uia. In nihilo ergo alio culpa noſtra conſiſtit niſi in diligere q̃d odiſti, & odio habere q̃d dilexiſti. Fateor q̃ ſp odiui q̃d amas, & amaui q̃d odio habuiſti. Sed hodie clamo corã miſericordia tua abyſſus charitatis, ſupplicans q̃tenus des mihi ſequi ueritatẽ tuã in ſimplici corde. Concede queſo continuã famem patiendi pro te penurias & tormenta. Da etiã pater æterne fontẽ lachrymaꝝ oculis meis, quibus inclinem ſuper totum mundũ miſericordiam tuã, & maxime ſuper ſponſam tuã. O ineffabilis & dulciſſima charitas, hoc eſt uiridarium tuum, fundatum in ſanguine tuo, & aſperſum ſanguine martyrum tuoꝝ, qui uiriliter cucurrerunt poſt odorem ſanguinis tui: cuſtodi ergo eam. Quis enim contra ciuitatẽ quam tu cuſtodieris poterit præualere? Vere clemẽtiſſime pater corda noſtra immerge ea in hunc ſanguinem, ut poſſimus concipere famem honoris tui, & ſalutem animaꝝ. Peccaui domine, miſerere mei. O deitas ẽterna, quid de te digne dicemus, aut q̃d iuſte & uere iudicando proferemus? Certe dicemus & firmiter iudicando credemus, q̃ tu es deus noſter, qui ſolũmodo uis ſanctificatiõem noſtrã: hoc patet euidenter in ſanguine filĩ tui, qui propter noſtrã ſalutẽ tanq̃ philocaptus cucurrit ad opprobrioſam mortẽ ſanctiſſimæ cruc: pudeat hominem creaturã tuam, tãtum per ſuperbiam caput extollere, cum te deum altiſſimũ humiliatũ luto noſtræ uideat humilitatis. O quam propria eſt tibi miſericordia ueritas æterna, quã homo ſeruus tuus aduocat contra iuſtitiam quã meretur mundus, ꝓpter peccata ſua. Miſericordia tua creauit nos, miſericordia tua redemit nos a morte æterna, miſericordia ipſa tegit nos, & detinet iuſtitiam tuam, ut non præcipias terræ, ut aperiatur, & deglutiat nos: neque animalibus immundis quod deuorent nos. Imo omnia ſeruiunt nobis, & terra largitur nobis de fructibus ſuis. Hæc omnia propter miſericordiam. Miſericordia tua regit nos. Ipſa miſericordia differt mortem noſtram, tribuendo tempus, in quo poſſimus ad te reuerti, & tibi reconciliari. O miſericors & pie pater, quis tenet naturam angelicam, ut non faciat ultionem de homine, qui inimicus eſt tibi? Miſericordia tua. ex ſola miſericordia tua concedis conſolationes, ut coacti ſimus diligere te: cũ cor creaturæ amore trahat. Ipſa eadem miſericordia tribuit pœnas & afflictiones, ut noſmetipſos diſcamus agnoſcere, ut etiam habeant miſeri alĩquid ſuſtinere, pro quo remunerando coronet eos, cum legitime certauerint.

Ex miſericordia dimiſiſti cicatrices in corpore Agni unigeniti tui, IESV CHRISTI, ut cum ipſis coram Maieſtate tua pro nobis miſericordiam poſtulet. Ex ſola miſericordia hodie digna/tus es ad plenum oſtendere mihi miſerabili, miſeriæ plenæ, quomodo nullatenus poſſum aut debeo intentiones creaturarum rationabilium iudicare, cum per infinitas diuerſitates itinerum eas ducas. Et clare mihi demonſtraſti, etiam per exemplum meimet: de quo ego miſerrima gratias ago tibi. Miſericordia tua noluit quod agnus immaculatus ſolummodo unica gutta cruoris ſui redimeret genus humanum, nec cum pœna ſolummodo unius membri, ſed cum toto ſanguine & totius corporis ſui pœnis, ut plenarie ſatisfaceret pro toto humano genere, qui omnes læſeramus te. Et hoc duplicitet: Primo quia ut uidemus ex tuis rationabilibus creaturis. ſ. hominibus,

alię offendunt te cum capite, aliæ cum manibus, aliæ cum pedibus, aliæ cum cæteris membris corporis, ita ut omnibus congregatis dictum humanum genus, totius mẽbris corporis offendit te. Secundo & ultimo, quia omnis culpa perpetratur ex uoluntate, absq; ipsa etenim nulla esset culpa, & ipsa continet in se totum corpus, qua propter totum corpus creaturæ committit culpam aduersus te. Et ideo cum toto corpore & sanguine filij tui uoluisti q̃ satisfaceret, ut esset pro omnibus plenarie satisfactõ, & hoc ex uirtute deitatis infinitę, unitæ cũ natura nostra finitam humanitas qppe passa fuit, deitas uero sacrificium acceptauit. O uerbum ęternum filij Dei, unde hoc q̃ habuisti perfectam contritionem culpæ, cum in te nunq̃ fuerit uenenum peccati? Video q̃ uoluisti satisfacere cum corporali & mentali pœna, sicut corporaliter & mentaliter homo cõmiserat culpam. Peccaui domine, miserere mei, & ne respicias peccata nostra, omnipotẽs pie & misericors Deus.

Oratio XX.

O Trinitas æterna, o trinitas æterna, o ignis & abyssus charitatis, o uere amore creaturæ tuę infatuaet, o ueritas æterna, o ętерne ignis, o æterna sapiẽtia Deus, qui datus es in nostra redemptione, nunquid solummodo uenit in mundum sapientia tua? non sic fuit. Nõ eñ fuit sapientia absq; clementia, non enim uenisti solus, sed & tota trinitas affuit. O trinitas ętерna, qd nam receperas ab homine nisi offensionem? quę utilitas peruenit tibi de nostra redemptione? Nulla. Non enim indiges nobis, Cui ergo prouenit hæc utilitas? solũmodo homini. O inęstimabilis charitas, sicut te totum Deum & totum hominem dedisti homini, ita totum dimisisti te in cibum creaturæ tuę rationali, ut dũ in hoc itinere peregrini sumus, non deficiamus laboribus fatigati, sed roboremur hac refectione cęlesti. O mercenarie homo, quid dimisit tibi Deus tuus? dimisit totum se Deum & hominem uelatum sub illa albedine panis. O ignis amoris, nunquid nõ sufficiebat creatio ad imaginem & similitudinem tuam, & recreatio ad gratiam in sanguine filij tui, ni si etiam & totam trinitatẽ tribueres nobis in cibũ? Quid te coegit ad hęc? certe non aliud q̃ charitas tua. O Deus trinitas ętерna, quemadmodum non misisti solum uerbum pro redẽptione, ita non dimisisti solum id nobis in cibum, sed ut uere infatuatus amore creaturę tuę totam te trinitatem æternã, ut dictum est. Et sicut non dimisisti te nobis solum in cibum ita non das te solum animę illi, quę tota se religt amore tui, & solũmõ quęrit & optat gloriam & laudem nominis tui, non quęrendo te amõre sui, sed solummodo propter te, quia scilicet tu es forma & ętерna bonitas, dignus diligi, & q̃ seruiatur tibi a creaturis tuis, nec proximũ neq; se quęrit anima amore sui, sed solũ ut reddat gloriam nomini tuo. Videmus enim q̃ his talibus non manifestas te solum, imo fortificas eos potentia tua contra prælia dęmonum, & contra tribulationes a creaturis illatas, & contra quascunq; alias aduersitates. Videmus etiã q̃ illuminas oculum intellectus ipsorum, sapientia filij tui, ut cognoscant se & te, lumine tuo. Vris etiam corda ipsorũ in clementia spiritus sancti, & hæc omnia facis seruis tuis magis & minus, secundum mẽsuram amoris quã portant tibi, & prout quilibet uitam suam exercet. Gratias gratias ago tibi ętерne pater, q̃ quia philocaptus es de creatura tua, hodie ostẽdis qualiter possit ecclesia tua reformari, & humiliter supplico, q̃ sicut ex una parte prouidisti illuminando oculum intellectus mei de hac ueritate, sic ex alia prouideas disponendo creaturas tuas, & maxime uicarium tuum, ut sequatur lumen quod infudisti & infusurus es. O trinitas ętерna, ego peccaui toto tempore uitę meę. O miserabilis anima mea, habuisti ne unq̃ recte memoriam Dei tui? Certe non, si enim habuisses, iam esses cõbusta in igne amoris sui. O pater ętерne, redde sanitatem infirmo, & mortuo uitam, & da ei uocẽ ut clamet ad te uoce tua pro mundo, & pro sponsa tua misericordiam postulando. Et audi uocẽ qua clamamus ad te. Et si uniuersaliter oro pro toto mundo, maxime tum & specialiter pro uicario tuo & eius columnis, nec non pro omnibus quos dedisti mihi, ut diligam eos amore pręcipuo, quia quamuis ex meis defectib⁹ sim infirma, uolo tamen uidere illos sanos. Et q̃uis sim imperfecta, uolo eos uidere perfectos. & licet sim mortua, uolo ipsos uidere uiuos in gratia tua. O inæstimabilis ignis & dilectio charitatis, unde tanta humilitas & misericordia, ut tu Deus tam plene cũ tua creatura participes, tam per unionem naturę diuinæ in natura humana, q̃ etiam per sentimentum in unione quam facis in animabus diligentium te, & seruientium tibi in simplici corde. Nõ hoc ex nostra parte, pcedit, cum simus inimici tui. Pudeat hominem creaturam tuam, non facere mansionem apud te toto corde, cum tu alta & ętерna deitas tantis modis apud nos facias assiduam mansionem. O miserabilis anima mea, quæ nũq̃ habuisti memoriam Dei tui, & ideo cor tuum in uirtutibus minime solidasti. Peccaui domine, miserere mei. Tu alta & æterna deitas es uita, & ego mors. Tu Deus sapientia

& ego stultitia. Tu lux, & ego tenebrę. Tu infinitus, & ego finita. Tu rectitudo, ego autem tortuositas. Tu medicus, & ego infirmà. Et qs ad te attingere potuit summa altitudo, ęterna deitas, ad regratiandũ tibi de tot infinitis beneficijs, quę nobis largiri dignata es? Tu ipse attinges cum lumine quod infundes uolentibus recipere, & cum funiculo tuo ligabis qui se ligare permiserit, uidelicet non obstando uoluntati tuę. Ne tardes clementissime pater, conuertere oculos misericordię tuę super mũdũ, magis enim glorificaberis si dederis lumen, q̃ si permaneat in tenebris mortalis peccati, q̃uis tu de omnibus quibuscunq; accipias gloriã & laudem nominis tui. Vnde uidemus q̃ in peccatoribus lucet misericordia tua, quę tenet te, ut nõ euagines gladium iustitiæ, imo seruas eis tempus in quo possint conuerti ad te. Similiter in inferno uidetur gloria tua, ubi puniuntur damnati per tuam iustitiam, & etiam misericordia tua lucet in eis, quia non patiuntur tanta tormenta quanta meruerunt. Per quas misericordiam & iustitiam uertitur gloria & laus nomini tuo. Sed uolo uidere in creaturis tuis, quod reddant tibi gloriam, quemadmodum debent, sequendo uoluntatem tuam, ut perueniant ad finem suũ, ad quem omnes creasti. Volo etiam ut de uicario tuo alterum te facias, quia multo magis indiget lumine alijs, cũ cunctos habeat alios illuminare. O benignissime & clementissime pater, humiliter supplico, quatenus largiaris nobis tuam dulcem & æternam benedictionem. Amen.

Oratio XXI

DEitas æterna o alta & æterna deitas, inęstimabilis amor, in lumine tuo uidi lumen, in ipso lumine lumen cognoui. In lumine tuo cognoscitur causa luminis, & causa tenebrarũ, qa tu es causa luminis, nos autem creaturæ tuę tenebrarũ causa sumus, & cognoscit quid operatur lumen in anim, quid etiam tenebrę. O trinitas æterna, mirabilia sunt opera tua, & lumine tuo cognoscuntur, quia ab ipso lumine procedunt. Hodie ueritas tua cum admirabili lumine indicat causam tenebrarũ, quę est indumentum tœtidum ppriæ uoluntatis, & manifestat instrumentum quo cognoscitur lumen, scilicet indumentum tuę dulcissimę uoluntatis. Mirabile est quod dum sumus in tenebris huius mortalis uitę cognoscim⁹ lumẽ, & finiti noscimus infinita, existentes in morte cognoscimus uitam. Veritas tua ostendit, qd̃ sicut homo gerit se uestem uertendo interiorẽ partem in exteriori, ita quęlibet creatura debet se exuere suam peruersam uoluntatem, si uult ad plenum induere tuam. Et quomodo possumus nos taliter exuere cum lumine, qd̃ acqritur exercendo cũ manu liberi arbitrij. Est lumen qd̃ recipimus in sancto baptismo, quia uidim⁹ in lumine lumen. Et unde recipit homo hoc lumen? solũa te lumine, quod ostẽdisti nobis, sub uelamine nostrę humanitatis. Quid recipit anima induta hoc lumine? Priuatur tenebris, sicuti fame & morte, qa cũ fame uirtutũ expellit insatiabilẽ famẽ proprię uoluntatis. In siti honoris tui eradicat sitim proprij honoris. Et qa peruenit ad uitã uoluntatis tuę, exijt de morte, ppriæ uoluntatis peruersę. O sæcidũ indumentũ uoluntatis nię, tu nõ tegis, sed discoopeeis animam. O uoluntas exuta, o arra uitæ æternæ, tu es fidelis usq; ad mortem, non mundo, sed tuo dulcissimo creatori. Tu ligas animam cum ipso, quia se totaliter a se soluit. O amor inæstimabilis, in quo uidet anima se esse exutam plenarie semetipsã. In hoc quando non quęrit locum, modum, neq; tempus ad modum suum, sed hoc & omnia ad beneplacitum tuum, hoc est lucidum uestimẽtum. Vere potest dici sol: sicut enim sol illuminat, calefacit, & facit germinare terram, ita pater ęterne hoc uerum lumen calefacit animam, quæ possidet ipsum in igne charitatis ruæ, & illuminat: quia cum lumine nosci ueritatem in lumine sapientiæ tuæ & facit eam germinare dum est in ista mortali terra, fructũ uerarum realiumq; uirtutum. Quid est quod impedit & obstat ut anima non se totaliter exuatur? Priuatio luminis, quia non nouit principale lumen, quod cuilibet creaturę rationali largiris, & ideo non exercuit illud. Et quare nõ nouit? quia obfuscauit oculum intellectus cũ culpa qua ligauit uoluntatem, quę uoluntas est illa, quæ quamlibet culpam committit? O miserabilis anima mea, quomodo non sentis fœtorem culpæ & odorem uirtutum & gratiæ? Quia priuata es lumine. Peccaui domine, miserere mei. O Deus æterne, in lumine tuo noui quantam conformitatem tui largitus es creaturę tuę, ad quamcunque partem uerto oculum intellectus, uideo quod posuisti eam quasi in quodam circulo, quia ad quamcunq; partem progreditur reperit se in ipso. Si uerto oculum ad cognoscendum in lumine tuo esse quod dedisti nobis, tu dedisti nobis conformitatem ad imaginem & similitudinem tuã, participando te trinitatem æternã in tribus potẽtijs animæ: si cõspicio in uerbo, per quẽ creati sum⁹, ad gram te nobis uideo conformatũ, & nos tibi, ppter unionẽ, quã de⁹ ętern⁹ fecisti in homine. Et si cõuertor ad animã illuminatã de te uero lumine, ipse facit mansionem in te,

tuæ

tuæ ueritatis imitando doctrinã & in communi in particulari. i. in particularibus uirtutibus acquisitis & probatis ex amore quem anima concepit erga te, & tu es idem amor: anima ergo quæ ex amore sequitur doctrinam tuæ ueritatis, alter te efficitur ex amore, hæc exuta sua ꝓpria uoluntate induta est tua, in tantum ꝙd non quærit nec optat nisi quod tu quæris, & tua uoluntas appetit ꝙd fit in anima. Tu es philocaptus de anima tali, & anima de te est philocapta, sed tu amas eam gratis: quia eam priusquam esset amasti, & ipsa diligit te ex debito. In lumine tuo nouit quod gratis non potest te diligere, ga obligata est tibi, & non tu ei. Et in dicto etiã tuo lumine uidit, quod id quod tibi nõ potest reddere. i. diligere te gratis, oportet ꝙ reddat & retribuat ꝓximo suo diligendo eũ gratis. & ex debito simul, & ex gratia dico, quia non quærit retributionẽ ab eo, nec proprie seruit ei propter utilitatẽ ab ipso receptam, uel recipiendam, sed solummodo ex amore. Ex debito uero diligit eum inquantum præcipis ei, & ipse est obligatus obedire tibi. Si respicio quantã conformitatem facis de anima in te quando surgit cum lumine intellectuali acquisito à te uero lumine, & cum affectu erectis in te, speculando se in lumine ueritatis tuæ. Intantum facis tunc conformitatem cum ipsa, quod tu qui es deus noster immortalis, das ei noscere & gustare in affectu charitatis tuę immortalia bona tua. Tu qui es lumẽ participas cum ea lumẽ. Tu qui es ignis, ignem cum ipsa participas, & in igne tuo unis uoluntatẽ suam cum tua, & tuam cum sua. Tu summa sapientia, sapientiam largiris ei, & discernere & recognoscere ueritatẽ tuam. Tu qui es æterna fortitudo, fortitudinem tribuis sibi, & efficitur tam fortis quod neq; creaturæ possunt ipsam fortitudinem auferre ab ea, nisi ipsa uelit. Nunquam uero uult dum portat uestem uoluntatis tuæ. Sola enim uoluntas sua facit ipsam debilitari. Tu infinitus facis ipsam infinitam, propter conformitatem quam ex gratia cum ipsa fecisti, hic dum est peregrina, & in uita durabili in æterna uisione tua, ubi tam perfecte est conformata tibi, & liberum arbitrium taliter est ligatum, quod non potest ipsam à tali conformitate separi. Bene ergo fateor quod ueritas tua dicit ueritatem, quod creatura rationalis est tibi totaliter conformata, & tu ipsi per gratiam. Tu non das ei partem gratiæ, sed totam, quare dico quod uidetur mihi quod des totam: quia nihil ei deficit ad salutẽ, bene est minus & magis perfecta, secundum quod ipsa in lumine tuo uult exercere lumen quod tu à principio dedisti ei naturaliter. Quid ergo amplius dicam? Nihil aliud nisi quod homo effectus est deus, & tu deus homo factus es. Quid fuit causa huius conformitatis? lumen. in quo lumine nouit uoluntatem tuam cognoscendo eam, exuit se suam propriam quæ dabat ei tenebras, & mortem & nuditatẽ & induit se tuam. Induta tua, induta est te per gratiam, per lumen, & per ignem, & per unionem quã tu deus fecisti in humanitate nostra. Itaque tu es causa cuiuslibet boni, & propria peruersa uoluntas induta amore proprio est causa cuiusq; mali, & tanti mali est causa ista uoluntas, quod cum tenebris facit animam saltare extra circulum luminis sanctissimæ fidei, in quo lumine existens uertendo se ex qualibet parte inueniebat te. Et quam conformitatem inuenit, & in quo reperit se unitam post quam exijt de lumine fidei? Inuenit se recte bestijs conformatam, quæ sunt absq; aliqua ratione imitando legem peruersam & doctrinam dæmonis uisibilis & inuisibilis. Quis est causa huius? ipsamet. o alta & æterna deitas, fateor & non nego me esse illam miserabilem, quæ sum causa omnium malorum, quia nunquam exercui lumen in lumine tuo ad cognoscendum quãtum tibi displiceret, & mihi est nociuum, malignum & fœtidum indumentum propriæ & peruersę uoluntatis, hoc uestimentum tu uis quod quilibet exuat festinanter & totaliter, sumendo ipsum à pedibus, & totum simul extrahendo. ego sum etiam illa misera miserabilis quæ non noui dulcedinem uoluntatis tuæ, quam ex debito debeo me induere. Peccaui, peccaui domino, miserere mei. Tu deus æternus alta & æterna deitas, in lumine tuo facis uidere lumen. Quare pater æterne humiliter supplico, quatenus infundas & dones illud omnibus creaturis tuis rationalibus, sed præcipue illud infunde dulci patri nostro uica-

rio

tio tuo tam habundãter quãtum necesse, .i. tantũ quod tu alta & æterna deitas de ipso aliũ te facias. Et similiter rogo te, ꝙ dones lumen tenebrosis, ut cognoscãt ueritatem in lumine tuo, similiter supplico pro his quos dedisti mihi, quod eos diligã singulari amore, cũ præcipua & maxima sollicitudine. Rogo sint illuminati in lumine tuo, auferatur ab eis imperfectio, ut in ueritate laborent in uiridario tuo, in q̃ eos posuisti ad laborandum, & punias & uindica supra me culpas & imperfectiones eorꝝ, q̃ꝝ ego sum causa. Peccaui domine miserere mei. Gratias, gratias ago tibi alta trinitas, quia in lumine tuo dedisti refrigerium animę meę, ꝓpter conformitatẽ nostram, quam noui nos tecũ habere, & per doctrinam quã dedisti de excellẽtia uoluntatatis tue. Ego sum quę nõ sum & tu es solus ille q̃ es: ergo tu ipse gratias redde tibi dãdo mihi cum quo possum laudare te: uoluntas tua te cogat ad faciendũ misericordiã cũ mundo, & tuo diuino adiutorio subuenire uicario tuo in terris, & spõsæ tuæ. Peccaui domine miserere mei. Alta & ęterna deitas, largire nobis tuã dulcem benedictionem.

Oratio. xxij.

Deitas æterna, o alta & æterna deitas, o summe & æterne pater. O ignis q̃ semper ardes. Tu pater æternus, alta & æterna trinitas: tu es ignis inæstimabilis charitatis. O deitas, deitas. Quid est ꝙ manifestat bonitatem & magnitudinem tuam? Donum quod dedisti homini: & quod minus largitus es ei? Totum te deũ immensam & æternam trinitatẽ: & in q̃ loco donans te ei es dignatus descendere. In stabulo nostræ humanitatis, quæ recte erat effecta stabulum: quia receptaculum animalium mortalium scilicet peccatorꝝ: & ideo ibi uoluisti nasci, ad demonstrandum ad quid homo peruenerat ꝓpter culpam. Ita quod totum te deum dedisti nobis, conformando te nostrę hũanitati, & in ipsa unionem faciendo. O deus æterne, o deus æterne. Tu dicis quod ego respiciã in te altam & æternam deitatem: & aspiciendo inte cognoscam infimitatem meã per altitudinem tuam: & econuerso per magnitudinem tuam meam paruitatem. Sed uideo quod nisi prius exuam me propria uolũtate nõ possum uidere te: & ideo dedisti mihi doctrinam, ut prius exuam me uoluntate mea, cognoscendo me: in qua cognitione agnosco te, quare cum perfecte exuit anima se propriam uoluntatẽ & induit tuam. Et tunc uis quod surgat cum lumine ad cognoscendum se in te. O ignis qui continue ardes, anima quę se nouit in te, ad quancunque partem respiciendo se uertit, inuenit eciam in finibus magnitudinem tuam: uidelicet in creaturis rationalibus, & omnibus quæ creasti. Nã in omnibus aduertit potentiam tuam, & sapientiam & clementiam: nisi enim potuisses, & uoluisses, ex amore minime creasses ea. Sed potuisti, sciuisti, & uoluisti: quia omnipotẽs es, deoque creasti. O miserabilis anima mea, nunquã te cognouisti, in eo, quia non exuisti te uoluntatem peruersam tuam, nec suam induisti. Et quomodo uis dulcissime amor, quod respitiam me in te? uis quod cõsiderem creationem qua ad imaginem & similitudinem tuam nos creasti. Vis etiam quod cõsiderem & respiciam quod te integrã puritatem unisti luto humanitatis nostrę, coactus ab igne tuæ inæstimabil' charitatis. Quo etiã igne urgente dedisti te nobis in cibum. qualis cibus est iste? Cibus angelorum, summa & æterna puritas: ideo tã tam puritatem requiris esse in anima quę recipit te in hoc dulcissimo sacramento, quod si possibile esset, naturam angelicã purificari, quæ nulla indiget purificatione, opus esset quod purificaretur ad hoc tantum mysterium accessura. Et quomodo purificatur anima. Igne charitatis tuę & abluendo faciem suam in sanguine unigeniti filij tui. O anima mea, miseria plena, quomodo accedis ad tantum mysterium absque purificatiõe solemni? ecce digna cum bestijs & dæmonijs habitare: quia operata es opera bestiarum, & secuta uoluntatem dæmonium. O bonitas immensa, tu uis quod ego respitiam in te, ac uideam quod tu diligis me diligis me: & quia gratis me diligis, ut cognoscam quod quascunque ratiõales creaturas diligis hoc eodem amore ad hoc ut isto amore diligam proximum meum amando eum gratis in subueniendo ei spiritualiter & corporaliter, iuxta posse

absq̃

absq; ulla spe præmij, imo quamuis esset mihi molestus & ingratus, non uis quod desinam prodesse ei, & subuenire necessitatibus suis. Quid ergo faciam ut hoc uideam? Exuam me fœtidam uestem meã, & cum lumine sanctissimæ fidei respicia me in te, & induam me æterna uoluntate tua, & cum hoc lumine cognoscam quod tu trinitas æterna es nobis mensa, cibus & seruitor. Quia tu pater æternus es illa mensa quæ das nobis cibum. Agnum uidelicet unigenitum tuum: ipse agnus est nobis suauis & dulcissimus cibus, tam in doctrina sua, quæ alit nos in uoluntate tua, quam etiam in sacramento in sancta communione nobis tradito, quod pascit nos atq; confortat dum sumus peregrini in hac uita: spiritus sanctus est nobis recte seruitor, quia ministrat nobis hanc doctrinam, illuminando de ipsa oculum intellectus nostri, & inspirando in cordibus, ut sequamur eam. Ministrat etiã nobis charitatem proximi, & famem cibi animarũ, & salutis totius mundi, propter honorem tui patris: unde uidemus quod animæ illuminatæ in te uero lumine, non sinunt præterire tempus in quo non comedant, uel comedere uelint cibum animarum, propter honorem tuũ. Tu infinita bonitas in te patefacis necessitatem mundi, & principue ecclesiæ sanctę sponsæ tuę, & amorem quem habes erga ipsam: quia fundata est in sanguine dilecti filij tui, & in ipso condita est: similiter etiã manifestas amorem erga uicarium tuum, ex eo quia minister est huius sanguinis pretiosi. Ideo respiciam me in te, ut efficiar pura: & sic purificata clamabo coram misericordia tua, ut uertas oculum pietatis super necessitatem ecclesię sanctæ, & illumines & robores uicarium tuum. Illumina etiam clementissime pater seruos tuos, ut consulant sibi recte & simpliciter, atq; disponas eos, ut sequantur lumen quod in ipsis infundes. O alta & æterna sapientia. Tu nõ posuisti animam solam, imo dotasti eam tribus potentijs: uidelicet memoria, intellectu & uoluntate: & tam sunt unitæ, q̃ quicquid uult una, alię sequuntur: unde si memoria ponit se ad uidendum beneficia tua & bonitatem tuam, subito intellectus uult intelligere eam, & uoluntas diligere eam, & sequi uoluntatem tuam. Et quia tu non posuisti eam solam, non uis q̃ maneat absq; societate amore. s. tui & dilectione proximi. Et quando sic est sociata, tunc est perfecte unita, & fit unum. s. in te: & unum cum proximo suo: & tunc bene uerificatur uerbũ Pauli ubi dixit: Multi quidem in stadio currunt, unus autem accipit brauium, uidelicet charitas. Sed quando sociat se cum culpa, tunc uere remanet sola: quia discedit à te qui solus es omne bonum, & discedendo à te, est separata à charitate, proximi, & sociata culpæ, quæ nihil est: & ex hoc ostendis quod tunc remanet sola. Peccaui domine, miserere mei. Nũquam didici cognoscere me in te: sed lumen tuum est illud quod facit uidere quicquid boni cognoscitur. In natura tua deitas æterna noscam naturã meam. Et quæ est natura tua amor ineffabilis: est ignis: & de hac natura dedisti homini, qa creasti illum ex igne amoris: & similiter de omnibus alijs creaturis & rebus. O ingrate homo, quã naturam dedit tibi deus tuus? Naturam suam: & tu non erubescis auferre naturam tam nobilem à te, committendo peccata. o dulcis æterna deitas, alia quæ uidemus non apparentia ignis, quomodo sunt ignis? Respondeo, uideo q̃d omnia sunt ignis, quia ut dictum est, omnia ex igne charitatis creasti, sicut planta manens in terra, quæ quamuis non sit terra, nihilominus ab ipsa terra substantiam suscipit: unde bene est ueritas quod nihil aliud es quam ignis. Tu lumen uerum, nobis lumen infunde: tu sapientia, sapientiam tribue: tu fortitudo, fortitudinẽ largire. hodie q̃so dissoluatur nubes nostra, ut perfecte noscamus atq; sequamur ueritatẽ tuã in ueritate, recto & simplici corde. Deo in adiutorium nostrum intẽde dñe ad adiuuandũ nos festina. Amen.

FINIS.



292
72
430
1488
2282
1656
1600
5538

3428.

